


apocryphe

"Antonelli"
voir Hurter

OPERA
SANCTI JACOBI
EPISCOPI NISIBENI.



ՍՐԲՈՅ ՀՕՐՆ ՄԵՐՈՅ

ՅԱԿՈԲԱՅ

ՄԾԲՆԱՅ ԵՊԻՍԿՈՊՈՍԻ

ՃԱՌՔ

SANCTI PATRIS NOSTRI


JACOBI

EPISCOPI NISIBENI

SERMONES

Cum Præfatione, Notis, & Dissertatione
de ASCETIS


QUÆ OMNIA NUNC PRIMUM IN LUCEM PRODEUNT.



ROMÆ MDCCLVI.

Typis SACRÆ CONGREGATIONIS DE PROPAGANDA FIDE.
SUPERIORUM FACULTATE.





SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO

BENEDICTO XIV.

PONT. OPT. MAX.

NICOLAUS ANTONELLUS
BASILICÆ LATERANENSIS CANONICUS.



LAborem hunc meum, quem, cum ad ætatem in ſenium vergentem, & ad publicas privataſque occupationes infirma quoque valetudo acceſſerit, ſupremum mihi fore, quanquam animus terrenis re-

bus nimium inhærens de longiori ævo ſibi blandiatur, minime dubito, bene ac fortunate contigit, Beatissime Pater, ut Sanctitati Tuæ dicare poſſem. Nam per id tempus, quo Sanctitas Tua ſumma omnium laude a ſecretis Sacræ Congregationis Concilii, & Promotoris Fidei munere fungebatur, ego autem adhuc adoleſcens Juriſprudentiæ operam dabam, Te ſuadente, & auctoritate Tua quodammodo impellente, de veterum Romanorum Gentilium apotheoſi, de modo ac ratione, quam in ſumendo Sacramento Euchariſtiæ, aliiſque ſacris peragendis primis Eccleſiæ ſæculis Anachoretæ ſervabant, de antiqua primorum Monachorum pſalmodia, aliiſque hujuſmodi de rebus ſcripſi, eaſque elucubratiunculas a me, una cum libro typis impreſſo de Titulis, quos S. Evariſtus Romanis Preſbyteris diſtribuit, Tibi oblatas, ſumma benignitate, & humaniſſimis animi Tui erga me ſignificationibus excepiſti. Poſteaquam verò Dei conſilio, cujus nutu humana omnia reguntur, ad Cardinalatum, & deinde ad Apoſtolicam Cathedram, plaudentibus omnibus, aſſumptus es, quanto me inter tuos intimos Familiares primum omnium adſcitum amore ac benevolentia ſemper complexus ſis, & quam multis liberalitatis Tuæ beneficiis ornaveris, nemo eſt in hac alma Urbe, qui ignoret. Hæ quidem ſunt rationes & cauſæ, quæ me reſpiciunt, & quibus motus ſum, ut hunc meum librum glorioſo nomini Tuo inſcriberem. Si verò id, quod libro continetur, quiſpiam intueatur, cur non alio nomine, quàm Tuo inſignitus in publicum prodire debuerit, titulus ipſe declarat. Sermones enim

ſunt,

ſunt, ſeu Tractatus SANCTI JACOBI Epiſcopi Niſibeni cognomento Sapientis, antiquiſſimi Chriſtianæ Eccleſiæ Patris & Doctoris, ſanctitate vitæ, & ſapientiæ laude ſpectatiſſimi, qui & Syriæ, & Armeniæ, ac totius Orientis populos excellenti ſua doctrina, & præclaris ſanctiſſimæ vitæ exemplis inſtruxit, & Arii blaſphemias in Nicæna Synodo, aliaſque hæreticas peſtes cæleſti ſua ſapientia profligavit. Tu autem, BEATISSIME PATER, Divinitùs electus es, ut in Apoſtolica Petri Cathedra ſedeas, quæ Mater eſt & Magiſtra omnium Eccleſiarum, & a qua reſponſa ex toto Orbe petuntur, ut in dogmatis fidei, & morum diſciplina fideles populi dirigantur, quò recte ac tuto in via Domini neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram declinantes incedere poſſint. Tu verò, præter ſupernam illuſtrationem, qua Petri omnes ſucceſſores ex Chriſti promiſſione Petro facta in gravioribus Eccleſiæ negotiis cælitus donantur, tantam ſcientiæ ac doctrinæ copiam humano ſtudio, & privatis laboribus comparatam ad Pontificiam Sedem attuliſti, ut quantum dignitate hominibus præemines, tantum rerum ſcientia, & cognitione reliquis mortalibus præcellas. Amoris præterea tui, ac benevolentiæ erga Orientales præclariſſima in publico extant documenta, plures ſcilicet ſapientiſſimæ Tuæ Conſtitutiones, quas pro Orientalium Nationum ritibus conſervandis, aut moribus componendis, aut corrigendis erroribus edidiſti; tum etiam labores pro eorum Eccleſiaſticis libris expurgandis, curæ ac ſollicitudines, quas ad eos a ſchiſmate, vel ab hæreſi ad Eccleſiæ Catholicæ ſinum revocandos liben-

ter suscepisti, adeout necesse omnino non sit, id a me pluribus exponi. Quare nihil mihi reliquum est, nisi ut munus hoc, qualecumque illud sit, ea, qua par est, submissione SANCTITATI TUÆ offerens Apostolicam Benedictionem ab amantissimo Patre tanquam inutilis filius implorem.

APPROBATIONES.

SANCTI JACOBI Episcopi Nisibeni *Sermones*, *seu Tractatus decem & octo ex Armeno in Latinum versos*, *cum Notis*, *Dissertatione*, *ac Præfatione* doctissimi Præsulis Nicolai Antonelli, jussu Rmi Patris Sac. Palatii Apost. Magistri, legi diligenter, eaque lectione mirifice sum delectatus; nihil enim offendi quod non esset partim alendæ pietati erga Deum, partim Catholicæ veritati contra Heterodoxorum errores vindicandæ magnopere accommodatum. Quamobrem censeo, non modo Opus in lucem edi posse, verum etiam magnam clarissimo Auctori habendam esse gratiam, quod & scripta hæc digna sanctitate, doctrinaque antiquissimi Patris Jacobi a situ ac tenebris vindicarit, & ad eadem illustranda suam ipse operam, doctrinamque contulerit: utrumque magno Ecclesiæ bono, atque illorum, qui ea legent, utilitate.

Romæ ex Tyrocinio S. Andreæ in Quirinali 20. Jan. 1756.

Fabius Danzetta Societ. Jesu.

EGO infrascriptus attente perlegi Opera S. JACOBI Nisibeni ex Armeno in Latinum translata, notis, atque præfatione a clarissimo Præsule Nicolao Antonello S. Collegii, & S. Congregationis Consistorialis Secretario, & S. Pœnitentiariæ Correctore &c. illustrata, & versionem Latinam cum Textu Armeno a me diligenter collatam omnino respondere, & consonam esse comperi. Quapropter egregium hoc Ecclesiasticæ antiquitatis monumentum summo studio, & labore ab eruditissimo Viro accuratum non solum publica luce dignissimum censeo, sed ad honorem, & decus nostræ Armenæ Nationis, ad præsidium & ornamentum Catholicæ Ecclesiæ, ut in publicum exeat, quam maxime exopto. Datum Romæ ex ædibus prope Ecclesiam S. M. Ægyptiacæ Ritus Armeni, die 2. mensis Augusti Anno Domini 1755.

Stephanus Adeodatus Sacerdos Armenus Ven. Collegii Urbani de Propag. Fide olim Alumnus, atque in eodem Collegio literalis linguæ Armenæ Lector, nec non Examinator Cleri Catholici Ritus Armeni.

IMPRIMATUR

Si videbitur Reverendissimo Patri Sacri Palatii Apostolici Magistro.

F. Maria de Rubeis Patriarcha Constantinopolitanus Vicesgerens.

IMPRIMARUR

Fr. Vincentius Elena Ord. Prædic. Rmi P. Magistri S. Palatii Apost. Socius.

ELENCHUS

Eorum, quæ in hoc Volumine continentur.

CA-

PRÆ-



PRÆFATIO

De veritate ac ſinceritate ſermonum, qui S. Jacobo Nisibeno adſcribuntur.

Sueton. Vit. Imp. in Calig. Barnab. Briſſon. de Form. lib. 1. & 11. §. 43.



Vod bonum, fauſtum, felix, fortunatum, ac ſalutare ſit, liceat mihi iiſdem verbis præfari, quæ initio rerum agendarum adhibebant veteres Romani; ipſi quidem incerti, ac dubii de ſecundone, an adverſo rei eventu, quam exordiebantur: Ego autem certus ac ſecurus rem, quam inſtituo, bonis gratam, doctis jucundam, Chriſtianis omnibus utilem ac ſaluberrimam fore. Nam primus in publicam lucem dare aggredior opera S. Jacobi Niſibeni; cujus ſi ſpectes ætatem, ultima Diocletiani perſecutionis tempora, ac reſtitutæ a Magno Conſtantino Eccleſiæ pacis attingit; ſi ſcientiæ præſtantiam, magni & ſapientis cognomen merito adeptus eſt; ſi morum diſciplinam, anachoriticam vitam in montibus ac ſpeluncis egit; ſi fidei ac religionis amorem, adverſus Arianos, alioſque hæreticos ſtrenue pugnavit; ſi firmitatem fidei, ſæviente in Chriſtianos Diabolo per ſuos impietatis miniſtros, confeſſionis coronam meruit; ſi demum vitæ ſanctitatem, miraculis adhuc vivens, & poſt obitum latiſſime claruit. Sed in primo quaſi ingreſſu, atque ipſius operis limine ea difficultas, & dubitatio occurrit: num ſermones, ſeu tractatus, quos Sancti Jacobi Epiſcopi Niſibeni nomine inſcriptos antiqui Codices exhibent, ejuſne revera ſint, cujus nomen præſeferunt, an potius alterius ignoti auctoris? Nam an ulla unquam extiterint S. Jacobi opera vera, ac genuina, contra teſtimonium Gennadii, aliqui non obſcuri nominis Scriptores dubitarunt, quorum dubitationi in re tanti momenti me ſatisfacere neceſſum eſt. Profectò ad opus aliquod auctori ſuo vindicandum argumenta ſumi ſolent vel ab iis, quæ in ipſo opere continentur, verbis ſcilicet atque ſententiis, vel ab aliis, quæ extra quodammodo poſita ſunt; cujuſmodi ſunt veterum Scriptorum teſtimonia, antiquorum Codicum fides, atque auctoritas, & alia id genus. Et quidem quod ad ſermonum materiam attinet; nihil nobis exhiberi, quod non ſit Jacobi Niſibeni ſapientia, & ſanctitate dignum; res vero omnes, quæ in ipſis leguntur,

tur, ætati S. Doctoris, rebus per ea tempora gestis, moribus, ac disciplinæ illius ætatis, & doctrinæ veterrimorum Patrum apprime congruas adeo, ac convenientes esse, ut quasi intento digito auctorem se habere Jacobum Nisibenum aperte demonstrent, paucis, ac brevius, quò magis fieri poterit, manifestum faciam, ne in re, quantum mihi videtur, minime dubia argumentis utar non necessariis.

CAPUT I.

Sermones esse S. Jacobi Nisibeni, argumentis externis probatur.

UT vero ab argumentis, quæ externa sunt, initium sumam; primum ponatur mirus omnium Armenorum Codicum consensus in adscribendis Sermonibus, de quibus agitur, Sancto Jacobo Episcopo Nisibeno, adeout nullus omnino inveniatur, sicut mihi Presbyteri Armeni in rebus suis docti atque eruditi testati sunt, qui contradicat, vel adversetur, vel alteri Scriptori Sermones istos attribuat. Tanti ponderis est in asserendis libris auctoribus suis vetustorum Codicum auctoritas, & fides, quod nemo est inter literatos homines, qui ignoret, ut id solum in causa esse possit, cur opus aliquod, nisi evidens aliqua ratio, vel grave aliquod argumentum contra sit, Scriptori, cujus nomen opera præseferunt, adjudicetur. Accedit ad hæc constans & vetus apud omnes Armenos traditio, ac persuasio, Sermones hosce patrem, atque auctorem habere S. Jacobum Nisibenum, adeout nefas sit apud eos hac de re dubitare, & nemo adhuc tam audax, & rerum novarum apud eos amator inventus est, qui id in controversiam revocare ausus sit; sed docti omnes Armenorum Magistri unanimi quadam conspiratione in hisce operibus Sancto Doctori addicendis omni tempore consenserunt. Indubiam autem hujusmodi traditionem de operibus S. Episcopi Nisibeni apud Armenos vigentem, haud omnino ignorasse videtur clar. Vir Pater le Quien Ord. Præd., qui in suo opere, cui titulus, *Oriens Christianus*, agens *Tom. II. pag. 995.* de S. Jacobo, relatis ejus epistolis consolatoriis ad Papam Catholicum Seleuciæ scriptis, quæ commentitiæ existimantur, subjicit: *Apud Armenos alia feruntur a S. Jacobo Nisibensi ad S. Gregorium Illuminatorem, & Episcopos alios Armenorum scripta.* Verumenim paulisper etiam sepositâ indubia, quantum mihi videtur, auctoris horum Sermonum certitudine, si quis vellet, difficile prorsus foret excogitare, cui Armenorum Scriptorum inferiorum temporum hæc opera assignari aliqua verisimilitudine possent. Etenim nemo in animum suum inducet, inter Armenos sequioris ætatis, & qui post S. Jacobum Nisibenum vel in Syria, vel in Armenia floruerunt, aliquem fuisse, qui tanta, tamque admirabili, ac singulari prorsus Sacrarum Scripturarum scientia, Catholicæ disciplinæ notitia, & Ecclesiasticorum dogmatum penitiori cognitione præditus, atque ornatus esset, ut tam præclara opera, in quibus omnia illa late, ac mire elucent, sub Jacobi Nisibeni nomine comminisci, atque effingere potuerit.

§. 2. Præterea ex Latinis Scriptoribus Gennadius Presbyter Massiliensis, qui, sæculo quinto evolvente, claruit, & catalogum suum de Scriptoribus Ecclesiasticis una cum libro de fide ad S. Gelasium Pontificem misit, hæc de S. Jacobo posteritatis memoriæ tradidit. *Jacobus cognomento Sapiens Nisibenæ* Jacobus Presbyter

No-

Nobilis Persarum modo Civitatis Episcopus, unus ex numero sub Maximino (Maximiano) *persecutore Confessorum, & eorum, qui in Nicæna Synodo Arianam perversitatem Omousii oppositione damnarunt. Hunc virum B. Hieronymus in libro Χρονικῶν, velut magnarum virtutum hominem nominans, in catalogo Scribarum, cur non posuerit, facile excusabitur, si consideremus, quod ipsos tres, vel quatuor Syros, quos posuit, interpretatos in Græcum se legisse testetur. Unde constat, eum illo tempore ignorasse Syram linguam, vel literas. Et ideo hunc, qui necdum in aliam versus est linguam, nescisse Scriptorem. Comprehendit autem omne opus suum in viginti sex libris, idest de fide contra omnes hæreses, de caritate generali, de jejunio, de oratione, de dilectione erga proximum speciali, de resurrectione, de vita post mortem, de humilitate, de patientia* (De patientia deest), *de pœnitentia, de satisfactione, de virginitate, de sensu animæ* (De ascensu), *de circumcisione, de acino benedicto, pro quo in Isaia legitur, non est exterminandus botrus, de Christo, quod filius Dei sit, & Consubstantialis Patri, de castitate adversus gentes, de constructione Tabernaculi, de gentium conversione, de Regno Persarum, de persecutione Christianorum*; Ita in editione Gennadii Veronæ adornata a Dominico Vallarsio anno 1735. Tom. II. Operum Sancti Hieronymi pag. 951., quacum concordat editio Romana Mariani Victorii Tom. IX. Oper. ejusdem S. Hieronymi pag. 306. an. 1572., paucis quibusdam exceptis, quæ ad marginem adnotavi. Titulos autem sermonum, seu tractatuum a Gennadio nobis exhibitos convenire cum iis, qui habentur in nostro Codice Armeno, si pauca excipias, quæ in versione Latina, quam forte vidit Gennadius, omissa sunt, cuique diligenter consideranti apparebit, & manifestius declarabit subjecta tabella, in cujus dextera parte adscribam Titulos nostri Codicis; e regione verò Titulos a Gennadio relatos collocabo in hunc modum:

CODEX ARMENUS.	GENNADIUS.
I. De Fide.	I. De Fide.
II. De Dilectione. *In hoc sermone agitur primum de Dilectione in genere, seu generali, deinde de caritate erga proximum.*	II. De Caritate generali, & de Dilectione erga proximum.
III. De Jejunio.	III. De Jejunio.
IV. De Oratione.	IV. De Oratione.
V. De Bello. *In hoc sermone, ut in ejus notis ostendere curavi, subobscure quidem, & arcano sermone loqui videtur S. Jacobus de Rege Persarum, qui bellum parabat adversus Romanos, & de persecutione, quam contra Christianos commoverat.*	V. De Regno Persarum, & de persecutione Christianorum.

 VI. De

CODEX ARMENUS.	GENNADIUS.
VI. De Devotis. *De Ascetis hìc agitur, seu de Ascetarum pia conversatione, & vita sanctè instituenda: Ideoque rectè inscribi potuit* = De pietate = *cujus loco per librarii errorem, seu oscitantiam scriptum fuisse suspicor* = De patientia =	VI. De Patientia. *Legendum autem puto* = De pietate = *Nihil tamen impedit, quin etiam* = De patientia = *ut habetur, lectio retineri possit, cum de Ascetis agatur, qui in tolerandis Ascetica vita laboribus se exercebant.*
VII. De Pœnitentia.	VII. De Pœnitentia, & Satisfactione.
VIII. De Resurrectione mortuorum.	VIII. De Resurrectione, & de vita post mortem, & sensu animæ.
IX. De Humilitate.	IX. De Humilitate.
X. De Pastoribus.	X. . . . *Deest apud Gennadium.*
XI. De Circumcisione contra Judæos.	XI. De Circumcisione.
XII. De Sabbato contra Judæos.	XII. . . . *Deest.*
XIII. De ciborum delectu.	XIII. . . . *Deest.*
XIV. De Pascha.	XIV. . . . *Deest.*
XV. De Ingressu Gentium pro populo Judæorum.	XV. De Gentium conversione.
XVI. Demonstratio, quod Christus sit Filius Dei.	XVI. De Christo, quod Filius Dei sit, & Consubstantialis Patri.
XVII. De Virginitate, & Sanctitate contra Judæos.	XVII. De Virginitate, & de Castitate adversus Gentes. *Legendum videtur* = Judæos =
XVIII. Refutatio adversus Judæos dicentes, Synagogam propediem instaurandam esse.	XVIII. . . . *Deest.*

Parva verò inter utrosque Titulos discrepantia admirationi omnino esse non debet, cum neminem latere possit, librorum seu opusculorum titulos sæpe non ab ipso auctore, sed vel a lectoribus, vel a librariis pro suo cujusque arbitrio, & ausu confici consuevisse. Præterea agitur de titulis ab exotica lingua in Latinam translatis, hujusmodi autem translationes, maxime si eas fieri contingat ex Orientalibus linguis, a proprietate Latini sermonis longissime remotis ac dissitis, mirum est, quàm variæ ac diversæ effici soleant. Gennadium quidem haud dubium est, solam Latinam versionem vidisse, quæ, ut ex collatione cum nostro Textu Armeno clare constat, manca, mutila, & mendosa fuit. Quare nil mirum, si non in omnibus perfectè congruat, dummodo in iis, quæ alicujus momenti sunt, perfecte consentiat.

§. 3. Ad Gennadii testimonium acce-

accedunt, quæ ſcribit S. Athanaſius in epiſtola encyclica contra Arianos ad Epiſcopos Ægypti & Lybiæ, ubi inter primævos Eccleſiæ Doctores, qui ſcriptis ac doctrinis ſuis Catholicam Eccleſiam illuſtrarunt, recenſet S. Jacobum Epiſcopum Niſibenum, admonens, ut diligenter caveant ab hæreticorum ſcriptis, qui ſub verbis ſacræ Scripturæ, & pietatis ſimulatione venenum obtegunt, & non ea animi ſecuritate, qua ſcripta Patrum, eorum libros & ſcripta legant: verba ſanctiſſimi Epiſcopi Alexandrini talia ſunt: Εἰ μὲν οὖν παρὰ ὀρθοδόξων ἦν τὰ γραφόμενα, οἷα ἂν ἐγεγόνει παρὰ τοῦ μεγάλου καὶ ὁμολογητοῦ Ὁσίου, καὶ Μαξιμίνου τοῦ τῆς Γαλλίας, ἢ τοῦ διαδεξαμένου τοῦτον, ἢ παρὰ Φιλογονίου καὶ Εὐσταθίου τῶν τῆς ἀνατολῆς, ἢ Ἰουλίου καὶ Λιβερίου τῶν ἐπισκόπων Ῥώμης, ἢ Κυριακοῦ τοῦ τῆς Μυσίας, ἢ Πίστου καὶ Ἀρισταίου τῶν ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος ἐπισκόπων, ἢ Σιλβέστρου καὶ Πρωτογένους τοῦ τῆς Δακίας, ἢ Λεοντίου καὶ Εὐψυχίου τῶν τῆς Καππαδοκίας ἐπισκόπων, ἢ Κεκιλιανοῦ τοῦ τῆς Ἀφρικῆς, ἢ Εὐστοργίου τοῦ τῆς Ἰταλίας, ἢ Καπίτωνος τοῦ τῆς Σικελίας, ἢ Μακαρίου τοῦ τῆς Ἱερουσαλήμ, ἢ Ἀλεξάνδρου τοῦ τῆς Κωνσταντινουπόλεως, ἢ Παιδέρωτος τοῦ τῆς Ἡρακλείας, ἢ τῶν μεγάλων Μελετίου καὶ Βασιλείου, καὶ Λογγιανοῦ, καὶ τῶν σὺν αὐτοῖς τῶν ἀπὸ τῆς Ἀρμενίας καὶ τοῦ Πόντου, ἢ Λούπου καὶ Ἀμφίωνος τῶν ἀπὸ τῆς Κιλικίας, ἢ Ἰακώβου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ τῶν ἀπὸ τῆς μέσης τῶν ποταμῶν, ἢ τοῦ ἡμετέρου τοῦ μακαρίου Ἀλεξάνδρου, καὶ τῶν ὁμοδόξων αὐτοῖς, οὐδὲν ἦν ἐν τοῖς γραφομένοις ὑποπτεύειν· ἁπλοῦς γὰρ καὶ ἄπλαστός ἐστιν ὁ τῶν ἀποστολικῶν ἀνδρῶν τρόπος. *Itaque ſi quæ ſcribunt, ea ſcriberent Orthodoxi, ut magnus & Confeſſor Hoſius, & Maximinus Galliæ aut ejus ſucceſſor, aut Philogonius & Euſtathius Orientis, vel Julius & Liberius Romæ Epiſcopi, vel Cyriacus Myſiæ, vel Piſtus & Ariſtæus Græciæ Epiſcopi, vel Sylveſter & Protogenes Daciæ, vel Leontius & Eupſychius Cappadociæ Epiſcopi, vel Cecilianus Africæ, Euſtorgius Italiæ, Capito Siciliæ, Macarius Hieroſolymæ, Alexander Conſtantinopolis, Pæderos Heracleæ, vel magni Meletius & Baſilius, & Longianus, aliique ex Armenia & Ponto, vel Lupus & Amphio Ciliciæ Epiſcopi, vel* Jacobus, *cæterique ex Meſopotamia, vel denique noſter beatus Alexander, aliique, qui idem ac illi ſentiunt: Si, inquam, illi his eſſent ſimiles, nullus profecto in illorum ſcriptis eſſet ſuſpicionis locus: ſimplex enim, ac candidum eſt virorum Apoſtolicorum ingenium.*

S. Athanaſ. edit. Pariſ. ann. 1698. pag. 278. num. 8.

§. 4. Sanctiſſimo Alexandriæ Epiſcopo Athanaſio veterem Latinum Scriptorem ſubjungam. Liber quidem de Eccleſiaſticis dogmatibus in quibuſdam Codicibus B. Auguſtino tribuitur, ſed a Lovanienſibus Theologis, aliiſque doctis viris Gennadii Maſſilienſis eſſe creditur. Auctor igitur hujus libri ſcribit: *Neque duas animas eſſe dicimus in uno homine, ſicut Jacobus, & alii Syrorum ſcribunt, unam animalem, qua animetur corpus, & immixta ſit ſanguini, & alteram ſpiritualem, quæ rationem miniſtret.* Is autem ſive Gennadius fuerit, ſive alius antiquus ejuſdem ætatis Scriptor, certe alterius neminis meminiſſe potuit, niſi Jacobi Niſibeni: quoniam & quinto ſæculo, & aliis ſubſequentibus apud Latinos nullus alius Syrorum Scriptor Jacobi nomine præter Niſibenum notus fuit. Et quidem ipſe Gennadius in ſuo catalogo inter Eccleſiaſticos Scriptores, qui in Syria eo nomine claruerunt, ſolum Jacobum Niſibenum recenſet. Jacobus autem Epiſcopus Sarugenſis, alter apud Syros poſt Jacobum Niſibenum celebris eodem nomine Scriptor ſive mortem obiverit anno Græcorum 833.,

In edit. Oper. S. Auguſt. Tom. III.

In Append. Tom. VIII. Op. S. Aug. edit. Par. PP. Benedict. Cong. S. Mauri p. 78. c. V.

Do-

Apud Asseman. Tom. I. Biblioth. Orient. cap. 27. p. 289.

In Evoplia par. I. pag. 48., & part. II. pag. 112.

In Hist. Literar. Tom. II. pag. 110.

Card. Bona Rer. Liturg. lib. I. cap. IX. num. 9.

Bibl. Orient. loc. cit. pag. 290. n. 7.

Renaud. Tom. II. Liturg. Orient. pag. 367.

Domini 521., ut in ejus vita tradit Scriptor Syrus anonymus, sive annum septingentesimum Christi Domini attigerit, ut putat Naironus, & post eum Gulielmus Cave, certum est, cum ipse inter suos scientiæ laude, & Scriptorum copia floruit, Gennadium Massiliensem ex hac mortali vita jam decessisse. Præterea Jacobus Sarugensis Latinis diù ad nostram usque ætatem ignotus fuit, adeout ejus Liturgia a doctissimis etiam recentioris ætatis Scriptoribus Jacobo Nisibeno, qui solus hujus nominis ex Syris notus erat, tributa fuerit; insuper Jacobus Sarugensis an Scriptoribus Catholicis, ut probare contendit eruditissimus Præsul Assemanus, an potius Hereticis annumerandus sit, ut censuit cl. Renaudotius, merito & non sine causa dubitatur. Quare nulla ratione fieri potuit, ut latinus auctor prædicti libri Jacobi nomine Jacobum Sarugensem, vel alium quemcumque præter Nisibenum intelligere, ac significare voluerit. Hoc autem posito, quod in quæstionem verti non posse videtur, S. Episcopum Nisibenum ab eo Jacobi nomine significatum esse; aliquid hujusmodi, quod ipse affirmat, dictum fuisse de duabus animis a Jacobo, & propter ejus auctoritatem ab aliis Syris Scriptoribus popularibus suis, reperitur in Serm. VI. de Devotis, hoc est de Ascetis, & Serm. VIII. de Resurrectione, & alibi. Verum quæ a S. Doctore dicuntur, sano ac Catholico sensu accipi posse, ac exponi debere in notis, allatis etiam aliorum Patrum dictis, & auctoritate, demonstratum est. Verum enim quod ad rem nostram attinet, ex hujus veteris auctoris testimonio certo nobis constat, Sermones, qui in publicam lucem prodeunt, ad S. Jacobum Nisibenum pertinere, cum in ipsis inveniantur, quæ ab eo dicta fuisse, Scriptor iste testatur. Unde autem Gennadius Massiliensis ea rescire potuerit, si ipse illius libri, ut ferunt, auctor est, cum Jacobi opera, narret, non dum sua ætate in ullam linguam conversa fuisse; ego equidem ita sentio, Cassianum, sive quemcumque alium, qui Catalogum Latinum, quem Gennadius habuit, confecit, in fine Catalogi, vel alio in loco, cum verba Jacobi Nisibeni perperam intellexisset, vel in alienum sensum ipsi ab aliis relata fuissent, id de S. Jacobo adnotasse. Sed quidquid hac de re sit, mihi satis est, ut etiam hujus veteris Scriptoris firmissimo testimonio confirmetur, Sermones nostros S. Jacobo Nisibeno, cujus nomen præseferunt, adscribi oportere. His vero antiquissimis Scriptoribus adjici posse videntur Græcorum Menæa, in quibus die 31. Octobris in Synaxario S. Jacobi pag. 201. legitur: Καὶ βίβλον πάνυ ὠφέλιμον συνετάξατο. Ἐξεικονίζει δέ τινα τῶν τῆς βίβλου ταύτης Θεοδώρητος ὁ τῆς Κύρου ἐπίσκοπος ἐν τῇ φιλοθέῳ αὐτοῦ ἱστορίᾳ. *Et librum valde utilem composuit. Ad hujus libri exemplum expressit aliqua Theodoretus Episcopus Cyri in sua historia religiosa* (1).

§. 5. Dubitavit aliquis, an opera S. Jacobi uspiam existerent, cum in Bibliothecis neque inter Latinos, neque inter Græcos, aut Syriacos Codices reperirentur, neque ullus mortalium unquam legisse affirmaverit.

(1) His græce relatis Menæorum verbis talia subjungit Guilelmus Cuperus: *Non invenio aptiorem interpretationem, præter eam, quam dedi. Nam* ἐξεικονίζω *significat, ut opinor, ex exemplari exprimo, ad exemplar effingo, ad similitudinem facio, depingo, repræsento, aliaque hujusmodi. In hac opinione me non parum confirmat expressio Maximi Cytherorum Episcopi, qui in Vitis Sanctorum Græco-barbare scriptis in elogio S. Jacobi Nisibeni 31. Octobris pro* ἐξεικονίζει *utitur verbo* μιμᾶται, *id est imitatur.*

verit. Ea jampridem deperdita fuisse, deplorat R.P.de Graveson in sua Histor. Eccl. Tom. I. pag. 151., inquiens: *Perierunt etiam libri, quos edidit Jacobus Nisibis Urbis in Perside celeberrimæ Episcopus in Maximiani Imperatoris persecutione, confessionis gloria insignis, & unus è Nicænis Patribus, qui Arium damnaverunt.* Alii verò controversiam moverunt, utrum opera illa, quæ Gennadius in suo catalogo Sancto Jacobo Nisibeno adscribit, ejus genuina essent, an verò commentitia. Ex horum numero primus fuisse videtur Joannes Garnerius Soc. Jesu, qui in Dissert.II. de libris Theodoreti cum in dubium hac de re venisset, rationes suæ dubitationis his verbis proponit: *Observandum, de doctrina, librisque Jacobi Nisibeni nihil a Theodoreto scriptum esse, cum tamen ad commendationem plurimum faceret: nihil ab Hieronymo, sive in Chronico, sive in Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum: nihil pariter ab Hebed-Jesu, diligente cæteroquin librorum Syrorum inquisitore: nihil ab ullo veterum, præter unum Gennadium, qui viginti quatuor libros recenset. Verum Gennadii auctoritas non videtur mihi tanta, ut omnem scrupulum evellat. Unde enim novit Syriaca opera, qui vix novit Græca? Unde scit a Hieronymo præterita; propterea quod nondum in græcam linguam versa essent; nec Hieronymus intelligeret adhuc Syriacam linguam? An conversa fuerunt postea & in Græcam, & in latinam linguam, ut innotescere possent Gennadio, non peritissimo, ut videtur, lingua Græcæ? si conversa sunt in utramque linguam, quomodo perierunt omninò, cum forent in triplicem quasi orbem sparsa, Latinum, Græcum, & Syrum? Cur nulli veterum nota; ne Photio quidem, tanto Scriptorum veterum, tamque curioso censori? Augetur ex eo suspicio, quod Gennadius cognomentum sapientis Jacobo tribuat tanquam vulgatum, cujus tamen nemo meminit, nisi qui Gennadium exscripsit. Unde crediderim, facile supposita fuisse Jacobo Nisibeno scripta, quæ Jacobi alterius, ut puta Amideni Eremitæ clarissimi forent. Sed in tanta obscuritate, cui adhæream, nullus scio.* Ita doctissimus vir, qui in Gennadii testimonio admittendo dubius quidem hæsit, aperte tamen ei refragari ausus non est. Profectò ex iis, quæ eruditè attulit, ad summum nihil aliud eruitur, quàm argumentum, quod negativum vocant; hujusmodi autem argumentum nullius ponderis esse, inter eruditos omnes convenit, si affirmativum ei opponatur, quale est, quod pro vindicandis Sancti Jacobi Nisibeni libris habemus, imo non unum, sed plura. Nam de horum veritate ac sinceritate nobis constat, non ex inconsulta alicujus recentioris Scriptoris assertione, sed ex testimonio Gennadii veteris auctoris, & non mediocri in re, de qua agitur, auctoritate, qui, exeunte sæculo quinto, Ecclesiasticorum Scriptorum vitas & operum indices literis consignavit, ut quæ in Hieronymiano catalogo deerant, suppleret; huic autem, si licet, Athanasius, & Græcorum Mænea addi possunt: insuper accedit auctoritas omnium veterum Armenorum Codicum, & vetustissima traditio in universa Armenorum natione diutissime, & constantissime servata. Profectò quod Photius opera S. Jacobi in sua Bibliotheca non memoraverit, nil mirum cuiquam esse debet. Etenim in præfatione ejusdem Bibliothecæ eos dumtaxat libros se recensere velle affirmat, quos, Fratre suo Tharasio absente, legi contigerat, ut ejus desiderio satisfaceret, & absentiæ mœrorem leniret: *Cum primum*

Tom. V. Op. Theodor. pag. 200.

Jo. Pearson. cap. XI. in Vindic. Ignat. & alii.

mum (verba sunt Photii ad eumdem fratrem suum dilectissimum Tharasium) *ab universo Senatu, ipsoque adeo Imperatoris suffragio, Legatus in Assyriam delectus sum, eorum tibi codicum petivisti argumenta describi, amantissime frater, quorum recitationi non interfuisses. Cupiebas enim habere tu, cum hujus molestæ adeo tibi disjunctionis nostræ solatium aliquod, tum leviter saltem effictam ac generalem cognitionem eorum voluminum, quæ nondum apud nos præsentes audientesque legisses.* Ἐπειδὴ τῷ τε κοινῷ τῆς πρεσβείας, καὶ τῇ βασιλείῳ ψήφῳ, πρεσβεύειν ἡμᾶς ἐπ' Ἀσσυρίους αἱρεθέντας ᾔτησας τὰς ὑποθέσεις ἐκείνων τῶν βιβλίων, οἷς μὴ παρέτυχες ἀναγινωσκομένοις, γραφῆναί σοι, ἀδελφῶν φίλτατέ μοι Ταράσιε· ἵν' ἔχοις ἅμα μὲν τῆς διαζεύξεως, ἣν βαρέως φέρεις, παραμύθιον, ἅμα δὲ καὶ ὧν οὔπω εἰς ἀκοὰς ἡμῶν ἀνέγνως, εἰ καὶ διατυπωτικήν τινα καὶ κοινοτέραν τὴν ἐπίγνωσιν. Hebed-Jesu autem recentioris ætatis Scriptor, qui, decimosexto volvente sæculo, sub Julio III. Pontifice Romæ, ejurata Nestoriana hæresi, Catholicam fidem professus est, Nestorianos præcipue Scriptores, quorum impia dogmata, cum catalogum suum contexuit, adhuc sequebatur, referendos sibi constituit; Eutychianos autem, Jacobitas, ac Melchitas, nedum Catholicos, paucis, qui ad manus venerant, & Nestorium præcesserant, dumtaxat relatis, penè omnes præteriit. Quare nuperi hujus, & Nestorianæ sectæ tunc temporis adhuc inservientis hominis silentium nullius momenti esse debet. Quod ad Theodoretum attinet, si fides Menæis haberi debet, nullam de scriptis S. Jacobi mentionem fecisse, affirmari nequit. Præterea in Historia Religiosa, in qua Vitam S. Jacobi nostri describit, non ei propositum fuit Ascetarum scripta referre, sed potius eorum piè sanctèque gesta posteris imitanda proponere.

Abraam. Ecchell. in præfat. ad Catalog. Hebed Jesu libr. Chald.

§. 6. Causam demum, cur de S. Jacobi operibus tacuerit Hieronymus, Gennadius ipse affert; sed ea non placet Garnerio, cui & alii, & ego quoque in hac re assentior. Neque enim quisquam facile sibi persuadere poterit, per id tempus, quo librum de Ecclesiasticis Scriptoribus exaravit, linguam Syriacam B. Hieronymum ignorasse, & cum Hebræam, & Chaldæam Syriacæ affines penitus nosceret, & inter Syros degeret, Syriacam non calluisse; imo vero ne curasse quidem, quæ per se non intelligebat, adhibito aliquo Interprete, quos plures in regione, ubi morabatur, habere poterat, cognoscere. Quare satius fuisset, si eam Gennadius silentii causam allegasset, quam nobis ipse Stridoniensis Doctor indicavit. Nam in præfatione, quam libro de Scriptoribus Ecclesiasticis præposuit, haud dubius plures a se Scriptores silentio præteritos fuisse, quod invitus fecerat, his verbis volens excusat: *Si qui autem de his, qui usque hodie scripserunt, a me in hoc volumine prætermissi sunt, sibi magis, quàm mihi imputare debebunt. Neque enim celantes scripta sua de his, quæ non legi, nosse potui; & quod aliis forsitan sit notum, mihi in hoc terrarum angulo fuerit ignotum. Certe cum scriptis suis claruerint, non magnopere nostri silentii dispendio suspirabunt.* Ad hæc illud etiam addendum esse existimo, fieri potuisse, ut mendum irrepserit in textum Gennadii, & pro *Syro sermone* legendum esse *Armeno*; vel etiam, si placet, memoria lapsum esse, dum scripsit Syriaca lingua, non autem Armena; aut demum conjecturam fecisse Gennadium ex patria Jacobi, quæ Syrorum Urbs princeps erat, eademque lingua,

quæ

quæ ibi vulgaris erat, opera S. Jacobi scripta existimasse, quorum, ut verisimile est, in Massiliensi Cœnobio indiculum latinum dumtaxat nactus est, industria fortasse, ac opera Cassiani, qui illum, cum Syriæ, Ægyptique Monasteria peragrasset, in illa sua peregrinatione celebriorum Ascetarum rebus gestis, scriptisque adnotatis, secum Massiliam in Cœnobium suum importavit, unde postea Syrorum, Ægyptiorumque auctorum, quos laudat, notitiam Gennadius hausit. Verum utcumque res se habeat, illud certum mihi videtur, Gennadium de operibus S. Jacobi latinum dumtaxat Indicem habuisse, ut ipse innuere videtur, affirmans S. Jacobi opera in nullam aliam linguam, ne sua quidem ætate, versa fuisse. Cum igitur solum latinum Indicem haberet, facile animum suum inducere potuit, ut putaret, S. Jacobum Scriptorem Syrum opera, seu sermones, quorum tituli, seu inscriptiones in manus suas venerant, syro sermone scripsisse. At vero cum ignoti omnibus Syris fuerint, ego potius conjecturam facio, ut alibi etiam dixi, hos sermones, qui nunc primum in publicum exeunt, non Syriaca, sed Armena lingua, qua utebatur Sanctus Gregorius Armenorum Episcopus, a quo S. Jacobus rogatus scripsit, compositos fuisse; vel certe si primum a S. Jacobo Syrorum lingua scripti fuerunt, exemplar Syriacum in Armeniam missum, & in idioma, quo Regio illa utebatur, versum ac divulgatum, verosimiliter, ut accidere solet, deperditum esse. Id autem fortasse in causa fuit, cur postea non modo Hieronymum in angulo terrarum degentem, sed etiam Theodoretum, Photium, aliosque Scriptores Græcos & Syros, qui vel ante, vel post Hieronymi ætatem floruerunt, sermones isti latuerint, & tamdiu Græcarum, Syriacarumque rerum Scriptoribus ignoti remanserint.

In Præfat. ad Comm. S. Athan. in Tit. Psalm. n. 34. pag. 52.

§. 7. Inter cæteros nostræ vel superioris ætatis eruditos viros, qui post Garnerium tractatus S. Jacobi a Gennadio enumeratos in controversiam revocarunt, novissime clar. Præsul Simonius Assemanus Tomo I. suæ Bibliothecæ Orientalis adeo de illis dubitavit, ut Jacobo nostro Nisibeno omnino abjudicandos, & Jacobo Sarugensi adscribendos censuerit. Sed postea cum ab Armenis audisset, præclarum Codicem Armenum operum S. Jacobi Venetiis servari, & a Petro Melchitar Abbate Monachorum ejusdem Nationis Monasterii, seu Hospitii, quod Venetiis est, Sermonum, seu Tractatuum, qui in eo Codice leguntur, indiculum accepisset, sententiam suam ingenue retractavit, & quæ ex conjectura opinando scripserat, agnita rei veritate, illicò correxit in Appendice ejusdem Tomi I. pag. 557., ubi etiam exhibet Titulos, seu Sermonum inscriptiones, quæ cum nostris omnino conveniunt, si pauca excipias, quæ non è diversitate Armeni Textus, sed è varietate versionis Latinæ proveniunt, ut in iis accidere solet, quæ a diversis ex lingua peregrina in Latinam, vel in aliam traducuntur. Postmodum eruditissimus alter Scriptor Gulielmus Cuperus Soc. Jesu Tom. IV. Actorum Sanctorum mensis Julii, ubi agit de scriptis S. Jacobi, posteaquam pluribus Garnerium, ejusdem clarissimæ Societatis suæ sodalem contra Tentzelium, qui eum impugnaverat, tutatus est, deinde ita concludit: *Nunc de re ipsa judicium feramus; nam hactenus ad hominem, ut ajunt, argumentatus sum, & Gennadii, ac istius heterodoxi rationes tantummodo impugnavi,*

Tentzel. exercit. select. par. I. exercit. VI.

facile admissurus Sanctum Nostrum aliqua scripsisse. Et subinde relatis, quæ scribit Assemanus locis laudatis, talia subjicit: *Assemanus censet ea, quæ in prædicto Codice Armeno inveniuntur, genuina S. Jacobi Nisibeni scripta esse; ego in hac re opinioni illius non adversabor*.

CAPUT II.

Argumentis internis idem ostenditur.

HActenus de argumentis, quæ externa sunt, nunc ad interna veniamus, quæ summatim per capita, ne longior sim, quàm oportet, indicabo. Ac primum argumentum sit nota temporis, quo auctor horum sermonum, qui ad S. Gregorium Armenorum Episcopum missi sunt, scribebat: hæc enim expressa legitur in Sermone V. de bello his apertissimis verbis: *Ex eo tempore, quo contrita sunt duo cornua arietis, usque ad hodiernam diem elapsi sunt sexcenti quadraginta octo anni*. In notis autem ad hunc locum ostendere curavi, adnotatum hic fuisse annum 648. juxta epocham Alexandri, seu Seleucidarum, qui incidit in ann. 336., sive 337. epochæ vulgaris a Nativitate Domini. Is verò annus apprime congruit cum ætate S. Jacobi, qui anno 337. omni procul dubio adhuc in vivis erat; nam ut quam citius ejus mors ponatur, certè ad Superos ex hac mortali vita non emigravit ante annum epochæ Græcorum, seu Seleucidarum 649., qui est æræ vulgaris 338. Nam hoc anno mortuum esse, tradit in Chronico Dionysius Jacobitarum Patriarcha, quicum concordat auctor Chronici Edesseni, quorum tamen sententiæ cæteri Scriptores omnes Græci, & Latini adversari videntur. Et quidem ex iis, quæ veteres Scriptores posteritatis memoriæ mandarunt, conjectura facta, eum vita excessisse anno Christi 350., putat Tillemontius, vel inter annum prædictum 350., & annum 361., re mature expensa, censet, præter alios plures, Gulielmus Cuperus, inquiens: *Quamvis certum ejus morti annum assignare non possimus, tamen inter annum 350. & 361., quo objit Constantius, è vita excessisse credimus*. In Vindiciis Ignatianis, ubi simile argumentum ex nota ac designatione temporis sumptum Pearsonius tractat, benè juxta eruditorum omnium sententiam, ita concludit: *Ut nihil certius scriptum aliquod spurium esse probat fides temporum violata, ita opera auctori alicui adscripta, sed posteriori aliquo sæculo a fictore conscripta, fere semper hac ipsa ratione se produnt, & ex violatione temporum suppositionis convincuntur*. Id autem, quod asserit eruditissimus Vir inter Anglicos Scriptores, diversis allatis exemplis clarissime demonstrat. In nostris autem Sermonibus, præter expressam temporis notam nihil est, quod tempori, historiæ, doctrinæ, ac moribus ætatis, qua S. Jacobus vixit, non perfectè respondeat. Perpetuus autem Scriptoris alicujus cum historia ac moribus sui sæculi consensus potissima est veritatis ac sinceritatis operum demonstratio; qui è diverso si solus desit, rectè inquit clarissimus P. Benedictus Soc. Jesu, *libri inscriptionem refellit, & manifestam arguit suppositionem*.

§. 2. Alterum autem argumentum erit, quod in omnibus hisce sermonibus nulla alia testimonia & exempla, nisi è Sacris Scripturis desumpta, adducuntur, qui mos fuit veterum primævæ Ecclesiæ Patrum, a quibus, præter Divina eloquia, nulla alia Ecclesiasticorum Scriptorum nomina citantur, vel verba, aut exempla, nisi è Sacris Scripturis afferun-

Marginal notes: §. 5. pag. 83. — Apud Asseman. Tom. I. Bibl. Orient. cap. V de S. Jacobo Nisib. pag. 17. — Tillem. Mem. Eccles. Tom. VII. S. Jacque de Nisib. pag 264. & in notis pag. 702. — Part. II. cap. I. pag. 361. — P. Bened. in Præfat. Tom. I. Oper. S. Ephr. Syr-Lat.

runtur. Ita S. Ignatius, S. Clemens I. Pontifex, & alter Clemens Alexandrinus, Justinus, Cyprianus, Irenæus, aliique. Et quamvis hac de re nemo est, qui dubitare possit; nihilominus, ut certiorem fidem faciam, addam testimonium Natalis Alexandri non obscuri nominis inter recentiores nostræ ætatis criticos, & in Ecclesiastica Historia, ac veterum Patrum scriptis egregie versatos: *Scriptores*, inquit, *antiqui vix ullos in medium proferebant auctores ad sacrorum dogmatum confirmationem, nisi id hæreticorum pertinacia ab ipsis extorqueret. Imo adversus fidei hostes certamen ex solis Divinarum Literarum testimoniis instruebant*. Ad hæc accedit, quod in sermonibus, de quibus agitur, allegantur aliqua peregrina, veluti è Sacris Scripturis accepta, quæ in Canonicis Sacrarum Scripturarum libris non reperiuntur; aliqua tanquam a Domino dicta, quæ in Sacris Evangeliis, & Apostolorum epistolis frustra requires. Id ipsum reperire licet factum non semel ab antiquioribus dumtaxat Catholicæ Ecclesiæ Scriptoribus. In epistola Barnabæ, quæ vel Barnabæ Apostoli, sed audaci alicujus manu interpolata, vel certe vetustissimi Scriptoris est, juxta antiquam versionem Latinam legimus: *Nihil enim proderit nobis omne tempus vitæ nostræ, & fidei, si non* modo iniquum, & futuras tentationes habeamus, sicut dixit Filius Dei*: RESISTAMUS OMNI INIQUITATI, ET ODIO HABEAMUS EAM §. IV. tum etiam hæc alia, quasi a Domino dicta: *sic inquit: Qui volunt me videre, & attingere regnum meum, debent compressi, & multa passi accipere.*

Nat. Alex. Hist. Eccl. Sec. I. diss. 22. pag. 223. edit. 1.

* f. odio.

§. VII. De duabus epistolis S. Clementis Papæ I. agens Photius, postquam de prima earum verba fecit, de secunda talia subjicit: Ἡ δὲ δευτέρα, καὶ αὐτὴ νουθεσίαν καὶ παραίνεσιν κρείττονος εἰσάγει βίου, καὶ ἐν ἀρχῇ Χριστὸν τὸν Θεὸν κηρύσσει. Πλὴν ὅτι ῥητά τινα, ὡς ἀπὸ τῆς θείας γραφῆς, ξενίζοντα παρεισάγει· ὧν οὐδ᾽ ἡ πρώτη ἀπήλλακτο παντελῶς. Καὶ ἑρμηνείας δὲ ῥητῶν τινῶν ἀλλοκότους ἔχει. *Secunda verò epistola, & ipsa institutionem, ac admonitionem melioris vitæ inducit, atque in principio Christum Deum prædicat. Verum dicta quædam peregrina velut è Sacra Scriptura subinducit, quibus ne prima quidem epistola omnino vacat, & interpretationes locorum quorumdam alieniores profert*. Primam igitur Clementis epistolam, quæ unanimi consensu, & tanta veneratione recepta est, ut in nonnullis Ecclesiis publice legeretur, teste Eusebio, & Hieronymo, dictis peregrinis haud vacare, affirmat Photius. Et quidem hujusmodi esse videntur verba illa Moysis: Ἐγὼ δέ εἰμι ἀτμὶς ἀπὸ χύτρας. *Ego autem sum vapor ex olla*: tum etiam illa: Γέγραπται γάρ· Κολλᾶσθε τοῖς ἁγίοις, ὅτι οἱ κολλώμενοι αὐτοῖς ἁγιασθήσονται. *Scriptum est enim: sanctis vos adjungite, quia qui illis adhærent, sanctificabuntur*. §. 46. Et demum hæc alia: Πόῤῥω γενέσθω ἀφ᾽ ἡμῶν ἡ γραφὴ αὕτη, ὅπου λέγει· Ταλαίπωροί εἰσιν οἱ δίψυχοι, οἱ διστάζοντες τὴν ψυχήν, οἱ λέγοντες· Ταῦτα ἠκούσαμεν καὶ ἀπὸ τῶν πατέρων ἡμῶν, καὶ ἰδοὺ γεγηράκαμεν καὶ οὐδὲν ἡμῖν τούτων συμβέβηκεν. *Longe a nobis absit Scriptura illa, ubi dicit: Miseri sunt, qui animo sunt duplices, & incerti; qui dicunt: Hæc audivimus etiam a patribus nostris, & ecce consenuimus, & nihil horum nobis accidit*. In secunda autem ejusdem Clementis epistola hæc habentur: Ἐπερωτηθεὶς γὰρ αὐτὸς ὁ κύριος ὑπό τινος, πότε ἥξει αὐτοῦ ἡ βασιλεία, εἶπεν· Ὅταν ἔσται τὰ δύο ἕν, καὶ τὸ ἔξω ὡς τὸ ἔσω, καὶ τὸ ἄρσεν μετὰ τῆς θηλείας, οὔτε ἄρσεν οὔτε θῆλυ. *Interrogatus enim*

Phot. Bibl. Cod. 126.

Euseb. Hist. Eccl. lib. III. cap. 16. Hier de Vir. Illustr.

S. Clem. cap. 1. §. 17.

Ibid. §. 46.

S. Clem. epist. I. §. 23.

S. Clem. ep II §. 12.

a quodam ipse Dominus: quando venturum esset regnum ejus, dixit: cum duo erunt unum, & quod foris, ut quod intus, & masculum cum fœmina, neque mas, neque fœmina. Sanctus Ignatius Martyr, & post Petrum tertius Antiochiæ Episcopus in epistola ad Smyrnæos de Christo Domino: Καὶ ὅτε πρὸς τοὺς περὶ Πέτρον ἦλθεν, ἔφη αὐτοῖς· λάβετε, ψηλαφήσατέ με, καὶ ἴδετε, ὅτι οὐκ εἰμὶ δαιμόνιον ἀσώματον. *Et quando ad eos, qui cum Petro erant, venit, inquit ipsis, apprehendite, palpate me, & videte, quod non sum Dæmonium incorporale.* Plura verò hujus generis, tanquam a Domino dicta, vel è Sacris Scripturis accepta, quæ tamen peregrina sunt, ut ea vocat Photius, observare licet in Clemente Alexandrino, Origene, aliisque primorum sæculorum Scriptoribus, quæ frustra in nostris Sacrarum Scripturarum Codicibus quæruntur, cum nuspiam in eis extent, sed vel ex Evangeliis, & Scripturis apocryphis, vel ex veteri traditione derivata sunt. Celebre est illud, quod a multis veterum usurpatum est tanquam Christi Domini mandatum, de quo Origenes in Commentariis in Joannem: Τηρούντων τὴν ἐντολὴν Ἰησοῦ λέγουσαν: δόκιμοι τραπεζῖται γίνεσθε. *Custodientibus Jesu mandatum: estote boni trapezitæ.* Ad quæ cl. Daniel Huetius talia adnotat: *Idem repetit Tom. XII. in Matth. & 22. & tract. 27. in eumdem Evangelistam, & Pamphilus in Apologetico, Clemens Alexandrinus lib. I. Strom., Epiphanius hæres. 44. cap. 2., Hieronymus epist. ad Min. & Alex., quod frustra tamen in Evangeliis, novoque adeo Testamento quæsieris &c.* Postea, nonnullis interjectis, ita prosequitur: *Sexcenta antiqui Patres Christi, Apostolorumve dicta, vel facta memoriæ prodiderunt, quæ in novi Testamenti libris non comparent, quæque ex eo secundum Hebræos Evangelio propagata, vel ex traditionibus profecta sunt; Nos quidem plura hujusmodi in Origene deprehendimus &c.* Ugo Grotius pro epistolæ Sancti Clementis PP. I. antiquitate, & veritate asserenda validissimum inde argumentum suppeditari putat: *quod*, inquit, *dicta quadam usurpat non scripta, sed ut memoria recente per manus tradita.* Hujus autem generis in Sermonibus, seu Epistolis S. Jacobi Nisibeni, vel tanquam a Domino dicta, vel a Prophetis pronunciata, vel ex aliis Sacrarum Scripturarum libris accepta, plura, ut dixi, occurrunt: talia sunt, in Sermone primo: *In gentibus lucebit lux vestra*: In eodem: *Nolite hæsitare in fide vestra, ne forte mergamini in Mundo.* In Sermone secundo: *Væ illis, qui efficiunt se miseros, vos autem nolite efficere vos miseros, mendacium ne decipiat vos.* In Sermone tertio: *Terra, in qua effusus fuerit sanguis, non erit propitiatio, sed effundetur sanguis ejus in ea.* In Sermone quinto: *Verba parata sunt fieri bona, & beatus erit, per cujus manus venerint: Malum quoque paratum est fieri, & væ illi, per cujus manus venerit.* His autem similia multa alia peregrina, ut nuncupat ea Photius, notari possunt, quæ & antiquitatem Scriptoris, & operum, quæ ei adscribuntur, veritatem liquido ostendunt.

§. 3. Tertium argumentum sumi potest ex hæresibus, earumque auctoribus, qui vel in sermonibus memorantur, vel quorum nulla in his fit mentio. Et quidem in Sermone IV. de jejunio tres sectæ hæreticorum recensentur, nempe Marcionitarum, Valentinianorum, & Manichæorum, eorumque blasphemiæ, impiæ doctrinæ, ac scelera brevissime indicantur. Præter hos autem nullæ aliæ pestes in his sermonibus

S. Ignat. epist. ad Smyrn. §. 3.

Orig. Comm. in Joan. Tom. II. pag. 268.

Dan. Huet. in not. & observ. ad Comm. Orig. pag. 114. 115.

In epist. ad Hier. Bignonium 154.

Pag. 9.

Pag. 17.

Pag. 34.

Pag. 45.

Pag. 80.

Pag. 52.

bus nominantur. Sectæ autem Marcionitarum, & Valentinianorum ad secundum Ecclesiæ sæculum pertinent; hæresis verò Manichæorum, sæculo tertio evolvente, orta est, & ejus fine, & sæculi quarti initio late se diffudit. Cum autem S. Jacobus nullibi Arianorum meminerit, licet non semel Catholicum dogma Arii blasphemiæ contrarium doceat, ac statuat, & diversis in locis Originianorum, seu Origenistarum errores rejiciat, utrorumque tamen nomina sileantur, apertum hinc indicium suppetit, ut certo affirmari possit, auctorem horum sermonum eo tempore scripsisse, quo Manichæorum pestis jam late serpere, & humanum genus inficere cœperat, nempe jam adulto sæculo quarto; & quo Arianæ hæresis fautores, & Origenianorum errorum patroni non adhuc sibi nomen a suis auctoribus fecerant, hoc est ante medium, seu finem ejusdem sæculi quarti. Accedit, quod cum horum sermonum Scriptor strenue virginitatem tueatur adversus ejus inimicos, atque impugnatores, adversarios sibi statuit Judæos, non autem hæreticos, qui cæleste hoc donum aggredi sæculo quarto ausi sunt, ut non obscure hinc innuatur, quo tempore sermo ille de Virginitate editus est, nullum adhuc inter Christianos fuisse, qui ei bellum aperte indixerit. Postremo addatur etiam, si libet, nullam mentionem fieri, & nullum uspiam vestigium apparere plurimorum errorum, ac hæresum, quæ post Jacobi Nisibeni ætatem exortæ sunt, & quibus postea Armeniæ, ac Syriæ populi misere infecti, & contaminati fuerunt. Altum hìc de Nestorianis & Eutychianis silentium, aliisque nefandis pestibus, quæ universas Orientis regiones perturbarunt. Quæ cum ita sint, aperte colligitur, Scriptoris nostri ætatem omnibus illis erroribus anteriorem fuisse, ac proinde sæculi quarti tempus non excessisse, imo non multo ultra medium illius sæculi progressam esse.

In Serm. VI. pag. 230. Serm. VIII. p. 253. & alibi.

§. 4. Quartum argumentum suppeditat versio Sacræ Scripturæ Armena, quæ in nostris sermonibus habetur. Etenim hæc omnino diversa est a versione, quæ typis impressa ad publicam utilitatem pluribus in locis, & novissime Venetiis edita est, & qua nunc Armeni vulgo utuntur. Hinc enim manifesta nobis probatio exhibetur, auctorem nostrorum sermonum antiquiorem esse omnibus versionibus Armenis, quæ ad nos pervenerunt, & consequenter præcessisse tempora Arcadii Imperatoris, & B. Joannis Chrysostomi, quorum ætate prima sacrorum Bibliorum versio Armena ex Græca versione Septuaginta Interpretum adornata est. *Etenim Armenicas Bibliorum versiones*, inquit Calmet, *Arcadii Imperatoris, & D. Joannis Chrysostomi ætate primum editas constat; cum Moyses cognomine Grammaticus, David Philosophus, & Mampræus Armeni ex Græco plerosque tam veteris, quàm novi Testamenti libros in Armenicum idioma transtulerunt. A Bernardo etiam Abbate Mesropa, qui, Theodosio juniore imperante, floruit, nonnulli versionem quamdam, duobus ipsius discipulis Joanne, & Josepho juvantibus, concinnatam volunt. Græcum quoddam fragmentum affert Gretserus, in quo quidam Magni Theodosii, & Bahram Regis Armeniæ ætate, circa annum* 380. *psalmos armenice transtulisse dicuntur: quod ægre ferens Theodosius, valde succensuit Armenis, quod traditionem a S. Gregorio earum regionum Apostolo acceptam violassent. Vid. Gretſ. defenſ. Bellarm. lib. II. cap.* 16. *col.* 881.

Hæc

Hæc P. Calmet in suo Dictionario Sac. Scripturæ, quæ latius exponuntur a P. Jacobo le Long. in Bibl. Sac. Tom. I. cap. 2. sect. 3. pag. 136., unde Calmet, auctore suo laudato, descripsit. Quare cum ætate antecesserit S. Jacobus Nisibenus Arcadium Imperatorem, & Jo: Chrysostomum, recte ac jure merito nostri sermones ei adscribuntur, neque ad alium Scriptorem, qui posterioribus sæculis inter Armenos floruerit, quique suas elucubrationes in publicum nationis suæ commodum vulgaverit, tribui possunt.

§. 5. Quintum argumentum exoritur ex iis, quæ habentur in sermone secundo pag. 41. §. 17. *Revocavit nos a via gentium*. Et in sermone XV. §. 5. pag. 360. *Nam nos reliquimus Idola, & simulacra, & nominavimus ea mendacia, quæ reliquerunt nobis Patres nostri*. Similiter in sermone XVI. §. 6. pag. 368. *Adoremus, & glorificemus Jesum, qui deceptas mentes nostras convertit ex omni adoratione inanis erroris*. Et §. 8. pag. 370. *Ecce ego ex gentibus audivi &c.* Ex quibus omnibus manifeste apparet, Auctorem sermonum ipsum, vel certe ejus Parentes, recens ex Idolorum erroribus ad Christianam veritatem conversum, primis Ecclesiæ sæculis vixisse, quibus & ii, quibuscum sermonem habebat, perinde ac ipse, ex Idololatriæ tenebris ad Catholicam lucem venerant. Verum enim non ex his solùm certò constat, eum pacis redditæ Ecclesiæ post ultimam persecutionem, & Magni Constantini temporibus supparem fuisse, sed ex pluribus aliis, quæ diversis in locis leguntur: nempe quod dum ipse adhuc vivens sermonibus suis scribendis operam dabat, potentissimus Orientis Rex magno (*Serm. V. de Bello.*) belli apparatu Romanum Imperium aggredi, atque illud evertere meditabatur: quod in Romano Imperio (*In eod. Serm. & alibi.*) Christiana Religio contra Diabolicos Idololatrarum conatus obtinuerat: quod Romani milites, & Romani exercitus vexilla, scuta, & arma Sacrosancto Crucis Signo (*Serm. V. §. 18. pag. 105.*) muniebantur: quod tamen non deerat in aliquibus regionibus adversus Christiani nominis professores Ethnicorum persecutio, & haud prorsus cessaverat Idololatrica supersti- (*Sermo II. §. 17. §. 41. in fin. Serm. V. de Bello.*) tio; quin imo Gentiles non modo in Templis suorum Deorum, sed etiam super torcularia, frumento- (*Serm. XIII. §. 3. pag. 322.*) rum areas, aliaque hujusmodi loca sacra suis Idolis faciebant, ideoque cum eis Judæi communicare nolebant: quod Ægyptii per id tempus oves & boves, tanquam numina, honorabant, & ab eorum esu se abstinebant, suillas autem carnes, & pisces comedebant: quod Judæi (*Serm. XIII. §. 4. pag. 326.*) in gentibus dispersi Pascha celebrabant, immolabant victimas, aliaque faciebant, quæ solum in Templo Hierosolymitano peragere eis (*Serm. XIV. §. 2. pag. 337. & §. 7. pag. 342.*) licebat; quinimo tabulas etiam legis, & arcam testamenti fictitiam sibi fabricaverant: insuper jacta- (*Serm. XVIII.*) bant prope adesse tempus, quo Hierosolymitanum Regnum, & Judaica Synagoga restitueretur; se esse ex semine Abrahæ, sibi pro- (*Serm. XI. §. 1.*) missiones factas esse; in circumcisione, in observatione Sabbati aliarumque Judaicarum solemnitatum, in delectu ciborum justitiam & sanctitatem repositam esse. Nonne (*Serm. XI. XII. XIII. XIV.*) hæc omnia conveniunt Sancto Jacobo? cujus ætate per Constantinum Imperatorem pace Ecclesiæ reddita, Sapores Persarum potentissimus Rex divitiarum copia, militum multitudine, diuturnitate, & amplitudine Regni, ac victoriis elatus, ingentibus copiis, & omni belli ornatu comparato, ultimis Imperatoris Constantini annis Romanum Imperium aggressus est, ut

illud

illud, ſi fieri poſſet, ſibi ſubjiceret, ac funditus deleret; bello præterea addidit perſecutionem, quam adverſus Chriſtianos, qui in ſuo Regno morabantur, crudeliſſime exercuit: cujus ætate Judæi non adhuc Chriſtianorum Principum legibus coerciti, nec frequentibus calamitatibus eorum perfidiæ divinitus inflictis ſatis adhuc cohibiti & compreſſi, in Orientalibus præſertim partibus adverſus Chriſtianos inſoleſcentes inſurgebant, & de Abrahamitica origine, Moſaica lege, & legalibus ritibus ſuperbientes Chriſtifidelibus inſultabant, & Chriſtianæ Crucis humilitatem deſpiciebant, & majorum gloriam, ac laudes jactantes, nova ſibi Regna, divitias, atque honores ſua vanitate ac perfidia decepti fruſtra promittebant: Idololatria autem victa, ac proſtrata, ſuos tamen Aſſeclas ubique habebat, qui ſacra ſuis falſis Diis vel in occulto, vel in aperto, ut dixi, facere audebant. Hæc utique omnia Jacobo Niſibeno, cujus nomen ſermones ferunt, bene, inquam, congruunt, atque conveniunt: alteri autem Scriptori vel Armeno, vel Syro, aut vix, aut ne vix quidem aptari poſſunt.

§.6. Ad hæc autem illud quoque adjicitur, quod vitia, quæ in ſermonibus reprehenduntur, propria ſunt eorum temporum, quibus inter mortales S. Jacobus vitam agebat. Hujuſmodi ſunt: Judaica ſuperſtitio, & Judaicarum ſolemnitatum obſervatio: magicæ artes: diabolica præſtigia: Aſtrologorum deliria: contubernia Virginum cum Clericis, & Aſcetis, & his ſimilia. Quibus plura alia addere licet, quæ ad mores, & ritus antiquiſſimorum Eccleſiæ temporum ſpectant: timuiſſe ſcilicet ſimplices aliquos, atque imperitos Chriſtianos, ne eſu cujuſcumque generis ciborum contaminarentur; feriam quartam, & ſextam ſingularum hebdomadum, & decimam quartam omnium menſium ſpeciali cultu obſervatam fuiſſe; fideles ejus temporis ſolitos fuiſſe Euchariſticum Panem ſtantes manibus excipere, atque oculis admovere; Aſcetarum ordinem in Eccleſia Dei extitiſſe; Monachos verò, quales poſterior ætas vidit, nullos nominari. Inſuper adjungi poſſent ſermonum argumenta, quorum plurima ſunt contra Judæos, alia primis Eccleſiæ ſæculis, ac Scriptoribus congruunt. Judæorum autem maximus erat numerus in Meſopotamia, Armeniaque, aliiſque conterminis regionibus, in quas ab Aſſyriorum Regibus decem Judæorum Tribus in captivitatem deportatæ fuerant, & infinita propemodum multitudo poſt univerſale Judaicæ gentis excidium migraverat; quique primis præſertim naſcentis Eccleſiæ temporibus Chriſtianum nomen irreconciliabili odio ubique gentium dictis & factis inſectabantur; adeout adverſus eos neceſſe fuerit plures ex antiquiſſimis Patribus calamum ſumere, eorumque audaciam ſcriptis libris publice refellere, & impias blaſphemias redarguere. Ex hoc numero fuerunt veterrimi Eccleſiaſtici Scriptores Ariſto Pellæus, Juſtinus, Tertullianus, Cyprianus, Hippolytus, Origenes, Apollinaris, Gregorius Nyſſenus, Joannes Chryſoſtomus, aliique. De S. Joanne Chryſoſtomo: *In Syria*, inquit Proclus, *Deum impugnantes Synagogas evacuavit*. Poſtremo haud omnino ſilentio prætereunda eſt ratio ac modus exponendi Catholica dogmata, loquendi de rebus, quæ ad Deum, Divinaſque Perſonas, ac Dei attributa pertinent, tradendi morum diſciplinam, differendique adverſus illius temporis hæreticos apprime conveniens Jacobo Niſibeno, & con-

In Orat. in laud. S. Jo. Chryſ. ap. Baron. Ann. Tom. V. an. 438. n. 3. pag. 662.

consonans cum primorum Patrum scriptis, ac doctrinis: e diverso nulla uspiam mentio de moribus, ac ritibus, aliisque rebus posteriorum temporum. Quid verò novæ illæ locorum Sacræ Scripturæ interpretationes, quæ frustra in aliis Patribus quæruntur? Quid veteres hebraicæ traditiones? Quid demum auctoritas quædam, ac, ut ita dicam, magisterium in docenda Catholica veritate, in tradendis regulis morum, in confutandis Judæis, atque Hæreticis; nonne hæc omnia indicant ætatem, sapientiam, patriam ipsam S. Jacobi? Nisibim scilicet, in qua celebris Hebræorum, seu potius Christianorum, sive utrorumque Schola floruit, ubi a publicis Doctoribus Sacræ Scripturæ exponebantur. Multa alia afferri possent, quibus ostenderetur, quod initio propositum est, & quod apud sapientes viros minime dubium esse potest, sermones istos Armenos S. Jacobo Nisibeno, cujus nomine insigniti sunt, adjudicari debere. Sed plura scribere mihi grave ac laboriosum est, cum ad ingenii tenuitatem & adversa valetudo, qua, Deo volente, merito affligor, & variæ etiam occupationes accedant. Itaque studiosus Lector multo plura per se observare poterit, & nonnulla etiam a me in notis animadversa sunt, quæ quidem omnia, si minus separatim, certe conjunctim sumpta, & considerata, ni fallor, ad fidem faciendam, & ad suadendum, quod in quæstione est, cordatis, rectique judicii hominibus satis esse posse videntur.

De Schola Nisibena Cassiod in præfat. Instit. p. 366. tom. 2. Junilius Ep. Afr. in epist. præposit. lib. de part. Divin. Leg. ad Primasium Episcop. Cornel. a Lapid. Tom. 1. comm. S. Script. p. 9. Tillem. Mem. Eccl. Tom. VII. Tit. de S. Jacque pag. 261.

CAPUT III.

De utilitate & præstantia Sermonum Sancti Jacobi.

Quàm validum semper habitum sit Catholicæ veritatis præsidium adversus impias hæreticorum pravitates, consensus veterum Patrum, Ecclesiæque Doctorum, qui licet locis, moribus, linguis longe sepositi ac disjuncti, tamen in dogmatibus Christianæ fidei asserendis, de quibus controversia movetur, optime conspirant, atque consentiunt, nemo est, qui ignoret. Si quis autem hac de re dubius adhuc hæreret, facile ex ejus animo dubitationem omnem eximere possent celeberrimi omnium ætatum Scriptores, qui a nascentis Ecclesiæ primordiis ad præsentem usque ætatem pro fide Catholica cum hæreticis prælio congressi, hoc præcipuè argumento, consensu scilicet diversarum Ecclesiarum Doctorum, tanquam palmari usi sunt. Neque enim fieri posse existimandum est, ut qui tam immensis terrarum spatiis, tam dissita morum diversitate, tam varia rituum, linguarum, dominiorum, aliarumque rerum omnium differentia sejuncti ac separati sunt, in una eademque Catholicorum dogmatum sententia cum Romana Ecclesia convenirent, nisi Catholicæ fidei veritas, quæ una est, simul uniret atque conjungeret. Quamobrem in hac re recte concludit in aureo suo libello, quem Commonitorium inscripsit, Vincentius Lirinensis: *Hos ergo*, inquit, *in Ecclesia Dei divinitus per tempora & loca dispensatos quisquis in sensu Catholici dogmatis unum aliquid in Christo sentientes contempserit, non hominem, contemnit, sed Deum.* Testimonium autem S. Jacobi Nisibeni eo majoris ponderis atque auctoritatis esse debet, quo illud non veluti unius Ecclesiastici Scriptoris, sed duarum insignium Ecclesiarum Armenicæ ac Syriacæ doctrinam, judicium, ac sententiam revereri oportet; neque enim alium magis idoneum doctrinæ apud duos numerosissimos populos Syros, atque Armenos antiquitus rece-

Vinc. Lirin. in Commonit. lib. 1. num. 40.

receptæ testem appellare possumus, quàm Jacobum Nisibenum. Is enim natione Syrus Nisibis principis in Mesopotamia Urbis Episcopus non modo populares suos sanctissimæ vitæ exemplo, & Divini verbi prædicatione docuit, atque instruxit; sed insuper Auditorem habuit Sanctum Ephræm, *quem Syri suum profitentur Prophetam, Divinorumque oraculorum interpretem*: Armeni autem hos sermones, aut tractatus S. Jacobi, tanquam cælestem doctrinam continentes, suspiciunt, eumque, veluti gentis suæ Doctorem, ac Magistrum venerantur. Tanti igitur Episcopi & antiquissimi Patris ob vitæ sanctitatem, & scientiæ laudem spectatissimi de quibusdam Catholicæ Ecclesiæ dogmatibus, quæ a Novatoribus impie atque infeliciter impugnantur, quæ fuerit sententia, breviter indicabo.

P. Bened. Soc. Jes. in nov. edit. op. S Ephr. ad Card. Quirin. tom. 1.

§. 2. Ac primum de Divinitate Christi Domini, ac Verbi Dei cum Patre *consubstantialitate*: in Sermone I. §. 5. quærit, quomodo Christus, cum sit fundamentum spiritalis ædificii, dicatur in eo habitare? allatis Apostoli verbis, quibus nos docemur, spiritum Dei habitare in nobis, & verbis illis Christi Domini: *Ego, & Pater meus unum sumus*: Ex his colligit, Christum Dominum in fidelibus habitare; quod fieri non posset, nisi Christus Dominus Deus esset unius, ejusdemque substantiæ cum Patre, & Spiritu Sancto. In eodem Sermone §. 7. Christum Verbum Dei vocat, Lapidem æqualitatis, quia a principio æqualis Patri erat: & §. 8. Verbum, & Sermonem Domini, & Lucem veram; quemadmodum eum vocavit Joannes Evangelista. Et in Sermone VII. §. 4. omnium Dominum Christum esse, affirmat ex verbis illis Apostoli: *Caput Christi Deus*. Et in Sermone VIII. §. 6. ipsum esse Dei Verbum, & Vocem, & descendisse instar imbris, & nivis, & in eo justos germinare, fructumque afferre, eumque in novissimo die mortuos suscitare. Et demum in Sermone XVI. §. 6. a fidelibus communiter credi testatur, Jesum esse Deum, Deique Filium.

§. 3. Præsentiam realem Corporis & Sanguinis Domini Nostri Jesu Christi in Sacramento Eucharistiæ disertissimis verbis nos edocet. Nam in Serm. III. §. 2., exhortans, quo jejunium sit Deo acceptum, ut diligenter os custodiamus, ne in maledictiones, detractiones, blasphemias, aliaque verba malitiæ prorumpat: *Unum*, ait, *ostium est domus tuæ, & ipsa est Templum Dei. Profecto nefas est, & omnino non decet, o homo, ut per ostium, per quod ingreditur Rex, extrahas stercus, aliasque sordes, sed ut abstineas ab omni immunditia, & tunc sumas Corpus, & Sanguinem Christi; cauteque custodias os tuum, per quod Rex ingressus est, neque amplius tibi licet, o homo, educere per os tuum verba immunditiæ*. Et in Sermone IV. §. 9., ad verba Isaiæ Prophetæ Cap. 1. v. 15. &c. de expiatione peccatorum: *Porro*, inquit, *non mundabuntur, nisi abluti fuerint in aquis lavacri baptismatis, & acceperint Corpus, & Sanguinem Christi. Sanguis sanguine expiatur, & corpus corpore mundatur, & peccata aqua abluuntur*. Et in Sermone XIV. §. 4. pag. 342. agens de Paschate, quod Salvator noster cum Discipulis suis in ultima cœna celebravit: *A loco illo*, ait, *ubi fecit Pascha, & dedit Corpus suum, ut manducarent, & Sanguinem, ut biberent, abiit, & eo profectus est cum discipulis suis, ubi ceperunt eum. Cum ergo manducatum fuit Corpus ejus, & bibitus ejus Sanguis, reputatus est esse cum mortuis. Nam Dominus* no-

noster manibus suis dedit Corpus suum in cibum; & cum non adhuc esset Crucifixus, dedit Sanguinem suum in potum.

§. 4. De Angelis, eorumque erga homines officiis non uno in loco differit: in Serm. III. §. 10. & in Serm. IV. §. 7. Angelos orationibus fidelium præesse, easque Deo offerre, affirmat, inquiens: *id tibi notum certumque sit, quod oratio tua relinquetur ante Altare, & quod nolet ille, qui orationem offert, eam accipere, & elevare a terra; examinat enim munus tuum, an sit coinquinatum.* Et in Sermone IX. §. 2. recensens humilium dotes, ac prærogativas: *Eunt illuc* (hoc est in Cælum) *semper eorum Angeli, & accipiunt, & deferunt ædificationem.* Ita & alibi. De resurrectione autem mortuorum cum iisdem corporibus, quibus de hac vita migrarunt, tractat in Sermone VIII., cui titulus est de Resurrectione, & plura de eadem re scribit in Serm. VI. de Ascetis, aliisque in locis. Præterea Justorum animas in Cælum ascendere, impiorum verò in infernum amandari, aperte nos monet in Sermone VIII. §. 3., ubi de iniquis ait, quod in resurrectione revertentur ad infernum. Et in eodem Sermone §. 8., oportere nos timere secundam mortem, & beatos esse justos, quia in resurrectione habebunt spem accipiendi præmia bonorum operum; iniquis autem væ undique reservatum esse. Et ibidem paulo infra inquit: *Fides nostra docet, quod quando dormiunt homines, animæ eorum, qui sunt justi, eunt ad Deum, illorum autem, qui sunt peccatores, ad gehennam.*

Pag. 167. & 168.

§. 5. Demum sola fide homines non salvari, sed opera bona, præter fidem, necessaria esse ad salutem, tradit in toto Sermone I. & insuper in aliis Sermonibus: Circumcisionem non efficere homines justos, sed fidem, & mandatorum observantiam: In celebratione Sabbati, ciborum delectu, aliisque observantiis legalibus repositam non fuisse a Deo hominis sanctitatem, & justitiam, sed in fide, & charitate, bonisque operibus: Extremum futurum judicium, in quo boni, & mali pro meritis pœnas, aut præmia accipient; illas in gehenna, hæc in Cælis æterna fore: Propositum virginitatis rem sanctam esse, & divinitus datam, eamque præcellere conjugio, quod tamen bonum est, & a Deo institutum: Jejunia sancta esse, & Deo accepta, si tamen cum bonis operibus, & cordis sanctitate conjungantur. Verumenim de doctrina S. Jacobi Nisibeni, quæ in his sermonibus traditur, hæc adnotasse sufficiat; plura enim alia, quæ ad dogmata Catholicæ Ecclesiæ, vel ad veteres Ecclesiasticos ritus, vel ad antiquam morum disciplinam, vel ad sacrarum Scripturarum interpretationem pertinent, a studioso Lectore observari poterunt, quæ ego brevitati consulens, & legentium fastidio parcens, libens prætermitto; quoniam id luculentius ab aliis, quàm a me præstari posse, minime dubito. Illud solum postremo loco addam, quod doctus æque ac pius Cardinalis Baronius, relatis verbis, quibus titulos horum tractatuum Gennadius refert, amore ac desiderio eorum legendorum percitus, dolens exclamat: *Utinam tantum thesaurum Syri Græcis, & hi Latinis communicassent, sicut res ab eo præclare gestas nobiscum participarunt.*

Baron. in Annal. Eccl. ad an. 338. §. 26. pag. 492.

VI-

VITA
SANCTI JACOBI
EPISCOPI NISIBENI
EX HISTORIA RELIGIOSA
THEODORETI EPISCOPI CYRI

Tom. III. Oper. Theod. edit. Parif. 1642. cura & ftudio
JACOBI SIRMONDI Societ. Jefu.

PROLOGUS.



ΜΩΥΣΗΣ ὁ θεῖος ὁ νομοθέτης, ὁ τῆς θαλάττης τὸν πυθμένα γυμνώσας, καὶ τὴν ἄνυδρον ἔρημον ὕδασι κατακλύσας, καὶ τὰ ἄλλα πάντα θαυματουργήσας, τῶν πάλαι γεγενημένων ἁγίων τὴν πολιτείαν συνέγραψεν, οὐ τῇ σοφίᾳ χρησάμενος, ἣν παρὰ τῶν Αἰγυπτίων μεμαθήκει, ἀλλὰ τῆς ἄνωθεν χάριτος τὴν αἴγλην δεξάμενος. Πόθεν γὰρ ἂν ἔμαθεν ἄλλοθεν τὴν Ἄβελ τὴν ἀρετὴν, καὶ τοῦ Ἐνὼχ τὸ φιλόθεον, καὶ τοῦ Νῶε τὸ δίκαιον, καὶ τὴν εὐσεβῆ τοῦ Μελχισεδὲκ ἱερωσύνην, καὶ τοῦ Ἀβραὰμ τὴν κλῆσιν, τὴν πίστιν, τὴν καρτερίαν, τὴν ἐπιμελῆ φιλοξενίαν, τὴν πολυθρύλητον τοῦ παιδὸς ἱερουργίαν, καὶ τὸν τῶν ἄλλων κατορθωμάτων κατάλογον, καὶ συντόμως εἰπεῖν, τῶν θεσπεσίων ἐκείνων ἀνδρῶν τοὺς ἀγῶνας, καὶ νίκας, τὰς ἀναῤῥήσεις, εἰ μὴ τοῦ νοεροῦ καὶ θείου πνεύματος τὰς ἀκτῖνας ἐδέξατο; ταύτης δὴ τοῦ παρόντος κἀμοὶ δεῖ τῆς συνεργίας, τῶν ὀλίγον πρὸ ἡμῶν καὶ ἐφ' ἡμῶν δὲ λαμψάντων ἁγίων τὸν βίον πειρωμένῳ συγγράψαι, καὶ οἷόν τινα νομοθεσίαν τοῖς ζηλοῦν ἐθέλουσι βουλομένῳ προτεῖναι. Τὰς τούτων τοίνυν προσευχὰς ἐπικλητέον, καὶ τῆς διηγήσεως ἀρκτέον.



MOSES divinus legiflator, qui maris fundum aperuit, & aquis obruit aridam folitudinem, & alia omnia fecit miracula, veterum Sanctorum res geftas confcripfit, non eâ utens fapientiâ, quam ab Ægyptiis didicerat, fed fplendore gratiæ cælitus accepto. Undenam enim alioqui Abelis virtutem cognoviffet, aut Enoch amorem divinum, & Noe juftitiam, & Melchifedech pium Sacerdotium, & Abrahæ vocationem, fidem, fortitudinem, & exquifitam hofpitalitatem, decantatum filii facrificium, & aliorum ejus eximiorum facinorum catalogum, atque, ut in fumma dicam, divinorum virorum certamina, victorias, præconia, nifi intelligentis divinique Spiritus radios accepiffet? Hoc mihi quoque in præfentia opus eft auxilio, qui coner vitam confcribere Sanctorum, qui paulo ante nos, & noftris temporibus claruere, & quafdam veluti leges velim, imitari eos cupientibus proponere. Illorum ergo invocandæ funt preces, & incipienda narratio. Theodoretus hac præfatus,

c 2 CAP. I.

Vitam Sancti Jacobi Nifibeni græco fermone luculenter fcriptam nobis reliquit Theodoretus, qua nil melius cum a me præftari poffe exiftimem, Græce ac Latine, additis, ubi opus effe duxi, meis notis, veterem adfcribere malui bonam, quàm novam de integro malam facere.

CAPUT I.

Aspera Sancti Jacobi vita, & quædam miracula.

Describit vilem S. Jacobi victum,

NISIBIS (1) urbs est in confinio Regni Romanorum, & Persarum posita, quæ Romanis olim vectigalis erat, eorumque parebat imperio. Ex hac ortus Magnus Jacobus solitariam & quietam vitam est amplexus, altissimorumque montium occupatis verticibus, in his vitam egit, vere quidem, & æstate, atque autumno silvas petens, & pro tecto habens cælum, hyemis vero tempore in antrum se recipiens, quod parvum ei præbebat tegumentum. Cibus illi erat, non qui cum labore nascitur & seritur, sed qui sua sponte producitur: ex silvestribus enim arboribus sponte natos colligens fructus, & ex herbis esculentas, & quæ instar sunt olerum, ex his corpori dabat, quæ ad vitam tuendam satis erant, ignis usum penitus recusans.

Et vestitum, aliasque virtutes.

§. 2. Usum quoque lanarum supervacaneum ducebat, earumque vicem asperrimi caprarum villi explebant, ex quibus & tunica illi fiebat, & simplex amiculum. Ita corpus affligens, spiritale alimentum assidue suppeditabat animæ, mentisque aciem expurgans, & divini Spiritus perspicuum efficiens speculum, revelata facie, juxta divinum Apostolum, gloriam Domini speculans, in eamdem transformabatur imaginem a gloria in gloriam, tamquam a Spiritu Domini. Hinc ejus in Deum fiducia augebatur in dies, & a Deo petens, quæ petere oportebat, ea statim obtinebat. Hinc futura quoque prophetarum more prævidebat, & ad facienda miracula virtutem a sanctissimi Spiritus gratia percipiebat. Ex his pauca commemorabo, & apostolici ejus splendoris radium iis, qui nesciunt, aperiam.

Et narrat, quomodo Sanctus ob impudentiam quarumdam puellarum,

§. 3. Vigebat illo tempore hominum insania erga simulacra, & inanimæ quidem

ΝΙΣΙΒΙΣ ἐστὶ πόλις ἐν μεθορίῳ τῆς Ῥωμαίων καὶ Περσῶν βασιλείας, ἣ πάλαι μὲν Ῥωμαίοις ἐδασμοφόρει, καὶ ὑπὸ τὴν τούτων ἡγεμονίαν ἐτέλει. ἐκ ταύτης ὁρμώμενος ὁ μέγας Ἰάκωβος, τὸν ἐρημικὸν καὶ ἡσύχιον ἠσπάσατο βίον, καὶ τὰς τῶν ὑψηλοτάτων ὀρῶν καταλαβὼν κορυφὰς, ἐν ἐκείναις διῆγεν· ἐν ἔαρι μὲν, καὶ θέρει, καὶ μετοπώρῳ ταῖς λόχμαις χρώμενος, καὶ ὄροφον ἔχων τὸν οὐρανόν· τὸν δὲ τοῦ χειμῶνος καιρὸν ἄντρον αὐτὸν ὑπεδέχετο, βραχεῖαν σκέπην παρέχον. Τροφὴν δὲ εἶχεν, οὐ τὴν μετὰ πόνου σπειρομένην καὶ φυομένην, ἀλλὰ τὴν αὐτομάτως βλαστάνουσαν. τῶν γὰρ ἀγρίων δένδρων τοὺς αὐτοφυεῖς συλλέγων καρποὺς, καὶ τῶν βοτανῶν τὰς ἐδωδίμους καὶ λαχανώδεις, ἐκ τούτων ἐδίδου τῷ σώματι τὰ εἰς τὸ ζῆν ἀποχρῶντα, τὴν τοῦ πυρὸς παραιτούμενος χρείαν.

Περιττὴ δὲ ἦν αὐτῷ καὶ τῶν ἐρίων ἡ χρῆσις. αἱ γὰρ τραχύταται τῶν αἰγῶν τρίχες τὰ ἐκείνων ἐπλήρουν· ἐκ τούτων αὐτῷ καὶ χιτὼν ἐγένετο, καὶ τὸ ἁπλοῦν περιβόλαιον. οὕτω τὸ σῶμα κατατρύχων, καὶ τὴν πνευματικὴν τροφὴν διηνεκῶς προσέφερε τῇ ψυχῇ, καὶ τὸ τῆς διανοίας ὀπτικὸν ἐκκαθαίρων, καὶ κάτοπτρον διαφανὲς τοῦ θείου κατασκευάζων πνεύματος, ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ, κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον, τὴν δόξαν Κυρίου κατοπτριζόμενος, τὴν αὐτὴν εἰκόνα μετεμορφοῦτο ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν, καθάπερ ἀπὸ Κυρίου πνεύματος. ἐντεῦθεν ἡ πρὸς τὸν θεὸν αὐτῷ παῤῥησία καθ᾽ ἑκάστην ηὔξετο τὴν ἡμέραν, καὶ αἰτῶν ἃ τὸν θεὸν αἰτεῖν ἔδει, παραυτίκα ἐλάμβανεν. ἐντεῦθεν καὶ τὰ ἐσόμενα προφητικῶς προεώρα, καὶ δύναμιν εἰς θαυματουργίαν ἐκ τῆς τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐδέξατο χάριτος. τούτων ὀλίγα διηγήσομαι, καὶ τῆς Ἀποστολικῆς αὐτοῦ λαμπηδόνος τοῖς ἀγνοοῦσι τὴν ἀκτῖνα δηλώσω.

Ἤκμαζε κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἡ περὶ τὰ εἴδωλα τῶν ἀνθρώπων μανία· καὶ τὰ μὲν ἄψυχα

(1) Ita vocabatur a Syris, & ab Assyriis; nam alio nomine a fluvio Mygdone, qui eam mediam interfluit, Antiochia Mygdoniæ, sive ad Mygdonem, sive Mygdonia a Græcis dicta est. (*Plutarch in Lucul.*, *Teodor. Hist. Eccl. lib. I. cap. VII. lib. II. cap. XXX.*, *Julian. Orat. 2. pag. 114.*, *Græcor. Menæa 31. Octob. in Synax.*) Hæc Urbs modo Romanorum, modo Persarum, in utroromque Regni confinio sita paruit imperio. Nam Philippus Arabs Imperator coloniam in eam deduxit (*Spanhem dissert. IX. de usu, & præstant. Numism.*) sed anno 363. ad finem vergente a Joviano Imperatore necessitate rerum compulso Persis tradita, in eorum deinde potestatem perpetuo concessit. *Ammian. Marcell. hist. lib. 25.* Hinc est, quod a nonnullis Scriptoribus, *Socr. hist. Eccl. lib. VII cap. 18.*, *Gennad. in Catal. Mabill. Tom. II. veter. Analect.*, Urbs nobilis Persarum dicitur

χα ξόανα τὸ θεῖον σέβας ἐσφετερίζετο, ἡ δὲ τοῦ θεοῦ θεραπεία ὑπὸ τῶν πλείστων κατημελεῖτο. εὐκαταφρόνητοι δὲ ἦσαν οἱ κοινωνεῖν μὲν οὐκ ἐθέλοντες ἐκείνοις τῆς μέθης, ἀκριβῆ δὲ, ἅτε δὴ καθεστηκότες, τὴν τῶν ὄντων διάκρισιν ἔχοντες, καὶ τὴν μὲν τῶν εἰδώλων γελῶντες ἀσθένειαν, τὸν τῶν ὅλων δὲ προσκυνοῦντες δημιουργόν. Κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν τὴν Περσίδα κατέλαβε, τὰ φυτὰ τῆς εὐσεβείας ὀψόμενος, καὶ τὴν προσήκουσαν αὐτοῖς θεραπείαν προσοίσων. πηγὴν δὲ αὐτοῦ τινα διϊόντος, κόραι τινὲς πλυνοῖς ἐφεστῶσαι, καὶ ἱμάτια τοῖς ποσὶν ἀπορρύπτουσαι, οὐδὲ τοῦ σχήματος τὸ καινοπρεπὲς κατῃδέσθησαν, ἀλλὰ τὴν αἰδῶ ἀπορρίψασαι, ἀπηρυθριασμένῳ προσώπῳ, καὶ ἀναιδέσιν ὀφθαλμοῖς συγκαλύπτουσαι, οὐδὲ τὰ ἀνεζωσμένα χαλάσαι ἱμάτια.

dem statuæ divinum sibi cultum vendicabant; Dei autem cultus vulgo negligebatur a plurimis, contemptuique habebantur, qui ebrietatis eorum nolebant esse participes, quique perfecta virtute præditi res discernebant, & simulacrorum ridentes imbecillitatem, universorum Opificem adorabant. Venerat autem ille per id tempus in Persidem (1), visurus plantas veræ religionis, & congruentem eis curam exhibiturus: cumque fontem quemdam forte transmitteret, puellæ, quæ in eo pannos lavabant, & vestes pedibus emundabant, novum ac decentem ejus habitum nihil reveritæ, exuto pudore, & perfricta fronte, impudentibusque oculis divinum hominem conspiciebant, nec capita operientes, nec vestes, quas succinxerant, demittentes.

Τοῦτο δυσχεράνας ὁ τοῦ θεοῦ ἄνθρωπος, καὶ δεῖξαι τοῦ θεοῦ τὴν δύναμιν εἰς καιρὸν ἐθελήσας, ἵνα τῇ θαυματουργίᾳ τῆς ἀσεβείας ἐλευθερώσῃ, ἐπηράσατο μὲν τῇ πηγῇ, καὶ φροῦδον παραυτίκα τὸ ῥεῖθρον ἐγένετο· ἐπηράσατο δὲ ταῖς μείραξι, καὶ τὴν ἀναίσχυντον αὐτῶν νεότητα προώρῳ ἐκόλασε πολιᾷ· καὶ εἵπετο τῷ λόγῳ τὸ ἔργον· καὶ τὸ μέλαν τῶν τριχῶν ἐνηλλάττετο, καὶ εἰώκεσαν νεοφύτοις δένδροις ἐν ἔαρι μετοπωρινὰ φύλλα περικειμένοις. οὕτως αἰσθόμεναι τῆς τιμωρίας· τῆς τε γὰρ πηγῆς ἀπέδρα τὰ νάματα, καὶ τὰς ἀλλήλων θεώμεναι κεφαλὰς, ἑώρων τὴν ἀθρόαν ἐκείνην μεταβολὴν, ἔδραμον εἰς τὴν πόλιν τὸ συμβὰν ἀπαγγέλλουσαι. οἱ δὲ δραμόντες, καὶ τὸν μέγαν καταλαβόντες Ἰάκωβον, ἱκέτευον χαλάσαι τὴν ὀργὴν, καὶ λῦσαι τὴν τιμωρίαν.

§. 4. Quod egrè ferens homo Dei, opportunum ratus Dei virtutem ostendere, ut illustri miraculo ab impietate liberaret, fontem est execratus, & fluentum confestim evanuit: puellas quoque execratus est, & impudentem earum juventam immatura canitie castigavit; ac verba confestim factum est consecutum, mutatusque est niger color pilorum, & similes evaserunt novellis arboribus, quæ vere opertæ sunt foliis autumnalibus. Ita sensu tactæ supplicii (nam & fontis fluenta effugerant, & sua invicem capita intuentes, repentinam illam mutationem videbant) cursim ad urbem contenderunt, renuntiaturæ, quod acciderat. qui mox accurrentes, ut ad Magnum Jacobum venerunt, rogaverunt, ut iram compesceret, & pœnam remitteret.

Fontem exiccarit, earumque crines canos reddiderit.

Ὁ δὲ μηδὲ βραχὺ μελλήσας, προσέφερε μὲν τῷ δεσπότῃ τὴν ἱκεσίαν, ἐκέλευε δὲ πάλιν ἀναβλῦσαι τὰ νάματα· τὰ δὲ παραυτίκα πάλιν ἐκ τῶν οἰκείων ἀνεφαίνετο ταμιείων, τοῖς τοῦ δικαίου μετοχετευόμενα νεύμασιν. οἱ δὲ τούτων τετυχηκότες, καὶ τοῖς πλοκάμοις τῶν θυγατέρων τὴν προτέραν ἐπιβόλουν χρόαν ἀποδοθῆναι. τὸν δὲ εὔξαι μὲν καὶ τοῦτό φασιν, ἐπιζητῆσαι δὲ τὰς κόρας, τὰς τὴν παιδείαν ἐκείνην δεξαμένας· καὶ ἐπειδὰν οὐκ ἀφίκοντο, ἐάσαι τὴν τιμωρίαν, δίδαγμα σωφροσύνης, καὶ εὐκο-

§. 5. Ille vero nihil cunctatus, Domino preces obtulit, & fluenta rursus scatere jussit: tum illa denuo è suis penetralibus Justi nutibus derivata erupeerunt. Hoc impetrato, petebant, ut etiam filiarum crinibus pristinus color redderetur. Ferunt autem illum hoc quoque concessisse, & puellas requisivisse, quæ plexæ hac pœna fuerant, & quoniam non venerunt, supplicium reliquisse, quod documentum foret temperantiæ, & argumen-

Et postmodum restituto fonte, at relicta in pœnam puellarum canitie.

(1) S. Jacobum Presbyterum fuisse, narrat Gennadius: Postea quam autem ad Presbyterii gradum evectus est, verisimile admodum videtur, eum, relicta solitudine, in hominibus frequentata loca excurrere cœpisse, ut æternam animarum salutem procuraret, eademque de causa profectum esse in Persiam, ut scilicet ad eos fideles confirmandos aliquid, quemadmodum ajebat Apostolus, *ad Roman I.* 11., gratiæ spiritualis impertiret. Tum autem contigisse, verisimile est, quod narratur in Menæis, 31. *Octobr pag.* 201., eum plures Idololatras ad Dei veri cultum convertisse, & qui a Christiana fide defecerant, ad Evangelicam veritatem revocasse.

gumentum honestatis, divinæque virtutis perpetuum & evidens monimentum. Tale fuit novi hujus Mosis miraculum, quod quidem non virgæ percussione, sed signo Crucis perfectum est. Mihi vero, præter miraculum, admirari subit mansuetudinem. Neque enim, ut magnus Elisæus, impudentes illas puellas ursis tradidit immanibus, sed innoxia quadam disciplina, & quæ dedecoris parum habebat, pietatem simul & moderationem edocuit. Quæ quidem non eo dixi, ut prophetam sævitiæ accusem (absit, ut adeo insaniam) sed ut ostendam, illum, cum eamdem haberet virtutem, ea potius egisse, quæ Christi mansuetudini, & novo testamento congruerent.

εὐκοσμίας ὑπόθεσιν, καὶ τῆς θείας δυνάμεως ὑπόμνημα διηνεκές τε καὶ ἐναργές. Τοιοῦτον τοῦ νέου τούτου Μωυσέως τὸ θαῦμα, οὐ πληγῇ ῥάβδου γινόμενον, ἀλλὰ τῷ τοῦ σταυροῦ σημείῳ δεξάμενον τὴν ἐνέργειαν. ἐγὼ δὲ πρὸς τῇ θαυματουργίᾳ κομιδῇ θαυμάζω καὶ τὴν πρᾳότητα. οὐδὲ γὰρ ὡς ὁ μέγας Ἐλισσαῖος ἄρκοις αἱμοβόροις τὰς ἀναιδεῖς ἐκείνας παρέδωκε κόρας· ἀλλ' ἀβλαβεῖ τινὶ παιδείᾳ, καὶ σμικρὰν ἐχούσῃ τὴν ἀκοσμίαν χρησάμενος, εὐσέβειαν ὁμοῦ καὶ εὐκοσμίαν ἐδίδαξε. καὶ ταῦτα ἔφην, οὐκ ἀπηνείας τοῦ προφήτου κατηγορῶν, μὴ οὕτω μανείην· ἀλλὰ δεικνὺς ὡς ἐκείνην ἔχων τὴν δύναμιν, τῇ τοῦ Χριστοῦ πρᾳότητι, καὶ τῇ καινῇ διαθήκῃ ἐπετέλει τὰ πρόσφορα.

Iniquum judicem prodigiose correxerit.

§. 6. Idem cum vidisset aliquando, iniquam a judice Persa prolatam fuisse sententiam, maximum quemdam lapidem, qui proximus erat, execratus, conteri ac dissipari jussit, illiusque iniquam sententiam arguere; lapide autem in particulas innumerabiles statim comminuto, conterriti sunt, qui aderant, & horrore plenus judex priorem revocavit, & alteram protulit sententiam. Atque hic quoque suum imitatus est Dominum, qui ut ostenderet, se ultro & sua sponte passionem subire, facileque, si vellet, punire sceleratos potuisse, supplicium eis non intulit, sed ficum inanimam verbo arefaciens, quid posset, demonstravit; quam & ipse imitans clementiam, injustum judicem non punuit, sed ictu lapidis justitiam perdocuit.

Οὗτος ἄλλοτέ ποτε δικαστὴν Πέρσην ἀδίκῳ ψήφῳ χρησάμενον θεασάμενος, λίθῳ τινὶ μεγίστῳ παρακειμένῳ ἐπαρασάμενος, συντριβῆναι καὶ σκεδασθῆναι, καὶ τούτῳ διελέγξαι τὴν ἄδικον ἐκείνου παρηγγύησε ψῆφον· παραυτίκα δὲ τοῦ λίθου εἰς μυρία μόρια μερισθέντος, ἐξεδειματώθησαν οἱ παρόντες· φρίκης δὲ ἀνάπλεως ὁ δικαστὴς γενόμενος, ἀνεκαλέσατο μὲν τὴν προτέραν, ἑτέραν δὲ δικαίαν ἐπήνεγκε ψῆφον· κἀνταῦθα τὸν οἰκεῖον δεσπότην ἐζήλωσεν· ὃς δεῖξαι βουληθεὶς ὡς ἑκὼν ὑπομένει τὸ πάθος, καὶ ῥᾳδίως ἂν ἐθελήσας τοὺς ἀλιτηρίους ἐκόλασεν, οὐκ αὐτοῖς ἐπήνεγκε τιμωρίαν, ἀλλὰ τὴν ἄψυχον συκῆν λόγῳ ξηράνας, τὴν οἰκείαν ἔδειξε δύναμιν. Ταύτην καὶ αὐτὸς τὴν φιλανθρωπίαν μιμούμενος, οὐ τὸν ἄδικον ἐκόλασε δικαστὴν, ἀλλὰ τῇ τοῦ λίθου πληγῇ δικαιοσύνην αὐτὸν ἐδίδαξεν.

CAPUT II.

S. Jacobi Episcopatus, miraculum, præsentia in Concilio Nicæno, mors Arii, obsidio urbis Nisibenæ ejus precibus prodigiose soluta.

Cum factus esset Episcopus Nisibenus.

HUjusmodi ergo rebus insignis, omnibusque amabilis cum esset, atque in ore omnium ejus fama versaretur, trahitur ad munus pontificatûs, & patriæ suæ præficitur(1). Montanam autem illam habi-

ΕΝ τούτοις διαπρέπων καὶ πᾶσιν ἐπέραστος ὤν, καὶ ἐν ταῖς ἁπάντων περιφερόμενος γλώσσαις, εἰς τὴν τῆς ἀρχιερωσύνης ἔρχεται λειτουργίαν, καὶ τῆς πατρίδος λαγχάνει τὴν προστασίαν. ἐναλλάξας δὲ τὴν ὄρειον ἐκείνην διατριβὴν,

(1) Præter Episcopatus decus, etiam Confessoris gloriam adeptum esse, scribit Gennadius *in Catal.*, sub Maximiano: *Unus*, inquit, *ex numero sub Maximiano persecutore confessorum*. Quicum concordant Martyrologium Adonis, Usuardi, Romanum, & nonnulla Hieronymiana; & multa eum ab Imperatoribus Idololatris passum fuisse, testantur Græcorum Menæa. Nihil tamen apud Theodoretum hac de re habetur. Quidam recentiores putant, non sub Maximiano, sed sub Maximino, sub cujus Imperio erat Mesopotamia, legendum esse: Et quidem in persecutione Maximini, habetur in Martyrologio Usuardi, & Romano Eminentissimi Cardinalis Baronii cura & diligentia emendato. *Utra lectio*, inquit Gulielmus Cuperus in Actis Sanctorum mensis Julii Tom. IV pag. 29. §. De S. Jacobi cultu, *præferenda sit, non facile dicam, cum generosi hi Christi pugiles sub alte-*

βὴν, καὶ τὴν ἐν ἄστει διαγωγὴν οὐ κατὰ γνώμην ἑλόμενος, οὔτε τὴν τροφὴν, οὔτε τὴν ἀμπεχόνην ἐνήλλαξεν· ἀλλὰ τὰ μὲν χωρία ἠμείβετο, ἡ δὲ πολιτεία μεταβολὴν οὐκ ἐδέχετο. οἱ δὲ πόνοι προσθήκην ἐλάμβανον, καὶ πολλαπλάσιοι τῶν προτέρων ἐγίνοντο. τῇ γὰρ νηστείᾳ καὶ χαμευνίᾳ, καὶ τῇ τοῦ σάκκου περιβολῇ, ἐπεισήεσαν αἱ δι' ὅλου τῶν δεομένων φροντίδες, χηρῶν, φημὶ, ἐπιμέλειαι, καὶ ὀρφανῶν κηδεμονίαι, καὶ τῶν ἀδικούντων οἱ ἔλεγχοι, τῶν δὲ ἀδικουμένων ἡ δικαία ἐπικουρία. καὶ τί δεῖ πρὸς εἰδότας ἅπαντα καταλέγεσθαι, ἃ τοὺς ταύτην ἀναδεδεγμένους περιστοιχίζει τὴν πρόνοιαν; διαφερόντως δὲ ἐκεῖνος τοὺς τοιούτους πόνους ἠσπάζετο ἅτε δὴ διαφερόντως καὶ ποθῶν καὶ δεδιὼς τὸν τῶν προβάτων κύριον.

habitationem cum mutasset, urbanamque non ex animi sententia suscepisset, nec cibum mutavit nec vestitum, sed mutatis locis, vitæ institutio nullam cepit mutationem. Crescebant vero labores, & multo plures erant prioribus: ad jejunium enim, & humi-cubationem, & saccum, quo induebatur, accesserant etiam curæ indigentium omnium, ut & de viduis esset sollicitus, & orphanis provideret, & injuriam facientes argueret, & injuria oppressis justum afferret auxilium. Et quid opus est omnia recensere apud eos, qui norunt quænam illis competant, qui hanc provinciam suscepere? Insigniter autem ille hos amplectebatur labores, ut qui ovium Dominum insigniter & amaret & timeret.

Ὅσῳ δὲ πλείονα τῆς ἀρετῆς τὸν πλοῦτον συνέλεγε, τοσούτῳ μειζόνως καὶ τῆς τοῦ παναγίου πνεύματος ἀπήλαυε χάριτος· καὶ δή ποτε εἴς τινα κώμην αὐτῷ ἢ πόλιν ἀπαίροντι· οὐ γὰρ ἔχω λέγειν ἀκριβῶς τὸ χωρίον· προσίασί τινες πένητες, ἕνα τινὰ τῶν συνόντων ὡς τεθνεῶτα προτεθεικότες, καί τινα πρὸς τὴν ἐκείνου ταφὴν ἐπιτήδεια λαβεῖν ἱκετεύοντες. ὁ δὲ εἶξεν ἀντιβολοῦσι· τῷ θεῷ δὲ ὡς ὑπὲρ τεθνεῶτος τὴν ἱκεσίαν προσέφερεν, ἀφεῖναι παρακαλῶν τὰ κατὰ τὸν βίον πλημμεληθέντα, καὶ τοῦ τῶν δικαίων ἀξιῶσαι χοροῦ. τούτων λεγομένων, ἀφίπτατο τοῦ τέως σκηπτομένου τὸν θάνατον ἡ ψυχὴ, ἐχορηγεῖτο δὲ τῷ σώματι τὰ καλύμματα.

§. 2. Quo autem virtutis opes colligebat majores, eo majore Sanctissimi Spiritus gratiâ fruebatur. Nam cum illi aliquando in vicum quemdam vel oppidum iter esset (locum enim certò dicere non habeo) accesserunt ad eum pauperes quidam, unum quempiam ex sodalibus suis, velut mortuum, proponentes, & quædam ad illum sepeliendum necessaria postulantes. Ille autem annuit rogantibus, Deoque preces offerens, tamquam pro mortuo, rogavit, ut ei remitteret, quæ in vita peccarat, eumque in justorum cœtum admitteret. Quæ ab eo cum dicerentur, evolavit illius anima, qui mortem simulabat, & suppeditata sunt corpori tegumenta.

Pauper quidam coram illo se mortuum fingens.

Ὡς δὲ μικρὸν προῆλθεν ὁ θεσπέσιος ἄνθρωπος, ἀναστῆναι τὸν κείμενον ἐκέλευον οἱ τὸ δρᾶμα τοῦτο συντεθεικότες· ὡς δὲ ἑώρων οὐκ ἐπαΐοντα, ἀλλ' ἀλήθειαν τὸ σχῆμα γεγενημένον, καὶ εἰς πρόσωπον τὸ προσωπεῖον μεταβληθὲν, καταλαμβάνουσι μὲν τὸν μέγαν Ἰάκωβον, ποτνιώμενοι δὲ, καὶ τῶν ποδῶν προκαλινδούμενοι, καὶ τοῦ τολμηθέντος δράματος αἰτίαν εἶναι λέγοντες τὴν πενίαν, ἱκέτευον λῦσαι σφίσιν αὐτοῖς τὴν πλημμέλειαν, καὶ ἀποδοῦναι τῷ κειμένῳ τὴν ἀφαιρεθεῖσαν ψυχήν. τὴν δεσποτικὴν τοίνυν φιλανθρωπίαν μιμούμενος, καὶ τὴν ἱκετείαν ἐδέξατο, καὶ τὴν θαυματουργίαν ἐπεδείξατο, τὴν ὑπὸ τῆς εὐχῆς ἀφαιρεθεῖσαν ζωὴν διὰ τῆς εὐχῆς ἀποδοὺς τῷ κει-

§. 3. Paululum deinde progresso viro sancto, illum, qui jacebat, surgere jubentes, qui fabulam composuerant, ut eum viderunt non exaudire, & re ipsa evenisse quod simulabatur, veramque in faciem mutatam esse personam, ad magnum contendunt Jacobum obtestantes, & ad ejus pedes provoluti, audacisque facti causam dicentes fuisse paupertatem, rogabant, ut delictum ipsis condonaret, ablatamque mortuo animam restitueret. Domini ergo imitans clementiam, preces admisit, & miraculum exhibuit, vitam precibus ablatam precibus restituens (1). Mihi

Vera morte punitur, quem Sanctus ad vitam revocat.

alterutro Christianorum persecutore accipere potuerint vulnera, quorum gloriosas cicatrices ad Nicænam Synodum attulerunt.

(1) Simili fraude improbi quidam illudere tentarunt sanctis viris Gregorio Thaumaturgo, & Epiphanio Cypri Episcopo, & meritas pœnas pro suis dolis, ac fraudibus dederunt. *Greg. Nyss. in vit. S. Greg. Thaumat. Sozom. Hist. Eccl. lib. VII. cap. 27.* Nam qui mortuos se simulabant, simili modo divinitus extincti sunt, ita tamen ut postea ad vitam revocati, frustra beatos Episcopos eorum sociis, ac fraudibus consciis deprecantibus, non fuerint. Quod ad Episcopatum ejus attinet, hic afferam, quæ de magnifica Ecclesia ab eo ædifi-

Mihi vero magni Petri miraculo, quo Ananiam, & Saphiram furti, mendaciique reos morti tradidit, simile hoc videtur. Nam hic quoque similiter eum, qui veritatem surripuerat, mendaciumque protulerat, vita privavit. Sed ille quidem furto cognito (revelaverat enim gratia Spiritûs) intulit supplicium; hic vero rem nesciens vitæ cursum ei, qui simulaverat, fusis precibus abrupit. Et divinus quidem Apostolus mortuos a calamitate non eripuit, quia salutaris prædicationis initia timore opus habebant; hic autem apostolicâ refertus gratiâ & puniit ad tempus, & pœnam mox remisit, quia sic noverat se lucri facturum eos, qui peccarant.

S. Jacobus Concilio Nicæno contra Arium interfuit.

§. 4. Verum ad alia pergendum est, atque illa etiam breviter exponenda. Etenim cum Arius blasphemiæ in Unigenitum & Spiritum Sanctum pater & opifex, in eum, qui ipsum crearat, linguam movens, tumultu, & perturbatione implevisset Ægyptum, & Constantinus maximus Imp., nostri gregis Zorobabel (quippe qui totam piorum, sicut ille, captivitatem reduxit ab exilio, & divina templa solo æquata in altum erexit) Ecclesiarum præsides omnes Nicæam convocasset, venit cum aliis magnus quoque Jacobus; pro veris dogmatibus, ut fortissimus bellator, & totius agminis princeps decertaturus. In Romanorum enim ditione Nisibis tunc erat.

Hæc omnia usque ad §. 7. tamquam supposititia omissa sunt a P. Guilielmo Cupero.

§. 5. In hac ergo magna Synodo, cum multa bene recteque, multa etiam secus dicta fuissent, (erant enim pauci quidam, qui contraria quidem sentiebant, sed impietatem suam prodere non audebant, eamque decipulis quibusdam tegebant, non omnibus vulgò notis, sed iis qui veritatis arcana penetrarent, liquidò perspectis,) recitata est, quæ toto terrarum orbe nunc obtinet, prædicaturque, fidei confessio: subscripsere autem universi, manuque & calamo ita se credere ac sentire professi sunt. Verum eorum pars maxima libenter hoc agebat: septem dumtaxat Arii blasphemiæ defensores, lingua quidem & manu assensi sunt, linguæ

Nicænæ Fidei omnes syncere subscribunt, præter septem, qui rogant, ut Ario communio restituatur.

κειμένῳ. τοῦτο δὲ ἔμοιγε δοκεῖ τῇ τοῦ μεγάλου Πέτρου ἐοικέναι θαυματουργίᾳ· ὃς τὸν Ἀνανίαν καὶ τὴν Σάπφειραν κεκλοφότας καὶ ψευσαμένους θανάτῳ παρέπεμψε. καὶ γὰρ ὡσαύτως τὸν ἀλήθειαν κεκλοφότα, καὶ τῷ ψεύδει χρησάμενον ἀφείλετο τὴν ζωήν. ἀλλ' ὁ μὲν γνοὺς τὴν κλοπὴν, ἀπεκάλυψε γὰρ ἡ τοῦ πνεύματος χάρις, τὴν δίκην ἐπήγαγεν· ὁ δὲ τοῦ δράματος ἀγνοῶν τὴν ὑπόθεσιν, προσήνεγκε μὲν τὴν εὐχὴν, ἔστησε δὲ τῷ πεπλασμένῳ τοῦ βίου τὸν δρόμον. καὶ ὁ μὲν θεῖος Ἀπόστολος οὐκ ἔλυσε τοῖς τεθνηκόσι τὴν συμφορὰν· δέους γὰρ ἔχρῃζε τοῦ σωτηρίου κηρύγματος τὰ προοίμια· ὁ δὲ τῆς Ἀποστολικῆς ὑπάρχων ἀνάπλεως χάριτος, καὶ ἐκόλασεν εἰς καιρὸν, καὶ ἔλυσε ταχέως τὴν κόλασιν. τούτῳ γὰρ ᾔδει κερδανεῖν τοὺς πταίσαντας.

Ἀλλὰ γὰρ καὶ ἐπὶ τὰ ἄλλα ἰτέον, καὶ συντόμως κἀκεῖνα ἐξηγητέον. ἐπειδὰν γὰρ Ἄρειος, ὁ τῆς κατὰ τοῦ μονογενοῦς καὶ τοῦ παναγίου πνεύματος βλασφημίας πατὴρ καὶ δημιουργὸς, κατὰ τοῦ πεποιηκότος τὴν γλῶτταν κεκινηκὼς, ἐνέπλησε τὴν Αἴγυπτον θορύβου καὶ ταραχῆς, Κωνσταντῖνος δὲ ὁ μέγιστος βασιλεὺς, ὁ τῆς ἡμετέρας ἀγέλης Ζοροβάβελ· κατ' ἐκεῖνον γὰρ τὴν τῶν εὐσεβῶν αἰχμαλωσίαν ἐκ τῆς ὑπερορίας ἅπασαν ἐπανήγαγε, καὶ τοὺς θείους νεὼς εἰς ἔδαφος ἐρριμένους εἰς ὕψος ἀνήγειρεν· ἐπειδὰν τοίνυν οὗτος πάντας τοὺς τῶν ἐκκλησιῶν προέδρους κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν συνήγειρεν εἰς τὴν Νίκαιαν, ἀφίκετο μετὰ τῶν ἄλλων ὁ μέγας Ἰάκωβος, τῶν ὀρθῶν ὑπερμαχήσων δογμάτων, οἷά τις ἀριστεὺς καὶ πρόμαχος ἁπάσης τῆς φάλαγγος. τῆς Ῥωμαίων γὰρ ἡγεμονίας τηνικαῦτα ὑπῆρχεν ἡ Νίσιβις.

Ἐν τοίνυν τῇ μεγάλῃ συνόδῳ, πολλῶν μὲν εὖ καὶ καλῶς, πολλῶν δὲ καὶ ἄλλως εἰρημένων· ἦσαν γὰρ ὀλίγοι τινὲς, οἳ τἀναντία μὲν ἐφρόνουν, γυμνοῦν δὲ τὴν σφῶν οὐκ ἐθάρρουν ἀσέβειαν, ἀλλὰ δελεάσμασί τισι συνεκάλυπτον, οὐ πᾶσι μὲν γνωρίμοις, τοῖς δὲ ἀκριβέσι τῆς ἀληθείας μύσταις καὶ μάλα δήλοις, ὑπαγορεύεται μὲν ἡ κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐπὶ τοῦ παρόντος κρατοῦσά τε καὶ κηρυττομένη τῆς πίστεως ὁμολογία· ὑπεσημήναντο δὲ ἅπαντες, καὶ τῇ χειρὶ καὶ τῷ καλάμῳ οὕτω πιστεύειν καὶ φρονεῖν ὡμολόγησαν. ἀλλ' οἱ πλείους μὲν ἄσμενοι τοῦτο ἐποίουν· ἑπτὰ δέ τινες τῆς Ἀρείου βλασφημίας συνήγοροι, τῇ μὲν γλώττῃ καὶ τῇ χειρὶ συνωμολόγησαν, ἀντιφθεγγομένην δὲ τῇ γλώττῃ τὴν γνώμην ἐκέκτηντο, κατὰ τὴν προφητείαν τὴν

dificata leguntur in Actis S. Milis, seu Milesii, & Sociorum in hunc modum: *At B. Miles Monacho vale dicens, Nisibin in Urbem venit, reperitque S. Jacobum in construenda Ecclesia occupatum, cujus egregium ac ingentem animum, susceptique ædificii amplitudinem, & majestatem demiratus, ibidem aliquandiù commoratus est. Quum verò in Hadiab descendisset, non mediocre S. Jacobo fili Serici pondus, quo suæ domus sumptum levaret, dono transmisit.*

τὴν λέγουσαν· ὁ λαὸς οὗτος τοῖς χείλεσί με τιμᾷ, τῇ δὲ καρδίᾳ πόῤῥω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ· καὶ κατὰ τὴν Ἱερεμίου φωνὴν τὴν διαῤῥήδην βοῶσαν· ἐγγὺς εἶ σὺ τοῦ στόματος αὐτῶν, καὶ πόῤῥω ἀπὸ τῶν νεφρῶν αὐτῶν. σύμφωνα δὲ τούτοις περὶ τούτων καὶ ὁ μακάριος ἔφη Δαβίδ, τῷ στόματι αὐτῶν ηὐλόγουν, καὶ τῇ καρδίᾳ αὐτῶν κατηρῶντο. καὶ πάλιν· ἡπαλύνθησαν οἱ λόγοι αὐτῶν ὑπὲρ ἔλαιον, καὶ αὐτοί εἰσι βολίδες. οὗτοι τὸν τῆς Ἀλεξανδρέων ἐπίσκοπον τὸν μέγαν Ἀλέξανδρον παρεκάλουν, οἰκτεῖραι τὸν Ἄρειον ὑπὸ πάσης ἐκείνης ἀποκηρυχθέντα τῆς φάλαγγος· τοῦ δὲ καὶ τὸ τούτων ὕπουλον εἰδότος, καὶ τὴν ἐκείνου πονηρίαν ὑφορωμένου, καὶ τούτου χάριν οὐ δεχομένου τὴν αἴτησιν· ἄλλοι τινὲς τῶν ἁπλότητι συνεζηκότων, πολλὰς τῆς φιλανθρωπίας διεξῄεσαν εὐφημίας, ταύτῃ χαίρειν λέγοντες καὶ τὸν τῶν ὅλων Θεόν. ἐπειδὴ δὲ ὁ μέγας Ἀλέξανδρος τὴν ἄδικον περὶ ἕνα φιλανθρωπίαν ἀπανθρωπίαν ὠνόμαζε, πολλοῖς οὖσαν λυμαντικήν, καὶ λώβης πρόφασιν ἔσεσθαι τοῖς ποιμνίοις ἅπασιν ἔλεγε· παρῄνει πᾶσιν ὁ θεῖος Ἰάκωβος, τῇ μὲν τῆς νηστείας χρήσασθαι κακουχίᾳ, ἑπτὰ δὲ κατὰ ταυτὸν ἡμέρας τὸν Θεὸν ἱκετεῦσαι τὸ ταῖς ἐκκλησίαις συνοῖσον πρυτανεῦσαι.

Δεξαμένων δὲ ἁπάντων τοῦ θείου ἀνδρὸς τὴν εἰσήγησιν· ᾔδεισαν γὰρ αὐτὸν Ἀποστολικοῖς χαρίσμασι λάμποντα· ἐκεράννυτο μὲν ἡ νηστεία τῇ προσευχῇ· ἐψηφίζετο δὲ ταῖς ἐκκλησίαις ὁ τούτων κυβερνήτης τὸ συμφέρον. καὶ ἐπειδὴ ἀπήντησεν ἡ κυριακή, καθ' ἣν ἤλπιζον οἱ πλείους τὸν ἀλιτήριον εἰσδεχθήσεσθαι, καὶ τῆς θείας λειτουργίας ἔφθασεν ὁ καιρὸς, καὶ προσέμενον ἅπαντες ἰδεῖν τὸν ἀντίθεον ἐλεούμενον, τηνικαῦτα γίνεται θεῖον ὄντως καὶ παράδοξον θαῦμα. ἐν βδελυκτοῖς γὰρ καὶ δυσώδεσι χωρίοις ὁ ἀλάστωρ ἐκεῖνος τῆς ἀπλήστου τροφῆς ἐκκενῶν τὰ περιττώματα, καὶ τὰ τούτων μετὰ τούτων ἐξέ-

guæ vero repugnantem sententiam retinebant, juxta prophetiam: *Populus hic labiis me honorat, corde autem longe est a me*: & juxta disertam Jeremiæ vocem: *Prope es tu ori eorum, & procul a renibus eorum*: & his consona de iisdem Beatus quoque David dixit: *Ore suo benedicebant, & corde suo maledicebant*. Et iterum: *Molliti sunt sermones eorum super oleum, & ipsi sunt jacula*. Isti Alexandrum magnæ Alexandriæ Episcopum (1) rogabant, ut Arii misereretur, ab universa illa phalange exauctorati. Hic vero cum & subdolam istorum mentem nosset, & suspectam illius nequitiam haberet, ac propterea illorum postulatis non annueret, alii quidam simplicioris ingenii multa de clementiæ laudibus disserentes, hac etiam præcipue delectati universorum Deum suggerebant; & cum magnus Alexander injustam erga unum clementiam, inclementiam appellaret, quæ multis esset perniciosa, damnique occasionem cunctis gregibus futuram affirmaret: hortatur omnes divinus Jacobus, ut jejunii macerationi se dedant, septemque cum eo dierum spatio Deum orent, ut Ecclesiarum utilitati consultum velit.

Isa. 29. 13. — Jer. 12. 2. — Psal. 61. 5. — Psal. 54. 22.

§. 6. Probato ab omnibus sancti viri consilio, (sciebant enim illum Apostolica gratia præditum) jejunio junctæ sunt preces, & Ecclesiarum utilitati prospexit harum gubernator. Cumque advenisset dies Dominicus, quo die plerique receptum impium iri sperabant, & divinæ liturgiæ tempus adesset, expectarentque omnes, ut inimicum Dei venia donatum viderent, divinum prorsus ac stupendum accidit miraculum. Nam cum in spurcis fœtentibusque locis impius ille inexplebilis gulæ excrementa egereret, cum

Arius, priusquam in Ecclesiam ingrederetur, orationibus S Jacobi misere periit;

(1) Memoria utique lapsus esse videtur hoc loco Theodoretus, ut jam adnotavit Garnerius in observationibus ad singula Philothei capita (*num.* 1. *Tom. V. Oper. Theodor. pag.* 200.) dum scribit, Arium misere periisse statim a Concilio Nicæno, jejunium fidelibus omnibus persuadente Jacobo, cum Alexander Alexandriæ Episcopus hæresiarcham in Ecclesiasticam communionem recipere renueret. Nam certo constat ex iis, quæ scribit idem Theodoretus *lib. I. hist. Eccl. cap.* 14., ubi hujusmodi suum errorem, allatis Athanasii literis ad Apionem, quibus res tota exponitur, tacite retractare videtur, tum etiam ex illis, quæ tradit Socrates *lib.* 1. *cap.* 25., & Sozomenus *lib.* 2. *cap.* 28., Arium decimo post Concilium anno, Alexandro Constantinop. Episcopo recusante in Ecclesiam eum admittere, misera morte periisse. Guilielmus Cuperus in Actis SS. Tom. IV. mensis Julii, ubi edidit latine tantum eamdem vitam S. Jacobi ad verba illa: *In Romanorum ditione Nisibis tunc erat &c.* talia in notis scribit: *Hic omisi fragmentum Sirmondianæ editioni insertum, quod legi potest in Commentario prævio a num.* 12., *ubi etiam num.* 17. *probare conatus sum, hoc fragmentum, quod erroribus scatet, & in variis religiosæ historiæ editionibus non reperitur, Theodoreto abjudicandum esse*. Omisit igitur Cuperus integram illam narrationem de morte Arii, quæ continetur in Theodoreti historia a verbis supradictis usque ad illa: *Postquam autem dimissus fuit sacer ille conventus &c.* §. 7. quia existimavit subdititiam esse, & Theodoreti textui insertam: rationes, quibus motus est, legi poterunt loco laudato.

cum his intestina etiam, quibus continebantur, egessit, solutisque hoc modo visceribus, & cum stercore effusis, concidit repente infelix, & turpissimam illam mortem objit, graveolentis blasphemiæ suæ in graveolentibus locis pœnas luens, & per magni Jacobi linguam lethalem ictum excipiens. Admiratur sane divina Scriptura Phinees Sacerdotem, & jure admiratur; quod Zambri popularis exitii auctorem interfecerit: unde & psal-
Psal. 105. 30. lens Beatus David ajebat: *Stetit Phinees & placatus est, & cessavit quassatio, & reputatum est illi ad justitiam, in generationem & generationem, usque in sæculum*. Verum ille bellico utens telo, justam, & celebrem illam cædem patravit: huic vero pro hasta, & gladio lingua satis fuit, quæ impium peremit, ne videret gloriam Domini. Atque hoc unum profecto suffecerit ad Arianæ impietatis revincendam insaniam, quod hic tantus vir dogmatum, quæ a nobis celebrantur, præco fuerit & defensor, istorum autem impietatem sic detestatus sit, ut ejus parentem linguæ suæ mucrone confoderit.

§ 7. Postquam autem dimissus fuit sacer ille conventus (1), & unusquisque in domum suam est reversus, rediit hic quoque velut strenuus victor exultans ob
Rex Persarum Urbem Nisibenam valide oppugnat. tropæa pietatis. Procedente vero tempore, magnus ille admirandusque Imperator cum coronis pietatis excessit è vita, orbisque terrarum imperio ejus filii successere. Tunc Rex Persarum, cui nomen Sapores, hos ut patris viribus impares contemnens, adversus Nisibim (2) cum

ἐξέκρινε δοχεῖα. οὕτω δὲ τῶν σπλάγχνων αὐτοῦ διαλυθέντων, καὶ σὺν τῇ κόπρῳ κεχωρηκότων, ἐξέπεσεν ὁ δείλαιος παραχρῆμα, καὶ τὸν αἴσχιστον ἐκεῖνον ὑπέμεινε θάνατον, τῆς δυσώδους αὐτοῦ βλασφημίας ἐν δυσώδεσι χωρίοις εἰσπραχθεὶς τὰς εὐθύνας, καὶ διὰ τῆς Ἰακώβου τοῦ μεγάλου γλώττης δεξάμενος τὴν σφαγήν. θαυμάζει μὲν οὖν ἡ θεία γραφὴ Φινεὲς τὸν ἱερέα, καὶ εἰκότως θαυμάζει, ὅτι τὸν ὀλέθρου λαοῦ γενόμενον πρόξενον κατέσφαξε, τὸν Ζαμβρῆ. διὸ καὶ ψάλλων ὁ μακάριος ἔλεγε Δαβίδ· ἔστη Φινεὲς καὶ ἐξιλάσατο, καὶ ἐκόπασεν ἡ θραῦσις· καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην, εἰς γενεὰν καὶ γενεὰν ἕως τοῦ αἰῶνος. ἀλλ᾽ ὅμως ἐκεῖνος ὅπλῳ πολεμικῷ χρησάμενος, τὴν δικαίαν καὶ πολυθρύλητον ἐκείνην εἰργάσατο σφαγήν· τούτῳ δὲ ἤρκεσεν ἀντὶ δόρατος καὶ ξίφους ἡ γλῶττα, καὶ ἀνεῖλε τὸν ἀσεβῆ, ἵνα μὴ ἴδῃ τὴν δόξαν κυρίου. ἀπόχρη δὲ τοῦτο μόνον τῶν τῆς Ἀρείου δυσσεβείας κληρονόμων διελέγξαι τὴν ἄνοιαν. ὁ γὰρ τοσοῦτος ἀνὴρ, τῶν μὲν ὑφ᾽ ἡμῶν πρεσβευομένων δογμάτων κῆρυξ ἦν καὶ συνήγορος· οὕτω δὲ κομιδῇ τὴν τούτων ἀσέβειαν ἐβδελύττετο, ὅτι καὶ τὸν αὐτῆς πατέρα κατηκόντισεν, ὅπλῳ τῇ γλώττῃ χρησάμενος.

Ἐπειδὴ δὲ ὁ σύλλογος ὁ ἱερὸς διελύθη, καὶ τὴν οἰκείαν οἰκίαν κατέλαβεν ἕκαστος, ἐπανῆκε καὶ οὗτος οἷά τις ἀριστεὺς καὶ νικηφόρος τοῖς τῆς εὐσεβείας τροπαίοις ἐπαγαλλόμενος. Χρόνου δὲ διελθόντος ὁ μὲν μέγας ἐκεῖνος καὶ θαυμάσιος βασιλεὺς μετὰ τῶν τῆς εὐσεβείας στεφάνων ὑπεξῆλθε τὸν βίον. οἱ δὲ ἐκείνου παῖδες τῆς οἰκουμένης τὴν ἡγεμονίαν ἐκληρονόμουν. τότε ὁ Περσῶν βασιλεὺς, Σαπώρης δὲ ὄνομα τούτῳ ἦν, καταφρονήσας τῶν παίδων, ὡς οὐ τὰ αὐτὰ τῷ πατρὶ δυναμένων, ἐπεστράτευσε τῇ Νισί-

(1) Cum in Nicæna Synodo præclara S. Jacobi virtus, ejusque incorrupta adversus Arianos errores fides, & singularis in Deum pietas, morumque sanctitas claruisset, hinc, ut reor, piissimus Imp. Constantinus ita eum suspexit, tantaque veneratione prosecutus est, ut, quia forte præsens ejus auxilium non semel, dum adhuc viveret, in servanda urbe Nisibi ab hostium incursibus, vel ab aliis ingruentibus malis & calamitatibus expertus fuerat, Constantio Filio suo mandaverit, ne S. Episcopum, cum ex hac mortali vita quandocumque ad cælestem patriam decederet, extra pomœrium, sicuti Romanæ leges præcipiebant, sepeliri sineret, ea spe ac fiducia fretus, quod eam Urbem, quam vivens orationibus suis protexerat, mortuus etiam sacrarum suarum exuviarum virtute tueretur. Et quidem impius Julianus, cum Sanctas Jacobi Reliquias intra Nisibis mœnia a Constantio reconditas, pro ejus inimici animi odio, quo erga Christianam Religionem ferebatur, urbe efferri jussisset, paulo post Nisibis in hostium potestatem concessit. Quemadmodum memoriæ posteritatis traditum est a Gennadio his verbis: *Moritur hic vir Constantii temporibus, & juxta præceptum Patris ejus Constantini intra muros Nisibenses sepelitur, ob custodiam videlicet Civitatis, quod secundum fidem Constantini evenit. Nam post multos annos ingressus Julianus Nisiben, & vel gloriæ sepulti invidens, vel fidei Constantini, cujus ob id domum persequebatur, jussit efferri de Civitate Sancti Corporis Reliquias: & post paucos menses, consulendæ licet Reipublicæ Jovinianus Imperator, qui Juliano successerat, tradidit barbaris Civitatem, quæ usque hodie Persarum ditioni cum finibus suis subjecta servit*. Gennad. in Catal.

(2) Non semel, sed ter Nisibis post Constantini obitum a Persis obsessa fuit. Harum prima obsidio contigit anno Domini 337., Feliciano, & Titiano Consulibus, sive anno 338., ut putant Garnerius, & Tillemontius. Altera anno Domini 350., Sergio & Nigriano Consulibus. Tertia anno 359. Eusebio, & Hipatio Consulibus, de secunda obsidione agit hoc loco Theodoretus, tum etiam in historia Ecclesiastica *lib. II. cap. XXX.*, quam

Νίσιβιν, παμπόλλην μὲν ἄγων ἵππον, παμπόλλην δὲ πεζὴν στρατιάν· εἶχε δὲ καὶ ἐλέφαντας ὅτι πλείστους. καὶ διελὼν ὡς εἰς πολιορκίαν τὴν στρατιάν, περιεκάθισε κύκλῳ, καὶ μηχανήματα ἵστη, καὶ πύργους ἀνῳκοδόμει, καὶ σταυρώματα καταπηγνὺς, καὶ τὰ μέσα τούτων φορμηδὸν περιφράττων τοῖς κλάδοις, ἐκέλευε προσχοῦν τοῖς στρατιώταις, καὶ πύργους ἀντεγείρειν τοῖς πύργοις. εἶτα ἐκεῖ τοὺς τοξότας ἀναβιβάζων, καὶ ἀφιέναι κατὰ τῶν ἐπὶ τοῦ τείχους ἑστηκότων τὰ βέλη κελεύων, ἄλλοις κάτωθεν ὑπορύττειν τὸ τεῖχος ἐκέλευεν.

Ὡς δὲ ἄπρακτα πάντα ἐγίνετο, τῇ τοῦ θεσπεσίου ἀνδρὸς διαλυόμενα προσευχῇ, τέλος τοῦ παραῤῥέοντος ποταμοῦ τὸ ῥεῦμα τῇ πολυχειρίᾳ κωλύσας, καὶ τῇ ἀποτειχίσει κεκωλυμένον τοῦ ποταμοῦ ὅτι πλεῖστον συναθροίσας, ἐπαφῆκεν ἀθρόον κατὰ τοῦ τείχους οἷόν τινι μηχανήματι τούτῳ σφοδροτάτῳ χρησάμενος. τὸ δὲ οὐκ ἤνεγκε τὴν τοῦ ὕδατος ἐμβολήν. ἀλλὰ τῇ ῥύμῃ κατασεισθὲν, ἄρδην ἅπαν τὸ κατ' ἐκεῖνο μέρος κατέπεσεν. οἱ δὲ μέγα ἐβόων, ὡς ἁλώτου γενομένου τοῦ ἄστεος. τὸ γὰρ μέγα τεῖχος τῶν ἐνοικούντων ἠγνόουν. ἀνεβάλλοντο δὲ ὅμως τὴν προσβολὴν, ἄβατον ὁρῶντες ὑπὸ τῶν ὑδάτων γενομένην τὴν πόλιν. πόῤῥω τοίνυν ὑποχωρήσαντες, ὡς τοῦ πόνου σφίσι λωφήσαντος, αὐτοί τε διανεπαύοντο, καὶ τοὺς ἵππους ἐθεράπευον.

Οἱ δὲ τὴν πόλιν οἰκοῦντες εἰς ἱκετείας σφοδροτέρας ἐτράποντο, πρεσβευτὴν ἔχοντες τὸν μέγαν Ἰάκωβον· οἱ δὲ ἐν ἡλικίᾳ πάντες ἀνῳκοδόμουν σπουδῇ, οὔτε κάλλους, οὔτε ἁρμονίας ἐπιμελούμενοι· ἀλλὰ πρὸς τὸ τυχὸν ἅπαντα συντιθέντες, καὶ λίθους, καὶ πλίνθους, καὶ ὅτι ἄν τις ἐκόμιζε· καὶ ἐν μιᾷ νυκτὶ προὔβη τὸ ἔργον, καὶ τοσοῦτον ἔλαβεν ὕψος, ὅσον ἀπόχρη διακωλῦσαι καὶ τῶν ἵππων τὸν δρόμον, καὶ τῶν ἀνδρῶν τὴν ἄνευ κλιμάκων ἐπίβασιν. τότε πάντες ἱκετεύουσι τὸν τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπον φανῆναι ἐπὶ τοῦ τείχους, καὶ ἀραῖς κατατοξεῦσαι τοὺς πολεμίους· ὁ δὲ πεισθεὶς ἀνὴρ, καὶ τὰς πολλὰς αὐτῶν θεασάμενος μυριάδας, σκνιφαν αὐτοῖς καὶ

magnis equitum, & peditum copiis bellum movit: duxit autem elephantos quoque quamplurimos, divisoque ad obsidionem exercitu, urbem circumcinxit, & machinas extruxit, & propugnacula ædificavit, vallosque figens, & intermedia ramis cratium more contexens, milites terram aggerere præcepit, & turres contra turres excitare. Deinde in eis sagittarios collocans, & tela in eos, qui in muris erant, mittere jubens, alios inferius fodere, murosque subruere imperavit.

§. 8. Ubi vero irrita evasere omnia, Sancti Viri precibus disturbata, tandem præterlabentis fluvii cursum multorum hominum opera inhibens, cum repressæ oppositis aggeribus aquæ vim maximam collegisset, repente in murum, ceu vehementissimam quamdam machinam, immisit; qui vim aquæ ferre non valens, ejus impetu concussus illa in parte funditus corruit. Tum illi magnum clamorem sustulerunt, quasi urbs captu facilis jam esset (magnum quippe civium murum ignorabant) distulere tamen irruptionem, quod viderent urbem tunc adiri propter aquas non posse. Itaque longius recedentes, quasi a labore respirarent, & quiescebant ipsi, & equos curabant.

Et, immisso flumine, ejus muros diruit;

§. 9. Incolæ autem ardentiores in preces conversi sunt, magnum Jacobum intercessorem habentes: at qui ætate adhuc vigebant, quàm maxima poterant contentione muros instaurarunt, nec pulchritudinis, nec concinnitatis rationem habentes, sed omnia temere componentes, & lapides, & lateres, & quidquid unusquisque attulerat: eoque nocte una opus processit, & in tantam crevit altitudinem, ut & equos aditu prohiberet, & homines ascendere absque scalis non possent. Tunc hominem Dei orant omnes, ut in muris se ostendat, & execratio-

Quare Incolæ ad extrema deducti S. Jacobi opem implorant,

quam precibus S. Jacobi solutam esse tradit. Itaque pridem observarunt Viri eruditi, Garnerius in notis ad hunc Theodoreti locum, Petavius in notis ad orationem primam Juliani, Henricus Valesius in notis ad historiam ejusdem Theodoreti, & ad Ammian. Marcell. hist. *lib.* 18., Pagius, Tillemontius, Tenzelius, & alii plures, duas obsidiones in unam a Theodoreto confundi, eamque tempore non suo consignari. Singularis quidem est sententia Tillemontii in historia Imperatorum *Tom. IV. pag.* 674., ubi primam collocat in anno 338., alteram anno 346., tertiam anno 350. Addit Valesius, etiam in eo errasse Theodoretum, quod scribit Jacobi virtute Nisibim ab obsidione liberatam, cum per id tempus, nempe anno Christi 350., non Jacobus, sed Vologesus esset Nisibenæ urbis Episcopus; sed potius Valesium, quàm Theodoretum deceptum fuisse, alii existimant, vel quia non bene intellexit verba Chronici Alexandrini, & in alienum sensum accepit, ita Tillemontius loco citato; vel quia nimiam auctori illius Chronici fidem tribuit, cujus sanè testimonium haud tanti momenti est, ut auctoritati Theodoreti, Philostorgii, aliorumque veterum testimoniis opponi possit.

tionum telis hostes feriat. Is vero exoratus ascendit, & horum infinitam multitudinem contemplatus, a Deo petiit, ut ciniphum & culicum nubem in eos immitteret. Quod dum peteret, Deus illi obsequens, ut Moysi, continuo immisit. Et viri quidem divinis telis vulnerabantur; equi autem ac elephanti, ruptis vinculis, cum aculeos illos ferre non possent, huc & illuc dispersi ferebantur.

καὶ κωνώπων ἐπιπέμψαι νέφος ἱκέτευσε τὸν Θεόν. καὶ ὁ μὲν ἔλεγεν, ὁ δὲ ἔπεμπε, Μωυσῇ παραπλησίως πειθόμενος· καὶ οἵ τε ἄνδρες τοῖς θείοις κατετιτρώσκοντο βέλεσιν· οἵ τε ἵπποι καὶ οἱ ἐλέφαντες τὰ δεσμὰ διαρρήξαντες ἐδραπέτευον τῇδε κἀκεῖσε σκεδαννύμενοι, καὶ φέρειν ἐκείνας οὐ δυνάμενοι τὰς ἀκίδας.

Et miro modo ab obsidione liberantur.

§. 10. Videns itaque Rex impius, & inutiles sibi machinas omnes fuisse, & aquæ irruptionem irritam evasisse, muro ea parte, qua corruerat, iterum ædificato; atque omnem præterea exercitum & laboribus exhaustum, & incommodis sub diu conflictantem, & divinitus immissa plaga percussum; cum divinum quoque hominem super muros ambulantem conspicatus, Imperatorem operi insistentem ipsum esse conjecisset, quod purpura & diademate cinctus appareret, indignatus est in eos, qui eum deceperant, expeditionemque suaserant, & Imperatorem dixerant non adesse: quare capitis illos damnans, dimisit exercitum, & in Regiam suam quàm citissime regressus est.

Θεασάμενος τοίνυν ὁ δυσσεβὴς βασιλεὺς τὰ μηχανήματα πάντα ὄνησιν οὐδεμίαν παρεσχηκότα, καὶ τοῦ ποταμοῦ τὴν προσβολὴν ἀνόνητον γεγενημένην· τὸ γὰρ καταπεσὸν ἀνῳκοδόμητο τεῖχος· καὶ τὴν στρατιὰν πᾶσαν, καὶ τοῖς πόνοις ταλαιπωρουμένην, καὶ ὑπαίθριον κακοπαθοῦσαν, καὶ ὑπὸ τῆς θεηλάτου ἐλαυνομένην πληγῆς· ἰδὼν δὲ καὶ τὸν θεῖον ἄνθρωπον ἐπὶ τοῦ τείχους βαδίζοντα, καὶ τοπάσας αὐτὸν ἐφεστάναι τῷ ἔργῳ τὸν βασιλέα. ἁλουργίδα γὰρ καὶ διάδημα περικείμενος ἑωρᾶτο· ἠγανάκτει μὲν κατὰ τῶν ἐξαπατησάντων καὶ στρατεῦσαι πεισάντων, καὶ τὸν βασιλέα μὴ παρεῖναι φησάντων. θανάτου δὲ ψῆφον κατὰ τούτων ἐξενεγκὼν, ἔλυσε τὸ στράτευμα, καὶ τὰ οἰκεῖα βασίλεια κατέλαβεν ὅτι τάχιστα.

Auctoris digressio.

§. 11. Talia sub hoc etiam Ezechia mirabiliter egit Deus, ne illis minora, sed majora, meo quidem judicio. Quod enim, collapso muro, urbs capta non fuerit, quodnam potuit majus esse miraculum? Ego vero præterea hoc admiror summopere, quod cum execrationibus uteretur, non petiit, ut fulgura, & fulmina in eos è cælo mitterentur, quod magnus Elias fecit, quando ad ipsum uterque quinquagenarius cum militibus suis venit. Audiverat enim, Dominum Jacobo & Joanni, cum idem præstare conarentur, aperte dixisse: Nescitis cujus spiritus sitis. Et ideo non petiit, ut terra eis dehisceret, nec rogavit, ut phalanx igne consumeretur, sed ab animalculis illis sauciaretur: unde divinam potentiam agnoscentes tandem aliquando pietatem condiscerent.

Τοιαῦτα καὶ ἐπὶ τοῦδε τοῦ Ἐζεκίου τεθαυματούργηκεν ὁ Θεὸς, οὐ μείονα ἐκείνων, ἀλλὰ καὶ μείζονα, ὡς ἔμοιγε δοκεῖ. τὸ γὰρ καὶ τοῦ τείχους καταπεσόντος μὴ ἁλῶναι τὴν πόλιν, ποίαν θαύματος ὑπερβολὴν καταλείπει; ἐγὼ δὲ πρὸς τούτῳ κἀκεῖνο ἄγαν θαυμάζω, ὅτι καὶ ἀραῖς χρησάμενος, οὐ σκηπτοὺς ᾔτησεν ἐνεχθῆναι, καὶ κεραυνοὺς, ὅπερ Ἡλίας ὁ μέγας ἐκεῖνος ἐποίησεν, ἡνίκα πρὸς αὐτὸν πεντηκόνταρχος ἑκάτερος μετὰ τῆς πεντηκοστύος ἀφίκετο· ἤκουσε γὰρ τοῦ Κυρίου πρὸς Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην τοῦτ' αὐτὸ πειραθέντας ποιῆσαι διαρρήδην εἰπόντος, οὐκ οἴδατε ποίου πνεύματός ἐστε. διὰ τοῦτο οὐ χάναι αὐτοῖς τὴν γῆν ᾔτησεν, οὐδὲ πυρὶ παραδοθῆναι τὴν φάλαγγα παρεκάλεσεν, ἀλλὰ τοῖς ζωϋφίοις ἐκείνοις κατατρωθῆναι, καὶ τοῦ Θεοῦ διαγνόντας τὴν δύναμιν ὀψέ ποτε μεταμαθεῖν τὴν εὐσέβειαν.

Et epilogus.

§. 12. Tanta fuit viri hujus apud Deum fiducia, tantam cælitus consecutus est gratiam. In his (1) perseverans, atque in

Τοσαύτην εἶχεν ὁ θεῖος οὗτος ἄνθρωπος πρὸς τὸν Θεὸν παῤῥησίαν· τοσαύτης ἄνωθεν ἀπήλαυε χάριτος. ἐν τούτοις διατελῶν, καὶ καθ' ἑκά-

(1) Quo anno mortuus sit S. Jacobus, incertum est. Ex Gennadio id solum nobis constat, eum, regnante Constantino Imper., prius vita decessisse, quàm Nisibis a Persis tertio obsederetur: cum autem, ut superius dictum est, tertia Nisibenæ urbis obsessio sub Imperatore Constantio co-

ἑκάστην ἐν τοῖς θείοις αὐξανόμενος ἡμέραν, μετὰ τῆς μεγίστης εὐκλείας τόνδε τὸν βίον ἀπέθετο, καὶ τὴν ἐντεῦθεν ἀποδημίαν ἐστείλατο. χρόνου δὲ διελθόντος, καὶ τοῦδε τοῦ ἄστεος ὑπὸ τοῦ τηνικαῦτα κρατοῦντος τῇ Περσικῇ βασιλείᾳ παραδοθέντος, ἐξῄεσαν μὲν ἅπαντες οἱ τὴν πόλιν οἰκοῦντες, ἔφερον δὲ τοῦ προμάχου τὸ σῶμα, ἀσχάλλοντες μὲν καὶ ὀλοφυρόμενοι τὴν μετοικίαν, ᾄδοντες δὲ τοῦ νικηφόρου ἀριστέως τὴν δύναμιν. οὐ γὰρ ἂν ἐκείνου περιόντος ὑπὸ βαρβάροις ἐγένοντο. ταῦτα περὶ τοῦδε τοῦ θείου διεξελθὼν, εἰς ἑτέραν διήγησιν μεταβήσομαι, τῆς τούτου μεταλαχεῖν εὐλογίας ἀντιβολῶν.

in divinis rebus incrementa capiens in dies, summa cum gloria vitam clausit, & ex his locis demigravit. Temporis autem successu, cum in Persicam dominationem ab eo, qui tunc imperabat, tradita urbs fuisset, excesserunt incolæ universi, & defensoris sui corpus extulerunt, migrationem quidem ægre ferentes & dolentes, sed fortissimi victores virtutem laudibus celebrantes; nec enim, illo superstite, in Barbarorum potestatem venissent. His de viro divino expositis, ejus benedictionem implorans, ad aliam narrationem progrediar.

contigerit anno 359., *Ammian. Marcell. lib. XVIII.*, *Zosim. lib. III.*, & S. Jacobus præsens fuerit in secunda obsidione, qua Sapores Persarum Rex Nisibim anno 350. cinxit, *P. le Quien Orien. Christ. Tom. II. pag. 996. de S. Jacobo*, *& alii*, consequens est, neque ante annum 350., neque post annum 359. eum defunctum esse. Tillemontius *Tom. VII. Hist. Eccl. Not. sur S. Jacque de Nisibe*, putat anno 350. ad finem vergente, pridie Novembris, qua die a Græcis in suis Menæis S. Episcopi nomen, ac gesta commemorantur, decessisse. De anno, ac die, quo S. Jacobus ex hac mortali luce ad superos migravit, ita censet Guilielmus Cuperus in citat. Comm. §. 5. n. 56. *Quamvis autem certum ejus morti annum assignare non possimus, tamen inter annum 350. & 361., quo obiit Constantius, è vita excessisse credimus, quia Gennadius eum Constantii temporibus mortuum esse asserit. Nec magis certus est obitus dies: Syri enim 18. Januarii, Græci 13. ejusdem mensis, & 31. Octobris, Latini 15. Julii festum ejus celebrant. Sed quiscumque sit ex his verus mortis dies, nos Romanum Martyrologium secuti illum die 15. Julii collocavimus.* E diverso Dionysius Jacobitarum Patriarcha, & auctor Chronici Edesseni tradunt, S. Jacobum mortem in Domino obiisse anno Græcorum 649., qui est a Nativitate Domini 338., eodem anno, quo Nisibim a Sapore Persarum Rege obsessam suis precibus liberavit. *Ap. Asseman. Biblioth. Orient. Tom. I. cap. V. pag.* 17. S. Jacobi memoria in Adonis Martyrologio hujusmodi elogio ornatur: *Idibus Julii Nisibi Natalis S. Jacobi Episcopi magnæ virtutis Viri, ita ut ad ejus preces sæpe Urbs discrimine liberata sit. Hic unus fuit è numero Confessorum sub persecutione Maximiani, & eorum, qui in Nicæna Synodo perversitatem Arii Homousii oppositione damnaverunt; atque intra muros Urbis suæ ex præcepto Imperatoris Constantini ad tutelam, & munimentum sepultus, postea zelo Juliani Apostatæ extra Urbem elatus, & conditus Sed mox eadem Civitas, tanti patroni orbata reliquiis, Persarum ditioni succubuit.* Eadem paulo aliter leguntur in Romano Martyrologio, ubi additur: *Cujus, & Alexandri Episcopi oratione ipse Arius condignam suæ iniquitatis mercedem, effusis visceribus Constantinopoli recepit.* Verum de hujusmodi historia, tum de Arca Noe, quam Jacobum vidisse in Monte Tauro, habent nonnulla Martyrologia, tum de iis, quæ ad cultum S. Jacobi, ejusque res gestas, obitum, ac sepulturam pertinent, legi possunt, quæ late atque erudite disseruntur a superius laudato Guilielmo Cupero in Commentario prævio ad acta S. Jacobi a Thodoreto descripta in sua historia religiosa.



TE

TESTIMONIA VETERUM
DE S. JACOBO NISIBENO.

Hieronymus in Chronico,

Jacobus Nisibenus Episcopus agnoscitur, ad cujus preces sæpe Urbs discrimine liberata est.

Theodoretus in Historia Ecclesiastica lib. I. cap. VII,

Porro ea tempestate multi erant, qui donis Apostolicis refulgerent, nec pauci, qui stigmata Jesu Christi, ut ait Divinus Apostolus, corpori suo impressa circumferrent. Jacobus enim Episcopus Antiochiæ Mygdoniæ, quam Syri vulgo, & Assyrii Nisibim appellant, & mortuos suscitavit, vitæque restituit, & alia plura fecit miracula. Quæ quidem superfluum existimo huic operi denuo intexere, cum in historia, quæ Philotheus inscribitur, jam sint a me commemorata.

Ἦσαν δὲ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον, πολλοὶ μὲν ἀποστολικοῖς χαρίσμασι διαπρέποντες· πολλοὶ δὲ τὰ στίγματα τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, κατὰ τὸν θεῖον ἀπόστολον, ἐν τῷ σώματι φέροντες. Ἰάκωβος μὲν γὰρ ὁ Ἀντιοχείας τῆς Μυγδονίας, Σύροι δὲ αὐτὴν καὶ Ἀσσύριοι Νίσιβιν ὀνομάζουσι, καὶ νεκροὺς ἀνέστησε καὶ ἐν τοῖς ζῶσι συνέταξε, καὶ ἄλλα μυρία εἰργάσατο θαύματα· ἃ περιττὸν ἡγοῦμαι τῇδε πάλιν ἐνθεῖναι τῇ συγγραφῇ, ἐν τῇ Φιλοθέῳ ταῦτα διηγησάμενος ἱστορίᾳ.

Idem in eadem Historia lib. II. cap. XXX.

Nisibis, quam Antiochiam &c.

Νίσιβις, ἣν Ἀντιόχειαν &c.

Narrat hoc loco Theodoretus, quomodo precibus S. Jacobi Nisibis ab obsidione liberata fuit, quæ paulo aliter ab eodem narrantur in vita ejusdem Sancti Jacobi.

Idem in Historia Religiosa cap. I.

Moses Divinus &c.

Μωυσῆς ὁ θεῖος &c. *Vide pag.* xix.

Philostorgius in epitome Historiæ Ecclesiasticæ lib. III. num. 23.

Ait Philostorgius. Saporem Persarum Regem Romanis bellum intulisse, & Nisibim Urbem oppugnasse: verum, re infecta, præter omnium opinionem pudore affectum recessisse, cum Jacobus Urbis illius Episcopus, civibus quid faciendum esset, commonstrasset, & firma in Deum spe ac fiducia pro salute Urbis admirabiliter propugnasset.

Ὅτι Σαπώρην τὸν βασιλέα Περσῶν ἀναγράφει, στρατεῦσαι κατὰ τῆς Νισίβιδος, καὶ εἰς πολιορκίαν αὐτῆς καταστῆναι· ἄπρακτον δὲ καὶ παρὰ δόξαν κατῃσχυμμένον ὑποστρέψαι, Ἰακώβου τοῦ τῆς πόλεως ἐπισκόπου τό, τε πρακτέον τοῖς πολίταις εἰσηγουμένου, καὶ τῇ πρὸς Θεὸν παῤῥησίᾳ, καὶ τὸ ἀνυπέρβλητον τῆς πόλεως ὑπερμαχησαμένου.

Gennadius Presbyter Massiliensis in Catalogo Virorum Illustrium.

Jacobus cognomento Sapiens, Nisibenæ nobilis Persarum modo Civitatis Episcopus, unus ex numero sub Maximino persecutore Confessorum, & eorum, qui in Nicæna Synodo Arianam perversitatem *homousii* oppositione damnarunt. Hunc virum Beatus Hieronymus in libro Χρονικῶν, velut magnarum virtutum hominem nominans, in Catalogo Scribarum cur non posuerit, facile excusabitur, si considere-

deremus; quod ipsos tres, vel quatuor Syros, quos posuit, interpretatos in Græcum se legisse testetur. Unde constat, eum illo tempore ignorasse Syram linguam, vel literas. Et ideo hunc, qui necdum in aliam versus est linguam, nescisse Scriptorem. Comprehendit autem omne opus suum in viginti sex libris, idest, de fide contra omnes hæreses, de caritate generali, de jejunio, de oratione, de dilectione erga proximum speciali, de resurrectione, de vita post mortem, de humilitate, de patientia, de pœnitentia, de satisfactione, de virginitate, de sensu animæ, de circumcisione, de acino benedicto, pro quo in Isaia legitur: Non est exterminandus botrus, de Christo, quod Filius Dei sit, & consubstantialis Patri, de castitate, adversus gentes, de constructione tabernaculi, de gentium conversatione, de regno Persarum, de persecutione Christianorum. Composuit & chronicon minoris quidem Græcorum curiositatis, sed majoris fiduciæ: quia divinarum Scripturarum tantum auctoritate constructum, comprimit ora eorum, qui præsumptuosa suspicione de adventu Antichristi, vel Domini nostri inaniter philosophantur. Moritur hic vir Constantii temporibus, & juxta præceptum patris ejus Constantini juxta muros Nisibe sepelitur, ob custodiam videlicet Civitatis, quod secundum fidem Constantini evenit. Nam post multos annos ingressus Julianus Nisibem, & vel gloriæ sepulti invidens, vel fidei Constantini, cujus ob id domum persequebatur, jussit efferri de Civitate sacri Corporis Reliquias: & post paucos menses consulendæ licet causæ Reipublicæ Jovinianus Imperator, qui Juliano successerat, tradidit barbaris Civitatem, quæ usque hodie Persarum ditioni cum suis subjecta servit.

Cassiodorus in Hist. Tripart. lib. II. cap. I., & lib. V. cap. XLV.

Theodorus Lector in Excerptis lib. I. num. 10.

Ὁ Νισιβινὸς ἦν ὁ μέγας Ἰάκωβος. ὅπως δὲ ἦν ἐνάρετος ἔδειξε τὸ περὶ τὰς πλυνούσας Ἑλληνίδας κόρας ἐν τῇ πηγῇ, αἵ τινες ἐπὶ τῷ ῥήματι Ἰακώβου ἐπολιώθησαν, καὶ ἡ πηγὴ ἐξηράνθη· ἣν εὐξάμενος πάλιν, ἀποκατέστησε· τὰς μέντοι κόρας πεπολιῶσθαι κατέλιπε.

Magnus Jacobus Nisibi erat oriundus. Quanta autem virtute præditus fuerit, apparet ex miraculo, quod factum est in puellis quibusdam Gentilibus, quæ lavabant in fonte. Hæ enim post imprecationem Jacobi incanuerunt, & fons ipse exaruit, quem mox Jacobus orationibus suis restituit: puellas verò ipsas canas reliquit.

Nicephorus Calixtus in Hist. Eccl. lib. VIII. cap. XIV.,
& lib. IX. cap. XXVIII.

Cassiodorus, & Nicephorus Calixtus quia eadem locis laudatis referunt, quæ scribit Theodoretus, superfluum esse censui eorum verba afferre.

Menæa Græcorum die 31. Octobris.

Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰακώβου ἐπισκόπου Μυγδονίας ἑνὸς τῶν τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ ἁγίων Πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ.

Οὗτος ὁ ἅγιος Πατὴρ ἡμῶν Ἰάκωβος, γέγονεν Ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας τῆς Μυγδονίας, τῆς καὶ Νισίκης λεγομένης· δι' ἄκραν δὲ ἀρετὴν μέγας θαυματουργὸς χρηματίσας, νεκροὺς τῇ τοῦ Χριστοῦ δυνάμει ἐξανέστησε, καὶ πολλοὺς ἐξ εἰδωλομανίας εἰς θεογνωσίαν ἐπέστρεψε· καὶ πολλοὺς δι' ἀνθρώπινον φόβον τὸν Χριστὸν ἀρνουμένους παλινδρομῆσαι πρὸς αὐτὸν παρεσ-

Sancti Patris nostri Jacobi Episcopi Mygdoniæ unius ex tercentum decem & octo Sanctorum Patrum Nicænorum.

Sanctus hic Pater noster Jacobus fuit Episcopus Antiochiæ Mygdoniæ, quæ & Nisibis dicitur. Propter summam vero virtutem magnus miraculorum patrator, Thaumaturgus nuncupatus, mortuos per Christi potestatem excitavit, & plures ab idololatria ad Dei cognitionem convertit, multosque, qui ob humanum timo-

timorem Christum negarant, ad eum redire fecit. Librum etiam valde utilem composuit. Expressit quædam ad exemplar istius libri Theodoretus Cyri Episcopus in Religiosa sua Historia. Ille multas tentationes passus ab idololatris Imperatoribus, iisque non cedens perseveravit usque ad Magnum Imperatorem Constantinum, & in prima Synodo fuit unus ex trecentis & octodecim Sanctis Patribus; & cum ea, quæ ibidem pie publicata erant, cum sociis suis sigillo consignavisset, & confirmasset, profectus est Constantinopolim ad magnum Metrophanem, & postquam cum eo communicasset, & defuncti funus curasset, rediit ad sedem suam, parumque supervivens, & signis effulgens quievit in Domino.

ρεσκεύασε, καὶ βίβλον πάνυ ὠφέλιμον συνετάξατο. ἐξεικονίζει δέ τινα τῆς βίβλου ταύτης Θεοδώρητος ὁ τοῦ Κύρου Ἐπίσκοπος, ἐν τῇ φιλοθέῳ αὐτοῦ ἱστορίᾳ· οὗτος, πλείστους πειρασμοὺς ὑποστὰς ὑπὸ τῶν εἰδωλολατρῶν Βασιλέων, καὶ μὴ ὑπενδοὺς, διήρκεσε μέχρι τοῦ μεγάλου Βασιλέως Κωνσταντίνου, καὶ ἐν τῇ πρώτῃ Συνόδῳ τῶν τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ ἁγίων Πατέρων εἷς ἦν, καὶ τὰ ἐκεῖσε εὐσεβῶς κηρυχθέντα ἐπισφραγίσας μετὰ τῶν σὺν αὐτῷ καὶ βεβαιώσας, εἰσῆλθεν ἐν Κωνσταντινουπόλει πρὸς τὸν μέγαν Μητροφάνην· καὶ τούτῳ συγκοινωνήσας, καὶ κοιμηθέντα κηδεύσας αὐτὸν, ὑπέστρεψεν εἰς τὸν ἑαυτοῦ θρόνον. καὶ μικρὸν ἐπιβιοὺς, καὶ σημείοις διαλάμψας, ἀνεπαύσατο ἐν Κυρίῳ.

Ex Synaxario Ægyptiorum, a Michaele Trebis, & Meligii Episcopo, exarato die 18. mensis Tobi, qui Januarii 12. diei respondet:

Hodierna die requievit S. P. continens, Dei cultor, Divus Jacob Nisibi Episcopus, Sanctique Ephræmi Magister.

Hic Sanctus Athleta Urbe Nisibi natus, & educatus, genere Syrus fuit, & ab ineunte sua ætate Monasticam elegit vitam, cilicio ex pilis indutus, quo æstatis æstum, & hyemis frigus, ejusque nivem tolerabat; herbisque pro cibo utens, quas tellus sponte sua producit, pluvialem tantum bibebat aquam. Propterea ejus emaciatum, & attritum evaserat corpus; anima vero coruscans, & incrementum capiens. Ideo prophetiæ dono, & miraculorum patratione dignus extitit. Hominibus enim prædicebat futura, ejusque signa, & prodigia erant permulta. Unum ex iis fuit, quod cum ipse aliquando conspexisset quasdam mulieres, pudoris expertes, ludere circa fontem aquæ, sparsisque suis crinibus se lavantes, aquæ fontem exsiccavit, earumque capillos albos evadere fecit. Postea vero cum eum rogassent, aquam fontem ad pristinum statum redire jussit, capillos autem earumdem albos remanere permisit. Alia quidem vice transiens vidit quosdam extendentes hominem vivum, eumque simulatè quasi mortuum deplorantes, qui ab ipso Sancto aliquid pecuniæ petebant, ut ferali amiculo illum involvere possent. Sanctus quidem illum mortuum re vera mori sua oratione effecit; at vero cum pœnitentiam agentes, eum precati essent, eundem mortuum suscitavit. Proinde divulgata illius fama, Nisibis Episcopus electus est. In ea autem dignitate Christi gregem sibi creditum optimè pavit, atque à Lupis, scilicet, Arianis, custodivit. Fuit quidem hic Pater unus ex numero Patrum, qui ad Sanctam Nicænam Synodum jussu Constantini Imperatoris convocati fuerunt, & Arii expulsioni, atque ab Ecclesia ejectioni consensit, Sanctamque Catholicam fidem universis Christifidelibus notam, una cum aliis Patribus elucubravit. Tandem in prædicta Synodo (præsente Constantino) ad vitam revocavit mortuum (teste Libro Synodorum). Quumque Nisiben Regem Persarum obsidere contigisset, nubem ciniphum, culicumque oratione sua supra castra hic Sanctus adduxit, quibus parvis animalibus adeo concitati, & irritati equi, elephantesque sunt, ut, disruptis vinculis, quibus retinebantur, aufugerint: Rex vero quum id vidisset, metu perculsus fuit, & è Nisibena Civitate recessit. Sanctus denique ipse quum cursum suum, certamenque consummasset; atque suam animam, gregemque illustrasset, ad Dominum emigravit, & æternas delicias adsequutus est; cujus orationibus misereatur nostri Dominus.

Præterea meminerunt S. Jacobi Episcopi Nisibeni Martyrologia Latina tum antiqua, tum recentiora, nempe Hieronymiana omnia, Bedæ, Notkeri, Adonis, Usuardi, Romanum, & alia.

S. JA-

S. JACOBI EPISCOPI NISIBENI

MIRACULA, ET RES GESTÆ

EX SCRIPTORIBUS ARMENIS

Ex Armenorum Menologio (1).

Քաղոցի Է. և Դեկտեմբերի, ԺԵ.
Տօնն է սրբոյ Յակոբայ Մծբնայ
հայրապետին.

Սուրբ հայրապետն Յակոբ, հօրաքեռ որդի էր սրբոյն գրիգորի մեր լուսաւորչին. Եւ էր միայնակեաց խստակրօն վարուք. մինչ զի զամառն և զձմեռն անյարկ կեայր 'ի բացեայ. Եւ հրաժարեալ էր 'ի սպասաւորութենէ հրոյ, վասն որոյ և հրեշտակք անմարմինք՝ զարմացան ընդ սոսկալի ճգնութիւն նորա. Եւ Տէրն մեր Քրիստոս երևեալ սրբոյն Յակոբայ բազում անգամ, և դիւրութիւն առնէր նմա յանտանելի ճգնութեանն. Զի 'ի տօթոյ զովացուցանէր, և 'ի ցրտոյ ջերմացուցանէր. Եւ նա աղաչէր զՏէր և ասէր, մի' խնայեր Տէր 'ի մեղսասէր մարմին իմ, թող չարչարի աստէն՝ զի ազատեսցի յաւիտենականէն. Ասէ ցնա Տէրն, մի' առաւել քան զկար մարմնոյդ չարչարել զդա. և ես տաց քեզ շնորհս նշանագործութեան, որով ածցես զմարդիկ 'ի հաւատս աստուածպաշտութեան. Եւ զայս ասաց նմա Տէրն և վերացաւ յերկինս. և Յակոբ անկեալ 'ի վերայ երեսաց իւրոց գոհանայր զԱստուած. Եւ իջեալ 'ի լեռնէն գնաց առ Մարուգէ ճգնաւորն. և մինչդեռ երթայր՝ պատահեցաւ գետոյ միոյ որ իջանէր 'ի լեռնէն Կորդուաց, և ոչ կարաց անցանել.

Cagbozi 7. Decembris 15. circiter
Festum est Sancti Jacobi
Nisibis Antistitis.

SAnctus Antistes Jacobus erat filius sororis S. Gregorii nostri Illuminatorii. Et erat solitarius rigidam ducens vitam, ita ut æstate & hyeme sine tecto viveret sub dio, atque renunciaverat usui, & ministerio ignis; quapropter & Angeli incorporei admirati sunt stupendum agonem illius. Ac ipse Dominus noster Christus apparens S. Jacobo multoties alleviabat eum de intolerabili labore; etenim in æstu refrigerabat, & in frigore calefaciebat eum. At ille orabat Dominum, dicens: *Non parce Domine peccatrici carni meæ: dimitte, crucietur hic, ut liberetur ab illo cruciatu æterno*. Ait illi Dominus: *ne magis quam potest caro tua excrucies illam, & ego dabo tibi gratiam signa operandi, qua duces homines ad fidem, Deique cultus*. Hoc dixit ei Dominus, & elevatus est in Cœlum; atque Jacobus procidens super faciem suam gratias egit Deo, & descendens de monte ivit ad Marugeum Anachoretam, & dum iter pergeret, devenit ad flumen quoddam, quod defluebat ex monte Cordiorum, nec poterat transire. Porro trans flu-

(1) Synaxarium Armenum S. Jacobi Episcopi Nisibeni cum versione Latina, tum etiam quæ de eodem S. Episcopo in sua historia Armena Moyses Cheronensis refert, benigne ad me Romam Venetiis misit R. P. Matthæus Monachus Armenus Ordinis S. Antonii Magni; Is frater germanus est Stephani Adeodati Sacerdotis Armeni, & Magistri veteris Armenæ linguæ in Collegio Urbano de Propaganda Fide, singulari peritia in lingua Armena, morumque probitate ornati, qui versionem Latinam Tractatuum, seu Sermonum S. Jacobi recensuit, & cum Textu Armeno diligenter contulit, &, ubi opus esse censuit, me corrigendam admonuit. In hoc autem Synaxario aliquos anachronismos comperiet eruditus Lector, nonnulla etiam, quæ de S Jacobo narrantur, commentitia, & prorsus fabulosa ei videbuntur. Sed nil mirum id Armenis contigisse, quod omnibus Orientis, imo etiam Occidentis populis commune est. Cum enim ea tempora incidissent, in quibus summa erat optimarum artium, & scientiarum ignoratio, vulgus autem ignarus, præsertim pro suo ingenio Græci, aliique Orientales, non tam vera, quàm mira, & inaudita, ac portentosa sectarentur; imperiti quidam & audaces Viri, quorum alii imprudenti pietate, schismatica alii superstitione, & temeritate ducti, ut popularibus suis, piis quidem, sed indoctis hominibus placerent, pluribus fabulis & commentis partim de proprio additis, partim ex anilibus traditionibus acceptis, veris interpolatis, perturbatisque, Sanctorum vitas corruperunt. Id vero apertissime compertum fit ex Synaxariis Græcorum, quæ in duodecim Menæorum tomis continentur, tum etiam ex Syrorum, Coptorum, Chaldæorum, Melchitarum, Moschorum, aliorumque populorum Menologiis, quæ magna ex parte ex Græcorum Voluminibus derivata sunt, tum etiam ex vitis veterum Sanctorum, quas Latini Scriptores superiorum ætatum prolixiori stylo scriptas in publicum ediderunt.

men viri quidam vineam plantabant, & S. Jacobus vociferavit ad eos, ac dixit; ò Ampelurgi, monstrate mihi transitum fluminis istius; at illi vituperando dicunt ei: vir Anachoreta es tu, transi super aquas istas. Et ille, detracto scapulari, misit super aquas, & sedens super illud transivit in alteram partem, atque stans super aridam, excussit pallium, de quo ceciderunt duodecim guttæ aquæ, & germinarunt in loco illo duodecim arbores fructiferæ, ac pergens ad agricolas, salutavit illos, & dixit: quid operamini, fratres; at illi per jocum dixerunt, spinam plantamus, & Sanctus ait: fiat secundum verbum vestrum; & conversa est vinea in spinam, estque usque in hodiernum diem ad spectaculum prodigiorum Dei. Et progrediens pervenit ad Marugeum, videntes autem se invicem lætati sunt magno gaudio; & dixit Sanctus Marugeus Sancto Jacobo: Hodie saluto te, ut fratrem, & cras, ut Pastorem populi Dei. Et factum est, ut moreretur Episcopus Nisibis Urbis, populi adierunt Marugeum, qui erat in cœnobio, atque poscebant ab eo, aliquem dignum fieri Episcopum Civitatis illius. At S Jacobus illo die abierat e cœnobio Marugei; erat enim tempus, quo veniebat S. Jacobus ad Marugeum in cœnobium, & erat quo secedebat ad montem. Et cives præsentabant duos alios ad gradum Episcopatûs, alii unum, & alii alterum. Sed Sanctus Marugeus approbavit Sanctum Jacobum, quem suscipientes duxerunt Amidam, & consecrarunt eum Episcopum; nam Patriarcha Antiochiæ Sanctus Meletius Amidam venerat illis diebus. Itaque reversus inde S. Jacobus regebat civitatem Nisibis Apostolicâ gratiâ, & doctrinâ suâ, quam habebat a Deo. Et factum est, ut iret S. Pater Marugeus ad invisendum S. Præsulem Jacobum, cum autem vidissent in atrio Ecclesiæ paralyticum quemdam quindecim annorum, cujus & pedes veluti lorum involuti erant inter se; adstantes, S. Jacobus a dextris, & Sanctus Marugeus a sinistris orando crucesignarunt paralyticum in nomine Jesu Christi, ac manus dederunt, & erexerunt illum sanum membris. Vir quidam erat in civitate, cui nomen erat Cedron, & erat ipse in secta Macedonii, habe-

ցանել. և յայնկոյս գետոյն արք ոմանք այգի տնկէին. և սբն յակոբ ձայնեաց առ նս և ասաց, ո՛ այգեգործք, ցուցէ՛ք ինձ զհուն գետոյս. և նոքա այպանելով ասեն ցնա՝ այր ճգնաւոր ես դու՝ անց 'ի վե ջրոցդ. Եւ նա հանեալ զկրկնոցն իւր եարկ 'ի վե ջրոյն, և նստեալ 'ի վե անց յայնկոյս. և կացեալ 'ի վե ցամաքի Թափ տուեալ փիլոնին՝ յորմէ անկան երկոտասան կաԹ ջրոյ. և բուսաւ 'ի տեղին երկոտասան ծառս պտղաբերս. և գնացեալ առ հողագործսն եւ ող ողջոյն և ասաց, զի՞նչ գործէք եղբարք, և նոքա ընդ կատակս առնելով ասացին Թէ փուշ տնկեմք. և սբն ասաց եղիցի ըստ բանի ձերում. և դարձաւ այգին փուշ, և է մինչև ցայսօր 'ի տեսիլ սքանչելեացն այ. Եւ գնացեալ եհաս առ մարուգէ. և տեսեալ զմիմեանս՝ ուրախացան մեծաւ խնդուԹբ, և ասաց սբն մարուգէ ցսբն յակոբ, այսօր ողջունեմ զքեզ որպ զեղբայր, և վաղիւն իբրև զհովիւ ժողովրդեանն այ. Եւ եղև մեռանել եպիսկոպոսին մծբին քաղաքին. և ժողովուրդքն եկին առ մարուգէ 'ի վանսն, և հայցէին 'ի նմանէ զոք արժանաւոր՝ լինել եպիսկոպոս քաղաքին. և սբն յակոբ յայնմ աւուր գնացեալ էր 'ի վանացն մարուգէի. զի էր ժամանակ՝ որ գայր սբն յակոբ առ մարուգէ 'ի վանսն. և էր որ առանձնանայր 'ի լերինն. Եւ քաղաքացիքն մատուցանէին երկուս ոմանս յաստիճան եպիսկոպոսուԹե. ոմանք զմի ոմն և այլք զմիւսն. և սբն մարուգէ եցոյց զսբն յակոբ. զոր առեալ տարան յամիԹ, և ձեռնադրեցին զնա եպիսկոպոս. քանզի պատրիարքն անտիոքայ սբն մելիտոս յամիԹ էր եկեալ յաւուրսն յայնոսիկ. և եկեալ սբն յակոբ, հովուէր զքաղաքն մծբնայ առաքելաշնորհ վարդապետուԹբն իւրով զոր յայ ունէր. Եւ եղև գնալ սբ հօրն մարուգէի յողջոյն սբ հայրապետին յակոբայ. և տեսին 'ի դուռն եկեղեցւոյն անդամալոյծ մի հնգետասան ամաց, որոյ և ոտքն որպ զփոկ պատեալ էին զմիմեամբք. Որոյ կացեալ սբն յակոբ յաջմէ, և սբն մարուգէ 'ի ձախմէ, և աղօԹիւք խաչակնքեցին զանդամալոյծն անուամբն Յի Քի, ձեռս ետուն և յարուցին զնա ողջ անդամօք. Այր մի էր 'ի քաղաքին՝ որոյ անունն էր կեդրոն. և էր նա աղանդոյն մակե-

կեդրոնի ։ ունէր և որդի մի անդամա-
լոյծ . Իբրև ետես զանդամալոյծն ող-
ջացեալ 'ի սրբոցն, էած զորդին իւր առ
սրբն յակոբ՝ և նա աղօթիւք առողջա-
ցոյց զնա . վ̃յ հաւատաց կեդրոն յա̃ծ,
և մկրտեցաւ ա̃մ տամբն իւրով ։ Եւ
եղև յետ աւուրց ինչ մեռաւ պատա-
նին՝ և առեալ կեդրոն զմեռեալ մա-
նուկն և տարաւ 'ի վանսն մարուգէի,
զի անդ էր սբ հայրապետն յակոբ, և
անկեալ առ ոտս սբցն լայր կեդրոն և
ասէր, ոչ եղէ արժանի ուրախութբ
տեսանել զձեզ, և արդ դուք գիտէք՝
զի ծառայ ձեր է մանուկս՝ տուրք ա̃յ
աղօթիւք ձերովք . ես առ ձեզ բերի,
և դուք զինչ հաճոյ է կամաց ձերոց,
այնպէս արարէք . բայց միայն զի մի՛
ուրախ լիցի թշնամին ճշմարտութե 'ի
վր մեր ։ Յայնժամ առեալ սբ եպիս-
կոպոսն յակոբ զմեռեալ մանուկն եդ 'ի
վր աստիճանաց բեմին, և ինքն կատա-
րեաց զփրկական խորհուրդ սբ պատա-
րագին. և արարեալ արտասուօքն կաւ,
եդ 'ի վր փողից պատանւոյն . և փչեալ
ընդ բերան պատանւոյն, և առժամայն
կենդանացաւ մեռեալն , զոր տեսեալ
ամենեցուն փառաւոր առնէին զա̃ծ ։
Սբն յակոբ ցանկացաւ տեսանել զնոյ-
եան տապանն, և գնացեալ ել 'ի լեառն
մասիս , և մինչդեռ ելանէր ընդ ան-
ջուր անփափայս լերինն , աշխատեալ
ծարաւեցաւ նա և որք ընդ նմայն էին .
և 'ի նոյն տեղին ծունր եդեալ սբն
յակոբ և աղօթեաց առ ա̃ծ , և 'ի տե-
ղին ուր զգլուխն եդ՝ ել աղբիւր ջրոյ,
ցուրտ և քաղցրահամ . որ կայ մինչև
ցայսօր, և է բազում ցաւոց փարատիչ
աղբիւրն այն բանիւն ա̃յ . և ինքն աշ-
խատեալ ժտէր զցանկալին տեսանել ։
Եւ մինչ էր խոնջեալ ընդ ելանելն 'ի
վեր 'ի դժուարին տեղին մօտ 'ի կա-
տար լերինն , և կարի վաստակեալ
ննջեաց . և եկեալ առ նա հրեշտակ
տն ասաց . յակոբ յակոբ . և նա ասաց,
աւասիկ եմ տր, և ասաց հրեշտակն,
ահա ընկալաւ տր զաղաչանս քո, և կա-
տարեաց զխնդրուածս քո , արդ որ է
ընդ սնարս քո է 'ի փայտէց տապանին,
և այլ մի՛ ևս յաւելցես տեսանել զնա,
զի տր այսպէս կամեցաւ ։ և նա յոտն
կացեալ գոհանայր զա̃յ և երկիրպա-
գանէր տն , և տեսանէր զտախտակն
որպ կացնաւ հարեալ . և առեալ դար-
ձաւ ուրախութբ մեծաւ , իբրև զմծն
[illegible] յէջն սինայի ։ Եւ եկեալ հաս-
եալ

habebatque filium unum paralyticum, cum vidit paralyticum sanatum a Sanctis, duxit filium suum ad S Jacobum, & ille precibus sanavit eum; idcirco credidit Cedron in Deum, & baptizatus est cum omni domo suâ. Factum autem est post dies aliquos, ut moreretur adolescens, & accipiens Cedron mortuum puerum portavit ad cœnobium Marugei, quia ibi erat S. Antistes Jacobus, & procidendo ad pedes Sanctorum flebat & dicebat: non fui dignus in lætitia videre vos; & nunc vos scitis, quod servus vester est puer iste donatus a Deo precibus vestris; ego ad vos tuli illum, & vos quomodo placuerit voluntati vestræ, ita facite; sed tantum ne lætetur hostis veritatis super nos. Tunc accipiens Sanctus Episcopus Jacobus mortuum puerum posuit super gradus Altaris, & ipse peregit salutare Sacramentum Sanctæ Missæ, & facto lacrimis suis luto, posuit illum super jugulum adolescentis, & insufflans per os illius, illicò revixit mortuus; quod videntes omnes glorificabant Deum. Sanctus Jacobus desideravit videre Noemicam Arcam, & abiens ascendit montem Massis, & cum ascenderet per loca arida, & saxosa montis, defatigatus sitivit ipse, & qui cum illo erant. Et in eodem loco, genibus positis, Sanctus Jacobus oravit ad Deum, & in loco, ubi caput suum posuit, emanavit fons aquæ frigidus ac persapidus, qui extat usque hodie, & est multorum morborum depulsor fons ille verbo Dei; porro ipse fatigatus exposcebat desideratam arcam videre. Et cum esset lassatus ascendendo sursum in difficili loco prope cacumen montis, & admodum defatigatus dormivit; & veniens ad illum Angelus Domini, ait: *Jacobe, Jacobe*; & ille dixit: *adsum Domine*, & dixit Angelus: *ecce exaudivit Dominus precationem tuam, & explevit petitionem tuam. Igitur quod est sub capite tuo, est de ligno Arcæ, & ultra ne appetas videre illam; Dominus enim sic voluit*. Et ille erigens se in pedes, gratias agebat Deo, & adorabat Dominum, atque videbat tabulam, perinde ac securi percussam, quâ acceptâ, rediit in lætitia magna, sicuti Moyses ad radices Sinai. Itaque veniens in Tosphan provinciam perve-

nit

nit rus, quod vocatur Artametum, & accedens sedit ad fontem, ut quiesceret inibi paulisper, & ecce illic lavabant vestes suas puellæ, quæ quum essent impudentes, haud veritæ sunt Sanctum; propterea maledixit fonti, & exsiccatus est ille, atque capillos puellarum albescere fecit, ac transiens pergebat viam suam. Cum hoc vidissent habitatores loci illius currentes post eum rogabant Sanctum, quatenus emanare faceret fontem, & nigros redderet capillos puellarum. Itaque ille iterum oravit ad Deum, & emanavit fons, sed alborem crinum puellarum non mutavit; ut id videndo non oblivisscerentur timoris Dei. Item perveniens ad civitatem Restuniorum Manacertam, quæ nunc vocatur Karadasta, videns ibi quemdam judicem, qui injustam ferebat sententiam, maledixit lapidi, qui coram stabat illo, & protinus confractus, & contritus est, qua de re perterritus Judex juste judicavit. Jam abscendens Sanctus, ibat viam suam, & ecce duo pauperes voluerunt decipere Sanctum; finxit unus se mortuum, & accedens socius ejus rogabat Sanctum, quatenus ab eo acciperet aliquid pro mortuo, at ille, jacto super eo scapulari, transivit progrediens; tunc venit socius expergefacere illum, sed vidit eum verè mortuum, & currens post Sanctum fassus est, quod fecit, & precabatur, ut resuscitaret ipsum; unde ille reversus oravit ad Deum, & vitæ restituit mortuum. Deinde iter suum prosequens pervenit Sanctus Jacobus ad diœcesim suam, & ex tota civitate, & regione illa iverunt obviam illi, videbantque veluti Apostolum Christi, atque Angelum Dei optimum Pastorem suum; & multi ægroti, ac morbo affecti sanitatem obtinebant, & magnopere glorificabant Deum propter salutare lignum de Arca; namque illud a Deo donatum erat. Magnus Constantinus Synodum coegit Nicææ, ob maledictam sectam Arii Alexandrini, qui anathemate percussus est a 318. Patribus, quorum & unus erat S. Jacobus; immò hujus oratione interiit turpis in turpi loco; etenim interiora ejus è ventre diffusa sunt circumvolvendo ipsum: & sic diffamatus fuit scelestus; idcirco stupefacti omnes confirmati sunt in fide San-

եալ 'ի տուփ գաւառի 'ի գեղն որ կոչի Արտամետ , և եկեալ նստաւ առ աղբերն զի հանգիցէ անդ սակաւիկ մի . և ահա անդ լուանային աղջկունք զհանդերձս իւրեանս , և անամօթ լեալ ոչ պատկառեցան 'ի սրբոյն . վ̃յ անէծ զաղբերն և ցամաքեցաւ . և զհերս աղջկանցն սպիտակացոյց . և անցեալ գնայր զճանապարհս իւր . և զայն տեսեալ բնակչաց տեղւոյն՝ ընթացեալ զհետ աղաչէին զսբ̃ն բղխեցուցանել զաղբիւրն իւրեանց . և զհերս աղջկանցն սևացուցանել . և նա դարձեալ աղօթեաց առ Ած̃ , և բղխեաց աղբերն . բայց զսպիտակութի հերաց աղջկանցն ոչ փոխեաց . զի զնոյն տեսեալ . մի՛ մոռանան զերկիւղն Այ̃ . Եւ հասեալ 'ի քաղաքն Ռշտունեաց Մանակերտ , որ այժմ կոչի Քարադաշտ . և ետես անդ դատաւոր մի՝ որ անիրաւութբ առնէր զդատաստանն . անէծ զվէմն որ առաջի կայր նր̃ , և վաղվաղակի հերձեալ պատառեցաւ վէմն . յորմէ երկուցեալ դատաւորն՝ արար զդատաստանն իրաւամբ . Եւ անցեալ սբ̃ն գնայր զճանապարհս իւր . և երկու աղքատք կամեցան խաբել զսբ̃ն . կերպարանեցաւ մինն մեռեալ , և եկեալ ընկերն աղաչէր զսբ̃ն առնուլ ինչ 'ի պէտսն մեռելոյն . և նա հանեալ զկրկնոցն ընկէց 'ի վր̃ նր̃ և անց գնաց . և եկեալ ընկերն զարթուցանել զնա , և ետես զնա ճշմարիտ մեռեալ . և ընթացեալ զհետ սբ̃յն , խոստովանեցաւ զոր արարն և աղաչէր զի յարուսցէ զնա . և նա եկեալ 'ի վր̃ աղօթեաց առ Ած̃ և յարոյց զմեռեալն . Եւ գնացեալ սբ̃ն յաթոռ եհաս 'ի վիճակն իւր , և յա̃մ քաղաքն և 'ի գաւառն ելին ընդ առաջ նր̃ և տեսանէին զնա իբրև զառաքեալ Քի̃ , և զհրեշտակ Այ̃ զքաջ հովիւն իւրեանց . և բազում ցաւոտք և ախտաժէտք զառողջութի ընդունէին . և մեծապէս փառաւոր առնէին զԱծ̃՝ վս̃ փրկութե փայտին որ 'ի տապանակէն՝ զի Ածապարգև էր . Մեծն կոստանդիանոս ժողով արար 'ի Նիկիայ վս̃ անիծեալ աղանդոյն արիոսի աղէքսանդրացւոյ , որոյ առեալ զնզովսն յերեք հարիւր և ութևտասն հայրապետացն , յորոց և մի էր սբ̃ն յակոբ , մանաւանդ զի սորին բանիւ սատակեցաւ արիոս , գարշն 'ի գարշելի տեղւոջ . քանզի աղիքն յորովայնէն 'ի վայր թափեցաւ շրջապատեալ զնաձամբ նր̃ , և այնպէս խայտառակեցաւ պեղծն .

պեղծն. վասն հիացեալ հաստատեցան ՚ի հաւատս ամենասուրբ Երրորդութեան. մանաւանդ կայսրն Կոստանդիանոս. և տեսանէր սբն Յակոբ զհրեշտակսն անմարմինս՝ որ կային ՚ի սպասու երեսաց արքային, և յայտնեաց սիւնհոդոսին. Եւ զի ՚ր ածասէրն Կոստանդիանոս ՚ի ներքոյ ծիրանեացն քուրձ զգեցեալ, և զայն ևս յայտնեաց սբն Յակոբ ժողովոյն. Ետես և Թագաւորն նոյնպէս զհրեշտակսն այն որ սպասաւորէին սրբոյն Յակոբայ. և այսու առաւել մեծարեաց զնա արքայ, և եդ գեր ՚ի վերոյ ամ հայրապետացն զաթոռ սրբոյն Յակոբայ. և ասաց Թագաւորն Թէ երեք սիւնք են յաշխարհի, սբն Անտոն յեգիպտոս. և սբն Յակոբ յասորիս. և սբն Նիկողայոս ՚ի զմիւռին քաղաք լիկիացւոց. Իբրև դարձաւ սբն Յակոբ ՚ի ժողովոյն, եղև վախճանել երկուց Թագաւորացն տրդատայ և Կոստանդիանոսի, և շիջան արեգակունքն եկեղեցւոյ. ընդ որ զօրացեալ պարսիկք և ասպատակեցին ՚ի միջագետս ասորոց, և եկեալ պաշարեցին զմծբին քաղաք. որ էր ՚ի մէջ սահմանացն պարսից և հոռոմոց. Իսկ սբ հայրապետն Յակոբ եդ զտապանակ տապանին ՚ի վր գլխոյն իւրոյ և ելեալ եկաց ՚ի վր պարսպին. և այնպէս Թըւեցաւ պարսից արքային Թէ բիւրք բիւրուց և հազարք հազարաց կային ՚ի վր պարսպին յաջմէ և յահեկէ սրբոյն Յակոբայ. և ետ սպանանել շապուհ զայնոսիկ՝ որք գրգռեցին զնա և ածին ՚ի վր մծբնայ ասելով Թէ՝ քաղաքս անտէր է, և ոչ գոյ անդ յարքունի զօրացն հոռոմոց. Իբրև ետես զայն հրաշքն ՚ի վր պարսպին, յայնժամ երկուցեալ շապուհ փախեաւ անտի զօրօք իւրովք. և աղօթիւք սրբոյն Յակոբայ գոռեխք և պիծակք ՚ի վր Թափեցան և արարին զԹշնամիսն փախստական ՚ի սահմանաց անտի. Իսկ չար իշխանն մանաճիհր ռշտունեաց, որ եկեալ էր ընդ զօրացն շապհոյ, առեալ բազում գերիս յասորիս՝ և տարեալ յռշտունիս նեղէր և տառապեցուցանէր ՚ի կապանս. և եկեալ սբն Յակոբ առ նա զի արձակեսցէ զգերիսն՝ որք էին սարկաւագունք. Իսկ անիծեալն մանաճիհր ՚ի տեսանել զսբն Յակոբ ոչ պատուեաց զնա ըստ արժանեացն. այլ առ վայր մի եբր Թէ հաճոյկս առնել նմա, ասաց նստել սրբոյն զի արձակեսցէ զկապեալսն. և քսան և հինգ այր որ ՚ի կապանս կային ա-

ռանց

ctissimæ Trinitatis, maxime Cæsar Constantinus; atque videbat Sanctus Jacobus Angelos incorporeos stantes in ministerio conspectûs Regis, & manifestavit Synodo; namque Deum amans Constantinus sub purpura cilicio indutus erat; quod etiam palam fecit Concilio. Vidit & Rex eodem modo Angelos Dei, qui ministrabant Sancto Jacobo, & ideo magis veneratus est ipse Rex illum, atque posuit super omnes Antistites sellam Sancti Jacobi, ac ait Rex: tres columnæ sunt in mundo, Sanctus Antonius in Ægypto, Sanctus Jacobus in Assyria, & Sanctus Nicolaus Myræ, quæ est urbs Lyciæ. Cum rediisset Sanctus Jacobus de Concilio, contigit obitus duorum coronatorum, Teridatis, & Constantini, & extincti sunt soles Ecclesiæ, unde invaluerunt Persæ, & invaserunt Mesopotamiæ regionem, progressique obsederunt Nisibin urbem, quæ erat inter fines Persarum, & Romanorum. At Sanctus Præsul Jacobus posuit tabulam Arcæ supra caput suum, & ascendens stetit super mœnia, sicque visum est Persarum Regi, quòd myriades myriadum ac millia millium starent super mœnia, a dextris, & a sinistris Sancti Jacobi; ideoque fecit occidere Sapores eos, qui incitarunt illum, duxeruntque Nisibin, dicendo, quòd civitas est sine hero, nec ibi sunt de Regio exercitu Romanorum milites. Itaque videns illud miraculum super mœnibus, timore perculsus Sapores fugit inde cum exercitu suo; atque precibus Sancti Jacobi ciniphes & crabrones in illos cum impetu lati, hostes fugarunt de finibus illis. Nequam autem princeps Restuniorum, Manazirus, qui venerat unà cum exercitu Saporis, acceptis plurimis captivis de Syria, & ductis Restunias, angebat, & affligebat eos in vinculis; at quum venisset Sanctus Jacobus ad illum, ut solverentur captivi, qui erant Diaconi, ipse maledictus Manazirus videns Sanctum Jacobum non honoravit eum secundum ejus meritum, sed parumper, perinde ac si ei gratificaturus esset, dixit Sancto, ut sederet, donec vinctos solveret: & viginti quinque viros, qui in vinculis degebant absque delicto, quorum octo Diaconi

erant

erant Sancti Jacobi, fecit ducere ante se Manacertam, quæ est Karadasta, & jussit per præceps inde in mare eos projici cum vinculis; atque per jocum irrisionis ait Sancto: videsne, Domine Jacobe, quomodo alleviavi eos a vinculis suis? aspice, quonam modo natant in mari. Sanctus vero Præsul flevit amarè, &rediit in tristitia; perveniensque ad radices montis, qui vocatur Caputol ipse, & qui cum eo erant defatigati in itinere sitiverunt; ibi quoque emanavit precibus Sancti Jacobi fons salubris. Et ascendens ad cacumen montis, unde videtur tota regio Rusteniorum, conversus, maledixit ei; & post duos dies mortua est uxor Manaziri unâ cum septem filiis suis; atque ab illo die non fuit pax provinciæ illi, ita ut semina non germinarent, & undique ira Dei supervenit eis secundum verba Sancti Jacobi. Ipse quoque Manazirus, qui dignus erat maledictione, cecidit postea in dolores morborum, ac pessimè foratus, atque consumptus a vermibus interiit. Porro Sanctus Præsul ivit conquisitum apud Chosroe filium Theridatis, & Patriarcham Verthanem, filium Sancti Gregorii, qui erant diebus illis in cœnobio Glacæ nomine Sancti Prodromi in Taronia extructo. Voluit Rex vindictam sumere pro Sancto, & punire Manazirum; sed ille jam pœnam a Deo receperat, Sanctusque Jacobus rediit ad Parœciam suam. Et a die, qua accersitus fuit Sanctus Jacobus ad dignitatem Episcopatus, nec vestem suam mutavit, neque cibum; sed eodem modo eodemque cibo stetit, mansitque, quo in solitaria vita uti solitus erat; atque multa miracula patrans Sanctus Jacobus, & deveniens ad optimam senectutem quievit pace in Christo, verùm in loco fugæ inter familiares. Ac provincia Manacertæ remansit sic sub maledictione Sancti annos tres, usque dum veniens maximis Litaniis ad sepulcrum Sancti soror Manaziri, & alii cum ea miserandis instantiis petebant remissionem peccatorum, & quietem afflictionum, atque reconciliationem cum Sancto, frugiferantiamque terræ; unde Sanctus Jacobus misertus eorum dedit ex terra arcæ, & auricularem digitum de-

ռանց յանցման, և ութն 'ի նոցանէ
ասրկարապետունք էին սրբոյն յակոբայ՝ եւ
ածել առաջի նր 'ի Մանակերտ, որ է
քարադաշտ. և ասաց 'ի դարէ անտի 'ի
ծովն հոսել կապանօք. և կատակութբ
ծաղու ասէ ցսրբն, տեսանես տէր յա-
կոբ թէ որպ դիւրութի արարի նց 'ի
կապանաց անտի. տես որպ լողան 'ի
ծովն. իսկ սբ հայրապետն ելաց դառ-
նապէս և դարձաւ տրտմութբ. Եւ
հասեալ 'ի ստորոտ լերինն որ կոչի կա-
պուտողն, և որք ընդ նմայն էին աշ-
խատեալ 'ի ճանապարհին ծարաւե-
ցան. և անդ ևս բղխեաց աղօթիւք
սրբոյն յակոբայ աղբիւր բժշկութե. և
ելեալ 'ի գլուխ լերինն յորմէ երևէ
բովանդակ երկիրն ռըշտունեաց, և
դարձեալ յետ անէծ զնա. և յետ եր-
կուց աւուրց մեռաւ կին մանածիրհին
եօթն որդւովքն. և յայնմ օրէ ոչ եղև
խաղաղութի երկրին գաւառին այն-
միկ. մինչ զի սերմանիքն ոչ բուսանէին.
և յամ կողմանց բարկութին այ շար-
ժեցաւ 'ի վր նց ըստ բանին սրբոյն յա-
կոբայ. և ինքն ապա արժանաւորն ա-
նիծից, անկաւ 'ի ցաւս ախտից և չա-
րաչար ծակոտեալ և որդնալից եղեալ
սատակեցաւ. Իսկ սբ հայրապետն
գնաց 'ի դանկատ առ խոսրով որդին
տրդատայ, և առ հայրապետն վրդա-
նէս որդի սրբոյն գրիգորի, որ էին յաւ-
ուրսն յայնոսիկ 'ի վանսն գլակայ, որ
յանուն սբ կարապետին 'ի տարօն. և
կամեցաւ թագաւորն վրէժխնդիր լինել
սրբոյն և պատժել զմանածիրհն, նա զպա-
տուհասն այ ընկալաւ. և սբն յակոբ
դարձաւ 'ի վիճակն իւր. Եւ յայնմ
օրէ՝ որ կոչեցաւ սբն յակոբ 'ի պատիւ
եպիսկոպոսութե, ոչ զզգեստ անձինն
փոխեաց, և ոչ զկերակուրն. այլ նո-
վին կերպիւն և կերակրովն կաց մնաց,
զոր 'ի միակեցութեն ստացեալ էր.
Եւ բազում սքանչելիս արարեալ սբն
յակոբ, և հասեալ 'ի բարւոք ծերութե
հանգեաւ խաղաղութբ 'ի քս. այլ 'ի
տեղի փախստեան 'ի մէջ խնդանաւո-
րաց. Եւ գաւառն մանակերտոյ մնաց
այնպէս ընդ անիծիւք սրբոյն զամս երիս.
մինչև եկեալ մեծաւ պաղատանօք 'ի
գերեզման սրբոյն քոյրն մանածիրհի և
այլք ընդ նմա. և աղիողորմ թախան-
ձանօք խնդրէին զթողութի մեղաց, և
զխաղաղութի վշտաց. զհաշտութիւն
սրբոյն, և զպտղաբերութի երկրին. և
սբն յակոբ ողորմեալ նոցա, ետ 'ի հո-
ղոյ

դոյ առաքելոյն ; և զձեռին աջոյ ձե-
ռինն 'ի բժշկութիւն և յօրհնութիւն
գաւառին ռշտունեաց, զոր առեալ
բերին մեծաւ պատուով. և ընկալան
զխաղաղութի՛ վշտացն. և եդին 'ի
վանսն ընծաքայ ուր զջուրն եհան. որ
յետոյ շինեցաւ մեծափառ վանք. Իսկ
զմարմին սրբոյն յակոբայ եկեալ յօ-
հաննէս արքայն ստամպօլայ որ կոչե-
ցաւ չըմըշկիկ, և հանեալ զսուրբն
յակոբ 'ի մծբնայ տարաւ 'ի կոստան-
դնուպօլիս 'ի չորեք հարիւր և տասն
Թուականին, և անդ եդին պատուով
ընդ այլ սրբոցն որ անդ կան, 'ի փառս
ք̅ի̅ ա̅յ̅ մերոյ.

dexteræ manûs suæ ad sanationem benedictionemve provinciæ Restuniorum; quas reliquias obtentas tulerunt magno honore, receperuntque quietem afflictionum suarum, & posuerunt in cœnobio Enzachæ, ubi aquam produxit, quod postea extructum fuit magnodoxum cœnobium. Porro corpus S. Jacobi veniens Joannes Rex Constantinopolis, cognomento Semescik, & educens S. Jacobum ab urbe Nisibis (1) asportavit Constantinopolim 410. Numero, seu Æra, & inibi posuerunt honorificè cum aliis Sanctis, qui illhìc extant ad gloriam Christi Dei nostri.

Ex Moysis Cheronensis Historia Armena (2).

'Ի մովսէսէ խորենացւոյ պատմագրու-
թեանց գիրք երրորդ. պրակ. Է.

Երթեալ մանաճիհր. հայոց հա-
րաւային գնդաւն, և կիլիկեցւոց
զօրօք, զկողմամբք ասորեստանի, ճա-
կատս առնեալ ընդ բակուր բդեշխի,
սա-

Ex Historia Moysis Cheronensis.
Lib. 3. art. 7.

Manazirus cum Australi Armeniorum cohorte, Cilicumque copiis in Assyriæ fines profectus, commisso cum Dacurio Consule prælio, ipsum, exer-

(1) Locus Jeremiæ *cap. VII. v.* 4. 5. & 7. in versione latina vulgata, qua occidentalis Catholica Ecclesia utitur, ita se habet. *Nolite confidere in verbis mendacii, dicentes: templum Domini, templum Domini, templum Domini est: Quoniam si bene direxeritis vias vestras, & studia vestra: si feceritis judicium inter virum, & proximum ejus &c. habitabo vobiscum in loco isto &c.* Itaque S. Doctor sensum potius quàm verba Prophetæ, ut sæpissime facere solet, allegavit. In versione quidem Syriaca paulo aliter ita legitur v. 4. *Ne collocetis fiduciam vestram in sermonibus falsis dicentium vobis, templum Domini, templum Domini. Vos estis templum Domini; si emendetis vias vestras, & actiones vestras.* Hæc autem magis conveniunt cum verbis nostri Sanctissimi Scriptoris, qui Patria, & natione Syrus erat. *Nunc ergo repellant procul fornicationem suam, & ruinas Regum suorum a me, & habitabo in medio eorum semper.* Ezechiel. cap. XLIII. v. 9.

ւատով զարդարի, Հոգայ նա վն իմաստութե, և հաւատով գտանի։ Խնդրէ նա դարձեալ զօտարասիրութի, և հաւատով առաւելու։ Պիտոյ է նմա առատութի, և հաւատով խառնի։ Ընդգրկէ զհամբերութի, և հաւատով կատարի։ Եւ հանդուցեալ է 'ի հանդարտութե, և հաւատով յայտնի։ Եւ խնդրէ զզուգաւորութի, և հաւատով երևի։ Եւ խնդրէ զպարկեշտութի, և հաւատով պահի։ Զայս ամենայն խնդրէ հաւատ, որ եդեալ է 'ի վերայ ապաստաժուտ վիմին հաստատնոյ, որ նա ինքն է Յս Քս։ Եւ այսպիսի գործք պիտոյ են արքային Քի, որ բնակի 'ի մարդս, որք շինեցան այսու գործօք։

Թերևս ասասցես 'ի սրտի քում, թէ Քս 'ի հիման եղաւ. իսկ զիարդ մարթիցի բնակել 'ի շինուածի անդ կատարելում։ Զերկոսին զայս, առաքեալն յայտնեաց. զի ասէ այսպէս. Ես իբրև իմաստուն ճարտարապետ հիմն եդի։ Եւ անդէն մեկնեաց զի՞ն հիմն, և ասէ։ Հիմն այլ բաց յայսմանէ, որ եդեալ, ոչոք կարէ դնել, զի նա ինքն է Յս Քս։ Եւ զի Քս դարձեալ բնակի 'ի շինուածի անդ։ բանն այս, որ 'ի վերոյ գրեցաւ։ Զի երեմիա մարգարէ, կոչէ զմարդիկս, տաճարս, և այն, որ բնակի 'ի նոսա։ Եւ առաքեալն այսպէս ասէ։ Հոգի այն բնակի 'ի ձեզ։ Եւ Տր մեր ասէ։ Ես, և հայր իմ մի եմք։ Այսուհետև հաստատուն, և կատարեալ է բանն, եթէ Քս բնակի 'ի մարդս, որք հա_

scifcat fibi puritatem, & hæc fide ornatur; ut quærat fapientiam, & hæc fide invenitur; ut ftudeat dilectioni proximi, quæ fide augetur; neceffaria eft etiam bonorum operum copia, & hæc fide paratur. Ad hæc oportet, ut amplectatur patientiam, quæ fide perficitur; amet pacem, quæ fide innotefcit; quærat concordiam, quæ fide connectitur; curet modeftiam, quæ fide fervatur. Hæc omnia requiruntur a fide, quæ pofita eft fupra firmam, ac ftabilem petram, quæ eft idem ipfe Jefus Chriftus; & talia opera conveniunt Regi Chrifto, qui habitat in hominibus, qui ex hifce operibus ædificantur (1).

§. 5. Forte tecum ipfe dicis, fi Chriftus fundamentum eft, quomodo in ædificio, quod fuper eo extructum eft, ipfe habitare poteft? Sed hæc duo nobis manifeftat Apoftolus dicens: *Ego ut fapiens Architectus fundamentum pofui*. Et ibi explicat quodnam fit illud fundamentum inquiens: *Fundamentum aliud nemo poteft ponere præter id, quod pofitum eft, quod eft Chriftus Jefus*. Quod vero Chriftus habitet in hujufmodi ædificio juxta ea, quæ paulo fupra a me fcripta funt, idem Apoftolus cum Jeremia, qui vocat, *Homines templa, & Deum, qui in eis habitat*, nos docet inquiens: *Spiritus Dei habitat in vobis*: Et Dominus Nofter dicit: *Ego, & Pater meus unum fumus*. Hinc igitur firmum, probatumque remanet, quod dictum

Quomodo Chriftus fundamentum ædificii fit, & in eo habitet.

I. Corinth. III. 10.

Ibidem 11.

Jerem. VII. 3. 4.

I. Corinth. III. v. 16.

Ioan. X. 30.

(1) In hanc eamdem fententiam poft verba illa Jacobi Apoftoli II. 26. *fides fine operibus mortua eft*. ita loquitur S. Joannes Chryfoftomus *Hom. III. in cap. 1. Genef. p. 16. Nam tametfi fanam teneamus doctrinam, vitam autem negligamus: nihil nobis proderunt doctrinæ. Rurfus, fi vitæ curam diligenter gefferimus, in fidei autem placitis claudicaverimus, neque fic nobis aliquid lucri fuerit. Ideo convenit utrinque ædificium hoc noftrum fpirituale communiri.* Neceffitatem bonorum operum ad vitam æternam confequendam negarunt & veteres, & recentiores hæretici. De Simone Mago teftantur S. Irenæus *lib. I. cap. XX. adv. Heref.*, & Theodoretus *de hæreticis Fabulis lib. I. §. 1. de Simone*. De Eunomio fcribit S. Auguftinus *lib. de hæref. cap. LIV. Fertur etiam, ufque adeo fuiffe bonis moribus inimicus, ut afféveraret, quod nihil cuique obeffet quorumlibet perpetratio, ac perfeverantia peccatorum, fi bujus, quæ ab illo docebatur, fidei particeps effet*. De recentioribus autem hæreticis fatis eft auctores adire, qui vel illarum hærefum hiftoriam literis tradiderunt, vel errores confutarunt. In neceffitate bonorum operum afferenda concordes funt veteres Patres cum noftro S. Doctore Nifibeno. Clemens Alexandrinus *lib. V. Stromatum §. 1. p. 647. gratia*, inquit, *falvamur, fed non abfque bonis operibus*. S. Hilarius *in comment. in Matth. cap. VII. num. 4. Salus gentium omnis in fide eft, & in præceptis Domini vita eft univerforum*. S. Gregorius Nazianzenus *Orat. 40. in S. Lavacr. prope finem. Super boc dogmatum fundamento bona opera extrue, quoniam fides fine operibus mortua eft, quemadmodum & opera fine fide*. S. Hieronymus *in Commentario in Ifaiam ad cap. XXVI.* exponens verba illa: *ponetur in ea murus, & antemurale: murus*, inquit, *bonorum operum, & antemurale fidei; non enim fufficit murum babere fidei, nifi ipfa fides bonis operibus confirmetur*. Et *in cap. IV Ofeæ* loquens de hæreticis fui temporis, qui per dulces fermones decipiebant miferos peccatores, & devorabant domos viduarum. *Cum enim*, inquit, *viderint aliquot delinquentes, ajunt, nihil aliud quærit Deus, nifi fidei veritatem, quam fi cuftodieritis, non curat quid agatis*: quibus fubdit: *Hæc enim dicentes in iniquitatibus eorum fublevant animas eorum: ut non folum non agant pœnitentiam, nec bumilientur, fed gaudeant in fceleribus fuis, & erecta cervice gradiantur*. Et demum S. Auguftinus *in lib. de fide & oper.* ex profeffo refellit hunc perniciofum errorem. Et *cap. XIV.* oftendere volens ad falutem fidem non fufficere fine operibus, fermonem fuum ita exorditur: *Quamobrem jam illud videamus, quod excutiendum eft a cordibus religiofis, ne mala fecuritate falutem fuam perdant, fi ad eam obtinendam fufficere fidem putaverint. Bene autem vivere, & bonis operibus viam Dei tenere neglexerint*. Eadem S. Doctor affirmat in enarratione fecunda in Pfalmum XXXI. in præfatione, & alibi in fuis operibus; ita S. Bafilius *ep. 295.*, & confentiunt cæteri omnes antiqui Patres, quorum verba longum effet ac fuperfluum adducere.

ctum est, nempe quod (1) Christus habitat in hominibus, qui credunt, & quod simul ipse est fundamentum, quia super eum ædificantur, & eriguntur ædificia.

Christus Dei Verbum petra, seu lapis in S. Scripturis nuncupatus est.

§. 6. Sed redeo ad id, quod paulo ante dixi, nempe quod Verbum Christus vocatus est lapis, seu petra per Prophetas. David primum: *Lapidem*, inquit, *quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est* (2) *in caput anguli*: quando autem reprobaverunt ædificantes lapidem hunc; qui est ipse Christus Jesus? Utique coram Pilato clamantes: *Non erit iste Rex noster*. Rursus denuo in Parabola hominis nobilis, qui abiverat, ut regnum acciperet, regnaretque super eos; illi autem miserunt legationem post illum dicentes. *Non erit iste Rex super nos*: Atque ita illi lapidem reprobaverunt. Quomodo autem ipse est caput anguli ædificii? Fuit nimirum caput anguli ædificii Gentium. Sed quinam sunt ædificantes, quorum ædificatio super eum erigi, & consistere non potuit? Profecto sunt Sacerdotes, & Scribæ, qui minime, ut oportebat, ædificaverunt; sed destruendo destruebant, quidquid ipse ædificabat. Sicut & scripsit Ezechiel Propheta: *Quoniam ipse ædificabat parietem, & illi liniebant eum, ut corrueret*; & iterum scriptum est: *quæsivi in eis virum unum ruinam reficientem, & stantem super ruinam omnis terræ, ne disperderem eam, & non inveni*. Item Isaias jam ante vaticinatus erat de hoc lapide inquiens: *Sic dicit Dominus ecce mittam in fundamento Syon* la-

Psal. CXVII. 22. Matth. XXI. 42. Act. IV. 11. I. Petr. II. 6. Rom. IX. 33.

Joan. XIX. v. 14.

Luc. XIX. v. 14.

Ezech. XIII. 10. 11.

Ezech. XXII. 30.

Isaias XXVIII. 16.

հաւատացեալ են, և նա ինքն է հիմն. զի ՚ի վերայ նորա շինին, և վերանան շինուածք.

Դարձեալ եկից առ բանն իմ առաջին, զոր ասացի. Բանն Քս վէմ կոչեցաւ մարգարէիւք. Նախ Դաւիթ ասաց վնր. վէմն, զոր անարգեցին շինօղք, նա եղև գլուխ անկեան, և որպէս անարգեցին շինօղք զվէմս զայս, զի սա ինքն է Քս Յս. Բայց թէ առաջի Պիղատոսի, զի ասէին. մի՛ լիցի դա մեր թագաւոր. և դարձեալ յառակին առն ազնուականի, որ երթեալն էր առնուլ զթագաւորութի, և թագաւորել ՚ի վերայ նոցա. և նոքա հրեշտակս զկնի արձակեցին, և ասեն. մի՛ լիցի դա ՚ի վերայ մեր թագաւոր; այսու և ս անարգեցին նոքա զվէմն. իսկ զիա՞րդ է նա գլուխ անկեան շինուածոյ. Այլ եղև նա գլուխ անկեան շինուածոյ հեթանոսաց. իսկ ո՞վ են շինօղք, բայց թէ ՚ի վերայ նորա բարձրանայ ամ շինուծն նոցա. Քահանայք, և մարգարէք, որք ոչ շինեցին, այլ քակելով քակէին, զոր ինչ նա շինէր. որպէս և գրեալ է եզեկիէլ մարգարէ. Զի նա շինէր զորմն, և նոքա ծեփէին զնա, թէ փլիցէ. և դարձեալ գրեալ է. Խնդրեցի ես ՚ի նոսա այր մի խրամակարկատ, որ կայր ՚ի մէջ խրամի ամ երկրի, զի մի՛ սատակեցից զնա, և ոչ գտի. եւ դարձեալ եսայի յառաջագոյն մարգարէացաւ յաղագս այսր վիմի, և ասէ. Այսպէս ասէ տր, ահաւասիկ դնեմ ՚ի հիմն անդ սիօնի վէմ բազմապատիկ, վէմ անկեան պատուական ՚ի գլուխ շինուա

(1) Quia Paulus ad Corinthios scribit: *Spiritum Dei in hominibus habitare*: & Christus Dominus dicit in Evangelio: *se & Patrem unum esse*; Sanctus Doctor Nisibenus inde colligit, Christum habitare in hominibus. Ex quo manifestum ac evidens fit, quod etiam ex aliis pluribus locis apparebit, de Divinitate Jesu Christi, ejusque consubstantialitate & individua essentiæ unitate cum Patre & Spiritu Sancto contra Arianos, Macedonianos, Paulianistas, aliosque hujusmodi hæreticæ pravitatis magistros S. Jacobum eamdem sententiam tenuisse, quam nunc Catholica Romana docet ac tuetur Ecclesia. Cæterum quod Christus per fidem habitet in nobis, expresse affirmat Apostolus Paulus in epistola ad Ephesios *III.* 17., & S. Augustinus *in lib. de Fid. & oper. cap. XVI.* consentanee ad ea, quæ scribit S. Jacobus: *Fundamentum*, ait, *Christus est in structura Architecti sapientis: hoc expositione non indiget. Aperte enim dictum est* FUNDAMENTUM &c. *I. Corinth. III. 10. Si autem Christus procul dubio fides Christi. Per fidem quippe habitat Christus in cordibus nostris. Porro si fides Christi, illa utique, quam definivit Apostolus, quæ per dilectionem operatur.*

(2) S. Joannes Chrysostomus ad hæc Psalmi verba subjicit: *Quod hoc de Christo dictum sit, est cuivis manifestum*. Et quoniam S. Doctor ea Psalmi verba, quæ antecedunt, secundum historiam de Davide exposuerat, hæc alia notatu digna addit: Εἰ δὲ μὴ δοκεῖ ἐξ αὐτῆς ἠρτῆσθαι τῆς ἱστορίας τὸ εἰρημένον, ἀλλὰ μέσον τὴν ἀκολουθίαν διακόψασα ἡ προφητεία ἐπεισῆλθε, Θαυμαστὸν οὐδὲν, οὐδὲ καινόν· οὕτω γὰρ αἱ πλείους τῶν προφητειῶν ἐξεφωνήθησαν ἐν τῇ παλαιᾷ, διὰ τὸ δεῖν αὐτὰς συσκιάζεσθαι τέως, ὥστε μὴ τὰ βιβλία αὐτὰ ἐξαλειφθῆναι &c. *Si autem quod dictum est, videatur non bene connecti cum ipsa Psalmi historia, sed mediam narrationis consequentiam intercidendo Prophetiam subingredi, nil mirum aut novum. Ita enim ut plurimum Prophetiæ in veteri testamento enunciantur, quia oportebat eas tunc adumbrare & occulere, ne ipsi libri abolerentur, a Judæorum scilicet perfidia, quæ in sua cæcitate ad suum exitium obstinata susque deque omnia movit, ut veritatem occultaret, quam sequi & amplecti renuebat.* Porro ex eo, quod in S Scriptura Christus vocatus est petra, rationem sumit S. Thomas, cur in Ecclesia Latina constitutum fuerit, ut altaria ex lapide fiant, non autem ex ligno seu alia materia juxta *Can. 31. dist. I. de Consecr. Altaria, si non fuerint lapidea, Chrismatis unctione non consecrentur. S. Thomas III. Par. qu. 83. art. 3. ad 5.* De causis autem & rationibus, ob quas lapis aut petra recte dicatur Christus, docte agunt Pererius *in comment. ad cap. II. Daniel*, & Lorinus *in comment. ad cap. IV. Act. Apost*, quos lector, si lubet, videre poterit.

ուածոյ հիմանն. ասէ, որ հաւատասցէ 'ի նա, մի՛ երկիցէ. և ասէ. Եւ որ անկանիցի 'ի վերայ վիմին, փշրեսցի. և որոյ վերայ անկանիցի նա, մանրեսցէ զնա. Անկաւ 'ի վերայ նորա ժողովուրդ տանն իսրայէլի, և եղև կործանումն նորա յաւիտեանս ժամանակաց. և անկաւ 'ի վերայ պատկերին, և մանրեաց զնա. Եւ հաւատացին 'ի նա հեթանոսք, և ոչ ևս երկիցեն.

Եւ եցոյց դարձեալ զն՟ վիմին, զի նա եղաւ վէմ հիմանն, և գլուխ անկեան. Եւ եթէ 'ի հիմանն եղաւ վէմ, զիա՞րդ է նա գլուխ անկեան. Այլ Տէր մեր իբրև եկն, եդ զհաւատս իւր յերկրի, 'ի նմանութիւն հիմանն, և ել 'ի վերայ քան զա՟մ երկինս, 'ի նմանութիւն գլխոյ անկեան շինուածին, և կատարեալ պատկեցաւ վիմօք ա՟մ շինուածն 'ի վերայ, և 'ի ներքոյ. Եւ զն՟ հաւատոյ, զոր ասացի. Քանզի եդ զհաւատս իւր յերկրի. Զայս դաւիթ յառաջագոյն քարոզեաց զն՟ Ք՟ի, և ասէ այսպէս. Հաւատք յերկրէ բուսան. և զի 'ի վերայ դարձեալ ասէ. Արդարութիւն յերկնից երևեցաւ. Եւ դարձեալ դանիէլ ասաց զն՟ այսր վիմի, թէ սա ինքն Ք՟ս, ասէ. Տեսանէի, զի վէմ մի հատանիւր 'ի լեռնէ առանց ձեռին մարդոյ, և հարկանէր զպատկերն, և անդէն սատակէր. և լնանիւր 'ի նմանէ ա՟մ երկիր. Զայս յառաջագոյն կանխեալ եցոյց զն՟ Ք՟ի, զի 'ի նմանէ լնանի ա՟մ երկիր. քանզի 'ի հաւատոց նորա Ք՟ի, լցան ա՟մ ծագք երկրի, որպ՟ և դաւիթ ասէ. Ընդ ա՟մ երկիր ել բարբառ աւետարանութե՟ Ք՟ի. Եւ զառաքեալսն, իբրև առաքեաց զն՟, այսպէս ասաց. Ելէ՛ք ընդ ա՟մ հեթանոսս, և հաւատասցեն. Եւ Զաքարիայ մարգարէացաւ զն՟ վիմին, թէ սա ինքն է Ք՟ս, և ասաց այսպէս. Տեսի ես զվէմն հա_

lapidem angularem, *pretiosum in capite ædificii fundamenti*: *omnis*, *qui crediderit in eum*, (1) *non timebit*. Et alibi Scriptura inquit: *Et qui ceciderit super lapidem*, *confringetur*, *& super quem ceciderit ille*, *conteret eum*. Cecidit super eum Populus domus Israel, & facta est ruina ipsius in sæcula temporum; & cecidit lapis super statuam, & contrivit eam, credideruntque in illum Gentes, nec amplius timebunt. *Matt. XXI. 44.* *Dan. II. 34.*

§. 7. Insuper indicavit etiam Scriptura de lapide isto, quod sit lapis fundamenti, & simul caput anguli. Sed si in fundamento positus est lapis, quomodo ille est caput anguli? Dominus noster cum venit, fidem suam posuit in terra (2) instar fundamenti; ascendit autem super omnes cœlos, perinde ac caput anguli totius ædificii; & ex lapidibus perfectum consummatumque est omne ædificium inferius, & superius. Quod de fide dixi, nempe Verbum posuisse fidem suam in terra, id jam ante de Christo prædixit David dicens: (3) *Fides de terra germinabit*; quod vero desuper sit, rursus ait: *Justitia de cælis apparuit*: Idcirco de isto lapide, qui est Christus, dixit Daniel: *Videbam*, *quoniam lapis abscindebatur de monte sine manu hominis*, *& percutiebat statuam*, *& illam proterebat*, *& ab eo implebatur omnis terra*. Ita autem multo ante prænunciatum est de Christo, fore ut omnis ab eo impleretur terra, quoniam Christi fide impleti sunt omnes termini terræ, sicut etiam David affirmat: *In omnem terram exivit sonus Evangelizationis Christi*. Et Apostolis, cum misit eos, Christus dixit: *Exite per omnes gentes*, *& credent*. Item de hoc lapide Zacharias asseruit, ipsum esse Christum, inquiens: *Vidi* (4) *ego*

Quomodo sit lapis fundamenti & caput anguli.

Psalm. LXXXIV. 12. *Ibid.* *Dan. II. 34.* *Psal. XVIII. 5.* *Matth. XXVIII. 19.* *Zach. IV. 7.*

(1) Lat. vulg. *non festinet*. Græc. 70. *non confundatur*. Arab. *non erubescet*. Syr. *non pavebit*.

(2) Cum fides instar fundamenti spiritalis ædificii sit, quæri solet, quomodo humilitas hujusmodi ædificii fundamentum dicatur juxta illa notissima Augustini verba *Serm. X. cap. 1. de verbis Dom.*: *Cogitas magnam fabricam construere celsitudinis*, *de fundamento prius cogita humilitatis*. Respondet S. Thomas 2. *secundæ qu.* 161. *art.* 5. *ad secundum*: quod sicut ordinata virtutum aggregatio ædificio assimilatur, ita etiam, quod primum est in acquirendis virtutibus, fundamentum dicitur; quia prima pars ædificii fundamentum est. Dupliciter autem contingere potest, ut aliquid primum sit in ædificio, vel quia ab eo impedimenta omnia ad fundandum ædificium removeantur, vel quia super eo tanquam fundamentali lapide totum ædificium construatur. Primo modo dicitur fundamentum humilitas, quia per eam remota, propulsaque superbia, aditus divinæ gratiæ reseratur: Secundo autem Fides, quia per eam ad Deum accedimus. Humilitas igitur quasi fodiendo terram egerendoque, locum jaciendo fundamento præparat; lapis autem fundamentalis fides est, super qua totum ædificium construitur, & qua sublata, ut universum statim corruat, necesse est.

(3) In Psalmo LXXXIV. *v.* 12. ita legitur juxta versionem, qua nunc Latina Ecclesia utitur; *Veritas de terra orta est*: *& Justitia de Cælo prospexit*. In versione Syriaca, cujus Nationis erat S. Jacobus: *Fides germinabit e terra*, *& justitia prospexit e Cælo*.

(4) Zaccchariæ *cap. IV.* 7. ita habetur juxta vulgatam: *Et educet lapidem primarium*, *& exæquabit gratiam gratiæ ejus*. In versione autem Syriaca: *Tum protulit lapidem præstantissimum æqualitatis*, *& misericordiæ*.

ego lapidem æqualitatis : quippe a principio æqualis Patri erat . Et de Charitate , qua veluti e montis sublimitate abscissus de cœlis venit in hunc mundum , ipse ait : *Hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem* : Et iterum : *Amicos , & dilectos quidem vocavi vos* . Beatus autem Apostolus : (1) *Misertus est* , inquit , *nobis Deus in dilectione Filii sui ; vere quidem dilexit nos Christus , & tradidit semetipsum pro nobis* . . . .

Jo. XV. v. 12. *Ibidem.* *Rom. V. 8.* *Ephes. V. 2.* *Galat. II. 20.*

Quid sint septem oculi super lapidem.

§. 8. Latius vero , quæ ad hunc lapidem attinent , explicans Propheta (2) : *Ecce , ait , ego aperio super hunc lapidem septem oculos , qui aperti sunt super lapidem* . Profecto Spiritus Dei venit , & requievit super hunc lapidem cum septem donis , quemadmodum dixit Isaias Propheta : *Veniet , & requiescet super eum Spiritus Dei sapientiæ , & scientiæ , consilii , & fortitudinis , principatus , & pietatis , & timoris Dei* . Hi septem oculi sunt , qui aperti sunt super lapidem , & hi sunt oculi Domini , qui respiciunt terram . Id autem ideo de Christo dictum est , quia ipse datus est in lucem omnium gentium, sicut ait Isaias Propheta : *Dedi te in lucem gentium , ut sis salus mea usque ad extremum terræ* . Et David : *Lucerna* , inquit , *pedibus meis verbum tuum , & lumen semitis meis* : Verbum autem , & sermo Domini Christus est , quemadmodum scriptum est in principio Evangelii Domini Nostri secundum Joannem : *In principio erat Verbum* ; & de luce ibidem ipsemet Joannes testatus est , inquiens : *Et lux in tenebris luxit , & tenebræ eam non comprehenderunt* . Quid autem hoc est , nisi quod Christus luxit luce sua in medio populi domus Israel ; Populus autem Israel non comprehendit lucem Christi , quia non credidit in eum , sicut scriptum est : *In propria venit , & sui eum non receperunt* . Et ipse Dominus noster vocavit eos tenebras, dicens discipulis suis: *Quod* dico

Zach. III. v. 9. *Isaias XI. 2.* *Isaias XLIX. v. 6.* *Psalm. CXVIII. v. 105.* *Jo. I. 1.* *Jo. I. 5.* *Ibid. v. 11.* *Matth. X. 27.*

հաւասարութեան։ Որ ՚ի սկզբանէ հաւասարութիւն Հօր իւր էր։ Եւ սիրոյն, զոր ասէ. քանզի ՚ի գլխոյ իւրում յաշխարհ այսր, այսպէս ասաց։ Սա է պատուիրան իմ, զի զմիմեանս սիրեսջիք։ Եւ դարձեալ ասէ. Բարեկամ, և սիրելիս ձեզ կոչեցի զձեզ։ Եւ առաքեալն երանելին սոյնպէս ասաց։ Ողորմեցաւ մեզ Ած ՚ի սէր որդւոյ իւրոյ։ Արդարև ճշմարիտ սիրեաց զմեզ Քս, և մատնեաց զանձն իւր վն մեր։

Եւ մեկնեաց վն վիմին այսորիկ, և ասաց։ Ահաւասիկ բանամ ես ՚ի վերայ այսր վիմի, եօթն աչս; որ բացեալ ՚ի վերայ վիմին։ Բայց է ոգին այ, որ եկն, և հանգեաւ եօթն, իրօք։ Ոպ և ասաց Եսայի մարգարէ; Եկեսցէ, և հանգիցէ ՚ի վերայ նորա ոգի այ, իմաստութեան, և գիտութեան. խորհրդոյ, և զօրութեան. պետութեան և աստուածպաշտութեան. և երկիւղի այն։ Սոքա են եօթն աչքն, որք բացեալ ՚ի վերայ վիմին։ Եւ սքա են աչք տն, որք հային ընդ երկիր։ Եւ այս վն սորին Քի ասացաւ. զի տուաւ նա ՚ի լոյս ամ հեթանոսաց, ոպ ասաց Եսայի մարգարէ։ Արարի զքեզ ՚ի լոյս հեթանոսաց, զի եղիցի փրկութիւն իմ, մինչև ՚ի ծագս երկրի։ Եւ դաւիթ ասաց սոյնպէս. Ճրագ է բան քո ոտից իմոց, և լոյս առաջի շաւղաց իմոց։ Եւ բան, և խօսք տն Քս է. ոպ և գրեալ է, սկիզբն աւետարանին տն մերոյ; ՚ի սկզբան էր բանն։ Եւ վն լուսոյ, անդէն իսկ ինքնին վկայեաց; Որ լոյսն ՚ի խաւարի անդ լուսաւորէր. և խաւար նմա ոչ եղև հասու։ Ոչինչ իցէ այս, բայց եթէ Քս, որ լուսաւորեաց զլոյս իւր ՚ի մէջ ժողովրդեան տանն իսրլի, և ժողովուրդն իսրայէլի ոչ եղև հասու լուսոյն Քի։ Քանզի ոչ հաւատացին ՚ի նա. ոպ և գրեալ է։ Առ իւրսն անդր եկն, և իւրքն զնա ոչ ընկալան։ Եւ ինքն տր մեր կոչեաց զնոսա խաւար, և ասէ ցաշակերտս իւր այսպէս։ Որ ինչ ասացից ես ձեզ ՚ի խաւարի այսմ, ասասջի՛ք զայն ՚ի լոյս։ ՚Ի հեթանոսս լուսաւո-

րեսցի

(1) *Commendat autem charitatem suam Deus in nobis : quoniam cum adhuc peccatores essemus , Christus pro nobis mortuus est* : ita Apostolus *in ep. ad Rom. cap. V. v. 8. & alibi* . In epistola autem ad Ephesios *cap. V. v. 2. Et ambulate in dilectione , sicut & Christus dilexit nos , & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem suavitatis* . Et in illa ad Galatas : *In fide vivo Filii Dei , qui dilexit me , & tradidit semetipsum pro me* .

(2) Zachariæ *cap. III. v. 9.* juxta vulgatam ita legitur : *Ecce enim ego adducam servum meum Orientem , quia ecce lapis , quem dedi coram Jesu : super lapidem unum septem oculi sunt* . Et *cap. IV. v. 10. Et videbunt lapidem stamneum in manu Zorobabel . Septem isti oculi sunt Domini , qui discurrunt in universam terram* . In Textu autem Hæbraico *cap. III. v. 9.* ita habetur : *Super lapidem unum septem oculi , ecce ego aperiens apertionem ejus ; dixit Dominus exercituum* . Hæc autem , quæ a Zacharia dicta sunt , pertinere ad Christum Dominum omnes Interpretes tam veteres , quàm recentiores consentiunt : ita Theodoretus, Hieronymus , & ex recentioribus Cornelius a Lapide , Mariana , Tirinus , aliique plures . . . .

րեսցի լոյս ձեր . զի նոքա ընկալան զաւետարանն Ք̄ի , որ տուաւ նա ՚ի լոյս հեթանոսաց . Եւ ասէ ցառաքեալսն իւր . դուք էք լոյս աշխարհի . դարձեալ ասէ ցնոսա , լուսաւորեսցէ լոյս ձեր առաջի մարդկան , զի տեսցեն զգործս ձեր բարիս , եւ փառաւորեսցեն զՀայր ձեր որ յերկինսն է։ Եւ դարձեալ եցոյց զնա զի̄ս անձին իւրոյ , թէ նա ինքն է լոյս ճշմարիտ . ասէ ցաշակերտսն այսպէս . Գնացէ՛ք մինչդեռ լոյսն ընդ ձեզ է , մինչ չեւ իցէ հասեալ ձեզ խաւար . Եւ դարձեալ ասէ ցնոսա . Հաւատացէ՛ք լուսոյ , զի որդիք լուսոյ կոչեսջիք . Եւ դարձեալ ասէ . Ես եմ լոյս աշխարհի . Եւ դարձեալ ասէ . ոչոք լուցանէ ճրագ , եւ դնէ ՚ի ներքոյ գրուանի , կամ ՚ի ներքոյ մահճաց , եւ կամ դնէ ՚ի ծածկոյթ . այլ դնէ զնա ՚ի վ̄ր աշտանակի , զի ա̄մ ոք տեսցէ զլոյս ճրագին . Եւ ճրագ լուցեալ , նա ինքն է Ք̄ս . որ̄պ եւ Դաւիթ ասէ . Ճրագ է բան քո ոտից , եւ այլ . Եւ դարձեալ Ովսէէ մարգարէն այսպէս ասէ . լուցէ՛ք ձեզ ճրագ , եւ խնդրեցէ՛ք զՏ̄ր . Եւ Տ̄ր մեր ասէ այսպէս ; որ կին իցէ , թէ դուցէ ն̄ր , Ժ , դրամ , եւ կորուսանիցէ զմի ՚ի նոցանէ . ո՞չ լուցանէ ճրագ , եւ ածէ զաւելն ՚ի տան , եւ խնդրեսցէ նա զդրամն կորուսեալ . Իսկ ո՞վ իցէ կինն այն , եթէ ոչ ժողովուրդն Իսրայէլացւոց , որ տուաւ նոց , Ժ , պատուիրանեայ կտակարանք , եւ կորոյս նա զառաջինն զայն , զոր զգուշացոյց նմա , եւ ասաց ; Ես եմ Տ̄ր ա̄ծ ձեր , որ հանի զձեզ յերկրէն եգիպտացւոց . Եւ եբրեւ զայս պատուիրանն զառաջինն կորուսին նոքա , եւ ոչ ինչ որ զկնի առաջնոյն էին , կարէին պահել . քանզի յառաջին անդ

dico vobis in tenebris , dicite in lumine : in (1) *gentibus lucebit lux vestra* . Illæ enim receperunt Evangelium Christi, qui datus est in lucem gentium . Dicit etiam Apostolis suis : *Vos estis lux mundi* . Iterum : *Sic luceat lux vestra coram hominibus , ut videant opera vestra bona , & glorificent Patrem vestrum , qui in cælis est* . Et iterum significans de se ipso , quod sit lux vera , ita discipulis suis : *Ambulate* , inquit , *dum lucem habetis , ut non vos tenebræ comprehendant* . Et rursus dicit eis : *Credite in lucem , ut filii lucis sitis* . Et iterum : *Ego sum lux mundi* . Tum etiam : *Nemo accendit lucernam , & ponit eam sub modio , vel sub lecto , vel operit eam vase , sed ponit eam super candelabrum , ut quilibet videat lumen lucernæ* . Lucerna autem accensa ipse Christus est, sicut etiam David affirmat : *Lucerna pedibus meis verbum tuum , & lumen semitis meis* . Et iterum Osea Propheta (2) : *Accendite vobis lucernam , & quærite Dominum* . Dominus etiam Noster inquit : *Mulier , quæ habet drachmas decem , si perdiderit drachmam unam, nonne accendit lucernam, & everrit domum , & quærit diligenter drachmam , quam perdidit* . Quænam verò mulier illa est, nisi Israeliticus Populus, cui datum est testamentum decem præceptorum ? Ille autem perdidit primum illud præceptum , de quo Deus eum commonuit dicens : *Ego sum Dominus Deus vester , qui eduxi vos de terra Ægyptiorum* . Cum autem hoc primum præceptum illi perdidissent, nullum eorum , quæ post illud sequebantur , implere potuerunt , quia novem alia præcepta

Matth. V. 14. *Ibidem 16.* *Joan. XII. 35.* *Ibid. 36.* *Joan. VIII. 12.* *Luc. VIII. 16. XI. 33. Matt. V. 15. Marc. IV. 21.* *Psalm. CXVIII. 105.* *Osea X. 12.* *Luc. XV. 8.* *Exodi XX. 2. Deut. V. 6.*

B

(1) In Quatuor Evangeliis , quibus Catholica Ecclesia utitur , hæc ultima verba non leguntur , sed solùm quæ mox ex Matthæi Evangelio afferuntur , ad quæ forsitan alludere voluit S. Doctor . Fieri etiam potuit , ut ex veteri traditione ea acceperit S. Jacobus , non secus ac sententiam illam Christi Domini , quam retulit S. Paulus in sermone , quem Mileti habuit ad majores natu Ecclesiæ : *Beatius est magis dare , quàm accipere* : vel forte sumpta sunt ex Evangelio secundum Hebræos , sive secundum Nazaræos nuncupato , cujus meminere , & usi sunt Hieronymus , Epiphanius , Clemens Alexandrinus , Origenes , aliique , aut ex altero secundum Ægyptios , ex quo nonnulla allegantur in epistola secunda S. Clementis Papæ , & in libris Stromatum Clementis Alexandrini , aut ex aliquo alio Evangelio apocrypho , quod ad nos minime pervenit . Cœterum ex his quoque summa Auctoris nostri , cujus opera in lucem damus , antiquitas adstruitur . Nam de Sancto Ignatio Martyre , qui primo Ecclesiæ sæculo vixit , talia scribit Eusebius *Hist. Eccl. lib. III. cap 36. In epistola ad Smirnæos de Salvatore Nostro loquens quædam ejus verba recitat , quæ unde acceperit , ignoro . Ego vero , inquit , post resurrectionem Dominum ipsum in carne apparuisse scio , & credo . Qui cum ad Petrum , & cæteros ejus comites accessisset , dixit illis : apprehendite , contrectate me , & videte , quod non sum incorporeus spiritus* . Hæc autem , quæ de Christo Domino refert S. Martyr Ignatius , quæque unde acceperit , se ignorare fatetur Eusebius , sumpta fuisse ex Evangelio secundum Hebræos , quod Eusebio ignotum fuit , vel legere utpote apocryphum neglexit , indubiam fidem nobis facit S. Hieronymus in libro *de Script. Ecclesiasticis* , & in libro *XVIII. Comment.* in Isaiam .

(2) In versione vulgata Latina *Ose. X. 12. Innovate vobis novale : Tempus autem requirendi Dominum , cum venerit &c.* In Text. Hebr *Arate vobis orationem , & tempus requirendi Dominum , donec veniat &c.* Et in versione septuaginta : *Illuminate vobis lumen scientiæ , quærite Dominum* ; In Arabica : *Accendite vobis lumen scientiæ , petite Dominum* . In Syriaca : *Accendite vobis lucernam , quia tempus est quærendi Dominum* .

cepta a primo illo pendebant, & fieri non poterat, ut adorarent Idolum Baal, & novem alia præcepta servarent; quoniam perdiderunt primum præceptum, perinde ac mulier, quæ drachmam unam ex decem illis amisit. Ecce igitur Pro-
Oseas X. 12. pheta monet eos dicens: *Accendite vobis lucernam, & quærite Dominum.*
Isaias LV. 6. 7. Propheta etiam Isaias: *Quærite*, ait, *Dominum, dum inveniri potest, invocate eum, dum prope est; derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas.* Accensa fuit lucerna, & illi per eam non quæsiverunt Deum suum, ejusque lux in tenebris illis luxit, & tenebræ eam non vicerunt, & fuit lucerna posita super candelabrum, & qui intus in domo erant, non viderunt ejus lumen. Quid autem hoc est, quod dicitur: lucerna posita fuit super candelabrum, & qui in domo erant, lumen non viderunt? crucifixo ibi Christo Domino, mox tota domus tenebris operta est super illos, cum enim crucifixissent eum, lux illis obscurata est, luxitque inter gentes: quippe ab hora sexta, qua crucifixerunt eum, usque ad horam nonam tenebræ factæ sunt per universam (1) terram Israelitarum, & sol occidit meridiano tempore, & obtenebrata est terra in die plenæ lucis, sicut
Zach. XIV. 6. 7. scriptum est a Zacharia Propheta: *Erit in (2) die illa*, dicit Dominus, *extinguam*

անդ կախեալ էին այն, Թ, պատուիրանքն, և չէր ինչ հնար պահպանել երկիր կռոցն բահաղու, և պահել զայս, Թ, պատուիրանսն; քանզի կորուսին զառաջին պատուիրն 'ի նմանութի կնոջն, որ կորոյս նա զդրամն 'ի տասանց անտի. Եւ կոչէ զնոսա մարգարէն ասանիկ, և ասէ. լուցէ՛ք ձեզ ճրագ, և խնդրեցէ՛ք զՏր. Եւ Եսայի մարգարէն այսպէս ասաց. խնդրեցէ՛ք զՏր, և իբրև գտանէք դուք զնա, կարդացէ՛ք դուք առնա, և իբրև մերձեսցի առ ձեզ, Թողցէ ամբարիշտն զճանապարհ իւր, և այր անօրէն զխորհուրդս իւր. Ճրագ լուցաւ, և նոքա ոչ խնդրեցին նովաւ զԱծն իւրեանց; Եւ լոյս նորա 'ի խաւարի անդ լուսաւորեաց, և խաւար նմա ոչ յաղթեաց; Եւ 'ի վերայ աշտանակի եդաւ ճրագն, և որք 'ի ներքս 'ի տան անդ էին, ոչ տեսին զլոյս նորա. Եւ զի՞նչ իցէ այս, զի 'ի վերայ աշտանակի եդաւ ճրագն. Յեղանելն նորա 'ի խաչ անդր, և ամ տունն խաւարեցաւ 'ի վերայ նոցա; իբրև հանին զնա 'ի խաչն, խաւարեցաւ լոյսն 'ի նոցանէն, և լուսաւորեաց 'ի մէջ հեթանոսաց. քանզի 'ի, Զ, ժամէ անտի իբրև հանին զնա 'ի խաչն, մինչև ցինն ժամն, խաւար եղև ընդ ամ երկիրն իսրայէլացւոց, և եմուտ արեգակն 'ի միջօրեայ ժամանակի, և խաւարեցաւ երկիր յաւուր լուսոյ, որպ և գրեալ է 'ի զաքարիայ մարգարէէ; եղիցի յաւուր յայ-

(1) Cum Sacrorum Evangeliorum Scriptores Matthæus *XXVII.* 45. Marcus *XV.* 33. & Lucas *XXIII.* 44. 45. testentur in morte Christi Domini tenebras factas fuisse super universam terram, tria quæri solent. Primum quomodo prodigiosa hæc solis obtenebratio evenerit: an quia luna, quæ, cum plenilunium esset, dimidia cœli parte a sole distabat, jussu Dei loco suo retrogressa, inter solem & terram se interponens solis lumen terræ abstulerit; an quia sol, radiis suæ lucis subtractis, faciem suam quodammodo hominum aspectui absconderit: an quia, densa caligine seu nebula offusa, mortalium oculis dies ereptus sit: an demum quia, densatis circa solem nubibus, lumen solis fuerit mortalibus sublatum? Secundum, qua de causa id factum sit: an ad significandam Judæorum cæcitatem, an potius tanti sceleris detestationem: an ad demonstrandum Christum Justitiæ solem occubuisse: an ad ostendendam Dei iram & indignationem; an verò ad hæc omnia indicanda? Tertia quæstio est: utrum solis eclypsis, quæ contigit in morte Christi Domini soli Judeæ noctem induxerit: an tenebras offuderit universæ terræ, ubicumque tum dies lucebat. Nam ita censent Chrysostomus *Orat. IV. adv. Judæos p. 503. & in comm. in Evangel. ibique etiam:* Augustinus, Theophylactus, Euthymius, auctor Dionysii nomine in epistola ad Polycarpum, aliique veteres, & plurimi recentiores sacrarum Scripturarum interpretes; & id suaderi posse videtur ex Phlegonte antiquissimo Chronographo, & Thalli testimonio apud Julium Africanum (*Eusebius & Hieronymus in Chron. S. Maximus in scholiis ad ep. S. Dionys. ad Polycar. Georgius Syncellus in Chronograph. Joannes Philoponus lib. II. de Mundi creat. Chronicon Alexandr. seu Fast. Sic. P. Raderi*,) aliorumque veterum ethnicorum commentariis. Scribit enim Orosius *lib. VII. Histor. cap.* 4. hac de re non solum Sancta Evangelia, sed etiam aliquantos Græcorum libros adtestari; tum etiam id ipsum adstruitur & confirmatur ex verbis Tertulliani in Apologia pro Christianis, & Luciani Martyris in actis ejus Martyrii, qui vetustissimi Scriptores miram hanc solis eclypsim veluti universalem, nullo addito loci nomine, nec regionis spatio circumscripto, retulerunt. Contrariam sententiam tuetur Origenes *in comment. in Matth.* §. 134. *al. Tractat. XXXV. ed. Carol. Delarue*, & in sola Judæa putat solem obscuratum fuisse, cujus opinioni non pauci recentiores adhærent, & in eadem sententia fuisse videtur S. Jacobus, ut ex ejus verbis hoc loco non obscure colligitur.

(2) *Et erit in die illa: Non erit lux, sed frigus & gelu. Et erit dies una, quæ nota est Domino, non dies, neque nox, & in tempore vesperi erit lux. Zach. XIV. 6. 7.* Cœteræ versiones & Textus Hebraicus cum Vulgata conveniunt, sed S. Jacobus sensum potius, quàm verba Prophetiæ allegasse videtur. Hunc autem Prophetæ locum S. Hieronymus *in comm. ad hunc loc.* putat pertinere ad secundum Christi Domini adventum: alii existimant, verbis hujus Prophetiæ indicari tempus belli & Jerosolimitani excidii sub Vespasiano, & Tito Imperatoribus: alii vero tempus cala-

յայնմիկ, ասէ Տր, շիջուցից զարեգակն
'ի միջօրեայ ժամանակի, և խաւարե-
ցաւ երկիր յաւուր լուսոյ.

Այլ յուսահեաւ դարձայց, եկեց ես
առ բանն հիմառաջին, հաւատոյ. զի 'ի
վերայ նորա շինեալ վերանան ամենայն
գործք բարութե. Ո՛ շինուածոյս, զոր
ասացի ես, ոչ եթէ օտար ինչ ասացի,
այլ առաքեալն գրեաց, 'ի Թղթի առ
կորնթացւոցյառաջնումն, և ասէ. Ես
իբրև իմաստուն ճարտարապետ զհիմն
եդի. և ամ ոք շինէ 'ի վր հիմանս այսո-
րիկ. է, որ շինէ ոսկի, և արծաթ, և
ակամբս պատուականս. և է, որ շինէ
փայտ, խոտ, եղէգն. և յաւուրն յետ-
նում հրով քննին շինուածքն. Ոսկին,
և արծաթ, և ակունք պատուականք
մհնին 'ի մէջ հրոյն. և փայտ, խոտ, եղէգն
վառին, բորբոքին, և այրէ զնոսա հուրն.
Իսկ ո՞վ իցեն ոսկին, արծաթն, և ակ-
ունքն պատուականք, որ նոքօք շինին
շինուածք, եթէ ոչ գործք բարիք հա-
ւատոյ, որ պահին 'ի մէջ հրոյն. քանզի
'ի շինուածս հաստատունս բնակի Քս,
և նա պահէ զնոսա 'ի մէջ հրոյն. Տես-
ցուք, և 'ի միտ առցուք յօրինակէ
անտի, զոր ետ մեզ Աձ յայսմ յաշխարհի,
զի հայեսցին, և ստուգեսցին առ մեզ
աւետիք այնմ աշխարհի, և 'ի միտ առ-
ցուք յերից արանց անտի արդարոց,
որք անկան 'ի մէջ հրոյն, և ոչ այրե-
ցան. Անանիա, Ազարիայ, և Միսայէլ,
զի ոչ այրեաց զնոսա հուրն, զի շինեցին
նոքա շինուածս հաստատունս, ճշմա-
րիտս, և անարգեցին նոքա զպատուէր
հրամանին նաբուգոդոնոսորայ արքայի,
և ոչ պագին երկիր պատկերին ոսկ-
ւոյ, զոր արար նա. Եւ որք անցին
զհրամանաւ պատուիրանին Տն Այ, վաղ-
վաղակի վառեցաւ, բորբոքեցաւ հնո-
ցն հուրն, և անդէն սատակեաց զնո-
սա, և այրեցան առանց ողորմութե. Եւ
այրեցան սաղոմայեցեքն 'ի նմանութե
փա-

quam solem tempore meridiano, & obtenebrabitur terra in die plenæ lucis.

§. 9. Sed revertar ad ea, quæ a principio dicere institui de fide, super eam scilicet ædificari omnia opera bona, & hinc in altum exsurgere, atque extolli ædificium. Quod autem de hujusmodi ædificio dixi, non alienum aliquid a sanctis Scripturis attuli. Nam Apostolus scripsit in epistola prima ad Corinthios: *Ego ut sapiens Architectus fundamentum posui, & unusquisque ædificat super hoc fundamentum. Est qui ædificat aurum, & argentum, & lapides pretiosos; & est qui ædificat lignum, fœnum, stipulam, & in novissima die igne examinantur ædificia.* Aurum, & argentum, & lapides prætiosi servantur in medio ignis; & lignum, fœnum, stipula accenduntur, inflammantur, & igne comburuntur. At quidnam sunt aurum, argentum, & lapides pretiosi, quibus construuntur ædificia, nisi bona opera fidei, quæ servantur in medio ignis? nam in firmis ac probis ædificiis inhabitat Christus, & ipse conservat ea in medio ignis. Videamus, & intelligamus id ex trium puerorum exemplo, quod ideo nobis exhibuit Deus in hoc mundo, ut ex eo prævideantur, & prænoscantur, certæque apud nos sint promissiones futuri sæculi. Percipiamus, inquam, id ex tribus illis pueris justis, qui immissi fuerunt in ignem, & non sunt combusti, Anania, Azaria, & Misael. Eos igitur ignis non combussit, quia construxerant ædificia proba, & firma, contempseruntque mandatum, quod præceperat Nabuchdonosor Rex, & non adoraverunt statuam auream, quam fecerat. In illos autem, qui transgressi sunt præceptum, quod fecerat Dominus Deus, illico accensus est, & exarsit ignis, atque eos interemit, & exusti

Super Fide tanquam super fundamento ex bonis operibus ædificium construitur.

1. Corinth. III. 10.

Dan. III. 23. 91. 92. 93.

calamitatis & afflictionis Judæorum in persecutione Antiochi cognomento Epiphanis, seu Illustris. Recte autem cum Sancto nostro Doctore verba Prophetæ referunt ad tempus Passionis Domini Nostri Theodoretus *in comm. ad cap. XIV. Zach.* Eusebius *Demonstr. Evangel. lib. VI. cap.* 18. & Auctor Constitutionum Apostolicarum *lib. V. cap.* 13. sub nomine Clementis. Imo etiam a veteribus Judæis in Beresith Rabba, & in Midraschoth Thehillim & Ruth Messiæ tribuitur hoc Zachariæ caput, ut notat Clar. Huetius *Demonstrat. Evang. Propos. IX. cap. XXXIII.* Verum enim suspicor, mendum esse in textu, & loco Zachariæ legendum esse Amos. Nam capite *VIII. v.* 9. hujus Prophetæ legitur juxta vulgatam: *Et erit in die illa, dicit Dominus Deus, occidet sol in meridie, & tenebrescere faciam terram in die luminis.* Græc. 70. *Et erit in die illa, dicit Dominus Deus, occidet sol meridie, & contenebrescet super terram in die lux.* Arab. *Imo erit eo die, dicit Dominus Deus, ut sol occidat ipso meridie, & tenebrescat lux super terram in ipso die.* Syriac. *Imo erit eo die, dicit Dominus, ut solem occidere faciam ipso meridie, & obscuram reddam terram in die lucida.* Ad hæc autem Prophetæ verba: *Possumus*, inquit S. Hieronymus, *hunc locum & in Domini intelligere passione, quando sol hora sexta retraxit radios suos, & pendentem in Cruce Dominum suum spectare non ausus est. In comm. ad Am. VIII.* Ita etiam verba Prophetæ exponunt Eusebius, Cyprianus, Augustinus, aliique.

Genes. XIX. 24. 25. exusti sunt sine misericordia. Combusti etiam sunt Sodomitæ instar ligni, fœni, Levit. X. 1. XVI. 1. Num. III. 4. XXVI. 61. & stipulæ; item combusti sunt Nadab, & Abiu, quoniam præceptum transgressi Num. XVI. 35. sunt; item combusti sunt ducenti & quinquaginta viri, qui offerebant incensa. 4. Reg. I. 10. Similiter combusti sunt duo Principes, & 4. Reg. II. 11. centum viri cum eis, quia accesserunt ad montem, ubi Elias inhabitans sedebat, ipse autem igneo curru in Cœlos ascendit; Num. XVI. 47. 49. tum etiam combusti sunt viri obtrectatores, quia foderunt foveam viris justis. Itaque igne examinantur justi perinde ac aurum, & argentum, & lapides pretiosi; iniqui autem comburuntur igne instar li- Isaias LXVI. 16. gni, fœni, & stipulæ; fiunt enim (1) ignis pabulum, sicut etiam dixit Isaias: *In igne diju-*

փայտի, խոտոյ, և եղեգան; Եւ դարձ-եալ այրեցան Նաբաթ, և Աբիուդ, զի անցին նոքա զպատուիրանաւն. Եւ դարձեալ այրեցան երկերիւր և յիսուն այր, որ մատուցանէին զխունկս. Եւ դարձեալ այրեցան երկու նախարարքն, և հարիւր այր ընդ նոսա, զի մերձեցան 'ի լեառն, ուր եղիա բնակեալ նստէր, զի վերացաւ նա հրեղէն կառօք ընդ եր-կինս. Եւ այրեցան դարձեալ արքն չա-րախօսք, զի փորեցին նոքա խորխորատ արանց արդարոց. Վ՟ս այսորիկ հուրբ քննին արդարքն 'ի նմանութիւն ոսկւոյ, և արծաթոյ, և ականց պատուակա-նաց, և անօրէնք այրին 'ի հուր, նման փայտի, խոտոյ, և եղեգան, զի հրոյ ճարակ լինին. որպէս և ասաց Եսայի.

Հուրբ

(1) S. Augustinus *in lib. de Fid., & Operibus cap. XIV. num.* 21. ex pluribus locis novi Testamenti rejecta prius & confutata prava eorum sententia, qui putabant, baptizatis sufficere ad salutem fidem sine operibus, postea verbis illis Jacobi: *Fides sine operibus mortua est*: talia subjicit: *Quousque ergo falluntur, qui de fide mortua sibi vitam perpetuam pollicentur? Quapropter diligenter oportet attendere, quomodo accipienda sit Apostoli Pauli illa sententia plane ad intelligendum difficilis*: Allatis deinde verbis Apostoli a S. Jacobo Nisibeno paulo ante laudatis, ita prosequitur: *Quod quidam ita intelligendum putant, ut illi videantur ædificare super hoc fundamentum, aurum, argentum, lapides pretiosos, qui fidei, quæ in Christo est, bona opera adjiciunt; illi autem fœnum, ligna, stipulam, qui cum eamdem fidem habeant, male operantur. Unde arbitrantur, per quasdam pœnas ignis eos posse purgari ad salutem percipiendam merito fundamenti. cap. XV. n.* 24. Error iste fuit quorumdam veterum Pseudo-magistrorum, qui cum propenderent in Origenis sententiam docentis: Diaboli, ac dæmonum, cæterorumque impiorum etiam non fidelium pœnas haud futuras sempiternas: ut fraudolenta sententiæ benignitate peccantium animos sibi conciliarent, asserere ausi sunt, fideles omnes, quorumvis peccatorum, & culparum reos per ignem salvari, pœnasque inferni æternas non esse, atque ita falso hoc temperamento Origenis sententiam lenire studuerunt. *Petav. Theolog. Dogm. tom. III. de Angelis cap. VI. & VII.* Improbam hanc doctrinam nonnulli ex recentioribus hæreticis, qui more suo blandis verbis, & dulci sermone simplicium, & incautorum animos decipiunt, contra apertissima Sacræ Scripturæ verba, & omnium SS. Patrum consensum, & Catholicæ Ecclesiæ traditionem renovare aggressi sunt. Verumenim ex hoc loco Sermonis S. Episcopi Nisibeni, qui cum omnibus aliis antiquis Patribus in hoc fidei dogmate concordat, manifeste refelluntur. Cæterum verba Apostoli obscura esse, & intellectu difficilia affirmat, ut supra relatum est, Magnus Augustinus, & quisque per se agnoscit. Itaque neque antiqui, neque recentiores Sacrarum Scripturarum Interpretes inter se conveniunt in explicando: qui sint superædificantes? quid per aurum, argentum, & lapides pretiosos intelligatur? quid verò per fœnum, ligna, & stipulam? quid demum per ignem? S. Joannes Chrysostomus, postquam pluribus rejecit eos; qui pœnarum inferni æternitatem impugnabant, significari docet per aurum, argentum, & lapides pretiosos, bona opera; e diverso autem mala per stipulam, ligna, & fœnum; Ideoque iniquos, & malorum operum reos instar fœni, ligni, & stipulæ in æternum infernali igne esse arsuros. Chrysostomi interpretationem sequuntur Theodoretus, Theophylactus, aliique Græci recentiores. Oecumenius in commentariis ad eum Apostoli locum: *Post fidem*, inquit, *operatione, ac ædificatione opus est; at justi auro æquales, & argento, pellucentibusque gemmis suas super fidem ædificant actiones: peccatores vero sylvam, quæ facile accenditur, futuroque igne digna est*. Et in Concilio Florentino cum proposita est quæstio de igne purgatorio, Patres Latini asserentes in præsenti sæculo purgari animas a peccatis venialibus per ignem, inter cætera argumenta, & probationes, quibus ad id Græcis suadendum usi sunt, attulerunt verba Apostoli. Tempore autem a Græcis ad respondendum impetrato, Bessario Metropolita Nicœnus nomine omnium Græcorum post decem dies ita de scripto respondens, sensum Apostoli exposuit: *Quod ignis quidem ille, de quo loquitur Apostolus, ligna, fœnum, stipulas, uniuscujusque opus quale sit, probabit, hoc est opera & vitam, quam quisque in mundo egit sive mala, sive bona. Et cujus opus manserit, quod superædificavit, mercedem is accipiet; cujus vero opus arserit, detrimentum patietur; hoc est pia quidem opera manent, & non comburuntur, nec evanescunt; prava vero comburentur, idest evanescent: ipse autem salvabitur quasi per ignem; salvabitur autem per ignem, hoc est, non redigetur in nihilum, sed permanebit in igne pœnas luendo æternas. Concil. Florentin. Græc. edit. Rom. pag.* 316. Sententia autem Græcorum in Florentina Synodo expressa, eadem est ac illa S. Joannis Chrysostomi, aliorumque veterum Græcorum, quibuscum concordare videtur S. Jacobus Nisibenus; ex ejus tamen verbis, tum etiam Græcorum Patrum neutiquam excluditur purgatorius ignis. Duo enim genera Personarum distinguit S. Doctor, nempe justi, qui in charitate Dei decedunt, non tamen sunt ab omni macula etiam veniali immunes; istos quidem igne purgari affirmat tanquam aurum, non remanere tamen in igne perpetuo tanquam fœnum, & ligna comburendos; sed salvari a Christo, qui in ipsis per gratiam suam inhabitat: & de Christo, seu de fide Christi, quod idem est, inhabitante eadem affirmat Augustinus *lib. de Fid. & Oper. cap. XVI. num.* 27. *Fides itaque Christi, fides gratiæ Christianæ, idest ea fides, quæ per dilectionem operatur, posita in fundamento neminem perire permittit*. E diverso gravium peccatorum reos, qui super fidem Christi iniqua opera, & prava scelera ædificarunt, cum suo pessimo & co-

Հրով դատի Տէր, և քննէ նովաւ զամ֊
մարմին. Եւ դարձեալ ասէ. Ելցեն, և
տեսցեն զդիականունս մարդկանց անօրէն
յանցաւորաց, զի որդն նոցա ոչ մեռա֊
նի, և հուրն ոչ շիջանի, և եղիցին նոցա
քանոն Օրինակի ամ մսեղեաց. Մեկնեաց
մեզ առաքեալ վն այսորիկ շինուածոյ,
և վն հիմանն այսորիկ, և ասէ. Զհիմն
այլ բաց յայսմանէ, որ եդեալ իսկ է,
ոչ կարէ ոք դնել. զի սա ինքն է, Յի֊
սուս Քրիստոս. Եւ դարձեալ ասէ
առաքեալն վն հաւատոյ. զի յոյս ընդ֊
սէր խառնեալ են, ասէ. Այս երեք
են, որ կան, և մնան, հաւատ, յոյս,
և սէր. Եւ պատմեաց մեզ վն հաւա֊
տոյ, զի յառաջ նա դնի 'ի հիմանն.

Եւ հաբէլ վն հաւատոյ նորա,
ընդունելի եղև պատարագն նորա. Ե֊
նովք քանզի հաճոյ եղև հաւատովն իւ֊
րով փոխեցաւ նա 'ի մահուանէ 'ի կե֊
անս. Եւ նոյ նովին հաւատովն ապրե֊
ցաւ 'ի Ջուրցն հեղեղաց. Եւ աբրա֊
համ վն հաւատոյ իւրոյ արդարացաւ,
և համարեցաւ հաւատն իւր յարդար֊
ութի. Եւ իսահակ նովիմբ հաւատով
եղև սիրելի. Եւ յակոբ հաւատովն իւ֊
րով պահեցաւ. Եւ յովսէփ վն հաւա֊
տոյ

dijudicat (1) *Dominus*, *&* *in eo examinat omnem carnem*. Et iterum ait: *Egredientur*, *&* *videbunt cadavera virorum iniquorum*, *&* *prævaricatorum*, *quoniam vermis eorum non moritur*, *&* *ignis non extinguitur*, *&* *erunt illi in exemplum*, *&* *documentum omni carni*. De hujuſmodi ædificio, ejuſque fundamento hæc quoque declaravit nobis Apoſtolus dicens: *Fundamentum aliud nemo poteſt ponere præter id*, *quod poſitum eſt*, *quod eſt Chriſtus Jeſus*. Et de fide, quæ ſpei conjuncta eſt cum charitate, illud etiam docuit: *Hæc tria ſunt*, *quæ ſtant* *&* *manent*, *fides*; *ſpes*, *&* *charitas*. Et inſuper de Fide expoſuit nobis, quod ipſa prima eſt, quæ ponitur in fundamento.

Ibidem 24.

1. Corinth. III. 11.

Fidei virtutes, & prodigia.

§. 10. Et quidem (2) ſacrificium Abel propter fidem ejus fuit acceptum: Henoch, quia placuit fide ſua, translatus eſt a morte in vitam: & Noe eadem fide ereptus eſt a diluvio aquarum: & Abraham propter fidem ſuam juſtificatus eſt, & reputata eſt fides ejus in juſtitiam: & Iſaac eadem fide fuit dilectus: & Jacob fide ſua conſervatus eſt: & Joſeph propter fidem ſuam tentatus eſt in aquis adverſitatis, & ereptus eſt a tentatione, poſuit-

corruptiſſimo ædificio infernali igni futuros eſſe in pabulum ſempiternum. Simili modo ſententiam S. Joannis Chryſoſtomi, aliorumque Græcorum exponere videtur Oecumenius, qui poſt verba illa Apoſtoli: *Ipſe verò ſalvabitur:* ſtatim hæc ſubdit: *Quiſnam? Qui ſuperædificavit aurum*, *&* *argentum*, *lapideſque pretioſos* *Quum enim de ipſo dixerit*, *quod mercedem accipiet*, *nunc dicit quam mercedem*, *nempe ſalutem* *Servabitur autem*, *ipſe quoque dolorem paſſus*, *ſicut veriſimile eſt de eo*, *qui per ignem tranſierit*, *ſibique unitas modicas ſordes expurgarit*. *Solius namque Dei eſt perfecte peccato carere*; *homines verò etſi quàm maxime juſti fuerint*, *non perfecte puri ſunt*. Cæterorum Eccleſiæ Græcæ Patrum teſtimonia prò aſſerenda Romanæ Eccleſiæ doctrina animas ſcilicet in Dei charitate decedentium, ſed venialibus culpis obnoxias ab omni labe purgari per ignem in præſenti ſæculo, legi poſſunt apud Allatium *de utr. Eccleſ. conſenſ. in dogm. de Purgat.* & apud Arcudium *de Purgat. igne adv. Barl.* & in diſſertatione *de Purgat.*, *&* *an illud fit per ignem*: Latinorum autem Patrum apud doctiſſimum Cardinalem Bellarminum *lib. I. de Purgat.*, alioſque Latinos Theologos, qui ex profeſſo de Purgatorio tractarunt.

(2) *Quia in igne Dominus dijudicabit*, *&* *in gladio ſuo ad omnem carnem*. Iſaias *cap. LXVI. v.16.* juxta vulgatam: *&* *v. 24.* *Et egredientur*, *&* *videbunt cadavera virorum*, *qui prævaricati ſunt in me*: *vermis eorum non morietur*, *&* *ignis eorum non extinguetur*, *&* *erunt uſque ad ſatietatem viſionis omni carni*. In verſione Syriaca v. 16. *Igne judicaturus eſt Dominus*, *eoque omnem carnem exploraturus*. v. 24. *Et egredientur ac videbunt cadavera virorum illorum*, *qui perfide mecum egerunt*, *quod vermis eorum non moriatur*, *nec ignis eorum extinguatur*, *&* *ſint admirationi omni carni*. In Hebræo, & verſione Arabica: *Et erunt nauſea omni carni*.

(2) Simili modo fidem magnificè commendat Apoſtolus *Hæbr. XI. 3.* ex actis Patrum oſtendens quanta per fidem patrarint, & ob fidem paſſi ſint, ejus tamen verba, ut paſſim facere ſolet, non affert S. Jacobus, quia ex libris Deuterocanonicis utriuſque Teſtamenti raro, aut fere nunquam teſtimonia allegat. Unde Scriptoris antiquitas comperitur, quia ea ætate vivebat, in qua non adhuc ab omnibus Eccleſiis Catholicis librorum Deuterocanonicorum αὐθεντεία, ſeu auctoritas authentica agnita erat. Epiſtolam autem ad Hebræos inter Epiſtolas Canonicas reponendam, eamque Paulo tribuendam ipſum cenſuiſſe, paulo poſt ſententia ex eadem epiſtola, etſi non ipſis verbis, laudata manifeſtum facit. Hìc vero haud ingratum fore Lectori puto, ſi Apoſtoli verba meritis laudibus fidem Juſtorum efferentis, ut cum illis S. Jacobi Niſibeni conferri poſſint, afferam. *Fide obtulit Abraham Iſaac*, *cum tentaretur*, *&* *Unigenitum offerebat*, *qui ſuſceperat repromiſſiones* *&c.* *Fide* *&* *de futuris benedixit Iſaac*, *Jacob*, *&* *Eſau*. *Fide Jacob moriens ſingulos filiorum Joſeph benedixit*, *&* *adoravit faſtigium virgæ ejus*. *Fide Joſeph moriens de profectione filiorum Iſrael memoratus eſt*, *&* *de oſſibus ſuis mandavit*. *Fide Moyſes natus occultatus eſt menſibus tribus a Parentibus ſuis*, *eo quod vidiſſent elegantem infantem*, *&* *non timuerunt Regis edictum*. *Fide Moyſes grandis factus negavit*, *ſe eſſe filium filiæ Pharaonis* *&c.* *Fide reliquit Ægyptum non veritus animoſitatem Regis* *&c.* *Fide celebravit Paſcha*, *&* *ſanguinis effuſionem*, *ne qui vaſtabat primitiva*, *tangeret eos*. *Fide tranſierunt mare rubrum tanquam per aridam terram*, *quod experti Ægyptii devorati ſunt*. *Fide muri Jericho corruerunt circuitu dierum ſeptem*. *Fide Rahab meretrix non periit cum incredulis excipiens exploratores cum pace* *&c.*

fuitque Deus testimonium cum illo, sicut
Psalm. LXXX. 5. & David dixit: *Testimonium* (1) *posuit cum Joseph*, Item Moyses fide sua (2) miras fecit virtutes. Etenim fide percussit, & interfecit Ægyptios virga decem plagarum; & fide scidit, & separavit mare, & trajecit Populum suum; & fide immisit lignum in fontem amarum, & dulces factæ sunt aquæ; & fide fecit descendere manna in saturitatem populi sui; & fide extendit brachia sua, & vicit
Exod. XVII. 12. Amalec, sicut & scriptum est: *Fide stabant* (3) *extensa brachia Moysis usque ad occasum solis*. Et fide ascendit ille in montem Synaî bis jejunans quadraginta dies; similiter eadem fide percussit, & interfecit Sehon, & Og Reges Amorrhæorum.

De miraculo divisionis Maris rubri per Moysem, & fluminis Jordanis per Josue discipulum Moysis.

§. 11. Admirabile, & magnum est, Carissime, hoc miraculum, quod fecit Moyses in mari rubro, cum divisæ sunt aquæ per fidem. Etenim non secus ac montes excelsi, & murorum lapideorum instar compeditæ stabant aquæ in altis, & hinc, & illinc in profundo maris mollis aquarum natura instar lapidis consistens manebat, & limitem non transibat; ita creaturæ mutaverunt naturam suam, & creaturæ ratione destitutæ obtemperaverunt; vehementes enim fluctus consurgentes subsistebant, & aspicientes quodammodo expectabant tempus ultionis, donec transiret Israeliticus populus, & quasi admirantes jussum præstolabantur; tunc apparuerunt fundamenta æternalia & profunda abyssorum, quæ

տոյ իւրոյ փորձեցաւ 'ի Ջուրցն հակառակութե, և ապրեցաւ 'ի փորձութե, և եդ վկայութի ընդ նմա, որպէս և Դաւիթ ասաց. վկայութի եդ ընդ Յօսեփայ. Եւ Մովսէս հաւատով իւրով արար սքանչելի զօրութիս, և հաւատով իւրով եհար սատակեաց զեգիպտացիսն տասն հարուածեայ գաւազանաւն. Եւ հաւատով եհերձ բաժանեաց զծովն, և անցոյց զժողովուրդն իւր. Եւ հաւատով եարկ զփայտ ընդ դառն աղբիւրն, և քաղցրացան Ջուրքն. Եւ հաւատով իջոյց զմանանայն 'ի լիութի ժողովրդեան իւրոյ. Եւ հաւատով տարածեաց զբազուկ իւր, և յաղթեաց ամաղեկայ, որպէս և գրեալ է, թէ. Հաւատով տարածեալ կային բազուկքն Մովսէսի, մինչև 'ի մտանել արեգական. Եւ հաւատով ել նա 'ի լեառն սինէ, պահօք երկիցս անգամ քառասուն աւուրբք. դարձեալ նովիմբ հաւատով էհար, սատակեաց զսեհօն, և զովգ թագաւոր ամուրհացւոց.

Զարմանալի է սիրելի, և մեծ է այս սքանչելիք, զոր արար Մովսէս 'ի ծով կարմիր, իբրև բաժանեցան Ջուրքն հաւատով, նման լերանց բարձանց, քարեղէն պարսպաց արգելեալ կային 'ի բարձունս, իբրև 'ի խորս, և կակղութի Ջուրցն քարացեալ կայր, և ոչ անցանէր զսահմանաւ, և փոխեցին զբնութի արարածոյ իւրեանց, և ունկնդիր լինէին արարածքն անխմաստք, և սաստկացեալ կանգնեալ կային ալիքն, և հայէցեալ ակնունէին վրէժոյն խնդրելոյ, թէ ե՛րբ անցցէ ժողովուրդն, և զարմացեալ նայէին հրամանին. և երևեցան հիմունք, որ յաւիտենից, և խորք անդընդոց, որք 'ի սկզբանէ հաստատեալ կային, վաղվաղակի ցամաքեցան. Զի մէքար-
ձին

(1) In Psalmo *LXXX. v.* 5. juxta versionem Gallicam S. Hieronymi, qua nunc Ecclesia Latina utitur, ita legitur: *Testimonium in Joseph posuit illud, cum exiret de terra Ægypti*. In versione autem Romana loco *illud* habetur *eum*. Hunc verò Psalmi versiculum ita exponit antiquus Paraphrastes *ap. Lorinum in comment. ad hunc Psalm. Testimonium super Joseph posuit eum die, quo egressus est de domo vinctorum, & dominatus est super terram Ægypti*: in Paraphasi autem Chaldaica apud Walton habetur: *Testimonium super Joseph posuit, cum, ut non accederet ad uxorem domini sui; eo die egressus est de domo vinctorum, & dominatus est super totam terram Ægypti*.

(2) Duo fidei genera distinguit S. Cyrillus Hierosolymitanus: unum dogmatum; alterum non dogmatum dumtaxat, sed etiam virtutum seu miraculorum. De utroque loquitur hoc loco, & exempla Patrum ex veteri Testamento affert S. Jacobus Nisibenus. Verba autem S. Cyrilli *Catech. V. n. X. p.* 76. talia sunt: *Fidei nomen appellatione unum est, bifariam vero dividitur. Est enim unum genus fidei, quod ad dogmata pertinet, quod adsensionem, & approbationem animæ de re quadam includit, & ad animæ utilitatem pertinet*. Nonnullis deinde interpositis: *alterum vero*, inquit, *genus est fidei, quod gratiæ cujusdam loco a Christo donatur: alii enim per Spiritum datur sermo sapientiæ: alii sermo scientiæ secundum eumdem Spiritum: alteri vero fides in eodem Spiritu: alteri vero curationum dona. Hæc igitur gratiæ loco ab Spiritu collata fides non solum dogmatica est, verum etiam rerum humanas vires excedentium efficiens*.

(3) Exodi *XVII. v.* 12. versio vulgata talia habet de Moyse. *Aaron autem, & Ur sustentabant manus ejus ex utraque parte & factum est, ut manus illius non laxarentur usque ad occasum solis*. Cum Textu nostro Armeno convenire videtur versio Syriaca: *Fueruntque manus ejus in fidelitate, donec sol occumberet*. Paraphrasis Chaldaica: *Erantque manus Moysi extentæ in orationem usque ad occasum solis*. Textus autem Hæbræus: *Et fuit manibus ejus fidelitas usque ad occumbere solem*,

ձին դրունք զգլուխս իւրեանց 'ի վեր, և 'ի վեր համբարձան դրունք, որ յաւիտենից, և եկն եմուտ սիւն ամպոյ, և լուսաւոր եղև ամ̄ բանակին, և եկն եանց ժողովուրդն հաւատովն, և եղեն դատաստանք ճշմարտութե̄, 'ի փարաւոն, և 'ի զօրս իւր, և 'ի կառս, և յերիվարս նորա։ Այսպէս և յեսու որդի նաւեայ հաւատով բաժանեաց զյորդանան գետ, և անցոյց զորդիսն իէ̄լի, ոպ̄ և յաւուրսն մովսէսի։

Զայս գիտասջիր սիրելի զի հունն յորդանանու գետոյ յերիցս անգամ բաժանեցաւ. նախ 'ի ձեռն յեսուայ որդւոյ նաւեայ. երկրորդ 'ի ձեռն եղիայի. և ապա 'ի ձեռն եղիսէի։ Քանզի, որ գրեալ, յայտ առնէ, եթէ հունն, որ դէպ երիքովի քաղաքի, անտի վերացաւ եղիա յերկինս։ Եւ իբրև դարձաւ եղիսէ, եհար, բաժանեաց զյորդանան, և անց. և ելին որդիք մարգարէիցն որ երիքովի քաղաքի ընդ առաջ եղիսէի։ Եւ ժողովուրդն եանց ընդ յորդանան գետ յաւուրս յեսուայ որդւոյ նաւեայ, հաւատով կործանեաց զպարիսպն երիքովի, և անկան կործանեցան առանց աշխատանաց։ Եւ դարձեալ նովին հաւատով կոտորեալ սատակեաց զերեսուն և մին թագաւորս, և վիճակաւ ժառանգեցոյց զերկիրն որդւոց իսրայէլի։ Եւ հաւատով տարածեաց զձեռս իւր յերկինս, և արգել զարեգակն 'ի գաբաւոն, և զլուսինն 'ի դաշտն առն եղոնացւոց, և արգելեալ կային 'ի գնացից իւրեանց։ Եւ ամ̄ արդար հարքն մեր, զամ̄ ինչ հաւատով գործէին, և հաւատով իւրեանց եղեն առաքինիք։ Քանզի և առաքեալ երանելի վկայեաց վս̄ ամենեցունց, թէ հաւատով քաջացան։ Եւ սողոմոն ասէ. Բազումք կոչեցեալք արք ողորմածք. բայց այր հաւատացեալ ո՞ր գտանի։ Եւ յոբ ասաց; զանմեղութի̄ իմ ես յինէն ոչ մերժեցից, և 'ի ճշմարտութի̄ հաւատոյ իմոյ հաստատեալ կացցեմ։

Եւ

quæ antea, & ab initio firma, & immota constiterant, illico exiccata sunt. Elevaverunt portæ capita sua sursum, & sursum elevatæ sunt portæ æternales, & veniens intravit columna nubis, & illuxit omnibus castris, & ingrediens transivit populus per fidem, & facta sunt judicia veritatis in Pharaone, & in exercitu, & in curribus, & in equis ejus. Ita & Josue filius Nave fide divisit flumen Jordanis, & trajecit filios Israel, sicut & in diebus Moysis.

§. 12. Scito, Carissime, fluvium Jordanem ter divisum esse: primo per Jesum filium Nave: secundo per Eliam, & deinde per Elisæum. Siquidem Sacra Scriptura nobis manifestum facit, ab ea parte trans Jordanem, quæ est civitati Jericho ex adverso, elevatum esse Eliam in Cœlum; ideoque cum Elisæus redivit, necesse est, percussisse, & divisisse Jordanem, eoque transmisso, filios Prophetarum civitatis Jericho obviam illi exivisse. Populus etiam Israeliticus transivit flumen Jordanis in diebus Josue filii Nave, & fide subvertit muros Jericho, qui corruerunt, & eversi sunt sine labore. Insuper eadem fide Josue superavit, & interfecit unum supra triginta Reges, & terram sorte divisit in hæreditatem filiis Israel. Fide etiam extendit manus suas in Cœlum, & fecit stare Solem in Gabaon, & Lunam in campo Elonitarum (1), & steterunt compediti ad cursus suos. Omnes quidem Patres nostri justi fide cuncta effecerunt, & fide sua corroborati sunt (2). Nam & B. Apostolus testatus est de omnibus, quod fide convaluerunt: Et Salomon dicit: *Multi vocati sunt viri misericordes, sed vir credens ubi invenitur?* Et Job dixit: *Innocentiam (3) ego a me non expellam, & in veritate fidei meæ firmus stabo.*

Fluvius Jordanes ter divisus fuit.

IV. Reg. II. 11.

Jos. X. 12.

Ad Hebr. XI. 34.

Proverb. XX. 6.

Job XXVII. 5. 6.

§. 13. Et

(1) Verba Josue juxta vulgatam talia sunt: *Sol contra Gabaon ne movearis, & luna contra vallem Ajalon.* Jos. X. 12. in versione septuaginta: *Stet sol super Gabaon, & luna super vallem Ælon.* In Syriaca: *Sol siste gradum in Gabaon, & tu luna in planitie Ailon.* In Arabica: *Heus sol, subsiste super Gabaon, & o luna, maneto super pratum Ajalon.*

(2) De Christiana fide ita similiter loquitur S. Leo *in serm. II. de Resurrect. Hanc fidem Ascensione Domini auctam, & Spiritus Sancti munere roboratam, non vincula, non carceres, non exilia, non fames, non ignis, non laniatus ferarum, nec enquisita persequentium crudelitatis supplicia terruerunt. Pro hac fide per universum mundum non solum viri, sed etiam fœminæ, nec tantum impubes pueri, sed etiam teneræ virgines usque ad effusionem sui sanguinis decertarunt. Hæc fides dæmonia ejecit, ægritudines depulit, mortuos suscitavit.*

(3) *Donec deficiam non recedam ab innocentia mea. Justificationem meam, quam cœpi tenere, non deseram.* Job *XXVII.* 5. 6. ita versio latina vulgata. Textus Hebraicus: *Non removebo perfectionem,*

Christus Dominus omnes ad se accedentes ad fidem hortabatur.

§. 13. Et Dominus Noster vivificans, & vivificator omnibus, qui accedebant ad eum, ut sanarentur, dicebat: secundum fidem tuam erit tibi. (Matth. IX. 28.) Et cum cœcus ad Jesum venit, ait illi: *Credis* (1), *quod possim sanare te?* respondit: *etiam Domine credo*. (Matt. XX. 29. Marc. X. 46. Luc. XVIII. 35.) Et fides sua oculos ejus aperuit. Et viro, cujus filius infirmabatur, dixit Jesus: *Crede tu, & vivet filius tuus*. (Marc. IX. 22.) Et respondit ei vir ille: *Credo Domine, adjuva incredulitatem meam*; (Ibid. 23.) ubi autem credidit, filius ejus sanatus est. Et item Centurio cum accessisset ad Jesum, secundum ejus fidem sanatus est puer ejus, quoniam dixit: *Dic tu verbo, & sanabitur puer meus*. (Matth. VIII. 8. Luc. VII. 7.) Et miratus est Dominus super ejus fidem, & secundum fidem suam factum est illi. Et Archisynagogo deprecanti Dominum pro filia sua, Jesus ait: *Fidenter crede, & vivet filia tua*. (Marc V. 36. Luc. VIII. 50.) Et credidit ille, & vixit filia ejus, & surrexit. Et cum mortuus esset Lazarus, dixit Dominus Noster Marthæ. *Si credideris tu, resurget frater tuus*; inquit Martha: *etiam Domine credo ego*. (Joan. XI. 24 25. 26. 27.) Et resuscitavit eum Dominus post quatuor dies. Et Simon, qui petra vocatus est, propter fidem suam meritò vocatus (2) est petra. Et cum tradidit Dominus Sacramentum Baptismi Apostolis, ait illis: *Omnis, qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit, qui vero non crediderit, condemnabitur*. (Marc. XVI. 16.) Iterum dixit Apostolis: *Si habueritis fidem, & non hæsitaveritis, nihil est, quod non possitis facere*. (Matth. XXI. 21. Marc. XI. 23.) Et dum ibat, & ambulabat Dominus Noster super aquas fluctuum maris, Petrus ivit ad eum super aquas; cum vero hæsitavit in fide sua, cœpit mergi, & vocavit eum Dominus: *modicæ fidei*. (Matth. XIV. 31.) Et Apostoli nihil aliud petierunt a Domino, nisi hoc: *adauge nobis fidem*. (Luc. XVII. 5.) Et dixit eis Dominus: *Si invenero in vobis fidem, & montes movebuntur a facie vestra*. Et insuper eos ita mo-

Եւ Տէր մեր կենարար ամենեցուն, որք մերձենային առ նա առնուլ զբժշկութիւն ՚ի նմանէ, այսպէս ասէր; ըստ հաւատոյ քոյ, եղիցի քեզ. Եւ կոյրն երբ մերձեցաւ առ նա, ասէ ցնա Յս. Հաւատա՞ս եթէ կարօղեմ զքեզ բժշկել. ասէ ցնա, այո՛ Տէր, հաւատամ ես. և հաւատովն եբաց զաչսն. Եւ ցայրն, որոյ որդին հիւանդ էր, ասաց Յս; Հաւատա՛ դու, և կեցցէ որդին քոյ. և ասէ ցնա այրն; հաւատամ Տէր՛, օգնեա՛ թերահաւատութեան իմում. և ՚ի հաւատալն իւր, ողջացաւ որդի նորա. Եւ Թագաւորազն, իբրև մերձեցաւ առ նա, ըստ հաւատոյն ողջացաւ պատանի նորա, զի ասաց; ասա՛ դու բանիւ, և բժշկեսցի պատանեակ իմ. Եւ զարմացաւ Տէր ընդ հաւատս նորա, և ըստ հաւատոյ նորա եղև նմա. Եւ ժողովրդապետն իբրև աղաչեաց ըզ Տէր վն դստերն իւրոյ, Յս այսպէս ասաց ցնա. Հաւատով հաւատասջիր, և կեցցէ դուստրն քո. Եւ հաւատացն, և եկաց դուստր նորա, և յարեաւ. Եւ իբրև մեռաւ Ղազար, ասէ Տէր մեր ցՄարթա, եթէ հաւատասցես դու, յարիցէ եղբայրն քո. ասէ ցնա Մարթա, այո Տէր, հաւատամ ես. և յարոյց զնա Տէր յետ չորից աւուրց. Եւ Շմաւոն, որ վէմն կոչեցաւ, վն հաւատոյ իւրոյ կոչեցաւ նա վէմ ճշմարիտ. Եւ իբրև ետ Տէր մեր զխորհուրդ առաքելոցն մկրտութեանն առաքելոցն, այսպէս ասաց ցնս. ամ, որ հաւատայ, և մկրտի, կեցցէ. և որ ոչ հաւատայ, դատապարտեսցի. Դարձեալ ասէ ցառաքեալսն, եթէ հաւատասջիք, և ոչ բաժանեսջիք ՚ի միտս ձեր, չի՛ք այն, զոր դուք ոչ կարիցէք առնել. Եւ իբրև գնայր, շրջէր Տէր մեր ՚ի վր ջուրց ալեաց ծովուն. և Պետրոս գնաց առ նա ՚ի վերայ ջուրցն. իբրև երկմտեցաւ նա ՚ի հաւատս իւր, սկսաւ ընկղմիլ. և կոչեաց զնա Տէր մեր թերահաւատ. Եւ առաքեալքն ՚ի Տէրէն ոչ այլ խնդրեցին, բայց թէ յաւել՛ ՚ի

nem, seu, *integritatem meam a me: in justitia mea fortis fui*, idest perstiti, *& non dimittam*. Verba illa Jobi: *Justificationem &c.* accipi solent de perseverantia in bono usque ad finem. Nemo autem in bono perseverat, nisi qui in veritate fidei, quæ charitati conjuncta est, firmus persistit: ac proinde versio Armena horum S. Scripturæ verborum, & latina vulgata, aliæque minime quoad sensum, & rei substantiam differunt, ac discordant.

(1) Hic, & locis subsequentibus non verba Evangelii, sed sensum eorum, ut sæpius facere solet, S. Doctor Nisibenus affert.

(2) Apposite ad hanc sententiam talia scribit S. Hilarius *de Trinit. lib. II. num. 23. Unum igitur hoc est immobile fundamentum, una hæc felix fidei petra Petri ore confessa:* TU ES FILIUS DEI VIVI; *tanta in se sustinens argumenta veritatis, quantæ perversitatum quæstiones, & infidelitatis calumniæ movebuntur*. Et S. Cyrillus Alexandrinus *in Dialog. IV. de Trinitate pag. 507. Tom. V. Par. I. Petram opinor*, inquit, *quasi denominative nihil aliud, quàm inconcussam, & firmissimam discipuli fidem appellans, super quam etiam citra casus periculum firmata est, ac fundata Christi Ecclesia, & ipsis inferorum portis perpetuo manet inexpugnabilis*.

'ի մէջ զհաւատս. Եւ ասէ ցնոսա տ̃ր ; եթէ գուցէ 'ի ձեզ զհաւատս, և լերինք փոփոխեսցին յերեսաց ձերոց. Եւ ասէ ցնոսա տ̃ր մեր. Մի երկմտիք 'ի հաւատսն ձեր, գուցէ ընկղմիցիք յաշխարհի, 'ի նմանութիւն շմաւոնի. զի եբրև երկմտեաց նա, սկսաւ ընկղմիլ 'ի մէջ ծովուն. Եւ դարձեալ ասէ ցն̃ս տ̃ր. այս նշան եղիցի հաւատացելոց, խօսիցին 'ի նոր լեզուս, զդևս հանցեն, և զձեռս իւրեանց դիցեն 'ի վերայ հիւանդաց, և բժշկեսցին ։

Մերձեսցուք այսուհետև սիրելի իմ հաւատոյն, զի այսպիսի բազում զօրութիւնք գտանին ն̃ր. Հաւատք զոմանս յերկինս վերացուցին, և ջուրցն հեղեղաց յաղթեցին. և զծնունդս ամլոց բազմացուցին, և 'ի սրոյն բերանոյ ապրեցուցին, և զկապեալս արձակեցին, և 'ի գբոյ հանին, և զաղքատս մեծացուցին, և զհալածեալս փրկեցին, և զհուր յերկնից իջուցին, զծով բաժանեցին, և զվէմն պատառեցին, և զջուրն ծարաւոց արբուցին, և զքաղցեալս յագեցուցին, զմեռեալս կեցուցին, և 'ի դժոխոց ապրեցուցին, և զալիս կարկեցուցին, և զհիւանդս բժշկեցին, և զզօրութեանց յաղթեցին, զպարիսպս կործանեցին, և զբերանս առիւծուց խցին, և զբոց հրոյ շիջուցին. և զամբարտաւանս խոնարհեցուցին, և զխոնարհս 'ի պատիւ հասուցին. Այս ա̃մ զօրութիւնք հաւատովք գործեցան ։

Հաւատս այս է. եթէ զի հաւատասցէ

ոք

monuit: *Nolite hæsitare* (1) *in fide vestra, ne forte mergamini in mundo*, instar Simonis, qui cum hæsitare inchoasset, cœpit mergi in medio maris. Et iterum dicit eis Dominus: *Hoc signum erit credentibus: linguis novis loquentur, dæmonia ejicient, & super ægros manus suas imponent, & bene habebunt.* Marc. XVI. 17.

§. 14. Accedamus itaque, Cariſſime, ad fidem, quia ejus virtutes multæ sunt: fides aliquos elevavit in Cœlum, & vicit aquas diluvii, & multiplicavit partus sterilium, & ab ore gladii eripuit, & è fovea eduxit, & pauperes divites, & magnos effecit, & salvavit persecutionem patientes, & fecit descendere ignem de Cœlo, & divisit mare, & scidit petram, & dedit aquam ad potum sitientibus, & esurientes satiavit, & mortuos ad vitam revocavit, & ab inferis reduxit, & fluctus fecit quiescere, & sanavit infirmos, & vicit exercitus, & subvertit muros, & obturavit ora leonum, & extinxit flammam (2) ignis, & humiliavit superbos, & exaltavit humiles. Hæ omnes virtutes factæ sunt per fidem. Exhortatio ad Fidem.

§. 15. Fides autem (3) hæc est, ut cre- Quaenam sit Fides Catholicæ Ecclesiæ.

C

(1) Apostolis a Christo Domino hæc dicta fuisse, nullibi in Evangeliis reperitur. Nisi forte dicamus, S. Jacobum respexisse ad verba illa Christi Domini, quæ leguntur in Evangelio secundum Matthæum XXI. 21 *Si habueritis fidem, & non hæsitaveritis &c.* & in altero secundum Marcum *cap. XI. 23. Quicumque dixerit &c. & non hæsitaverit in corde suo, sed crediderit &c.*

(2) Hæc simillima sunt iis, quæ scribit Apostolus Paulus. Posteaquam enim in epistola ad Hebræos *cap. XI. 32.* plura, quæ per Fidem patrarunt veteres Patres, nominatim recensuit, deinde talia subjungit: *Et quid adhuc dicam? Deficiet enim me tempus enarrantem de Gedeone, Barac, Samson, Jephte, David, Samuel, & Prophetis: qui per fidem vicerunt regna, operati sunt justitiam, adepti sunt repromissiones, obturaverunt ora leonum: extinxerunt impetum ignis, effugerunt aciem gladii, convaluerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello, castra verterunt exterorum, acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos. Alii autem distenti sunt non suscipientes redemptionem, ut meliorem invenirent resurrectionem. Alii verò ludibria & verbera experti, insuper & vincula & carceres. Lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladii mortui sunt, circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti: quibus dignus non erat mundus: in solitudinibus errantes, in montibus, & speluncis, & in cavernis terræ.*

(3) Simpliciſſima fidei expositio, quam hoc loco proponit S. Doctor, vetustatem Scriptoris aperte ostendit; eum scilicet illa ætate vixisse, qua non adhuc tot hæreses enatæ fuerant, ad quas præcavendas pluribus exinde fidem explicare necesse fuit: tum etiam Sermonem hunc scriptum fuisse eo tempore, quo arcani disciplinam religiosius servari oportebat, & diligentius curare, ne literis, aut libris interceptis, Religionis Christianæ mysteria liberius in illis exposita in aures Gentilium perlata propalarentur. Id autem comprobari potest ex fidei expositione S. Gregorii Thaumaturgi, & ex Justini, Athenagoræ, & Tertulliani Apologiis, aliisque reliquorum Patrum, qui primis Ecclesiæ sæculis vixerunt, scriptis, quæ ad nostram ætatem usque servata sunt. Cœterum quod hæreses ampliori dogmatum, ac fidei articulorum expositioni causam dederint, Concilia, quæ a nascentis Ecclesiæ exordio ad hæc usque tempora habita sunt, manifeste ostendunt. Quod etiam egregie, ac late exponit in suo aureo libello, quem Commonitorium inscripsit, Vincentius Lirinensis, qui in eodem opusculo *num. 32. Christi Ecclesia*, inquit, *sedula & cauta depositorum apud se dogmatum custos &c. . . . . Omni industria hoc unum studet, ut vetera fideliter, sapienterque tractando, si qua sunt illa antiquitus informata, & inchoata, accuret, & poliat; si qua jam confirmata, & definita custodiat. Denique quid unquam aliud Conciliorum decretis enisa est, nisi*

ut

credat aliquis in Deum Omnipotentem, qui fecit Cœlum, & terram, & mare, & omnia, quæ in eis sunt, & fecit Adamum secundum similitudinem imaginis formæ suæ: Et dedit legem testamenti Moysi, & misit de Spiritu suo in Prophetas: Et demum misit Christum in mundum. Item ut aliquis credat in resurrectionem vitæ mortuorum: Et ut credat in sacramentum lavacri: hæc est fides Ecclesiæ. Insuper necesse est, ut abstineat homo ab observatione temporum, & a religione observante Sabbatum, & a festivitatibus Neomeniæ, annuisque (1) solemnitatibus, & a (2) Magia, & Astrologia, præstigiisque magicis, & a maleficio, & a secta hæretica, & a perversis machinationibus, & a deceptoriis, malignisque verbis, & a blasphemia, & ab adulterio, a luxuria, & a (3) coinquinatione can-

ոչ յա̄ծ ամենակալն, որ արար զերկինս, և զերկիր, զծով, և զամ, որ է 'ի նոսա. Եւ նա արար զադամ ըստ նմանութե̄ պատկերի կերպարանց իւրոց. և նա ետ զօրէնս կտակարանաց մովսէսի. և նա առաքեաց 'ի յոգւոյ սրբոյ իւրմէ 'ի մարգարէսն. եւ նա դարձեալ առաքեաց զքս̄ յաշխարհ. եւ զի հաւատասցէ ոք 'ի յարութի̄ւն կենդանութե̄ մեռելոց. Եւ զի հաւատասցէ ոք 'ի խորհուրդ աւազանին մկրտութե̄. այս է հաւատ եկեղեցւոյ. Եւ զի 'ի բաց եղիցի մարդ 'ի խտրելոյ ժամանակաց, և 'ի շաբաթպահ կրօնից, և 'ի յամսագլուխ տօնից, և 'ի տարևոր տարեկանաց, և 'ի դիւթութէ̄, և յաստեղագիտութենէ, և 'ի հմայելոյ, և 'ի կախարդութե̄, և յաղանդէ հերձուածոյ, և 'ի մեքենայից չարին, և 'ի պատիր բանից չարութեանց, և 'ի հայհոյութե̄, և 'ի շնութե̄ դիծութե̄, և

ut quod antea simpliciter credebatur, hoc idem postea diligentius crederetur? quod antea lentius prædicabatur, hoc idem postea instantius prædicaretur? quod antea securius colebatur, hoc idem postea sollicitius excoleretur? Hoc, inquam, semper, nec quicquam præterea hæreticorum novitatibus excitata, Conciliorum suorum decretis Catholica perfecit Ecclesia; nisi ut quod prius a majoribus sola traditione susceperat, hoc deinde posteris etiam per Scripturæ chirographum consignaret. De disciplina vero Arcani primis Ecclesiæ sæculis servata plures, sed præ aliis accurate tractavit Schelestrate in peculiari dissertatione, quæ ex Typographia hujus Congregationis de Propaganda Fide edita est.

(1) Primis enim Ecclesiæ sæculis frequenter Christiani in Judaicas observantias prolabebantur, quod aperte declarant, præter hos Sermones S. Jacobi, Orationes Chrysostomi adversus Judæos, aliorumque Patrum scripta, quibus graviter Christiani increpantur de superstitiosa Judaicorum rituum observatione. *Chrys. Orat. I. II. III. adv. Judæos & in comm. epist. ad Galat. cap. I. num. 7.* Præterea plures hæreses exortæ sunt, quæ dum Judaicos ritus cum Christianæ Religionis cultu conjungere volunt, vel Mosaicæ legis servandæ necessitatem prædicant, Christianæ Fidei puritatem inficere conati sunt. In Mesopotamia autem, Armenia, aliisque Asiæ partibus cum frequentissimi essent Judæi, qui in captivitatem a Regibus Assyriæ adducti eas regiones incolebant, eorum sermonibus, familiarique consuetudine frequentius Christiani ad Judaica festa celebranda, aliaque Judaicæ legis præcepta obeunda inducebantur. Ideoque ut ab ejusmodi peccato caveant fideles, potissimum hìc monet S. Jacobus.

(2) Magia, & Astrologia, quam Judiciariam vocant, aliæque id genus impiæ, ac damnatæ artes in Oriente nefario studio colebantur. Ex Orientalibus enim regionibus celebriores præstigiarum professores Romam venerunt. Hujusmodi fuit Simon Magus, Apollonius Thyanæus, aliique improbi illusores. Horum numero extiterunt Plotinus, Porphyrius, Jamblichus, Eunapius, aliique ex eorum schola exorti philosophi, theurgici nuncupati, qui perinde atque mystagogi magicas artes S. Jacobi ætate exercentes, nefandis Dæmonum evocationibus operam dabant, nefariamque suam professionem specioso θεουργίας, & sacri cum Diis commercii nomine simplicium oculis obtegentes venditabant. His autem addendi sunt plures hæretici, qui dæmoniacis abominationibus, magicisque præstigiis in Christianam Religionem temerario ausu invectis, Evangelicam veritatem corrumpere tentarunt. Tales fuerunt Simoniani, Menandriani, Basilidiani, Colobarsæi, Marcosii, Valentiniani, cæterique Gnostici, qui pestiferis suis dogmis, impiisque artibus homines incautos infecerunt. Hoc eodem sæculo, quo S. Jacobus vixit, etiam defensores Originianæ doctrinæ inter cætera crimina Magiæ insimulati sunt. Per id tempus, quo S. Jacobus hos Sermones scripsit, Manichæorum hæresis non multis annis ante exorta late serpebat, & in Asia potissimum perniciosa illa pestis propagabatur. Manichæus autem, ejusque asseclæ Magiam, Astrologiam, aliasque præstigias, ut notissimum est, profitebantur. Præterea Maneti, ejusque assectis in impietate, ac præstigiis Astrologiæ, ac Magiæ præivit Bardesanes Syrus, qui hæresim ex suo nomine appellatam condidit. S. Ephræm, cujus contra Bardesanem plures sunt Sermones *Tom. II. Oper. Syriaco-Lat. in fine*, sæpe irridet ejus horoscopos, quia adeo addictus erat Astrologiæ, ut spem in planetis poneret. Et quidem in Actis Syriacis *Tom. III. Oper. Syriaco-Lat. pag. 53. num. XXXIII.* narratur, quadam die in Bardesanem invectus, ita ad Populum verba fecisse: *Nec spem locamus nostram in septem planetis, in quos Bardesanes credit. Maledictus, qui, ut ille pluvias &c. Expungatur cito ex fidelium albo quicumque ex bisce causis, quas nefarius ille assignat, semina operariis, & fruges agricolis &c. Idipsum fiat viro, sive mulieri hæc confitentibus, spemque ibidem locantibus suam, & erga Deum fiduciam abjicientibus, nec non potestatem aliquam eisdem tribuentibus.* Quapropter non sine causa S. Episcopus Nisibenus B. Ephræmi Magister, ut ab impiis istis artibus abstineant, hoc loco Christianos hortatur. Profecto etiam Chysostomi ætate non deerant Antiochiæ qui Genethlialogiæ, Necromantiæ, sortilegiis, auguriis, aliisque impiis observationibus operam dabant; teste ipso Chrysostomo *Homil. XXIV. in Matth. n. 4. pag. 395. & in cap. I. epist. ad Galat. n. 7. p. 669.*

(3) Hæc verba non modo profanos, obscænosque ethnicorum cantus, sed potissimum pestiferos hæreticorum hymnos, venenatasque cantiunculas

և յերդմանց պղծութ̄է . և զի մի՛ ոք վկայ
եսցէ վկայութիւն ստութեց , և զի մի՛
ոք երկլեզուն լինիցի . Այս են գործք հա
ւատոյ , որ եդեալ են 'ի վերայ վիմի , որ
նա ինքն է Քս , և 'ի վերայ նորին շինին
ամենայն շինուածք .

Եւ այլ յոյժ են սիրելի , 'ի գիրս
ճառք հաւատոյ . այլ փոքր 'ի շատէ գրե
ցի վ̄ն յիշատակի սիրոյդ քում . զի իմասցիս , և իմացուսցես . և հաւատասցես ,
և հաւատացուսցես . և իբրև ընթեռնուցուս , և ուսուցանիցես , նմանեսցիս
այնուհետև գործովն երկրին բարւոյ ,
յորում անկան սերմանիք բարութ̄ե , և
ետ պտուղն հարիւրաւոր , վաթսուն
նաւոր , և երեսնաւոր . Եւ իբրև եր
թիցես դու առ տ̄ր քո , կոչեսցէ զքեզ
քաջ , և ժրաջան . վ̄ն զի բազմացան հա
ւատոց քոց , զի բազմացան , մտցես դու
յարքայութիւն տ̄ն քո Յս Քի .

cantuum, tum caveat, ne falsum perhibeat testimonium, & ne sit bilinguis: Hæc sunt opera fidei, quæ posita sunt super lapidem, qui est ipsemet Christus, & super eum extruuntur omnia ædificia.

§. 16. Sunt quidem, Carissime, multa alia dicenda de fide, sed pauca de multis scripsi in memoriam dilectionis tuæ, ut intelligas, & facias intelligere, & credas, & facias credere. Et cum legeris, & docueris, eris in opere instar terræ fructiferæ, in qua ceciderunt semina bona, & dedit fructum centesimum, sexagesimum, & trigesimum. Et cum iveris tu ad Dominum tuum, vocabit te bonum, & strenuum servum, quia fide tua fructus multiplicati sunt, & intrabis tu in Regnum Domini tui Jesu Christi.

Epilogus & exhortatio.

Matth. XXV. 21. Luc. XIX. 17.

culas respicere existimo. Nam Bardesanes natione Syrus fuit eadem, qua S. Jacobus Nisibenus. *Euseb. lib. IV. Hist. Eccl. cap. XXX.* Is Syriaco sermone disertissimus primum Catholicus, deinde Valentini doctrinæ sectator, quam licet postea impugnaverit, tamen imbutus semel ejus errores nunquam prorsus exuit, ejusque filius Harmonius græcis disciplinis egregie institutus, sed eadem hæretica pravitate non secus ac Pater infectus, soluta, ac metrica oratione plura scripserunt. Secundo ac tertio Ecclesiæ sæculo improbi isti, ac scelesti, cœteroquin doctissimi viri, floruerunt, qui ut venenum suum facilius in animos hominum infunderent, dulcedine cantuum, & poeticæ harmoniæ suavitate, ad simplices, & incautos homines corrumpendos abusi sunt. *Sozom. lib. III. cap.* 16. De Bardesane in actis S. Ephræm hæc posteris traduntur: *Bardesanes sub mollibus, diversisque cantiunculis longe, lateque disseminaverat suam hæresim. Homo quippe flagitiosissimus, regio vate ad imitandum sibi proposito, centum & quinquaginta cantus harmonicos elucubravit, quorum exitialem luem sub musicæ suavitatis integumentis involutam in puerorum incautum gregem transfuderat, qua arte plurimorum mentes vaferrime labefactaverat. Tom. III. Op. Syriaco-Lat. pag* 51. *num.* 32. Et de Harmonio Bardesanis filio his similia memoriæ posteritatis mandavit Sozomenus in sua Ecclesiastica historia: *Primus*, inquit, *patrium sermonem metris, ac modulis subjecisse dicitur, & choris tradidisse: qua ratione Syri etiamnum frequenter psallunt, non carminibus ab Harmonio scriptis, sed numeris ejus utentes. Nam cum a paterna hæresi non omnino alienus esset, neque ab iis, quæ de anima, & de ortu, atque interitu corporis, deque regeneratione Græcorum philosophi sentiunt, scripta sua ad lyræ cantum composuit, & operibus suis inseruit. Lib. III. cap. XVI.* His autem malis ut occurreret, & tam exitiali morbo medicinam aptam, congruentemque afferret S. Ephræm Syrus, qui B. Jacobi Nisibeni discipulus fuit, carminibus pangendis animum appulit, & plures sacros hymnos, & Ecclesiasticas cantiones composuit, ut eas, abjectis pestiferis Harmonii cantibus, Syri, qui maxime poetica suavitate delectabantur, privatim ac publice modularentur. Ita hac de re testatur idem Socrates: *Ephraim verò*, inquit, *cum Syros & verborum elegantia, & modulationis concinnitate delinitos videret, eaque ratione paulatim adduci, ut idem cum Harmonio sentirent, ipse licet græcæ eruditionis expers, operam dedit, ut Harmonii numeros intelligentia assequeretur; & juxta numeros scriptorum Harmonii, alios composuit libros Ecclesiasticæ doctrinæ consentientes; cujusmodi sunt ea, quæ in hymnis, & encomiis sanctorum virorum ab illo sunt elaborata. Ex eo tempore Syri juxta numeros canticorum Harmonii, scripta Ephraim psallere solent.* Et in actis ejusdem S. Ephræm mox laudatis narratur plurimos hymnos exarasse, eosque concinendos in Ecclesiis diebus festivis tradidisse sacris virginibus, quibus canentibus, ut modulos doceret, etiam præibat. *Tom. III. Op. S. Ephr. p. LII. num. XXXIII.* Et in præfatione ad opera Syriaca ejusdem Sancti *Tom. I. p.* 3. Petrus Benedictus Soc. Jesu vir doctrina, & linguarum Orientalium peritia, tum etiam pietate, animique modestia egregie ornatus, mihique, dum vixit, amicitia, & familiaritate junctus multa eum metrice composuisse monuit, quia Syri *delectarentur poetica suavitate*. Itaque S. Jacobus, licet ad Armenos scriberet, tamen, cum contermini essent Syris, ac poeticis cantibus oblectarentur, eadem, quæ suos, admonuisse verisimillimum est.



SERMO SECUNDUS.

De Dilectione.

Lex, & Prophetæ in duobus mandatis continentur. *Matth. XXII. 40.* Universa lex, & Prophetæ in duobus mandatis mira quadam conspiratione pendent, sicut Dominus & Salvator noster dixit. Apud eum vero, qui non vult ea mandata audire, lex, & Prophetæ inutiles, & frustra sunt, & nihil ad eum hortandum, aut alliciendum, aut commonendum valent. Itaque Dominus Noster *in his duobus mandatis*, ait, *universa lex pendet*, & (1) *Prophetæ*. Disposuitque, ut lex, & Prophetæ penderent in his duobus mandatis: nempe ut *Deut. 6. Matth. 22.* *diligat* (2) *unusquisque Dominum Deum suum ex tota anima sua*, & *ex tota virtute sua*, & *ex totis substantiis suis*, & simul *diligat proximum suum sicut seipsum*.

§. 2. Nam si tu ipse ad examen venias duorum mandatorum, in quibus pendet omnis vis legis, & Prophetarum, cognosces, si hæc insita essent in cordibus, & in mentibus hominum, nec lege, nec Prophetis omnino indigerent, sicut scriptum est, *1. Timoth. 1. 9.* *quod lex justo non est posita, sed injustis*, & quidem pro iniquis, & impiis posita est lex. Et si justitia (3) verita-

ՃԱՌ ԵՐԿՐՈՐԴ.

Վ̄ս օրինակի սիրոյ.

Համաձայնութեամբ ամ̄ օրէնք, և մարգարէք յերկուս պատուիրանս կախեալ կան, որ̄ և ասաց տր̄ մեր, և փրկիչ. Իսկ այն, որ ոչն կամի առնուլ, օրէնք, և մարգարէք ունայն են, և ոչ են բաւական ՚ի հանել, և ՚ի հաւանեցուցանել զնա. Վ̄ յայսպէս ասաց տր̄ մեր. Յայս երկուս պատուիրանս, կախեալ կան օրէնք, և մարգարէք. Եւ նա զօրէնս, և զմարգարէս, և կախեաց յերկուս պատուիրանս յայսոսիկ; զի եթէ որ սիրեսցէ զտր̄ Աստուած իւր, յամ̄ յանձնէ իւրմէ, և յամ̄ զօրութենէ իւրմէ, և յամ̄ ստացուածոց իւրոց. զի որ սիրեսցէ զպարձեալ մերձաւոր իւր, իբրև զանձն իւր.

Եւ եթէ մատնեսցես դու խնդրելն ՚ի զննին այս երկուց պատուիրանացն, յորս կախեալ կայ ամ̄ զօրութիւն օրինաց, և մարգարէից, եթէ անկեալ է էին ՚ի սիրտս, և ՚ի խորհուրդս մարդկան, և ոչ օրէնք, և մարգարէք բնաւ պիտոյ ինչ լինէին մեզ. որ̄ և գրեալ է; թէ ՚ի վերայ արդարոց օրէնք ինչ ոչ կան. այլ ՚ի վերայ անօրինաց. և ամ̄ անօրինաց, և ամբարշտաց

(1) Ab his duobus præceptis tanquam a suis principiis, & fine pendent universa lex, & Prophetarum monita. Nam *finis præcepti*, inquit Apostolus 1. *ad Thimoth. I. 5. est charitas de corde puro*, & *conscientia bona*, & *fide non ficta*. Insuper his duobus mandatis omnia legis, & Prophetarum præcepta nituntur, & fulciuntur, imo ex illis nascuntur, & eliciuntur, sicut multi rami ex una arbore *S. Gregor. Homil. XXVII. in Evang.* Etenim omnium legum, & præceptorum summa Decalogo comprehenditur; in eo autem non continentur, nisi præcepta de diligendo Deo, & proximo; tria enim primæ Tabulæ præcepta spectant ad dilectionem Dei, cætera verò septem secundæ Tabulæ ad dilectionem proximi *S. Aug. lib. II. quæst. in Exod. S. Gregor. Nazianz. Orat. XL. in S. Baptisma*. Ita etiam docet Apostolus *ad Rom. XIII. 8.* inquiens; *Qui diligit proximum legem implevit*. Enumeratis deinde præceptis secundæ tabulæ ita concludit: & *si quod est aliud mandatum in hoc verbo instauratur*, (Græcè ἀνακεφαλαιοῦται, hoc est, recapitulatur:) *diliges proximum tuum* &c. & paulo post: *plenitudo ergo legis est dilectio*: nempe Dei, & proximi. Quamobrem omnia, quæ ad morales virtutes, vel supernaturales pertinent, ad hæc duo referuntur, & ex iis tanquam ex capite & fonte defluunt, ac derivantur. *Sanctorum Angelorum*, inquit S. Maximus, *ineffabilis pax duobus hisce excellit affectibus*, *in Deum*, & *proximum charitate*, *similiter verò Sanctorum omnium*, *qui a sæculo sunt*; *rectissime igitur dicitur a Salvatore Nostro*, *in hisce duobus præceptis universam pendere legem*, & *Prophetas*. *in caten. PP. Græcor. in Math. cap. XXII. v. 40. ed. a P. Corderio Tom. II. pag.* 686. Sed de præstantia horum duorum præceptorum egregiè simul & breviter non uno in loco disputat Magnus Augustinus, cujus tamen verba, ne longior sim, quàm debeo, prætermitto.

(2) *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo*, *ex tota anima tua*, & *ex tota fortitudine tua* Deuter. VI. 5. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo*, & *in tota anima tua*, & *in tota mente tua*: *hoc est maximum* & *primum mandatum*. *Secundum autem simile est huic*: *Diliges proximum tuum*, *sicut te ipsum*. *In his duobus mandatis universa lex pendet*, & *Prophetæ* Matth. XXII. 37. 38. 39. 40. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo*, & *ex tota anima tua*, & *ex tota mente tua*, & *ex tota virtute tua* &c. Marc. XII. 30. & *ex omnibus viribus tuis* &c. Luc. X. 27.

(3) Justitia veritatis est, quæ est vera justitia, nempe rectitudo hominis obedientis Deo, eique inhærentis per fidem & charitatem, quæ in cordibus nostris per Spiritum Sanctum diffunditur, atque inhæret, & qua non modo reputamur, sed verè justi nominamur, & sumus *S. Thom.* 12. *qu.* 100. *Art.* 2. *ad* 1. *qu.* 113. *Art.* 1. *Concil. Trid. sess.* 6. *de Justif. cap.* 7. *can.* 11. Hanc S. Jacobus Nisibenus distinguit a lege justitiæ veritatis, nempe a lege per Moysen a Deo Hebræis data, qua veritatis, seu vera justitia præcipiebatur. Id autem sumptum est ex Paulo Apostolo, qui in epistola ad Romanos *IX.* 31. eodem modo discrimen constituit inter justitiam, & legem justitiæ inquiens: *Gentes*, *quæ non sectabantur justitiam*, *apprehenderunt justitiam*: *justitiam autem*, *quæ ex fide est*; *Israel verò sectando legem justitiæ*, *in legem justitiæ non* per-

տաց եղեալ էն օրէնք: Եւ եԹէ արդա_
րուԹի ստուգուԹե կացեալ մնացեալ
էր առ մարդիկս, ոչինչ պիտոյ էին մեզ
օրէնք։ Եւ դարձեալ, եԹէ ոչ օրինաց
եդեալ էին, զօրուԹին այ ոչ երեւեցու_
ցանէր յամ ազգս զամ սքանչելիսն, զոր
եցոյց։ Ի յանցանելն զպատուիրանաւն
առաջին մարդոյն, մահ եմուտ յաշխարհ,
եւ զօրուԹին յայտնի եղեւ. եԹէ ամ
մարդիք յառնեն, 'ի ժամանակի յորում
քանդեսցէ իշխանուԹի մահու։ Վն անօ_
րէնուԹե, որ եղեւ յաւուրսն Նոյի, երեւե-
ցաւ զօրուԹին այ Ջուրցն հեղեղին։
Եւ աբրահամ զի պահեաց զարդարուԹե
ստուգուԹե, որ յօրինաց անտի էր,
մինչչեւ էր օէնքն եդեալ, յայտնի եղեւ
նմա զօրուԹն այ 'ի ձեռն արդարուԹե
ստուգուԹե, եւ այն, որում օրէնքն ոչ
էին եդեալ, յայտնի արար յանձն իւր
զգործ օրինաց, եւ ինչ ոչ պիտոյ եղեն
օրէնք արդարուԹե ստուգուԹե նորա։
Նոյնպէս եւ իսահակայ, եւ յակոբայ
որդւոց նորա ոչ ինչ պիտոյ եղեւ, Թէ
դնիցեն օրէնք արդարուԹե, եւ ստու-
գուԹե նոցա. քանզի հայր իւրեանց
պատուիրեաց նոցա, զի գործեսցեն զար-
դարուԹի, եւ արասցեն զիրաւունս. որպ
եւ գրեալ է, զի ասաց տր այ վն աբրա_
համու։ Գիտեմ զնա, զի պատուի_
րեսցէ նա որդւոց իւրոց, եւ ընտանեաց,
զի

ritatis stetisset, & mansisset apud homines, non esset nobis opus lege. E diverso nisi lex posita esset, virtus Dei non ostendisset in omnibus nationibus omnia mirabilia, quæ manifestavit. Cum transgressus est primus homo mandatum, mors intravit in mundum, & virtus Dei manifestata est, quia omnes resurgent eo tempore, quo tollet potestatem (1) mortis. Propter iniquitatem, quæ fuit in diebus Noe, apparuit virtus Dei in aquis diluvii. Et in Abraham, quia veritatis justitiam servavit, quæ erat ex ipsa lege, antequam (2) lex posita esset; manifestata fuit virtus Dei per justitiam veritatis. Et ille, cui lex non erat posita, ostendit in semetipso opera (3) legis, & ejus justitiæ veritatis opus non fuit lege; ita & Isaac, & Jacob ejus filiis necesse non fuit, ut lex justitiæ veritatis poneretur, quia Pater eorum præcepit eis, ut operarentur justitiam, & facerent æquitatem, sicut & scriptum est, & Dominus Deus dixit de Abraham: *Scio (4), quod præcepturus sit filiis, & domesticis suis, ut custodiant omnia præcepta, & mandata*. Itidem Joseph custodivit justitiam veritatis, quæ erat ex lege, & non consensit dominæ suæ: Cogitavit enim in mente sua dicens: Quo- Genes. XVIII. 19.

pervenit: quare? quia non ex fide, sed quasi ex operibus. Hæc autem ultima Apostoli verba ita exponit Theodoretus: *Existimaverunt ad consequendam justitiam sibi sufficere observationem legis, & fidem contempserunt; ideo nec donorum fidei fuerunt participes, nec eam, quæ ex illa vitæ institutione est, justitiam habuerunt*. *in comment. ad ep. ad Rom.* Similiter S. Augustinus differentiam notat inter justitiam legis, & inter justitiam in lege, vel ex lege: *Inte ligendum est*, inquit, *justitiam legis non impleri secundum justitiam, quæ in lege est, vel ex lege, idest secundum justitiam hominis, sed secundum justitiam, quæ est in spiritu gratiæ; ergo secundum justitiam Dei, hoc est, quæ homini ex Deo est. Quod planius, & brevius ita dici potest: Justitiam legis non impleri, cum lex jubet, & homo quasi suis viribus facit, sed cum spiritus adjuvat, & hominis libera, sed Dei gratia liberata, voluntas facit*. *cont. duas ep. Pelagii lib. III. num. 20. pag. 461.*

(1) *Omnes*, inquit Apostolus, *resurgemus*: & paulo post: *Cum mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo, qui scriptus est: absorpta est mors in victoria*. I. ad Corinth. XV. 51.

(2) Nam de Abraham scribit B. Paulus *in ep. ad Rom. cap. IV. v. 9. Dicimus enim, quia reputata est Abrahæ fides ad justitiam. Quomodo ergo reputata est? in circumcisione, an in præputio? non in circumcisione, sed in præputio*.

(3) Id ipsum de gentibus scribit Apostolus in epistola ad Romanos *cap. II. 14. Gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea, quæ legis sunt, faciunt, ejusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex: qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis*. Locus iste Apostoli varie exponitur a sacrarum Scripturarum Interpretibus. Prima expositio est Pelagii, qui censuit, Apostolum ibi docuisse, ex Gentilibus aliquos sine fide, & gratia Christi per solas naturæ vires fecisse ea, quæ legis sunt, observando, & implendo legem Dei, eosque naturaliter justos vocat. Hæc sententia hæretica est, & damnata in Concilio Milevitano *Can. V.* Altera sententia eorum est, qui putant, Apostolum loqui de Gentilibus, qui Evangelica luce destituti, naturali tamen lumine a Deo omnibus hominibus indito, quædam opera moraliter bona faciunt. Tertia illorum, qui censent, Apostolum significare homines illos ex gentibus, qui ante Christi adventum pie, & sancte in lege naturæ Deo servierunt per fidem, & gratiam Dei, quales fuerunt Job, Jetro, Melchisedech, Naaman Syrus, & alii. Ultima autem est asserentium: ab Apostolo hoc loco verba fieri de gentibus conversis ad fidem Christi, quæ naturaliter, id est, non ex lege Mosaica, sed natura per Christi gratiam sanata, reparata, & roborata ea, quæ legis sunt, exequuntur, & implent. Quæ sententia est S. Augustini *de Spiritu, & litera cap. 26. ad 30* Prosperi *contra Collat. 22.* Fulgentii *de Gratia Christi cap. 26.*, & aliorum. Verba autem Apostoli S. Jacobus accomodare videtur primis Patribus, qui ante legem Mosaicam vixerunt; ac proinde convenire quodammodo cum iis, qui ex his, quas modo retuli, sententiis, tertiam tenent, ac tuentur.

(4) *Scio enim quod præcepturus sit filiis suis, & domui suæ post se, ut custodiant viam Domini, & faciant judicium, & justitiam*. Genes. XVIII. 19. lat. vulg.

Genes. XXXIX. 9. *Quomodo* (1) *faciam hoc enorme malum, & inveniar reus coram Deo?* Et Moyses quoque custodivit justitiam veritatis, quæ erat præscripta in lege, quando renuit, & noluit (2) vocari filius filiæ Pharaonis: Propterea dignum fecit eum Dominus, ut per eum legem daret populo suo. Omnibus igitur (3) his, qui ostenderunt in seipsis opera legis, & justitiæ veritatis, non est posita lex: quia ipsi revera fuerunt lex sibi ipsis.

զի պահեսցեն նոքա զամ պատուէրս հրամանի. Եւ յովսէփ պահեաց զարդարութի ստուգութե, որ յօրինաց անտի էր, և ոչ ունկնդիր եղև նա տիկնոջ իւրում, խորհեցաւ ՚ի մտի իւրում, և ասէ. զիա՞րդ գործեցից զայս անհնարին չարիս, և յանցաւոր գտայց առաջի այ. Եւ մովսէս պահեաց զարդարութե ստուգութե, որ յօրինաց անտի էր, ՚ի ժամանակին յորժամ ուրացաւ նա, և ոչ էառ յանձն կոչիլ որդի դստերն փարաւօնի. վն այնորիկ արժանի արար զնա տր իւր, զի ՚ի ձեռն նորա տացէ զօրէնս ժողովրդեան իւրոյ. Ամենեքեան ոք, որք յայտնի արարին յանձինս իւրեանց զգործս օրինաց, և արդարութե ստուգութե նոցա, օրէնք ինչ ոչ եղան. քանզի նք իսկ եղեն օրէնք անձանց իւրեանց.

Lex superaddita est justitiæ fidei, seu veritatis. Galat. III. 19. Galat. III. 24.

§. 3. Et cum advenissent tempora legis, superaddita illa fuit propter prævaricationem, apparuitque additamentum factum fuisse. Et quare factum est hoc additamentum? non propter justitiam veritatis, sed propter vocationem (4) gentium,

Եւ յորժամ եկին հասին ժամանակք օրինացն, յաւելաւ նա վն յանցաւորութե, և եցոյց վն նորա, եթէ յաւելուածութի եղև. Եւ ընդէ՞ր արդեօք եղև այս յաւելուած. ոչ վն արդարութե ստուգութե, այլ վն կոչման հեթանոսաց.

(1) *Quomodo ergo possum hoc malum facere, & peccare in Deum meum?* Genes. XXXIX. 9. lat. vulg.

(2) *Fide Moyses grandis factus, negavit se esse filium Filiæ Pharaonis: magis eligens affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere jucunditatem. Majores divitias æstimans thesauro Ægyptiorum improperium Christi*: inquit Apostolus *in ep. ad Hebr. cap. XI. v.* 24. Communis sententia est, Moysen non verbis, sed facto recusasse vocari filium filiæ Pharaonis, cum scilicet, relicta regia aula, ad suos, qui in calamitatibus versabantur, visitandos profectus est, ut legitur Exodi *II.* 11. *Act. VII.* 23.

(3) Quæ S. Jacobus de justis omnibus, sive ante Abraham, sive post illum usque ad Joannem Baptistam hìc disserit, præclare exponit S. Augustinus *lib. III. contra duas ep. Pelag. num.* 8. in hunc modum: *Sive igitur Abraham, sive ante illum justi, sive post eum usque ad ipsum Moysen, per quem datum est Testamentum a monte Sina in servitutem generans, sive cæteri Prophetæ post eum, & sancti homines Dei usque ad Joannem Baptistam, filii sunt promissionis, & gratiæ secundum Isaac filium liberæ non ex lege, sed ex promissione hæredes Dei, cohæredes autem Christi. Absit enim, ut Noe justum, & prioris temporis justos, & quicumque ab illo usque ad Abraham justi esse potuerunt, vel conspicui, vel occulti, negemus ad supernam Hierusalem, quæ mater nostra est, pertinere, quamvis anteriores tempore inveniantur esse, quàm Sara, quæ ipsius liberæ matris prophetiam, figuramque gestat.* Et paulo post *num. II* disserens de observantia præceptorum, quæ ad instituendam recte vitam necessaria sunt: *Sub gratia* inquit, *positi, quos vivificat Spiritus, ex fide, ista* (hoc est præcepta veteris legis, quæ ad pietatem bonosque mores pertinent) *faciunt, quæ per dilectionem operatur in spe bonorum non carnalium, sed spiritualium, non terrenorum, sed cœlestium, non temporalium, sed æternorum, præcipue credentes in Mediatorem, per quem sibi non dubitant, & Spiritum gratiæ subministrari, ut bene ista faciant, & ignosci posse, cum peccant. Hi pertinent ad Testamentum novum filii promissionis, regenerati Deo Patre, & libera matre. Hujus generis fuerunt antiqui omnes justi, & ipse Moyses Testamenti minister veteris, hæres novi, quia ex fide, qua nos vivimus, una eademque vixerunt, incarnationem, passionem, resurrectionemque Christi credentes futuram, quam nos credimus factam.*

(4) Doctrinam ab initio hujus paragraphi usque ad hæc verba de vera justitia, quæ a Deo est, & in lege proponitur, perinde ac cætera, quæ superius, & inferius ab eo afferuntur, mutuatus est S. Jacobus ex Apostolo Paulo, qui in epistola ad Galatas *cap. III. v.* 18 & 19. *Abrahæ autem per repromissionem donavit Deus. Quid igitur lex? Propter transgressionem posita est, donec veniret semen, cui promiserat.* & in Textu Græco ita legitur: Ὁ νόμος τῶν παραβάσεων χάριν προσετέθη. *Lex propter transgressiones addita fuit.* Hæc ultima verba exponuntur apud Oecumenium *in cat. ad dictam ep. pag.* 742. in hunc modum: *Recte*, ait, ADDITA FUIT, *ut ostendat legem non esse primum exemplar, quemadmodum sunt promissiones, sed datam ex aliquo, quod post successit.* Et S. Johannes Chrysostomus *enarr. in ep. ad Galat. pag.* 1004. *ex ed. Commel. Quoniam extulerat fidem, declarans eam fuisse antiquiorem lege, ne quis existimaret legem esse supervacaneam, hanc quoque partem corrigit, demonstrans eam non frustra, sed admodum utiliter fuisse datam.* OB TRANSGRESSIONES, inquit, ADDITA FUIT: *hoc est, ne liceret Judæis dissolute vivere, atque in extremam prolabi malitiam.* Quibus addam Magni Augustini verba ad eumdem locum rationem reddentis, quare Apostolus facta sibi interrogatione, cur lex posita, seu addita fuerit, *propter prævaricationem* respondit: *Cum per peccatum prævaricationis*, inquit Augustinus *lib. III. con. duas epist. Pelag. num.* 7. *convincitur hominis superbia de sua justitia præsumentis; & ubi abundavit delictum, superabundavit gratia per fidem jam humilis hominis in lege deficientis, & ad Dei miseri-*

սաց. զի յառաջագոյն կանխաւ մինչ
տուեալ էին ոչ օրէնքն յառաջ քան
զօրէնս, եղեւ նա, այսինքն, արդա-
րութիւն իբր պահապան մի, եւ դաստիա-
րակ, մինչեւ եկեսցէ զաւակն այն, որ
նովաւ օրհնելոց էին ամ հեթանոսք։ Եւ բանն
երդմանց, զոր խոստացաւ Աբրահա-
մու, որ է կտակն աւետեաց այն, զի
ասաց նմա, թէ 'ի զաւակի քում օրհ-
նեսցին ամ հեթանոսք, եւ բանս այս,
որ սա ինքն է կտակ, յառաջ քան զօ-
րէնսդրութին չորեք հարիւր եւ երեսուն
ամաւ, տուեալ աւետիք Աբրահամու,
զի հեթանոսք յայնմ զոր օրհնեսցին օրի-
նակն 'ի Քս։ Եւ օրէնք յետ չորեք
հարիւր երեսուն ամի եդան. 'ի ժամա-
նակի երբեւ զայս աւետիս ընկալաւ
աբ-

tium, quoniam priusquam esset lex, & ante legem fuit illa, hoc est, justitia; lex autem data est tanquam quidam custos, & pædagogus, donec veniret illud semen, in quo benedicendæ erant omnes Gentes. Nam verbum (1) jurisjurandi, quo pollicitus est Abrahæ, idem est ac fœdus, seu testamentum promissionis, cum a Domino dictum est ei: *In semine tuo benedicentur omnes gentes*. Genes. XXII 18. Hoc verbum, inquam, est ipsum testamentum, seu pactum promissionis, quæ quadringentis & triginta annis ante legem facta est Abrahæ. Significabat autem, quod gentes benedicendæ erant in Christo. Lex vero post Galat. III. 16. quadringentos, & triginta annos posita est. Nam eo tempore, quo Abraham ra-

sericordiam fugientis. Sanctus autem Jacobus scribit legem additam fuisse, non solum propter prævaricationem, verum etiam propter Gentium vocationem. Nam ex Judæorum prævaricatione sequuta est vocatio Gentium, & lex propter prævaricationem, seu transgressionem posita nos ad Christum Dominum, tamquam Pædagogus deduxit. Siquidem Apostolus loquens alibi de Judæis sub lege; *Illorum*, ait, *delicto*, *salus est Gentibus*, *ut illos æmulentur*. *Quod si delictum illorum divitiæ sunt mundi &c*. *Rom. XI*. 11. 12. Idem Apostolus Paulus in eadem epistola ad Galatas *cap. III*. 24. *Itaque lex pædagogus noster fuit in Christo*, *ut ex fide justificemur*. Quæ ita egregie exponuntur a Theodoreto *in comment. in epist. ad Galat. III*. 4. *pag*. 277. *Necessario ergo lex etiam data est*. *Nobis enim pædagogi officio functa est*; *& a priore nos quidem impietate liberavit*; *Dei autem imbutos cognitione*, *veluti ad sapientem quemdam magistrum nos duxit Christum Dominum*, *ut perfectas disciplinas ab eo discamus*, *& justitiam*, *quæ est per fidem*, *acquiramus*. Hinc autem satis compertum fieri existimo, recte a S. Jacobo affirmari potuisse, legem datam fuisse propter vocationem Gentium; & propter prævaricationem.

(1) Verbum jurisjurandi, quod S. Jacobus hoc loco memorat illud utique est, cum Angelus Domini de Cœlo vocavit Abraham secundo, inquiens: *Per memetipsum juravi*, *dicit Dominus*, *quia fecisti hanc rem*, *& non pepercisti Filio tuo unigenito propter me*: *benedicam tibi*, *& multiplicabo semen tuum*, *sicut stellas Cœli*, *& veluti arenam*, *quæ est in littore maris*: *possidebit semen tuum portas inimicorum suorum*. *Et benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ*. *Genes. XXII*. 16. 17. 18. Hoc autem verbum jurisjurandi, seu æterni Dei juramentum S. Episcopus Nisibenus affirmat, idem esse ac testamentum promissionis, nimirum cum promissio illa, quæ facta a Domino est Abraham, quando exivit de terra sua, quod in eo benedicendæ erant universæ cognationes terræ, deducta est in pactum, seu fœdus, *Genes. XV*. 9. Et rursus promissa est ei progenies, sicut stellæ Cæli per fidem, ex qua justificandæ erant omnes gentes in ejus semine, nempe in Christo *ibid*. 5. Nam quemadmodum scribebat Apostolus ad Galatas *III*. 6. 7. 8. *Scriptum est*, *Abraham credidit Deo*, *& reputatum est illi ad justitiam*. *Cognoscite ergo*, *quia qui ex fide sunt*, *ii sunt filii Abrahæ*; *providens autem Scriptura*, *quia ex fide justificat gentes Deus*, *prænuntiavit Abrahæ*, *quia benedicentur in te omnes gentes*. In mystica autem illa visione cum innumerabilem posteritatem Deus ei promisit, laudata est fides Abrahæ, & reputata est ipsi ad justitiam, tum mysticum illud fœdus, seu testamentum promissionis est confirmatum, tum etiam juramentum more ferientium fœdus mystice interpositum est; *ibid*. 5. 6. Siquidem dissectis victimis, partibusque earum altrinsecus positis, per medium lampas ignis, quæ erat imago Dei, & species clibani fumantis, qua significabatur Abraham, ejusque posteritas in afflictione futura, transiverunt quodammodo jurantium more, ac quasi paciscentium: ut ita scindi ei contingeret, sic ut discissa erant animalia illa, qui prior fœdus illud frangeret *Genes. XV*. 17. Nec admodum dissimili ritu apud Romanos Fæcialis feriens fœdus, Populo Romano, teste Livio *lib. I. cap. XXIV*., jurans imprecabatur his verbis: *Si prior defecerit*, *publico consilio dolo malo*, *tu illo die Jupiter Populum Romanum sic ferito*, *ut ego hunc porcum hodie feriam*. Solet enim ineffabilis Dei bonitas de gradu suo quodammodo descendere, ut servos suos honore extollat, & ad humana se demittere, ut homines ad cœlestia erigat. Profecto & testamentum, seu fœdus promissionis conjungitur a Zacharia cum jurejurando, quod juratum est ad Abraham, in Divino illo cantico, quod cum ei natus est Johannes, repletus Spiritu Sancto cecinit *Luc. cap. I. v*. 72. 73. Nam laudans Divinam bonitatem inter cætera: *Memorari*, inquit, *testamenti sui sancti*, *jusjurandum*, *quod juravit ad Abraham patrem nostrum*: μνησθῆναι διαθήκης ἁγίας αὐτοῦ ὅρκον ὃν ὤμοσε πρὸς Ἀβραὰμ τὸν πατέρα ἡμῶν. Ubi ab aliquibus sacræ paginæ Interpretibus subintelligitur, τῆς, adeo ut sensus sit *memorari testamenti sui sancti*, hoc est sanciti, seu confirmati, ut illud vocat Apostolus, *ob*, *vel propter jusjurandum*, quod Abraham Deus juravit in fœdere cum eo per visionem inito, transiens sub specie lampadis, ut dixi, per dissectas victimas; & iterum cum post præceptam immolationem Isaac eidem Patri Abraham, qui impigre Dominicis jussibus obtemperavit, per Angelum dixit: *Per memetipsum juravi &c*. *Genes. XXII*. 16. 18., iteravitque promissionem, quod in ejus semine benedicendæ erant omnes gentes. Hanc ergo promissionem juramento firmatam, dicit S. Jacobus, idem esse ac fœdus, seu testamentum promissionis pluribus annis, priusquam nasceretur Isaac, a Deo cum Abraham solemni Gentium more percussum, de quo etiam loqui videtur Propheta Jeremias *cap*. *XXXIV*. *v*. 18. 19.

Genes. XV. 6. ratam (1) accepit promissionem, erat octogintaquinque annorum. Et ab illo tempore usque ad tempus, quo ingressus est Jacob in terram Ægyptiorum, elapsi sunt anni quasi ducentiquinque: Et a tempore ingressus Jacob in terram Ægyptiorum usque ad tempus exitus populi Israelitarum è terra Ægyptiorum per Moysen, sunt anni quasi ducenti vigintiquinque.

Cum Israelitæ manserint in Ægypto ducentis vigintiquinque annis, cur scriptum est, ibi fuisse quadringentis triginta annis?

§. 4. Tempus autem, quo habitaverunt filii Israel in terra Ægyptiorum, scriptum est fuisse quadringentorum triginta annorum. Cur autem cum ducentos (2) & vigintiquinque annos habitave-

աբրահամ, ութսուն և հինգ ամաց էր նա, և յայնմ ժամանակէ հետև մինչև 'ի ժամանակն յայնս, յորում եմուտ յակոբ յերկիրն եգիպտացւոց, են ամք իբրև երկերիւր հինգ. և 'ի ժամանակէ մտիցն յակոբայ յերկիրն եգիպտացւոց, մինչև 'ի ժամանակս ելից ժողովրդեանն իսրայէլացւոց յերկրէն եգիպտացւոց 'ի ձեռն մովսիսի, են ամք իբրև երկերիւր քսան և հինգ:

Եւ գրեցաւ բանն բնակութեան նոցա, զոր բնակեցան որդիքն իէլի յերկրին եգիպտացւոց չորեք հարիւր երեսուն ամք. Եւ ընդէ՞ր իբրև երկերիւր և քսան և հինգ ամ բնակեցան որդիքն իսրայէլի

(1) Non semel, sed pluries factæ a Deo sunt promissiones Abrahamo. Primum cum Deus ei præcepit, ut egrederetur de terra sua, & cognatione sua, & de domo Patris sui, inquiens: *In te benedicentur universæ cognationes terræ: Gen. XII.* 3. Deinde cum ab eo separatus est Loth, Dominus iterum: *Omnem*, ait, *terram, quam conspicis, tibi dabo, & semini tuo usque in sempiternum, faciamque semen tuum, sicut pulverem terræ: Gen. XIII.* 15. 16. Postea factus est sermo Domini ad eum per visionem, & promissus est hæres, promissumque est innummerabile semen cœlestibus donis, & superna dignatione conspicuum, ex fide scilicet, quæ laudata est in ipso, & reputata est ei ad justitiam, justificandum in Christo, quod significabatur antecedenti promissione benedicendi in eo universas cognationes terræ. In illa autem die pepigit Deus cum Abraham, ut paulo ante dixi, solemne fœdus, quo præcedentes omnes, subsequentesque promissiones confirmatæ, ac stabilitæ sunt. Nam post hæc iterum promissiones jam ab initio factæ repetitæ sunt de multiplicando illius semine, quando ejus nomine, & Saræ uxoris immutato, præcepta est circumcisio: dixit enim ei Deus: *Ego sum, & pactum meum tecum, erisque Pater multarum gentium. Genes. cap. XVII.* 4. Post hæc denique cum Abraham Dei imperio impigre obtemperans proprium filium Isaac obtulit in holocaustum, extenditque manum, ut immolaret, sed ab Angelo impeditus, destitit de incœpto, tum ab Angelo hæc alia audivit: *Per memetipsum juravi, dicit Dominus, quia fecisti hanc rem, & non pepercisti Filio tuo unigenito propter me, benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum, sicut stellas Cœli &c. Genes. XXII.* 16. Et paulo post: *Et benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, quia obedisti voci meæ.* Prima promissio facta est Abrahamo, cum esset septuaginta quinque annorum juxta comunem Scriptorum sententiam. Altera nonnullis annis post. Tertia, sicut affirmat S. Jacobus, cum octogesimum quintum annum ageret. Quarta vero cum esset centenario major; nam juxta testimonium sacræ Scripturæ anno centesimo ætatis suæ natus est ei Isaac. Itaque evidens est tum ex iis, quæ præcedunt, tum etiam ex iis, quæ subsequuntur, S. Episcopum Nisibenum loqui hoc loco de promissione, quæ facta est Abrahamo in mystica illa visione, in qua, ut superius observatum est, istum est fœdus, seu factum Testamentum promissionis, quod Apostolus vocat Testamentum confirmatum. Siquidem in illo solemni fœdere confirmatæ sunt promissiones, quæ præcesserant, tum etiam data quodammodo est auctoritas iis, quæ postea subsecutæ sunt, quas, etiam adhibito juramento per se ipsum, Deus, rursus ratas a se haberi, significare voluit.

(2) A vocatione Abrahami ad tempus, quo Jacobus cum familia sua Ægyptum ingressus est, non ducentos & quinque annos, sed ducentos & quindecim: & totidem ab ingressu Iacobi ad exitum Israelitarum ex Ægypto elapsos fuisse communiter Scriptores censent, atque ita æqualiter partiuntur tempus illud quatuorcentum triginta annorum, quibus mansisse Israelitas in Ægypto scriptum est in Exodo *cap. XII.* 40., & quos a promissione Abrahamo a Deo facta ad legem datam intercessisse testatur Apostolus *ad Galat. cap. III.* 17. Plurimi hanc sententiam in distribuendo, partiendoque æqualiter quatuorcentum & triginta annorum numero peregrinationis Israelitarum in terra non sua amplectuntur tum ex antiquis Scriptoribus & ante, & post Christum natum, tum etiam ex recentioribus. Ex antiquis ante Christi adventum Demetrius, & qui eum secutus est Alexander Polyhistor in libro de Judæis, cujus verba Eusebius *lib. IX. præparat. Evang. n.* 21. *p.* 422. affert; & Flavius Josephus in antiquitatibus Judaicis *lib. II. cap. XV. num.* 2. *Quia reliquerunt*, inquit, *Ægyptum mense Xanthico luna quintadecima anno quadrigentesimo trigesimo, postquam Abrahamus pater noster in Chananæam venit, & post Jacobi migrationem in Ægyptum anno ducentesimo quintodecimo.* Et ex antiquis Scriptoribus post Christum natum Eusebius in Chronico, Fasti Siculi, seu Chronicon Alexandrinum, S. Augustinus *lib. II. quæst.* 47. *num.* 4. & 5. *in Exod.* Sanctus Athanasius *in Cat. Francisci Zephiri in Exod. apud Cornel. a Lapid.* Sulpicius Severus *in sua Hist. Sac. lib. I cap. XII.* Eustathius Antiochenus *in Hexaemer. comment. pag.* 90. §. *Quærendum*. seu alius Auctor sub hoc nomine, Beda de sex ætabus, Auctor quæstionum ex veteri Testamento *int. op. S. Aug.* Ex recentioribus autem Scriptoribus Cornelius a Lapide, Calmet, aliique plurimi S. Scripturarum interpretes *in cap. XII. Exodi v.*40. ita etiam Dionysius Petavius de doctrina temporum *lib. III. cap.* 24. *par. II. lib. II.*, & in rationario temporum, pluresque alii Chronographi. Ex Hebræis autem plures putant, ducentis & decem annis dumtaxat Israelitas moram fecisse in Ægypto, reliquo autem tempore peregre fuisse in terra Chanaan, ita Judæi in Seder-Olam, seu eorum Chronico. Demum alii tum ex Judæis, tum ex Christianis Scriptoribus majorem annorum numerum statuunt; nec desunt, qui credunt, integrum quatuorcentorum annorum spatium Israelitas in Ægyptiaca captivitate consumpsisse. Sed aliter censet Jacobus Usserius *Chronolog. sac. cap. X. & XI.*, & pluribus tuetur superio-

ըի յերկրին եգիպտացւոց, գրեցաւ նոցա
չորեք հարիւր երեսուն ամ։ Զի յայնմ
ժամանակի յորում ասաց Այ, գիտե-
լով գիտասջի՛ր, զի պանդուխտ եղիցի
զաւակ քո, յերկիր օտար, և՛ի ծառայ-
ութի հնազանդութե՛ չարչարեսցեն զնա
ամս չորեք հարիւր, և՛ի նմին ժամա-
նակի, յորում ասացաւ աբրահամու,
եթէ

verint filii Iſrael in terra Ægyptiorum, *Exod. XII. 40.*
adſcripti eis ſunt quadrigenti triginta an-
ni. Profecto, quia eo tempore, quo di- *Geneſ. XV. 13.*
xit Deus: *Scito prænoſcens, quod pere-* *Act. VIII. 6.*
grinum futurum ſit ſemen tuum in terra
non ſua, & ſubjicient eos ſervituti, &
affligent quadringentis annis: Et quo di-
ctum eſt Abrahæ: *Sic erit tibi ſemen*: fide *Geneſ. XV. 5.*

D impreſ-

riorem ſententiam de diviſione temporis peregrinationis Iſraelitarum in duas partes æquales contra eos, qui majorem, vel minorem numerum annorum a vocatione Abrahami ad profectionem Jacobi in Ægyptum, & ex ea ad exitum Iſraelitarum colligunt ac ſtatuunt, & rejectis contrariis oppoſitionibus ſermonem ſuum claudit his verbis: *Concludamus igitur tandem Iſraelitarum moram in Ægypto neque* 430. *fuiſſe, ut Genebrardi, & Stapletoni, neque* 431. *ut Tichonii, neque* 408. *ut Thaddæi Duni, & Nicolai Abrahami, neque* 240. *ut Gulielmi Langii, & Rabbinorum quorumdam, neque* 239 *ut Henrici Svizerii, neque* 225. *ut D. Parei, neque* 216. *ut Jo: Benedicti, & Laur. Codomani, neque* 210. *ut communior Hebræorum, ſed* 215. *ut Chriſtianorum Chronologorum fert ſententia. Uſſer. cap. XI. pag.* 65. *col.* 2. Diſcriminis autem inter aliorum (uno Paræo excepto, cujus tamen Orationem, quam laudat Uſſerius, aſſequi, & videre nequivi) & S. Jacobi ſententiam ratio prima eſt, quia exordium quatuorcentum triginta annorum deſumendum non putat S Doctor Niſibenus, vel a prima Abrahami vocatione, quæ Ure Chaldæorum, Patre adhuc vivente *Geneſ. XI.* 31. *XV.* 7. *Joſ. XXIV.* 2. 3. *Nehem. IX.* 7. *Act. VII* 2., vel a ſecunda, quæ Charane poſt Patris obitum facta eſt *Geneſ. XII* 14. *Act. VII.* 4. Sed ab eo tempore, quo Deus pepigit cum Abrahamo fœdus, eique prædixit, peregrinum fore ſemen ejus in terra aliena, & ſubjectum ſervituti per quadringentos annos. *Geneſ XV.* 13. 14. *Act. cap. VII.* 6. 7. In deſignando illorum annorum initio idem ſentiunt veteres Judæorum magiſtri R. Abraham Levites, & R. Salamon, quorum verba referunt Munſterus, & Fagius *in comment. ad Exod. cap. XII. v.* 40. eorumque opinionem ſequuntur, ut etiam Grotius, qui omnes unanimi ore teſtantur, communem fere hanc eſſe Hebræorum ſententiam, quorum antiquæ traditiones non ſemel in his ſermonibus occurrunt. Sed Judæi in eo differunt a S. Jacobo, quod non decennio poſt profectionem Abrahami ex Charan in Chananæam, nempe anno Abrahami octuageſimo quinto, ut affirmat S. Jacobus, ſed quindecim annis ante, nempe anno ejuſdem Patriarchæ ſeptuageſimo myſticum illud fœdus ictum fuiſſe putant *Exod. cap. XII.* 4. quemadmodum ex Chaldaica Paraphraſi, quæ Jonathani eſſe fertur, ex Seder-Olam Rabbah, & libro Cabbalæ hiſtoricæ R. Abrahæ Levitæ, aliiſque Rabbinorum ſcriptis inter ſe collatis intelligere licet.

Ad aſſerendam S. Jacobi Niſibeni ſententiam contra aliorum opinationes, primum neceſſe eſt expendere, an initium Iſraeliticæ peregrinationis collocandum ſit anno ætatis Abrahami octuageſimo quinto, quo illud ſtatuit S. Jacobus. Et quidem inter omnes tum veteres, tum recentiores convenit ſpatium illud temporis quatuorcentum triginta annorum, de quo in Exodo *cap. XII.* 40. idem eſſe ac illud, quod S. Paulus in epiſtola ad Galatas *cap. III.* 17. inter Teſtamentum confirmatum a Deo, & inter legem datam in monte Sinai interfluxiſſe ſcribit. In Exodo nullum habetur indicium, unde initium enumerandi annos illos fieri debeat. E diverſo in epiſtola ad Galatas duobus, aut tribus indiciis, notis, aut ſignis innuitur, & quaſi intento digito indicatur tempus, a quo annorum illorum enumeratio incipienda eſt. Illæ autem ſunt; Juſtificatio Abrahami per fidem, de qua ibi diſſerit Apoſtolus adverſus Galatas, ſicut etiam facit in epiſtola ad Romanos *IV. verſ.* 3., qui ex operibus legis juſtificari ſe poſſe putabant: Promiſſio hæredis, & innumeræ poſteritatis, in qua ſignificata eſt vocatio gentium, earumque benedictio in ſemine ejus, nempe Chriſto: Fœdus, ſeu pactum, aut teſtamentum ſolemniter a Deo cum ipſo initum, & percuſſum. Hæc autem tria in eodem Capite conjunguntur ab Apoſtolo, & quæ deinde de Teſtamento ſolum dicere videtur, ad ſuperiora omnia referri certum eſt, nempe quod lex, quæ poſt quadringentos triginta annos data eſt, irritum facere nequit teſtamentum, ſeu fœdus a Deo initum, & confirmatum, nec juſtificationem per fidem, nec repromiſſionem innumerabilis poſteritatis per juſtitiam fidei, *ad Rom. IV.* 11. 12. 13. *IX.* 8. non autem per legem: *Non enim*, inquit idem Apoſtolus in Epiſtola ad Romanos *IV.* 14. *per legem promiſſio Abrahæ, aut ſemini ejus, ut hæres eſſet mundi; ſed per juſtitiam fidei. Si enim qui ex lege hæredes ſunt: exinanita eſt fides, abolita eſt promiſſio*. Profecto non ſemel Abrahamo, ut ſupra notatum eſt, promiſſiones a Deo factæ ſunt; ideoque etiam alibi in Scriptura leguntur; ſed hæc tria, promiſſio hæredis, & innumerabilis poſteritatis, juſtificatio per fidem, & ſolemnis fœderis percuſſio ſimul unita, & conjuncta ſolum narrantur *cap. XV.* Geneſeos: Cum ſcilicet Abrahamo mirabilis illa accidit viſio, in qua *promiſſus eſt hæres*, inquit S. Auguſtinus *de Civit Dei lib. XVI. cap.* 23. *non ille vernaculus, ſed qui de ipſo Abraham fuerat exiturus: Rurſuſque ſemen innumerabile non ſicut arena terræ, ſed ſicut ſtellæ Cœli: ubi mihi magis videtur promiſſa poſteritas cœleſti felicitate ſublimis*: Commendata etiam ibi fides Abrahami, *ne*, ut idem Auguſtinus *loc. cit. cap. XXIV.* inquit, *circumciſio gloriaretur, genteſque incircumciſas ad fidem Chriſti nollet admitti*. Et demum ictum quoque ſolemniter, & per diſſectas victimas ſolemni legitimo gentium ritu ſancitum, & confirmatum eſt fœdus, quod Apoſtolus vocat διαθήκην προκεκυρωμένην; redditur autem in verſione vulgata non *fœdus*, ſed *teſtamentum confirmatum*. Sicut in antiqua verſione Itala *cap. XV.* Geneſeos *verſ.* 18. *Teſtamentum* legebatur, ubi nunc *fœdus* habetur. Et in textu Græco: Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ διέθετο Κύριος τῷ Ἀβραὰμ διαθήκην. Et quidem dictio Hebraica ברית *Berith*, reddi poteſt pactum, teſtamentum, fœdus, non autem promiſſio: *Notandum*, inquit Hieronymus *in Quæſt. ſeu Tradit. Hebraic. in Geneſ. p.* 177. *quod ubicumque in Græco, teſtamentum, legimus, ibi in Hebræo ſermone ſit fœdus, ſive pactum: id eſt*, ברית *Berith*. Itaque niſi manifeſta vis fiat verbis Apoſtoli, & contra naturalem eorum ſenſum aliò detorqueantur, nunquam ad primam illam promiſſionem, ſeu ἐπαγγελίαν *epangelian*, quæ anno ſeptuageſimo quinto ejus ætatis Abrahamo a Deo facta eſt, ut quidam volunt, referri poſſunt. Quod verò viſio illa, cæteraque omnia, quæ in ea ſubſecuta ſunt, contigerint anno octogeſimo quinto

ætа-

Rom. IV. 3. Galat. III. 6. Genes. XV. 6.

impressa sunt hæc verba in corde Abrahæ, sicut & scriptum est: *Credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad justitiam*. Sermo igitur ille subjectionis, quo ei prædictum est, in terra Ægypti subjicientur, & servient, illico insitus est in corde Abrahæ, & tum cœpit ille mœrere in mente sua, & dicere: quomodo se-

եԹէ որդի լինի քո, հաւատով նկարեալ ցան բանքս այս ՚ի սիրտն աբրահամու, որպէս եւ գրեալ է ; Հաւատաց աբրահամ յԱծ, եւ համարեցաւ նմա յարդարութիւն. եւ բանն հնազանդութեան որ յերկիրն եգիպտացւոց հնազանդին, եւ ծառայեն, յղացաւ ՚ի սիրտն աբրահամու, եւ սկսաւ նա հոգալ ՚ի միտս իւր, եւ ասել, թէ զի

ætatis Abrahami, inde manifestum fieri potest, quod postquam Moyses ea narravit, statim sequenti capite subdit, Saram nuptui dedisse ancillam Agar Abrahamo viro suo, tempusque nuptiarum diligenter adnotat, *post annos decem*, inquiens, *quam habitare cœperunt in Terra Chanaan. Genes. XVI.* Hæc autem, cœlestem scilicet illam visionem, & traditionem Agar, eodem tempore gesta fuisse, non obscurè declaratur, primum ex conjunctione narrationis, deinde quia verosimillimum est, cum Sara ex Abraham audivisset promissionem Dei de futuro hærede, & innumerabili ejus posteritate, veritam, ne facto, & culpa sua, quia sterilis erat, promissio Dei quodammodo excideret, ancillam Agar in uxorem marito tradidisse, idque haud obscure indicare videntur verba Scripturæ: nam absoluta narratione visionis, fœderisque sanciti statim subjicitur: *Igitur Sarai uxor Abraham non genuerat liberos, sed habens ancillam ægyptiam nomine Agar, dixit marito suo: ecce conclusit me Dominus ne parerem: Ingredere ad ancillam meam, si forte saltem ex illa suscipiam filios*. Illa autem conjunctiva, seu rationalis, aut illativa particula *igitur* manifeste ostendit, necessariam deductionem, conjunctionemque, & connexionem præcedentium cum subsequentibus, resque in antecedenti capite, & initio insequentis comprehensa, eodem temporis spatio, gestas fuisse, unamque ex altera subsecutam esse, cum utriusque narrationi statim nota temporis, de quo nihil antea, subjiciatur.

His autem positis, quæ in controversiam revocari non posse videntur, cum Abraham septuaginta quinque annos natus in terram Chanaan venerit, *Genes. cap. XII. v. 4.* necessario sequitur, decennio post, nempe cum ea, quæ superius dicta sunt, in visu ipsi ostendit Deus, & Sara tradidit ei Agar, octuagesimum quintum annum ætatis suæ egisse. Exinde autem usque ad ingressum Israelitarum in Ægyptum juxta concordem Scriptorum fere omnium sententiam, ducenti quinque anni circiter, ut affirmat S. Jacobus, elapsi sunt. Israelitas vero, quod erat alterum eorum, quæ mihi examinanda proposueram, in Ægypto permansisse ducentis vigintiquinque annis, suaderi potest ex eadem computatione, qua utitur Jacobus Usserius, quamvis ipse tempus habitationis Israelitarum in Ægypto ad ducentos quindecim tantum annos redigat, eademque sit, ut dixi, communissima inter omnes ferme Scriptores tum veteres, tum recentiores opinio. Scribit enim laudatus Usserius, Jacobum in Ægyptum cum familia sua descendisse, cum ejus filius Josephus triginta novem annorum erat, ut etiam tradidit Augustinus *lib. XVI. de Civit. Dei lib. XL.* Josephus annis centum decem vixit *Genes. cap. L. n. 22.* Ex hac igitur summa detractis triginta novem, supersunt anni septuaginta & unus, quibus si adjungantur octoginta anni, qui elapsi sunt a nativitate Moysis usque ad Israelitarum exitum, *Exod. VII. 7.* habentur anni centum quinquaginta & unus. His verò Jacobus Usserius addit sexaginta quatuor annos, quos, nulla auctoritate, aut probatione allata, arbitrio suo ponit a morte Josephi usque ad nativitatem Moysis effluxisse, atque ita numerum ducentorum quindecim annorum conficit. Sed post obitum Josephi talia, ac tanta contigisse narrantur in Sacra Scriptura, ut multo verosimilius sit, non sexaginta quatuor, sed septuaginta quatuor evolutos fuisse. Præterea inter septuaginta animas domus Jacobi, quas ingressas Ægyptum fuisse S. Scriptura refert, non recensetur Amram, qui fuit pater Moysis. *Genes. cap. XLVI. 11.* Itaque dubitari nequit, eum in Ægypto natum esse. Cum autem Amram esset filius secundogenitus Caath, qui Levi erat filius, nemo facile in animum suum inducet, eum genitum fuisse a Patre, statim ac Ægyptum attigit. Itaque quis jure me reprehendere poterit, si eum ponam, in hanc mortalem lucem editum fuisse octavo, aut nono anno, postquam Israelitæ in Ægyptum venerunt? Porro vixit Amram annis centum trigintaseptem. *Exod. VI. 20.* Ultimo autem ejus vitæ anno procreasse videtur Moysen, quia post Moysen nullos alios filios suscepisse apparet in Exodo. Præterea Exodi *cap. II.* narratur, ejus uxorem Jochabed cum peperisset Moysen, abscondisse eum tribus mensibus, cumque amplius celare non posset, posuisse eum in fiscella, & exposuisse in carrecto ripæ fluminis; infantuli autem sorori jussisse, ut procul stans, quid eveniret, animadverteret; si autem Amram maritus in vivis fuisset, minime probabile est, hæc ab ea, inscio viro, gesta fuisse, & Amram pueri nati, & fluvio expositi nullam curam suscepisse, & insuper sacram Scripturam nullam uspiam de eo fecisse mentionem, cum apud Hebræos, sicuti apud alias omnes nationes, major esset potestas patris in filios, quàm matris, & totius domus cura penes eum resideret. Posito autem, quod Moyses natus sit anno centesimo trigesimo septimo ultimo vitæ ejus patris Amram, cum præterea nobis constet, Moysen ex Ægypto Israelitas eduxisse anno octogesimo ætatis suæ, si uterque annorum numerus Moysis, & patris ejus, additis illis octo, vel novem plus minus annis ante ortum Amram elapsis in unum colligatur, summa ducentorum vigintiquinque circiter annorum habebitur, de qua nobis ex auctoritate S. Jacobi constat. Profecto octo, vel novem annis post ingressum Israelitarum in Ægyptum Amram ortum fuisse, eo certius admitti debet, si Caath eum genuit anno ætatis suæ quadragesimo, ut scribit Polyhistor ex Demetrio *apud Euseb. præpar. Evang. lib. IX.*, cujus tamen chronologiæ rationem in reliquis admodum perturbatam esse, haud inficias iverim. Verum id nihil impedit, quo minus verum esse possit, quod refert de ætate Caathi, cum Amramum suscepit. Itaque cum Levi Pater Caathi centum trigintaseptem annis vixerit, & in Ægypto mortem obiverit, vel anno nonagesimotertio, ut scribit Spondanus in annalibus, vel nonagentesimoseptimo, ut Jacobus Usserius post introitum Israelitarum in Ægyptum, evidens est Caathum, quando Ægyptum ingressus est cum Patre suo Levi, non amplius quàm unum supra triginta plus minus annos habuisse (neque enim probabile est, Caathum cum neque primogenitus esset ante annum decimumquartum, vel decimumquintum a Levi procreatum esse), & consequenter octo, vel novem annos postquam in Ægyptum Caathus venit, procreas-

զիա՞րդ լիցի զաւակն նորա 'ի հնազան_ դութիւն ծառայութեան . և եղև միտքն աբրահամու ծառայ հնազանդեալ յեր_ կրին եգիպտացւոց . Այսպէս իսա_ հակ ; և յակոբ հոգային վ̃ն նորին հնա- զանդութեան, և հոգին իւրեանց հնա_ զանդ էր յերկրին եգիպտացւոց . Քան- զի աւետիք ծառայութեան առաջին աբրա- համեան զաւակին , մինչչև ծնեալ էին յառաջագոյն . Կանխեալ է բանն . քան զծնունդն իսահակայ հնգետասան ամաւ ; Եւ կանխագոյն են աւետիքն ծառայ_ ութեան , քան զմտանելն նոցա յերկիրն եգիպտացւոց երկերիւր և հինգ ամաւ; և կանխագոյն է աւետիքն այն , որ 'ի զաւակին աբրահամու օրհնեսցին ա̃մ հեթանոսք , քան զօրէնսդրութիւն չորեք- հարիւր երեսուն ամաւ . Եւ ոչ կարա_ ցին աւետիքն խափանել , և զանցու_ ցանել զօրէնս . բայց օրէնքն իբրև ըզ յաւելուած ինչ եղեն 'ի վերայ բանին աւետեաց , մինչև եկն եհաս ժամանակ նորա .

Եւ-

semen meum erit in subjectione servitutis ? factusque est animus Abrahæ servus inserviens in terra (1) Ægypti . Ita Isaac , & Jacob angebantur de ista servitute , & spiritus eorum fuit serviens in terra Ægypti . Quoniam prædictio servitutis facta est semini Abrahæ , longe priusquam illi nascerentur . Præcessit enim verbum Domini nativitatem Isaac annis (2) quindecim . Et prædictio servitutis prior est ingressu eorum in terram Ægypti ducentis quinque annis . Promissio igitur , qua dictum est , *in semine Abrahæ benedicentur omnes gentes* , prior est constitutione legis quadringentis triginta annis . Promissiones autem non potuerunt impediri , neque irritæ fieri a lege , sed lex tanquam additamentum aliquod superaddita (3) fuit verbo promissionis , donec tempus ejus venit , & impletum est .

Galat. III. 18.

D 2 §. 5. Re-

creasse Amram patrem Moysis, quem anno ætatis suæ quadragesimo genuisse affirmat ex Demetrio Polyhistor . Postquam hæc scripseram, in celebri Bibliotheca Casanattensi reperi , ac legi Chronologiam sacram David Paræi, qui *libro II. cap. V.* numerum annorum, quibus Israelitæ in Ægypto commorati sunt, hoc modo supputat : *A descensu* , ait, *Jacobi in Ægyptum usque ad Exodum non reperiuntur* , *nisi ducenti vigintiquinque anni* , *qui sic colliguntur*.

Jacob vixit in Ægypto annos septendecim ——	17
A morte Jacobi ad mortem Josephi sunt anni quinquagintatres ——	53
A morte Josephi ad nativitatem Mosis anni septuagintaquinque ——	75
A nato Mose ad Exodum anni octoginta ——	80
Qui anni in summa collecti sunt anni ——	225

Et eodem capite post quædam alia rursus eumdem annorum calculum hujusmodi ratione init: *Si Caath* , inquiens , *in descensu fuit puer quadrimus* , (ut videtur , neque enim primogenitus fuit Levi) *& genuit Amram anno ætatis septuagesimo nono*, Mercerius ponit octogesimo ; *& Amram genuit anno ætatis septuagesimo Mosen* (ut vult Eusebius) *& anno octuagesimo exacto Mosis fuit Exodus* , *ut est Exodi* VII. 7., *deprehenduntur anni præcise ducenti vigintiquinque*.

(1) Prædixit Deus Abraham futurum semen ejus peregrinum in servitute , & afflictione per quadringentos annos, vel potius quadringentos triginta , ut mox dictum est; sed cum Israelitæ moras duxerint in Ægypto , vel juxta communiorem sententiam annis ducentis quindecim , vel, ut putat S. Jacobus, ducentis vigintiquinque , quomodo dici potest , re ipsa evenisse Israelitis , & adimpleta fuisse , quæ Deus Abraham futura prænunciaverat , eo magis, quia Joseph , ubi primum Israelitæ Ægyptum ingressi sunt , summo cum imperio universam illam regionem per octoginta annos gubernavit , quo tempore maxima in prosperitate Hebræi fuerunt . Itaque ad Divinam prædictionem explicandam , ejusque veritatem ostendendam omnes fere Interpretes scribunt, numerum quadringentorum annorum non ad solum verbum *affligent* referendum esse , sed ad omnia tria præcedentia , videlicet *peregrinum erit semen tuum* , & *subjicient eos servituti* , demum *& affligent*. Hanc autem interpretationem probabilem esse negare minime ausim , sed aliquam tamen habere difficultatem , quia non apprime videtur concordare cum verbis Scripturæ, ubi numerus annorum appositus videtur ad significandum tempus servitutis , & afflictionis , nemo est, qui non videat . Quare in hanc quæstionem convenire videntur, quæ B. Hieronymus de alia quæstione simili circa diversum annorum numerum servitutis Hebræorum , nempe quatuorcentum annorum , ut legitur Genesis *cap. XV.* 13. vel quatuorcentum triginta , ut habetur Exodi *XII.* 40. , & in epistola ad Galatas v. 17. scribit in hunc modum : *Non enim parva res est*, *& a multis quæsita* , *nescio an ab aliquo sit inventa* . *S. Hier. in Comment. ad cap. III. ep. ad Galatas pag.* 187. Quare plurimi facienda est interpretatio S. Episcopi nostri Nisibeni , qui tempus afflictionis Israelitarum per quadringentos annos singulari quidem, & probabili ratione exponit .

(2) *Abraham cum centum esset annorum* , *natus est Isaac* , inquit Scriptura *cap. XXI.* 5. Prædixit autem ei Deus futuram ejus seminis servitutem , & afflictionem in visione , quæ accidit Abraham, ut paulo supra a S. Jacobo dictum est, anno ætatis ejus octogesimoquinto , ideoque quindecim annis antequam nasceretur Isaac ; & in ea visione promissio , quæ jam antea Abrahamo facta erat , & semel , atque iterum postea repetita ac renovata , benedicendi scilicet omnes gentes in ejus semine , solemni fœdere confirmata est . Promissio igitur , ut deinde hoc loco subjungit S. Jacobus , in pactum quodammodo deducta , aut in fœdus , vel testamentum confirmatum , antecessit legem , quod affirmat hic S. Doctor post Paulum Apostolum in epistola ad Galatas *cap. III. v.* 17. quadringentis triginta annis .

(3) Ita Apostolus in Epistola ad Galatas *III.* 19. *Quid igitur lex ? propter transgressiones posita est* , *donec veniret semen* , *cui promiserat* . Ubi in Textu Græco legitur προσετέθη , hoc est apposita, adjecta , addita , superaddita est ; ita enim græcum illud verbum latine reddi potest .

Promiſſio facta Abrahæ impleta eſt poſt mille ſeptingentos nonagintaquatuor annos.

§. 5. Reſervatum eſt (1) igitur verbum per mille ſeptingentos nonagintaquatuor annos. Nam ex quo facta eſt promiſſio Abrahæ, uſque quo ipſa advenit, tempus, quo reſervata eſt, fuit mille trecentorum ſexagintaquatuor annorum poſt impoſitionem (2) legis, & ante legem quadringentis triginta annis. Cum autem venit, abrogavit obſervantias, quæ erant ex lege, & plenè, prorſuſque lex, & Prophetæ impleti ſunt in his duobus mandatis, de quibus Dominus Noſter locutus eſt. Ideoque ſcriptum eſt: *Omnes Prophetæ, & lex uſque ad Joannem Baptiſtam prophetaverunt.* Et Dominus Noſter dicit: *Non veni ſolvere legem, & Prophetas, ſed confirmare, & adimplere.* Et iterum ſcriptum eſt: *Veritas legis (3) per Jeſum facta eſt.*

Matth. XI. 13. *Matt. V. 17.* *Jo. I. 17.*

Quæ deerant legi, & Prophetis Chriſtus implevit; & per novum teſtamentum vetus ſublatum eſt.

§. 6. Et quid deerat legi, & Prophetis? Indigebant, ut confirmarentur, & adimplerentur. Quoniam deerat eis teſtamentum confirmatum, hoc eſt, verbum illud promiſſionis. Quippe non erat obſignatum teſtamentum, quod factum eſt per Moyſem, donec adveniret hoc ultimum teſtamentum, quia illud primum deſuper nuntiatum eſt, hoc autem ſubter ſignaculo (4) munitum. Et mortuus eſt, qui condidit teſtamentum, & deinde

Եւ պահեցաւ բանն զհազար, և զեօթնհարիւր, և իննսուն չորք ամս։ Զինչ 'ի ժամանակէ աւետիս յայտնման, զի տր_ ւան աւետիքն աբրահամու, մինչև եկն, և եղև նա 'ի պահպանութե հազար երեք հարիւր վաթսուն և չորք ամս զկնի օրէնսդրութեն. և կանխագոյն է քան զօրէնս չորեք հարիւր երեսուն ամաւ։ Եւ իբրև եկն, խափանեաց զպահսն, որ յօրինաց անտի էին. և լի, բովան_ դակ կատարեցան օրէնք, և մարգարէք 'ի վերայ այսց երկուց պատուիրանաց, զոր տր մեր ասաց վն նոցա։ Բայց բան գրեալ է, որ ասէ; ամ օրէնք, և մար_ գարէք մինչև ցյովհաննէս մկրտիչ մար_ գարէացան։ Եւ տրն մեր ասէ; ոչ եկի լուծանել զօրէնս, և զմարգարէս. այլ հաստատել, և կատարել զնոսա։ Եւ դարձեալ գրեալ է; ճշմարտութի օրի_ նացն 'ի ձեռն Յի եղև։

Ինչ զի՞նչ արդեօք պակաս էր յօրի- նաց անտի, և 'ի մարգարէից. զի կարօտ էին նոքա հաստատելոյ, և կատարել. այլ քանզի թողեալ կայր 'ի նոսա կտակն, բանն այն աւետեաց. քզի ոչ էին կնքեալ կտկարանքն, որ առ ձեռն մովսիսի, մինչև եկեսցէ հասնի այս վերջին կտակարանս; զի այն առաջինն վերոյ աւետարանե_ ցաւ, և 'ի ներքոյ դրոշմեալ հաստատե- ցաւ։ Եւ մեռաւ, որ եբեր զկտակն, և ապա հաստատեցան կտակարանքն եր_ կոքին,

(1) Hoc eſt, verbum promiſſionis, ſeu fœdus, aut teſtamentum confirmatum, ut vocat Apoſtolus, reconditum eſt, occultatum eſt. Ita in Pſalmo *CIV. v.* 8. 9. *Memor fuit in ſæculum teſtamenti ſui: verbi &c. quod diſpoſuit ad Abraham.* Et inferius in eodem Pſalmo *verſ.* 41. *Quoniam memor fuit verbi ſancti ſui, quod habuit ad Abraham.* Opportunè autem ad ea, quæ a S. Jacobo hoc loco dicuntur, S. Auguſtinus ad verba Apoſtoli ſuperius allata, ita ſcribit: *Hic certe ſi quæramus hoc teſtamentum, quod dicit confirmatum a Deo, non infirmari a lege, quæ poſt quadringentos & triginta annos facta eſt, utrum novum an vetus intelligendum ſit: quis reſpondere dubitet, novum? ſed in propheticis latebris occultatum, donec veniret tempus, quo revelaretur in Chriſto. S. Aug. contr. duas Ep. Pelag. lib. III. §.* 7. Et in eodem loco §. 13. poſt nonnulla alia: *Quomodo*, inquit, *vetus appellatur, quod poſt quadringentos & triginta annos factum eſt per Moyſen; & novum dicitur, quod ante tot annos factum eſt ad Abraham? qui ex hoc non litigioſe, ſed ſtudioſe movetur, intelligat primum, quia cum ex anteriore tempore dicitur vetus, ex poſteriore autem novum; revelationes eorum conſiderantur in his nominibus, non inſtitutiones. Per Moyſen quippe revelatum eſt Teſtamentum vetus &c. Revelatio autem novi Teſtamenti in Chriſto facta eſt, cum eſt manifeſtatus in carne.* Et in libro *XVI.* de Civitate Dei *cap. XXVI. §.* 2. *Quid eſt enim, quod dicitur Teſtamentum vetus, niſi occultatio novi? Et quid eſt aliud, quod dicitur novum, niſi veteris revelatio?*

(2) In enumerandis annis a lege data in monte Syna per Moyſen uſque ad Chriſti adventum non omnes ſacræ Scripturæ Interpretes, & Chronographi conveniunt, ſed alii majorem, alii minorem numerum annorum conſtituunt, qui minorem, mille & quadringentos nonaginta circiter annos enumerant; ita Uſſerius, aliique recentiores, qui ejus temporum ſupputationem, & Chronologiam probant, ac ſequuntur. Sanctus autem Jacobus centum viginti ſex annos minus ſupputat.

(3) *Lex per Moyſen data eſt, gratia & veritas per Jeſum Chriſtum facta eſt.* Joan. I. 17.

(4) Primum teſtamentum ſuperne nuntiatum eſt, quia a Deo datum eſt per Moyſen Populo Iſraelitico, non autem eſt inferius obſignatum, quia non fuit confirmatum ſanguine & morte Teſtatoris. At verò ſecundum teſtamentum Chriſtus Dominus ſubter, hoc eſt in terra Sanguine, & morte ſua obſignavit, confirmavitque, ut nos docet Apoſtolus in epiſtola ad Hebræos *IX.* 15., ubi de Chriſto Domino: *Et ideo*, inquit, *novi teſtamenti mediator eſt, ut morte intercedente in redemptionem earum prævaricationum, quæ erant ſub priori teſtamento, repromiſſionem accipiant, qui vocati ſunt, æternæ hæreditatis. Ubi enim teſtamentum eſt, mors neceſſe eſt intercedat Teſtatoris. Teſtamentum enim in mortuis confirmatum eſt, alioquin nondum valet, dum vivit, qui teſtatus eſt.* Ideo S. Auguſtinus in enarratione ad Pſalmum *LXXXVIII. v.* 29. de Chriſto inquit: *Ipſe mediator teſtamenti, ipſe ſignator teſtamenti, ipſe fidejuſſor teſtamenti, ipſe teſtis teſtamenti, ipſe hæreditas teſtamenti, ipſe cohæres teſtamenti.*

կուշիւ, և արար զերկոսին մի, և զօրէնս պատուիրանաց 'ի պատուէրս հրամանի իւրոյ խափանեաց, և պէտք օրինացն խափանեցան 'ի գալստեան Տն̃ մերոյ; և մատոյց զանձն իւր փոխանակ պատարագացն այնոցիկ, որ յօրինաց անտի էին; և մատնեցաւ նա իբրև զգառն մի 'ի սպանդ փոխանակ գառանցն քաւու̃թե; և զենաւ մեզ եզն պարարակ, զի մի՛ լիցուք կարօտ մատուցանել զորթս յանդաց; եկն, և ել 'ի խաչ, զի մի՛ խնդրեսցեն 'ի մէնջ զոհք, և պատարագք; եհեղ զարիւն իւր փոխանակ ա̃մ մարդկանց, զի մի՛ խնդրեսցի 'ի մէնջ արիւն զազրանաց. Եմուտ նա 'ի խորանն սրբու̃թեց, որ առանց ձեռագործին է. և եղև քահանայ, և պաշտօնեայ սրբու̃թե 'ի ժամանակէ անտի յնմանէ յորմէ հետէ խափանեաց նա զպահս օրինաց; և 'ի ժամանակէ անտի յայնմանէ յորմէ հետէ կապեցին զնա, կապեցան տօնք տարեկանաց նոցա իբրև 'ի շղթայս. Եւ զի կամեցան դատել զարդարն, անցոյց 'ի նոցանէ զիրաւունս դատաստանացն; և զի անարգեցին նոքա զարքայու̃թի, Թագաւորու̃թե նորա, եբարձ 'ի նոցանէ զտէրու̃թի, և զթագաւորու̃թի. քանզի եկն նա, որոյ իւր է արքայու̃թի; և եղև նա պատարագ կենդանի փոխանակ մեր, և խափանեաց նա զզոհս, և զպատարագս նոցա; և եղեն որդիքն Իս̃լի առանց պատարագաց, և առանց սեղանոյ, և առանց այն, որ զգենոյր զհանդերձ քահանայու̃է, և արկանէր ըզ խունկս առաջի Տն̃. Եւ խափանեցան 'ի նոցանէ տեսիլք, և մարգարէք, զի ոչ եղեն նոքա ունկնդիր մեծի մարգարէին; և լցեալ կատարեցաւ կտակն առաջին, վերջին կտակաւս. Ծերացան, հնացան գործքն օրինց̃, և դարձան յապականու̃թի; 'ի ժամանակէ անտի յորմէ հետէ տուեալ նորն, խափանեցաւ հինն. Եւ ոչ եթէ միայն 'ի ժամանակէ անտի գալստեան Տն̃ մերոյ անարգեցան զոհք, և պատարագք նոցա. այլև սոյնպէս քան զայն ժամանակ ոչ քաղցրեցան նմա զոհքն նոցա, որպէս և գրեալ է; ոչ ուտեմ ես զմիս զուարակաց քոց, և ոչ զարիւն նոխազաց քոց ըմպեմ ես. այլ մատոյ այ̃ զպատարագ օրհնու̃թե, և կատա_

րեա

de confirmata sunt duo testamenta, & fecit duo unum, & legem præceptorum in mandatis præcepti sui abrogavit, & necessitas legis abrogata est in adventu Domini Nostri: & obtulit semetipsum pro sacrificiis illis, quæ erant ex lege: & traditus est ille tanquam agnus ad immolandum pro agnis propitiationis; & immolatus est pro nobis vitulus saginatus, ne indigeremus offerre vitulos agri. Venit, & ascendit in Crucem, ne requirerentur a nobis victimæ, & sacrificia. Effudit Sanguinem suum pro omnibus hominibus, ne requireretur a nobis sanguis brutorum. Introivit ille in tabernaculum Sanctorum non manufactum; & fuit Sacerdos, & Minister sanctorum ab illo tempore, ex quo abrogavit observantias legis. Et ab illo tempore, quo ligaverunt eum, ligatæ sunt quasi vinculis annuæ eorum festivitates. Et quia ausi sunt judicare justum, Deus ademit illis jura judiciorum. Et quia contempserunt auctoritatem ejus, & imperium, abstulit ab eis dominium, & regnum; quoniam venit ille, cujus est regnum. Et fuit ipse sacrificium vivum pro nobis, & victimas, & sacrificia eorum abrogavit: & fuerunt filii Israel sine sacrificiis, & sine altari, & sine eo, qui induebat vestes Sacerdotales, & incensum offerebat coram Domino. Et ablatæ sunt ab eis visiones, & Prophetæ, quia non audierunt magnum Prophetam. Et adimpletum est primum testamentum per hoc ultimum testamentum. Senuerunt, & inveterata sunt opera legis, & conversa sunt in corruptionem. Ab eo tempore, quo datum est novum, abrogatum est vetus. At vero non solum ex ipso tempore adventus Domini Nostri spretæ, & repudiatæ sunt victimæ, & sacrificia eorum, sed etiam ante hoc tempus non placuerunt Deo victimæ ipsorum, sicut & scriptum est: *Non ego* (1) *manduco carnes taurorum tuorum, neque sanguinem hircorum tuorum poto; sed immola Deo Sacrificium laudis, & redde Altissimo vota tua*: Et iterum dicit scriptum: *Cor* (2) *sanctum quærit Deus*. Et rursus ait Dominus: *Non*

Ad Hebr. IX. 11 12.

Oseas III. 4.

Psalm. XLIX. 13.

Ibid. 14.

Prov. XI. 20.

(1) *Numquid manducabo carnes taurorum? aut sanguinem hircorum potabo? Immola &c.* Psal XLIX. 13. ita Lat. vulgata. Versio autem Syriaca: *Non comedo carnem juvencorum, & sanguinem hircorum nequaquam bibo.*

(2) *Abominabile Domino cor pravum.* Prov. XI. 20. In Paraphrasi Chaldaica: *Abominatur Deus pravos corde, & vult illos, qui simplices sunt.* Et in versione Syriaca: *Abhorret Dominus a profundis corde: & delectatur iis, qui sine macula sunt in via.* Noster autem Sanctissimus Scriptor, ut mos ei est, sensum Scripturæ attulisse, non verba, videtur.

Jerem. VI. 20. Psalm. L. Isaias I. 11. *Non placuerunt mihi victimæ, & holocausta* (1) *sacrificiorum nolo. Sacrificium Deo spiritus contribulatus.* Et per Isaiam: *Non est*, inquit, *mihi* (2) *opus multitudine victimarum vestrarum.* Et rursus
Ibid. 14. dicit eis Deus per Prophetam: *Odi, & sprevi Calendas, & solemnitates vestras, & non amplius odorabor futura incensa vestra.*

In duobus mandatis universa lex, & Prophetæ continentur. §. 7. Verbum autem illud, quod dixit Dominus, & Salvator noster, quoniam in duobus mandatis pendent lex, & Prophetæ, pulchrum, bonum, congruum, & conveniens est, dicente ipso
Matth. V. 18. Domino Nostro: *Apex unus a lege, & Prophetis non præteribit, donec omnia fiant.* Accepit ille legem, & Prophetas, & conclusit, ac suspendit eos in duobus mandatis, & nihil ex eis (3) abrogavit. Nam si perpenderis bene verbum illud, in eo est vera observatio legis, & id omne, quod scriptum est in lege, sub
Deut. VI. Matth. XXII. hoc verbo comprehenditur: *Diliges Dominum Deum tuum ex tota anima tua, & ex tota virtute tua, & ex omnibus substantiis tuis.* Etenim omne opus ideo faciendum in lege erat, ut accederent ad diligendum Dominum Deum suum, & ut unusquisque diligeret proximum carnis suæ tanquam semetipsum. Itaque hæc duo mandata sunt supra omnem legem. Et quidem si consideraveris, & inspexeris legem, invenies in principio illius sic
Exod. XX. scriptum. *Ego sum* (4) *Dominus Deus tuus, qui eduxi te ex terra Ægyptiorum; non facies tu tibi similitudinem aliquam imaginum.* Cum autem aliquis non facit sibi alium Deum præter illum, existit jam inde sub isto verbo, in quo pendent lex, & Prophetæ. Et memento, me scripsisse tibi, quod justis posita non est lex. Quippe qui observat veritatem justitiæ, su-

րեալ բարձրելոյն զուխտս քո։ Եւ դարձեալ ասէ. զոհս ոչ խնդրէ ա͞ծ։ Եւ դարձեալ ասէ. ոչ հաճեցայ ես ընդ զոհս, և զողջակէզս պատարագաց ես ոչ կամիմ. պատարագ ա͞յ, ոգի խոնարհ է։ Եւ Եսայի ասէ. չէ ինչ ինձ պիտոյ բազմութ͞ի զոհիցդ ձերոց։ Եւ դարձեալ ասէ ցնոսա մարգարէն. ատեցի, և անարգեցի զտօնս տարեկանաց ձերոց, և ոչ ևս հոտոտեցայց 'ի խունկս հանդերձեալս ձեր։

Զայս բան, զոր ասաց տ͞րն մեր, և փրկիչ, զի 'ի նմա կախեալ կան օրէնք, և մարգարէք, գեղեցիկ, բարի, և վայելուչ է։ Քանզի տ͞ր մեր այսպէս ասէ. Նշան մի յօրինաց, և 'ի մարգարէից ոչ անցցէ, մինչև ա͞մ կատարեսցի։ Էառ նա զօրէնս, և զմարգարէս, և կախեաց զնոսա յերկուս պատուիրանս, և ինչ ոչ խափանեաց 'ի նցէ։ Եւ եթէ հայիցիս բարւոք 'ի բանս յայս, այսօ͞ր է ճշմարիտ պահպան օրինաց. և ա͞մ ինչ որ գրեալ է նմա, 'ի ներքոյ բանիս այսորիկ է։ Սիրեսցես զտ͞ր ա͞ծ քո յա͞մ անձնէ քումմէ, և յա͞մ զօրութ͞է քումմէ, և յա͞մ ստացուածոց քոց, և ա͞մ ինչ որ ինչ գործ էր յօրէնսանդ, զի մերձեսցին սիրել զտ͞ր ա͞ծ իւրեանց, և զի սիրեսցէ ոք զմերձաւոր մարմնոյ իւրոյ իբրև զանձն իւր; Եւ այս երկու պատուիրանս 'ի վերոյ են քան զա͞մ օրէնս։ Եւ իբրև դիցես 'ի մտի քում, և հայեսցիս յօրէնս անդր, 'ի սկզբանն այսպէս գրեալ է. Ես եմ տ͞ր ա͞ծ քո, որ հանի զքեզ յերկրէն եգիպտացւոց։ Մի՛ արասցես դու քեզ նմանութ͞ի ինչ պատկերաց։ Եւ իբրև ոչ ոք առնէ իւր այլ ա͞ծ բաց 'ի նմանէ, լինի նա այնուհետև 'ի ներքոյ բանիս այսմիկ, յորում կախեալ կան օրէնք, և մարգարէք։ Եւ զայս յիշեսջի՛ր դու, զի գրեցի ես քեզ, եթէ 'ի վերայ արդարոց օրէնք ինչ ոչ կան։ Քանզի այն, որ պահէ զճշմարտութ͞ի արդարութ͞ե, 'ի վերոյ է նա քան զհրամանս պատուիրանաց, և 'ի վե-

(1) *Holocautomata vestra non sunt accepta, & victimæ vestræ non placuerunt mihi* Jerem. VI. 20. *Sacrificium Deo spiritus contribulatus*. Psal. L. 19.

(2) *Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum, dicit Dominus? plenus sum.* Isa. I. vers. 11. & 13. *Ne offeratis ultra sacrificium frustra: incensum abominatio est mihi. Neomeniam, & Sabbatum, & festivitates alias non feram, iniqui sunt cœtus vestri: calendas vestras, & solemnitates vestras odivit anima mea.* Horum verborum sensum paucis hic S. Jacobus expressit.

(3) Quo sensu hæc accipienda sint, Christum Dominum, cum in terris natus est, nihil ex eis, quæ scripta erant in veteri lege abrogasse, intelligi potest ex S. Augustino, qui ita scribit contra Pelagianos: *Christus nobis abstulit illud gravissimum multarum observationum jugum, ne carnaliter circumcidamur, ne pecorum victimas immolemus, ne Sabbatho septeno, dierum volumine redeunte, ab operibus etiam necessariis quiescamus, & cætera hujusmodi; sed ea spiritaliter intellecta teneamus, remotisque umbris significantibus, in rerum ipsarum, quæ significantur, luce vigilemus. August. lib. III. contr. duas Ep. Pelag. §. 10.*

(4) *Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti de domo servitutis. Non habebis deos alienos coram me. Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem, quæ est in Cœlo desuper &c.* Exod. XX. 2. Lat. vulg. *Ne facias Tibi omne simulacbrum, omnemque similitudinem.* vers. Syr.

'ի վերայ քան զօրէնս, և զմարգարէս; Եւ հաստատուն, և ճշմարիտ է բանն, զոր ասաց Տէրն մեր, եթէ մի՛ անցցէ յովտ նշանն մի յօրինաց, և 'ի մարգարէից. զի կնքեաց, և էած, կատարեաց յերկուս պատուիրանս.

supra jussum mandatorum, & supra legem, & Prophetas constitutus est. Atque ita firmum manet, & verum est verbum, quod dixit Dominus Noster, nempe: *Jota unum, aut unus apex non præteribit a lege, & a Prophetis*. Quoniam ea conclusit, comsummavitque in duobus mandatis. *Matt. V.*

Լուր դու զհաւաստութիւն հաճութեան բանիս այսորիկ; եթէ ասիցի թէ ընդէ՞ր գրեալ է բանս այս ընակութեան որդւոցն ԻՍի յԵգիպտոս չորեք հարիւր երեսուն ամ; Իբրև աւետարանեցաւ բանս այս Աբրահամու. եթէ չորեք հարիւր ամ եղիցի. և ընկալան զերեսուն ամե-լի; ցուցանեմ քեզ սիրելի, թէ զիարդ եղև սա. Իբրև եկն, եհաս կատարած չորեք հարիւր ամին, առաքեցաւ Մով-սէս, զի փրկեսցէ զնոսա. 'ի ժամա-նակին իբրև եհար, եսպան նա զայրն Եգիպտացի. և նք անարգեցին զփրկիչն իւրեանց; եւ եղև փախստեայ Մովսէս, և գնաց յերկիրն Մադիամու; Եւ եղև բարկութիւն սրտմտութեան 'ի վերայ որդ-ւոցն Իսրայելի, զի կացցեն մնասցեն անդէն 'ի նմին ծառայութեան յերկրին Եգիպտացւոց զերեսուն ամ, ասեն ցՄովսէս; Իսկ զքեզ ո՞վ կացոյց իշխան, կամ դատաւոր 'ի վերայ մեր. Եւ իբրև անարգեցին նոքա զփրկիչն իւրեանց, բարկութիւն սրտմտութեան Տն ԱՅ արգել զնոսա

§. 8. Audi nunc explicationem eorum, quæ superius posita sunt. Si enim dicatur, quare scriptum est habitasse filios Israel in Ægypto quadringentos triginta annos? cum annunciatum sit Abrahæ, id futurum per quadringentos annos, & cur superadditi sunt (1) triginta anni? Ostendam tibi, Carissime, quomodo hoc factum sit. Cum elapsi, & impleti fuissent quadringenti anni, missus est Moyses, ut Israelitas salvaret eo tempore, quo virum illum Ægyptium occidit, & percussit. Illi autem contempserunt Salvatorem suum. Et fugit Moyses, & abiit in terram Madian, & fuit ira furoris super filios Israel, adeo ut manerent, & perseverarent deinde in illa servitute in terra Ægyptiorum aliis triginta annis. Dixerunt enim Moysi: *Et quis constituit te principem, vel Judicem super nos?* Et cum contempsissent Salvatorem suum, ira furoris Domini Dei detinuit insuper eos illic triginta (2) annis.

Deus contrahit; & producit tempora. *Exodi XII. 40.* *Genes. XV. 13.* *Act. VII. 6.* *Exod. II. 14.*

(1) Quæ hoc loco a S. Jacobo differuntur, videri possunt alieno loco posita esse, & collocanda fuisse post ea, quæ de prædictione facta per visionem Abrahamo, paulo supra enarravit. Sed præter alia, quæ responderi possunt, fortasse Sanctus Doctor Nisibenus hic ea posuit, ut simul ostenderet, sicut tempora pro iis rebus implendis, & consummandis, quæ in sacris Scripturis a Deo per Prophetas prædicta erant, mira Divini consilii altitudine modo contracta, modo producta sunt, ita Deum, quæ præcipiebantur in lege, & Prophetis, sub duobus mandatis, contraxisse, & consumasse juxta verbum Christi Domini: in duobus mandatis pendent omnis lex, & Prophetæ, nempe in Dei, & proximi dilectione, in caritate Dei, quæ *diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis*. Rom. *V.* 5.

(2) In visione illa, quæ relata est in Genesi *cap. XV. v.* 13. Deus Abrahamo prædixit, semen ejus peregrinum futurum, & in servitute quatuorcentum annis, non verò quatuorcentum triginta, idemque annorum numerus in actis Apostolorum a Beato Stephano Protomartyre in celebri illa concione, quam ad incredulos Judæos habuit, enunciatus fuit *Act. Apost. cap. VII. v.* 6. tum etiam in libro Judith *cap. V. v.* 9. Hinc autem quæstio exoritur, quomodo hæc conciliari possunt cum iis, quæ scribit Apostolus, legem datam fuisse post quatuorcentum triginta annos, quam promissiones Abrahæ factæ sunt, ac proinde ejus semen in peregrinatione, ac servitute fuisse non annis quatuorcentum dumtaxat, sed quatuorcentum triginta, quod etiam expresse, ac aperte narratur non modo in epistola ad Galatas, sed etiam Exodi *cap. XII. v.* 40. *Habitatio*, inquit Scriptura, *filiorum Israel, qua manserunt in Ægypto, fuit quadringentorum triginta annorum*. Primum id responderi solet, quod ad verba Protomartyris Stephani adnotat Lorinus his verbis: *Hic numerus annorum habetur etiam in Genesi* cap. XV. 13., *& in libro Judith* V. 9., *quamvis nonnulli Codices, & auctores addiderint in hoc loco actuum*: TRIGINTA, *ut S. Thomas, Rabanus, & Cajetanus in epistola ad Galatas, nec non Cajetanus, & Glossa tractantes præsentem locum, & Gagnejus contendit ita legi debere, tum propter auctoritatem Glossarum, tum maxime ex verbis Pauli in dicta Epistola*: Et quidem in Fastis Siculis, ubi visio illa Abrahæ recensetur, legitur quadringentis triginta annis, τετρακοσία τριάκοντα ἔτη, non autem quadringentis dumtaxat. Secundo alii dicunt, (*ita Procopius Gazæus in Genesi, aliique Interpretes*) Moysen Historicorum more numero rotundo usum esse, atque ita tempus illud, rejectis, qui centenarium numerum excedebant, annis, enunciasse, præsertim quia, ut notum est, & testatur Magnus Augustinus: *Solet Scriptura tempora ita nuncupare, ut quod de summa perfectioris numeri paulum excrescit, aut infra est, non computetur*. *August. quæst. in Exod. lib. II. qu.* 47. *n.* 6. Nodum autem istius difficultatis hoc loco solvit S. Jacobus, docens, Deum ob Israelitarum culpas tempori eorum servitutis, quod Abrahæ prædixerat, triginta alios annos addidisse. Hæc autem fuit etiam veterum Rabbinorum sententia, teste Jacobo Usserio, qui in Chronologia sacra: *Annos triginta*, inquit, *additos iis* (nempe quadringentis) *postea fuisse Ge-*

run-

nis. Et deinde cum multiplicatæ fuissent angustiæ tribulationis eorum, eos Dominus Deus e terra Ægyptiorum eduxit. Ex his autem, quæ fecit Deus, suam longanimitatem manifestavit, volens, ut illi corrigerentur de contemptu,
Genes. XV. 16. quo despexerunt Moysen: & ut complerentur peccata iniquitatis Amorrhæo-
Ibid. 13. rum, ideoque supra annorum mensuram, quam prædixit Abrahæ, adjecit populo triginta annos. Atque ita erga Amorrhæos longanimis fuit, parcendo peccatis eorum per septuaginta annos, triginta in terra Ægyptiorum, & quadraginta in deserto. Deinde cum impleti essent quatuor centum triginta anni, & completa essent peccata Amorrhæorum, duxit, & introduxit Israel in terram promissorum donorum. Id enim scias velim, Carissime, Deum nulla lege teneri, tempus enim nonnunquam, quod est longum, contrahit, & minuit, & tempus, quod est breve ac modicum, interdum producit, & auget. Imprecatus est, & maledixit hominibus in diebus Noe,
Genes. VI. 3. dicens: *Erunt dies vitæ hominum centum viginti anni*; & delens interemit eos anno sexcentesimo vitæ Noe, ac proinde dempsit viginti (1) annos. Et iterum scriptum est, cum iniquitates regni Ephraim multiplicatæ essent, & regnavisset super eos Jeroboam filius Nabat, qui prævaricatus est, & fecit prævaricari Israel; & cum peccata peccatis addidissent, dixit Deus per os Isaiæ Pro-
Isaias VII. 8. phetæ: *Post (2) sexagintaquinque annos deficiet regnum Ephraim a populo illo*. In

զնոստ անդէն զամս երեսուն ։ Եւ ապա իբրև բազմացան նեղութիւնք ճգնութե նոցա, եհան զնոստ տ̄ր ա̄ծ յերկրէն եգիպտացւոց ։ Օայս ա̄մ զոր արար ա̄ծ, զերկայնմտութիւն իւր եցոյց ։ Նախ, զի նոքա խրատեսցին զ̄ն անարգանացն Մովսեսի ։ Երկրորդ, զի կատարեսցին մեղք անօրէնութե ամուրհացւոց, առ ելի քան զչափն, զոր ասաց ցաբրահամ, յաւել ժողովրդեանն զերեսուն ամ ; և առ ամուրհացիս երկայնամիտ եղև, 'ի նե_ րել թողութե մեղաց նոցա զեօթանա_ սուն ամ, զերեսուն յերկրին եգիպտացւոց, և զքառասուն ամ յանապատի անդ ։ Ապա իբրև կատարեցաւ չորեք հարիւր երեսուն ամ, և լցաւ մեղքն ամուրհացւոց, տարաւ եմոյծ զնոստ յերկիրն խոստացեալ պարգևաց ։ Բայց զայս գիտասջի՛ր դու սիրելի, թէ ա̄ծ առանց օրինաց է ; զոր ժամանակ եր_ կայնէ, և կարճէ. և է ժամանակ, յա_ ւելու, զի սակաւ է ։ Նզովեաց, և անէծ զնոստ յաւուրս նոյի, զ̄ն անօրէնութե մարդկան, և ասէ ; եղիցին աւուրք կե_ նաց մարդկան հարիւր քսան ամ, և ջնջեալ սատակեաց զն̄ յամին վեց հար_ իւրերորդի կենացն նոյի, և պակասե_ ցոյց քսան ամ ։ Եւ դարձեալ գրեալ է, 'ի ժամանակի իբրև անօրէնութիւնք ա_ նօրէն թագաւորութեն եփրեմի բազ_ մացան, իբրև թագաւորեաց 'ի վերայ նոցա րօբօվամ նաբատեանց, որ անօրի_ նեցաւ, և անօրինեցոյց զիսրայէլ ; և իբրև մեղան ՝ և յաւելան նոքա, ասաց վ̄ն նոցա 'ի մարգարէութե եսայեայ մար_ գարէի ; յետ վաթսուն և հինգ ամի, պակասեսցի թագաւորութի եփրեմայ 'ի ժո_

rundensis, & Abarbinel. existimant ob Israelitarum in Ægypto peccatum, uti etiam in deserto detenti iidem fuerunt propter exploratorum iniquitatem. Jacob. Usser. Chron. Sac. pars prior cap. IX. pag. 55. An ex Hebræorum traditionibus, quæ hic S. Jacobus tradit, acceperit, mihi pro certo haud compertum est, sed neque inverisimile existimo. Quoniam magnus Hebræorum erat numerus in Mesopotamia, & celebris in Babylone schola; & in ipsa civitate Nisibi sacræ Scripturæ Hebræis explicabantur, ut tradit Cassiodorus de Institutione Divinarum Scripturarum *in præfatione*: *Nunc etiam*, ait, *in Nisibi civitate Syrorum Hebræis sedulo fertur exponi*.

(1) *Jam didicimus, quod quando indignatio & prædictio Domini facta est, Noe fuit annorum quingentorum: quando autem inductum est diluvium, sexcentorum; ita intercesserunt anni inter prædictionem, & diluvium centum, & in iis annis ne tantillum quidem profecerunt, licet tantopere docerentur a Noe arcam fabricante. Sed fortasse quærat aliquis: Quare cum dixit Dominus, centum viginti anni erunt dies eorum, promiseritque de tanto tempore longanimitate usurum, antequam implerentur anni promissi, universale introduxit excidium. Etiam hoc ipsius clementiæ maximum est argumentum, & indicium. Nam quoniam vidit quotidie incurabiliter illos peccare, & non solum nihil ex ineffabili longanimitate sua proficere, sed & incrudescere ulcera; propterea succidit tempus, ut ne majori scilicet pœnæ se obnoxios facerent*. Ita Sanctus Joannes Chrysostomus *Homil. XXV. in cap. 7. Genes. pag.* 294. cui consonat Theodoretus Episcopus Cyri, qui in caput *I.* Ezechielis: *Noe*, inquit, *cum ad pœnitentiam centum viginti annos præfinisset, conspecto iniquitatis incremento, haud expectavit sententiæ finem, ut peccati progressionem comprimeret*. Itaque juxta veterum Patrum, & Catholicæ Ecclesiæ doctrinam rectissime nos docet S. Jacobus, Deum ob ineffabilem ejus misericordiam tempora modo contrahere, modo producere.

(2) *At adhuc sexaginta, & quinque anni, & desinet Ephraim esse populus*. Isa. VII. 8. lat. vulg. *Et in fine sexaginta & quinque annorum cessabit regnum domus Israel*. Ita versio Syriaca, tum etiam Græca 70. *Adhuc sexaginta & quinque annis deficiet regnum Ephræm de populo*. Similiter Arabica,

'ի ժողովրդեանն անուն . յամս Ոքոզեայ
եղև պատգամն . և յամին չորրորդի Եզե-
կիայ արքային , եկն եհար 'ի վերայ նոցա
Շաղմանասար արքայ Ասորեստանեայց ,
և զկնի նորա Թագղաթփաղասար . և գե-
րի առին վարեցին զնոսա յերկիրն իւր-
եանց . Թագաւորեաց Աքազ վեշտասա-
սան ամ ; և յամին չորրորդի Եզեկիայ
արքային տիրեցին 'ի վերայ նոցա Թա-
գաւորք Ասորեստանեայց ; քսան ամ
միայն լնուն , և պակասեաց Եփրեմ յիս-
րայէլէ . և քառասուն և հինգ ամ պա-
կասեաց 'ի նոցանէ .

Եւ այս , զի յառաջագոյն ասաց ,
և եդ ժամանակ . և ոչ կատարեաց
զչափն , զոր եդեալ էր . ոչ իբրու թէ ոչ
գիտէր , զի ասաց վ̄ն նոցա թէ այսպէս
եղիցի , և ապա յաւելուն , և պակասին
ամք . Գիտէր ա̄ծ թէ յայսչափ գան
հասանին , և նա վ̄ն ողորմութե̄ գթութե̄
իւրոյ , այս տեղի ապաշխարութեան ,
զի առ ամնց պատասխանի տալոյ եղիցին
մարդիկք . Բայց մարդիկք արհամար-
հէին զերկայնմտութի , և զներողութե̄
ա̄յ . Եւ 'ի ժամանակի իբրև լսէին
թէ բազում ժամանակք կան , և ապա
գան հասանին սասցեալ բարկութի 'ի
վերայ նոցա , և համարձակէին 'ի մե-
ղան-

In annis (1) Ochoziæ ſermo factus eſt, & anno quarto Ezechiæ Regis venit, & irruit ſuper eos Salmanaſar Rex Aſſyriorum, & ante eum Theglatphalaſar, & duxerunt eos captivos in terram ſuam. Regnavit Achaz ſexdecim annos: & anno quarto (2) Ezechiæ Regis dominati ſunt ſuper eos Reges Aſſyriorum: elapſi ſunt viginti anni tantum, & Ephraim defecit in Iſrael. Quadraginta igitur quinque anni eis imminuti, & detracti (3) ſunt, & quam Deus per Prophetam prænunciaverat, & præfiniverat, conſtitutam temporis menſuram non complevit. 4. Reg. XVII. 5. XVIII. 9. 4. Reg. XV 20. 1. Paral. V. 26. Job I. 4. Reg. XVI. 2.

§. 9. Hoc autem non ideo quaſi futuri neſcius ſit Deus, cum dixerit ita futurum, & poſtea aucti, vel diminuti ſunt anni. Sciebat Deus ad quam menſuram anni perventuri eſſent. Verum enim propter clementiam miſericordiæ ſuæ dedit locum pœnitentiæ, ut homines non haberent, quid poſſent reſpondere. Sed homines illi longanimitatem, & indulgentiam Dei contemnebant, & cum audirent multa poſt tempora Dei iram ſuper eos venturam, peccare coram eo audebant dicentes: *Quidquid* (4) *Prophetæ iſti dicunt, in tempora remota prophetant*. Itaque cum in hunc modum ſecum co- Deus neque ex inſcitia, neque ex inſtabilitate hec facit. Ezech. XII. 27.

(1) Error in textu irrepſiſſe videtur, & legendum hoc modo: *In annis Achaz filii Joathan, filii Oziæ*: Ita enim habetur initio capitis ſeptimi Iſaiæ, ubi Propheta prædicit poſt ſexagintaquinque annos in alienam poteſtatem Iſraelitas conceſſuros: *Et factum eſt*, ſunt verba ſacræ Scripturæ, *in diebus Achaz filii Joathan filii Oziæ Regis Juda, aſcendit Raſin Rex Syriæ &c.* Et paulo inferius verſ. 8. *Et adhuc ſexaginta & quinque anni, & deſinet Ephraim eſſe populus*.

(2) Anno, qui erat ſeptimo Oſeæ Regis Iſrael, & quartus Ezechiæ Regis Juda, Salmanaſar Rex Aſſyriorum obſedit Samariam. Urbe autem obſidione cincta, quæ totius Regni caput erat, & univerſa Iſraelitarum terra hoſtilibus armis occupata, jam tum defeciſſe, ſeu dejectum, & proſtratum fuiſſe, ut ſignificant verba Hebraica Iſaiæ Prophetæ, Regnum Ephraim, ſeu Iſrael, nemo certe eſt, qui non intelligat; triennio autem poſt eadem urbe capta, & Iſraelitico populo in Aſſyriam tranſlato, idem Regnum penitus deletum, & extinctum eſt. Itaque recte ſcribit S. Jacobus, anno quarto Ezechiæ Regis Juda Reges Aſſyriorum Iſraelitis dominatos fuiſſe, atque eis eveniſſe, quæ Deus per os Iſaiæ comminatus fuerat. Nam per id tempus Samaria ab hoſtibus obſeſſa, & in ea Rege Oſea arctiſſime clauſo, tota Iſraelitarum regio in Aſſyriorum poteſtatem venerat.

(3) Alia hujus Prophetiæ explicatio ad conciliandum tempus a Propheta prædictum cum anno, quo res evenit, ex Hebræorum doctrina affertur a B. Hieronymo *in Comment. ad cap. VII Iſaiæ*, ut integer numerus annorum ſexaginta & quinque, poſt quorum ſpatium everſionem Iſraelitici Regni futuram prædixit Iſaias, habeatur; etiamſi poſt Prophetæ prædictionem viginti, vel, ut multum, vigintiquinque annis contigerit. Expoſitio autem ab Hieronymo allata talis eſt: computandos eſſe annos non ab initio Regni Achaz, ſub quo ille vaticinatus eſt, ſed a tempore prophetiæ Amos, qui eadem prædixerat anno vigeſimoquinto Oziæ Regis Juda, biennio ante terræmotum. Regnavit autem Ozias quinquaginta duobus annis, ex quibus, ſi ſubtrahantur anni vigintiquinque, ſuperſunt anni viginti & ſeptem, quibus additis annis ſexdecim Regni Joathan, & totidem Regni Achaz, & ſex Ezechiæ, anno enim regni ejus ſexto capta eſt Samaria, habebitur integra ſumma ſexaginta & quinque annorum. Singularis igitur eſt interpretatio S. Jacobi, & magni facienda, præferendaque videtur Hebræorum explicationi, quamvis eam omnes tum veteres, tum recentiores, quos ego viderim, interpretes ſequantur, quia meliorem nondum invenerunt. Unus, quem ego legerim, Grotius eſt, qui Hieronymi, aut potius Hebræorum expoſitionem reſpuens audacter affirmat, mendum irrepſiſſe in Textum Hebraicum: Hebræos vero ad ſuorum Codicum fidem, & auctoritatem ab aliorum criminationibus tuendam, ingenio ſuo explicationem ſuperius allatam excogitaſſe. Sed Grotio reſponderi poteſt, quod S. Auguſtinus reponebat Manichæis ex Magiſtri ſui improba, ſceleſtaque doctrina contendentibus, epiſtolam Pauli ad Romanos eſſe corruptam. Ita enim Manichæum alloquitur: *corruptam eſſe contendis, aliam proferas incorruptam, vel alium codicem potius, in quo ejuſdem Apoſtoli eadem epiſtola ſincera, & incorrupta conſcripta ſit*. Auguſt. *de mor. Eccl. cap. 29.*

(4) *Ecce domus Iſrael dicentium: viſio, quam hic videt, in dies multos; & in tempora longa iſta prophetat*. Ezech. XII. 27. ita vulgata, aliæque verſiones.

cogitare homines cœpissent diebus Ezechielis Prophetæ; dicit Dominus ad Ezechielem; *Vivo (1) ego, dicit Dominus, factor voluntatis, non ulterius tardabo verba mea, sed quod dico, illico conficiam, & implebo*. Id autem, ut dixi, ideo factum est, quia prius constituit eis temporis mensuram, spatiumque pœnitendi elargitus est. Illi autem spreverunt longanimitatem Dei, & non conversi sunt ad pœnitentiam; ideo mutavit postea Deus tempus positum, & stabilitum. Hoc autem non quasi nesciens fecit, sed sicut & scriptum est: *Væ (2) illis, qui efficiunt se miseros; vos autem nolite efficere vos miseros: mendacium ne decipiat vos*. Et iterum dictum est per Jeremiam Prophetam; *Si dixerim de populo, & regno, evellam, destruam, subvertam, disperdam, & dissipabo; & convertatur populus ille a peccatis suis, & ego pœnitentiam agam super sermones meos, & avertam ab eis mala, quæ locutus sum contra eos*. Et iterum dicit: *Si dixero de populo, & regno: ædificabo, & plantabo, & ille perpetraverit iniquitates suas; & ego pœnitentiam agam super verba mea, & avertam ab eis bonum, quod locutus (3) sum, ut facerem eis*.

Ezech. XII. 28.

Jerem. XVIII. 7.

Ibidem 10.

Fundamentum novi fœderis esse Fidem; universam autem legem contineri in duobus mandatis.

§. 10. Sed eorum, quæ scripsi tibi, Carissime, in mentem revoca, quod prius in sermone de fide ostendi tibi: fide firmari fundamentum hujus fœderis, in quo nos sumus. Et in hoc secundo sermone tibi modo significavi: universam legem, & Prophetas pendere in duobus mandatis, de quibus Dominus Noster loquutus est; & in his quidem duobus mandatis comprehensam, & conclusam esse universam legem. In lege autem firma consistit fides, & per fidem firmatur vera dilectio illa, quæ ipsa sola est prima in duobus mandatis; nam cum diligit

ղանչել առաջի նորա, և ասէին; որինչ մարգարէքդ ասեն, ՚ի հեռի ժամանակս մարգարէանան. Նման այսօրինկ իբ_րև զայս խորհուրդ սկսան խորհել ՚ի յաւուրս եզեկիէլի մարգարէի, ասէ Տէր ցեզեկիէլ; կենդանի եմ ես ասէ Տէր կամարար, ոչ ևս յամեցուցից զբանս իմ. այլ զոր ասեմ, առնեմ վաղվաղակի, և կատարեմ. Եւ զայս, զի յառաջագոյն եդ չափ ապաշխարութեան, տեղի ետ մարդկան, և նոքա արհամարհեցին զեր_կայնմտութիւն ա՟յ, և ոչ դարձան յապաշխարութիւն. և նա սատ զժամա_նակն եդեալ, և հաստատեալ: Եւ ոչ եթէ իբր ոչ գիտութեամբ առնէ, այլ որ_պէս և գրեալ է; վայ այնոցիկ, որք թշուառացուցանեն, բայց դուք մի՛ թշուառա_նայք. սուտն մի՛ սոսեցէ ձեզ: Եւ դարձեալ գրեալ է երեմիա մարգարէ; եթէ ասացից վս֊ ժողովրդեան, և թա_գաւորութեան, խլել, քակել, կործանել, կորուսանել, և բառնակել. և դառ_նայցէ ժողովուրդն ՚ի չարեաց իւրոց, և ես ստեցից զբանս իմ, և դարձու_ցից ՚ի նոցանէ զչարիսն, զորս ասացի վս֊ նոցա. Եւ դարձեալ ասէ; եթէ ասացից վս֊ ժողովրդեան, և վս֊ թա_գաւորութեան շինել, և տնկել, և արաս_ցէ զանօրէնութիւս իւր. և ես ստեցից զբանս իմ, և դարձուցից ՚ի նոցանէ զբա_րիսն, զոր ասացի առնել նոցա:

Բայց զայս տես զոր գրեցի քեզ, սիրելի. բանզի յառաջ ՚ի խօսս յայս ՚ի Ճառսն հաւատոյ ցուցի քեզ, եթէ հա_ւատով հաստատին հիմունք այսր ուխ_տի, յորում մեք կամք; և յայս երկ_րորդ խօսս գրեցի յիշեցուցի քեզ, եթէ ամ օրէնք, և մարգարէք յերկու պատ_ուիրանս կախեալ կան. յայնս, զորոց տր մեր ասաց վս֊ նոցա. և ՚ի նոսա իսկ յայն երկուս արգելեալ պաշարեալ կան ամ օրէնք; և ՚ի նոյն օրէնս արգելեալ կան հաւատք, և հաւատով հաստատի սէրն ճշմարիտ, այն որ նախ ինքն է միայն յերկուց պատուիրանաց. և իբ_րև

(1) *Hæc dicit Dominus Deus: Non prolongabitur ultra omnis sermo meus: verbum, quod loquutus sum, complebitur*. Ezech. XII. 28. ita lat. vulg. In Textu Hebraico: *Sic dixit Dominus Deus: Non protrahentur ultra omnia verba mea: Quod loquar verbum, & fiet*. Græca 70. *Quæcumque loquutus fuero, loquar, & faciam*.

(2) Unde hæc S. Jacobus sumpserit, me prorsus latet; nam neque in veteri, neque in novo testamento aliquid hujusmodi me legisse memini. Quare ex apocrypho aliquo Evangelio, vel alio ignoto, aut adulterino S. Scripturæ libro, ut nonnulla alia, de quibus inferius sermo erit, accepisse existimo.

(3) *Repente loquar adversum gentem, & adversus Regnum, ut eradicem, & destruam, & disperdam illud. Si pœnitentiam egerit gens illa a malo suo, quod locutus sum adversus eam: agam & ego pœnitentiam super malo, quod cogitavi, ut facerem ei. Et subito loquar de gente, & de regno, ut ædificem, & plantem illud. Si fecerit malum in oculis meis, ut non audiat vocem meam: pœnitentiam agam super bono, quod locutus sum, ut facerem ei*. Jerem. XVIII. 9. 10. Verba Prophetæ in versione vulgata ita se habent.

րև զԱծ սիրէ մարդ, և զմերձաւորս իւր սիրէ իբրև զանձն իւր.

Այսուհետև լուր դու սիրելի, զմ̄ այլոր սիրոյ, որ է մի յերկուցն պատուի-րանացն. Իբրև եկն Տէր մեր, եցոյց նա զյօ-ժարութիւն սիրոյս, ասէ ցաշակերտսն; Այս է պատուէր իմ, զի զմիմեանս սիրեսջիք. Դարձեալ ասէ; պատուէր մի նոր տամ ձեզ, զի սիրեսջիք զմիմեանս. Եւ դարձ-եալ իբրև ցուցանէ զմ̄ սիրոյ, այսպէս զգուշացոյց զնոսա, և ասէ; սիրեցէ՛ք զթշնամիս ձեր, և օրհնեցէ՛ք զայն, որ անիծանեն զձեզ, և աղօթս արարէ՛ք այնոցիկ, որք չարչարեն զձեզ, և հա-լածեն. Եւ զայս ասէ ցնոսա; եթէ սի-րեք դուք զայն, որ զձեզն սիրէ, զի՞նչ օգուտ, կամ շնորհ իցէ ձեզ. զի և հե-թանոսք զայն գործեն. որ սիրեն զնո-սա, սիրեն զնա. Դարձեալ ասէ Տէր մեր; եթէ առնէք դուք բարի այնոցիկ, որ ձեզն բարի կամին, զի՞նչ շնորհ իցէ ձեզ այն. զի և մաքսաւորք, և մեղաւորք զդոյն գործեն; այլ դուք զի որդիք կո-չեցեալ էք հօրն երկնաւորի, նմանօղք եղիջի՛ք նմա, զի նա ողորմի, և գթայ 'ի վերայ ապաշխարողաց. Եւ դարձեալ ասէ; Թողէ՛ք, և թողցի ձեզ. լուծէ՛ք, և լուծցի ձեզ. Եւ դարձեալ ասէ ցմեզ, և ահ, և երկիւղ առաջի եդ; եթէ ոչ թողուցուք որդւոց մարդկան զյան-ցանս իւրեանց, զոր յանցանիցեն առ ձեզ, և ոչ հայրն երկնաւոր թողցէ ձեզ զմեղս ձեր. Այս է, զոր զգուշացոյց, և ասէ; եթէ յանցանիցէ քեզ եղբայր քո, թող նմա. և թէպէտ եօթնանգամ յան-ցանիցէ քեզ 'ի միում աւուր, թող նմա.

Եւ իբրև լուաւ Շմաւոն զբանս զայս, ասէ ցնա; քանիցս անգամ եթէ յանցանիցէ ինձ եղբայր իմ թողից նմա, եօթնանգամ. Ասէ ցնա Տէր; ոչ եօթ-նանգամ միայն, այլ եօթն եօթանաս-նեկին. Թէպէտ ասէ չորեքհարիւր, և իննսուն անգամ յանցանիցէ քեզ, թող նմա, յաւուր միում. Եւ նմանօղ եղև նա հօրն բարերարի, որ բազում արար զներելն թողութեան քաւութեան, զմ̄ Երուսաղէմ. Իբրև գերեաց զորդիսն Իսրայէլի ընդ երկիրն բաբելացւոց,

խրա-

ligit homo Deum, etiam proximum suum sicut seipsum diligit.

§. 11. Quare ex (1) ordine audi, Charissime, de dilectione proximi, quod est alterum ex duobus mandatis. Cum venisset Dominus Noster ostendit pretium, & dignitatem hujus dilectionis, dicens discipulis: *Hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem*: Iterum dicit: *Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem*. Et iterum cum eos doceret, de charitate, sic admonuit: *Diligite inimicos vestros, & benedicite maledicentibus vobis, & orate pro persequentibus, & calumniantibus vos*. Hoc etiam dixit eis: *Si diligitis eos, qui vos diligunt, quæ utilitas, aut quæ vobis est gratia, quia & Ethnici hoc faciunt, qui diligentes se diligunt*. Itidem dicit Dominus Noster: *Si benefeceritis his, qui vobis benefaciunt, quæ vobis est gratia? Siquidem peccatores, & publicani hoc faciunt: At vos quia vocati estis filii Patris Cœlestis, estote similes illi, quoniam ille miseretur, & miseratur super pœnitentiam agentes*. Rursusque ait: *Dimittite, & dimittetur; solvite, & solvemini*. Et iterum dicit nobis, timorem, & terrorem incutiens: *Si non dimiseritis filiis hominum delicta eorum, quibus delinquunt in vos, nec Pater Cœlestis dimittet vobis peccata vestra*. Illud prætera monuit discipulos suos dicens: *Si peccaverit* (2) *frater tuus in te, dimitte ei: Et quamvis septies peccaverit in te in una die, dimitte ei*.

De dilectione proximi.

Joan. XV. 12.

Joan. XIII. 34.

Matth. V. 44. Luc. VI. 28.

Matth. V. 46. Luc. VI. 32.

Matth. V. 47. Luc. VI. 33.

Matth. V. 48. Luc. XV. 7. 10.

Luc. VI. 37.

Marc. XI. 26. Matth. VI 14. 15. XVIII. 35.

Luc. XVII. 34.

§. 12. Et cum hæc audisset Simon, dixit ei: *Quoties, si peccaverit in me frater meus, dimittam ei? usque septies?* Respondit ei Dominus: *Non dico tibi usque septies, sed usque septuagies septies*. Quamvis, inquit, quadringenties, & nonagies peccaverit in te una die, dimitte ei. Fuitque similis benefico Patri suo, qui per totidem annos venia propitiationis Jerusalem pepercit. Nam cum filii Israel captivi ducti fuissent in terram Babyloniorum, castigavit

Christus Domineco exemplo Patris sui jussit Petro, ut peccantibus in se septuagies septies dimitteret.

Matth. XVIII. 21. 22.

eos

(1) In catalogo operum S. Jacobi Nisibeni, quem exhibet Gennadius de Scriptoribus Ecclesiasticis, post Sermonem, seu Tractatum de fide, adnotantur duo Sermones, unus de Charitate generali, alter de Dilectione speciali erga proximos; in nostro antem Codice hi duo sermones con junguntur. Nam unus est Sermo, qui de Charitate inscribitur, in duas partes distributus, in quorum prima agitur generatim de Charitate erga Deum, tum erga proximum; in altera vero speciallter de Dilectione proximi, quæ ex hoc loco exordium sumit.

(2) *Si peccaverit in te frater tuus, increpa illum: & si pœnitentiam egerit, dimitte illi: & si septies in die peccaverit in te, & septies in die conversus fuerit ad te, dicens: Pœnitet me; dimitte illi*. Luc. XVII. 3. 4.

eos illic per septuaginta annos. Et conversus ad clementiam misericordiæ suæ, eos congregatos reduxit in terram suam per manum Esdræ scribæ, & veniam propitiationis adauxit, ampliavitque super eos ad septuaginta usque hebdomadas, quæ erant singulæ annorum septem, includens in illis quadringentos & nonaginta (1) annos. Postea vero cum effudissent sanguinem justum, amplius propitiatio veniæ non fuit peccatis (2) Hierusalem, sed tradidit eam Deus in manus inimicorum suorum, qui eam diruerunt, subverterunt, & non reliquerunt in ea lapidem super lapidem, neque reliquerunt fundamenta ejus Domino, nec amplius dictum est filiis Edom, quod acciperent retributionem, quia non ultra clama-
Psal. CXXXVI. 7. verunt super Jerusalem, dicentes: *Exinanite exinanite usque ad fundamentum in*

խռովեաց զնոսա անդ զեօթանասուն ամ. Եւ իբրև դարձաւ 'ի գութ ողորմութեան իւրոյ, եած ժողովեաց զնոսա յերկիրն իւրեանց, 'ի ձեռն Եզրայ դպրի. և յաճախեաց բազմացոյց առ նո քաւութիւն թողութե 'ի հասարակ ամուր միոյ եօթանասուն եօթներորդ ամաց չորեք հարիւր իննսուն ամ. Եւ 'ի ժամանակի իբրև զարիւն արդար հեղին, ոչ ևս այլ եղև քաւութի թողութե մեղացն երուսաղէմի, այլ մատնեաց զնա 'ի ձեռս թշնամեաց իւրոց. խլեցին, կործանեցին, և ոչ թողին 'ի նմա քար 'ի քարի վերայ, և ոչ թողին զհիմունս նորա տն. և ոչ ասացին որդիքն եդոմայ, եթէ առցեն զհատուցումն, զի ոչ կոչեցին 'ի վերայ երուսաղէմի, թէ քակեցէ՛ք, քակեցէ՛ք, մինչև 'ի հիմն հասուցէ՛ք. Բայց ած 'ի կէս ամուր իւրոյ, եթող չորեք հարիւր իննսուն ամ, և կրեաց

(1) In Daniele Propheta *cap. IX. vers.* 24. *& seq.* talia habentur: *Septuaginta hebdomades abbreviatæ sunt super populum tuum, & super urbem sanctam tuam, ut consummetur prævaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur justitia sempiterna, & impleatur visio, & prophetia, & ungatur Sanctus Sanctorum &c.* Ad hæc verba Prophetiæ Danielis alludit hoc loco S. Jacobus Nisibenus; hebdomadas autem a Propheta enunciatas non dierum, sed annorum fuisse, omnes consentiunt. Itaque hæ septuaginta hebdomadæ quadringentorum nonaginta annorum numerum conficiunt. Quo autem anno illarum hebdomadarum exordium collocari debeat, magna est inter Scriptores controversia, de qua videri potest S. Hieronymus in cap. *IX.* Danielis, & ex recentioribus Huetius in demonstratione Evangelica, aliique plurimi; sed iterum hac de re inferius agendum erit. Ad numerum vero annorum, qui continebantur in septuaginta hebdomadis, quæ Danieli prædictæ sunt, & quibus toleraturus erat Deus peccata Hierusalem, donec in Sanctum Sanctorum impias manus inferrent, respexisse Christum Dominum in mandato, quod dedit Petro de concedenda venia fratribus suis, nos præclare docet S. Jacobus. Aliquid ejus interpretationi haud prorsus dissimile innuere videtur S. Hilarius in Commentariis ad eumdem Evangelii locum. Exponens enim verba illa Dominica: NON USQUE SEPTIES, SED USQUE SEPTUAGIES SEPTIES Talia subjicit: *Solvenda quidem per Cain pœna in septuplum constituta est: sed peccatum illud in hominem est. In Abel enim fratrem peccatum usque ad necem fuerat; sed in Lamech supplicium usquead septuagies & septies est constitutum, & in eo quantum existimamus, constituta in auctores Dominicæ passionis est pœna. Sed Dominus per confessionem credentium hujus criminis veniam largitur, id est, per Baptismi munus obtrectatoribus, ac persecutoribus gratiam salutis indulget.* Mysticæ aliæ hujus loci expositiones videri possunt apud Augustinum *in sermone LXXXIII. de verbis Evangelii Mathæi*, qui inter cætera admonet, in septuagesimo septimo numero mysterium esse remissionis peccatorum. Tot enim generationes inveniuntur a Christo usque ad Adam. Reliqui auctores fere omnes tum veteres, tum recentiores nude, ac simpliciter verba illa Domini comuni, ac vulgari interpretatione exponunt, nempe significari per ea numerum infinitum; & sine mensura, ac numero veniam a nobis esse tribuendam.

(2) Excidium Hierosolymitanum, Judaici Regni, ac Sacerdotii eversionem, Judæorum reprobationem, ac per omnes terras dispersionem jam multo ante prædixerant Prophetæ, *Psalm. LXVIII.* 24. *Isa. V.* 12. *& VI.* 8. *& seq. Ierem. XII.* 7, 8. *XIX.* 10, 11. *Ose. III.* 4. *Amos V.* 18. *Dan. IX.* 26. *Zach. XIII.* 6. & postremo Christus Dominus. *Matth. XXI.* 40. 41. *XXIII.* 38. *Luc. XIX.* 41. *& seq. XX.* 15. 16. *Marc. XII.* 9. S Hieronymus in Commentariis ad Oseam *lib. I. cap. III.*, ubi Propheta prænunciavit, fore Judaicum populum multis diebus sine sacrificio, sine Altari, sine Sacerdotio, sine Rege: *Post passionem*, inquit, *Domini Salvatoris usque in præsentem diem paulo minus quadringentesimus annus expletur, & quantum temporis resideat usque ad diem judicii, nec Angeli noverunt, nec Filius, qui ideo ignorare se dicit, quia nobis non expedit discere. Hi sunt ergo multi dies, quibus infelix synagoga, & mulier adultera ordeo pascitur, & sedet contracta, quia cum Christo stare non potest.* Et paulo inferius: *Quæ sit causa tam grandis offensæ, ut tanto tempore relicti sint, maxime cum idola non colant, præter interfectionem Salvatoris, aliam non valent invenire.* Concordat cum S. Hieronymo S. Cyrillus Alexandrinus, qui ad eumdem Prophetæ locum scribit: *Posteaquam enim Dominus Noster Jesus Christus sponte sua Crucem pro omnium salute pertulit, debacchatis in illum Israelitis, tunc eorum regione ad vastitatem redacta, quasi ad omnem ventum, seu mundi angulum profugerunt. Usque hodie autem sine legalibus functionibus sunt, inflammato Templo Hierosolymitano, everso Altari, sublato Sacrificio, & vacante Sacerdotio.* Magnus autem Augustinus eadem de re ita loquitur in libro *XIII. cap. XLVI.* de Civitate Dei. *Judæi autem, qui eum occiderunt, & in eum credere noluerunt, quia oportebat eum mori, & resurgere, vastati infelicius a Romanis, funditusque a suo regno, ubi jam eis alienigenæ dominabantur, eradicati, dispersique per terras (quandoquidem ubique non desunt) per Scripturas suas testimonio nobis sunt, prophetias nos non finxisse de Christo.* His consonant alii Patres, præsertim Chrysostomus, cujus testimonium alibi attuli, qui ex professo hac de re contra Judæos plura ac fausta de templi, ac synagogæ instauratione sibi inani spe pollicentes disserit.

կրեաց նա զմեղս նոցա, և ապա խլեաց, կործանեաց զԵրուսաղէմ, և մատնեաց զնա 'ի ձեռս օտարաց ; և կենդանարարն մեր այսպէս պատուիրեաց, զի յաւուր միում թողցէ այր եղբօր իւրում չորեք հարիւր իննսուն անգամ.

Մի' դժուարին թուեսցի քեզ սիրելի, բանն, որ գրեցի քեզ, եթէ 'ի կէս աւուր իւրոյ եթող Երուսաղէմի, զի այսպէս գրէ Դաւիթ 'ի սաղմոսին ութսուն և իններորդի ; Հազար ամ յաչս Տն իբրև զօր երեկն զի անցանէ. Զի և վարդապետք մեր իմաստունք այսպէս ասեն, թէ 'ի նմանութիւն վեց աւուր եդեալ է զաշխարհս ԱՅ, և 'ի կատարածի վեց հազար ամին լուծանի աշխարհս, և լինի շաբաթն ԱՅ, 'ի նմանութիւն աւուրց շաբաթու, որ է զկնի վեց աւուր, որպ մեկնեաց, և եցոյց մեզ փրկիչն մեր վն աւուրն շաբաթու, ասելով ; յաղօթս կացէ'ք, զի մի' լիցի փախուստ 'ի ձմերայնի, և մի' յաւուր շաբաթու. Եւ առաքեալ դարձեալ ասէ ; ցարդ եւս կայ շաբաթն ԱՅ, յօժարելի լիցուք այսուհետև մտանել 'ի հանգիստ նորա.

Իբրև ուսուցանէ Տր մեր աղօթս աշակերտաց իւրոց, այսպէս ասէ, ասասջի'ք. Թո՛ղ մեզ զմեղս մեր, զի և մեք թողցուք մերոց պարտապանաց. Եւ դարձեալ ասէ ; յորժամ մատուցանիցես դու պատարագ, և անդ յիշեսցես, եթէ վն եղբօր քում խէթ ինչ 'ի մտի ունիցես, կամ ոխս, թո՛ղ զպատարագն քո առաջի սեղանոյն, և ե'րթ հաշ-

in ea. Sed Deus in dimidio diei suæ dimisit eis post quadringentos nonaginta annos, & sustulit (1) peccata eorum, & deinde diruit, & subvertit Jerusalem, & tradidit eam in manus extraneorum. Propterea vivificator noster sic præcepit, ut in una die homo fratri suo quadrigenties & nonagies dimittat.

§. 13. Non videatur tibi, Carissime, intellectu difficile, quod scripsi tibi: *In dimidio diei suæ* dimisit Deus Jerusalem, quia sic loquitur David in Psalmo octogesimo nono: *Mille anni ante oculos Domini tanquam dies hesterna, quæ* (2) *præteriit*. Quia & Doctores nostri sapientes sic dicunt, quod in similitudinem septem dierum positus est hic mundus a Deo, & & in consumatione sex mille annorum dissolvetur mundus iste, & erit Sabbatum Dei in similitudinem diei Sabbati, qui est post sex (3) dies. His autem consentanea sunt, quæ significavit, & indicavit nobis Salvator Noster de die Sabbati dicens: *Orate, ut non fiat fuga vestra in hyeme, vel Sabbato*. Et iterum Apostolus dicit: *Itaque relinquitur Sabbatum* (4) *Dei: Festinemus ergo ingredi in illam requiem*.

Quid sit dimidium diei, in quo Deus dimisit, & condonavit Jerusalem.

Psal. LXXXIX. 4.

Matt. XXIV. 20.

Ad Hebr. IV. 9.

§. 14. Cœterum quoad dimittenda aliorum peccata Dominus Noster orandi modum Discipulos suos docens ait: *Dicite: Dimitte nobis peccata nostra, ut nos dimittimus debitoribus nostris*. Et alibi monet: *Cum offers munus, & ibi recordatus fueris, quod habes in mente aliquod odium, vel adversitatem contra fratrem tuum, relinque munus tuum ante altare*,

Aliorum peccata dimittenda sunt, ut Deus nobis dimittat.

Matth. VI. 12.

Matth. V. 23. 24.

(1) Dimisit Deus quantum in se est, & abstulit totius humani generis, ac Judæorum peccata, si converti voluissent, per adventum, & prædicationem, per mortem, & passionem Filii sui. Nam *proprio Filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum*: Et de Christo inquit Apostolus *ad Hebr. IX. 15. Ideo novi testamenti mediator est, ut morte intercedente, in redemptionem earum prævaricationum, quæ erant sub priori testamento &c.* Et in epistola ad Romanos *III. 25. Quem proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem justitiæ suæ propter remissionem præcedentium delictorum*. Demum ipse Jesus Salvator noster pendens in Cruce oravit pro eis Patrem, dicens: *Pater, dimitte illis: non enim sciunt, quid faciunt*. Luc. *XXIII. 34.*

(2) Itaque si dies Domini, ut inquit Psalmus, numero mille annorum constat, cum Deus dimiserit Jerusalem post quadrigentos nonaginta annos, quorum annorum summa est pars dimidia mille annorum, consequens necessario est, in dimidio diei suæ a Deo dimissum fuisse Jerusalem, eique omnia peccata condonata, si tempus visitationis agnovisset. Qua de re ipse Christus Dominus lamentatus est, & flevit super Jerusalem inquiens: *Quia si cognovisses & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi &c. quia venient dies in te &c. & ad terram prosternent te, & filios tuos, qui in te sunt, & non relinquent lapidem super lapidem: eo quod non cognoveris tempus visitationis tuæ* Luc. XIX. 42. & alio loco: *Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti? Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta*. Matth. XXIII. 37. Luc. XIII. 34.

(3) Quæ a S. Jacobo dicuntur de die Domini, quod ea sit mille annorum, & de diuturnitate, ac permansione mundi, per sex mille annos instar sex dierum hebdomadæ, quibus elapsis, futurum Sabbatum Domini, tradiderunt antiquissimi fere omnes Ecclesiæ Patres, & docuerunt etiam veteres Judæorum Magistri, sed quoniam hac de re alibi a me actum est, hic plura scribere prætermitto. *In Præfat. ad lib. S. Athan. de Tit. Psalm. num.* 34.

(4) Apostolus in epistola ad Hebræos *cap. IV.* 9. eodem modo sermonem concludit. *Itaque relinquitur sabbatismus populo Dei*: hoc est, ut explicant omnes Interpretes, aliam requiem, gaudium, & felicitatem, quæ reservata est populo fideli.

re, *& vade reconciliari fratri tuo, & postea veniens offeres munus tuum*. Ne forte dum adhuc orat homo, & dicit: *Dimitte nobis peccata nostra, ut & nos dimittimus debitoribus nostris*; capiatur in verbo oris sui: & dicat ei (1) ille, qui recipit orationem: *Si tu non dimittis fratri tuo, quomodo ego dimittam tibi?* Et remanebit oratio tua hìc in terra. Et insuper perhibet nobis Dominus exemplum viri, qui voluit rationem ponere cum servis suis. Et cum cœpisset rationem ponere, oblatus est ei servus, qui
Matt. XVIII. 23. debebat ei decem millia talenta. Et cum eum premeret, & stringeret, ut exsolveret quidquid ei debebat; ille autem cum non posset reddere debita Domino suo, jussit Dominus absolvi eum, & dimisit ei omne debitum. Sed servus ille in malitia sua non recordatus est indulgentiæ Domini sui, & non meminit quàm multam, & magnam misericordiam clementiæ suæ ipsi exhibuisset. Nam egressus inde invenit unum de conservis suis, qui debebat ei centum denarios: & tenens suffocabat eum dicens: redde illico, quod debes mihi: & non admisit preces socii sui, qui rogabat eum, sed tenens duxit eum, & clausit in domo carceris, & quia ille non dimisit conservo suo modicum, cum ipsi dimissum fuisset multum, traditus est in manus tortorum, ut torquerent eum, donec redderet universa, quæ debebat Domino suo. His au-
Ibid. 35. tem talia Christus subjungit: *Sic & Pater meus cœlestis faciet vobis, si non remiseritis unusquisque fratri suo*.

հաշտեաց ընդ եղբօր քում, և ապա եկեսցես մատուցցես զպատարագն քո. Գուցէ մինչդեռ մարդ յաղօթս կայցէ, և ասիցէ; Թող մեզ զմեղս մեր, զի և մեք թողցուք մերոց պարտապանաց, որսացեալ գտանիցի նա 'ի բանս բերանոյ իւրոյ. և ասասցէ ցնա այն, որ զաղօթսն ընդունի; Եթէ դու ոչ թողուս եղբօր քում. իսկ քեզ զիարդ թողուցում, և մնասցեն աղօթքն քո աստէն յերկրի. Եւ դարձեալ եցոյց մեզ տր օրինակ զառն այնորիկ, որ սկսաւ համարս առնել, և առնուլ զհամար 'ի ծառայից իւրոց. Եւ իբրև եկն առաջի նորա ծառայն, որ պարտէր նմա բիւր քանքար. և իբրև նեղեաց, և պնդեաց զնա զի տացէ 'ի դուրս, զոր ինչ պարտիւր նմա, և նա ոչ կարաց հատուցանել զպարտս տն իւրոյ, հրամայեաց արձակել զնա տրն, և զամ պարտս եթող նմա. Բայց ծառայն 'ի չարութեան իւրում ոչ յիշեաց զթողութե տն իւրոյ, թէ որչափ ինչ յաճախեաց առ նա զողորմութի զթութե իւրոյ, և իբրև ել անտի, եգիտ զմի յընկերակցաց իւրոց, որ պարտէր նմա հարիւր դահեկան. բուռն եհար զնմանէ, և կալաւ խեղդեր զնա, և ասէր; հատոյ վաղվաղակի, զոր ինչ պարտիս ինձ, և ոչ ընկալաւ նա զաղօթս ընկերին իւրոյ, որ աղաչէր զնա. այլ եառ տարաւ, եդ զնա 'ի տան բանտի. Եւ քանզի ոչ եթող նա ընկերին իւրում սակաւ մի, զի նմա բազում թողութի եղև, մատնեցաւ նա 'ի ձեռս դահճաց, զի տանջիցեն զնա, մինչև տացէ զամ, զոր պարտէր տն իւրում. Եւ ասէ ցնոսա; Այսպէս արասցէ ձեզ հայր իմ, որ յերկինս է, եթէ ոչ թողուցուք դուք այր եղբօր իւրում.

Quo in pretio Charitatem habeat Apostolus. §. 15. Vide etiam, Dilectissime, quanti Charitatem faciat Apostolus: *Æ-*
1. Corinth. XII. v. 31. *mulamini autem*, ait, *Charismata meliora*: Deinde excellentiorem viam nobis

Դարձեալ սիրելի, տես, զիարդ յարգէ զսէրն առաքեալն, յասելն իւրում; նախանձեցիքեն շնորհք որ լաւն են; բայց ես առաւելեալս ճանապարհ ցուցա-

(1) Nempe Angelus Domini. Offerri enim Deo hominum orationes, & bona opera ab Angelis aperte ostenditur ex sacra Scriptura, præsertim ex *cap. XII.* 12. Tobiæ, & docuerunt veteres Ecclesiæ Patres S. Hilarius *in Math. XVIII.* 10. Augustinus *Ep. CXXI. n. 9. Serm. VII. de Temp. pag.* 214. *Lib. X. de Civit. Dei cap. XII.* Hieronymus *in Math. XVIII* 10. tum etiam S. Bernardus *Serm. VIII. & XXXIX. super Cant. III. & Serm. I. de S. Michaele*, S. Thomas, S. Bonaventura *in* 4. *Sentent. distin. XI.*, & ex SS. Patrum doctrina Petavius, Estius, cæterique omnes Theologi, & sacræ Scripturæ Interpretes in Commentariis ad dictum Caput Tobiæ, & ad *Cap. XVIII. Mathæi*. Non autem id fit ab Angelis, quod Deus, cui nota sunt omnia, etiam antequam fiant, res nostras ignoret, sed ut admonet S. Bonaventura, propter utilitatem nostram, quia suis sanctis, & puris affectibus nos adjuvant; & ut ordinem suum, ac munus, inquit Severianus Gabalorum Episcopus, inter creatas res impleant: Ὥσπερ γὰρ ἀπὸ τῶν διαφόρων οἱ ἄρχοντες τῷ βασιλεῖ πάντα μηνύουσιν· οὕτω καὶ οἱ ἄγγελοι τῷ Θεῷ τὰ γινόμενα οὐκ ἀγνοοῦντα διδάσκοντες, ἀλλὰ τὴν λειτουργικὴν τάξιν τῆς δημιουργίας πληροῦντες. *Quemadmodum e diversis locis, qui populis præsunt, omnia ad Regem referunt, ita etiam Angeli Deo omnia, quæ fiunt, nunciant, non ut quasi ignarum instruant, sed ut ordinem ministerii sui, in quo a Deo constituti sunt, impleant. Orat. I. de mund. opif. Tom. VII. Op. Chrysost.*

ցանկեմ ձեզ, և ասէ. եթէ ունիցիմ ես զմարգարէութիւն, և գիտիցեմ ես զխորհուրդս ա̃մ, և զա̃մ գիտութի̃, և զհաւատս մինչև զլերինս փոփոխելոյ. և զսէր ոչ ունիցիմ, ոչինչ եմ. Եւ եթէ ջամբեմ զա̃մ ինչս իմ աղքատաց, և մատնեմ զմարմինս իմ ՚ի կիզումն. և զսէր ոչ ունիցիմ, ոչինչ օգտիմ. Եւ ասէ; սէր երկայնամիտ է, քաղցրանայ. սէր ոչ նախանձի, ոչ ամբարհաւաճէ. սէր ոչ հպարտանայ. սէր ոչ ամաչեցուցանէ, ոչ խնդրէ զիւրն միայն հանգիստ, այլ որ ինչ բազմաց հանգիստ իցէ. սէր առ ա̃մ ինչ համբերէ, և ամենայնի տանի. սէր ոչ երբէք անկանի. Դարձեալ ասէ; մեծ է սէր քան զա̃մ. Մեկնեաց և եցոյց առաքեալ, եթէ զհետ հաւատոյ, սէր է առաւել. և նովաւ հաստատին շինուածք հաստատունք. Եւ դարձեալ եցոյց, զի մարգարէութի̃ սիրով հաստատի, և խորհուրդ սիրով յայտնի, և գիտութի̃ սիրով կատարի, և հաւատք սիրով հաստատին. Իսկ այն, որ հաւատով տ̃ն զլերինս փոփոխէ առանց սիրոյ, չի՛ք ինչ օգուտ. Թէպէտ զա̃մ ինչս իւր տացէ, և տուրք նորա ոչ սիրով բաշխին, ոչինչ օգուտ է նմա. Թէպէտ և կիզու ոք հրով ըզ մարմինն վ.ասն անուան տ̃ն իւրոյ, սակայն ոչինչ օգտի. Եւ եցոյց զերկայնմտութի̃, և զքաղցրութի̃, զի մի՛ ոք նախանձեսցէ ընդ եղբօր իւրում. Զայս առ այնմ գտանէ, որ սիրով լի է. համբերութի̃, և խոնարհութի̃, նովին սիրով հաստատին. հաւատն դնի ՚ի վերայ ապառաժի շինուածոյ, և սէր պահանգ շինուածոյ. զի նովօք հաստատեալ կային որմունք տաճարի; և եթէ նենգութի̃ ինչ գտցի ՚ի պահանգս ապարանից, անկեալ կործանի ա̃մ շինուածն. Այսպէս, և ՚ի սէր եթէ երկմտութի̃ գտանի, անկանին կործանին ա̃մ հաւատք; և ոչ կարեն հաւատք մերժել զանցուցանել զնախանձ, և զհակառակութի̃, մինչև գայ հասանի սէր խաղաղարար. զոր օրինակ, չէ հնար շինուածոյ գեղեցկանալ, եթէ ոչ պահանգակապ լինի.

Դարձեալ ցուցից քեզ սիրելի, զի առաւել է սէր, քան զա̃մ, և նովաւ կատարեցան արդարքն առաջինք. Ցուցանեն վ̃ն մովսէսի, զի վ̃ն ժողովրդեանն իւրոյ,

bis demonstrans, inquit: *Si habuero prophetiam, & noverim mysteria omnia, & habuero omnem scientiam, & fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest*. Et addit: (1) *Charitas patiens est, benigna est; charitas non æmulatur, non est ambitiosa; charitas non inflatur; charitas non confundit, non quærit suam solam requiem, sed multorum; charitas omnia suffert, omnia sustinet; charitas numquam excidit*: Iterum *Charitas*, ait, *major est omnium*. Exposuit, & demonstravit Apostolus charitatem, si cum fide comparetur, excellentiorem esse, & per eam spiritualia firmari, ac stabiliri ædificia. Et rursus ostendit, quod Prophetia charitate fundatur; mysteria charitate manifestantur; & scientia charitate perficitur; & fides charitate firmatur. Si quis autem fide Domini montes transferat sine charitate, ei nihil prodest: Si quis omnes facultates suas dederit, si dona, seu eleemosynæ non distribuantur charitate, nihil ei prodest: Si quis tradat corpus igni comburendum pro nomine Domini sui, si id sine charitate fiat, nihil ei prodest. Præterea ostendit, longanimitatem, & benignitatem, qua non æmulatur aliquis fratri suo, apud eum inveniri, qui plenus est charitate: Patientiam vero, & humilitatem per eamdem charitatem stabiliri. Fides ergo ponitur supra petram ædificii; & charitas compago est ædificii; quoniam per eam firmiter colligantur parietes templi. Et si rima aliqua inveniatur in compagine ædificiorum, tota domus corruens subvertitur; ita etiam si in dilectione inveniatur hæsitatio, omnis fides decidit, & subvertitur. Et fides nequit expellere, & removere æmulationem, & contentionem, donec adveniat, & pacifica ingrediatur charitas: sicuti nequit perfici ædificium, nisi compagine colligatur.

1. Corinth. XIII. 2. & seq.

Ibidem.

Ibid.

Charitatem esse omnibus virtutibus excellentiorem, eaque veteres Patres perfectos fuisse.

§. 16. Cum autem demonstraverim tibi, Carissime, charitatem excellentiorem esse omnibus virtutibus. Nunc autem ostendam, quod per eam primi illi justi

(1) Verba Apostoli juxta vulgatam talia sunt: *Charitas patiens est, benigna est: Charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati &c. Nunc autem manent fides, spes, charitas, major autem horum est charitas*. 1. ad Corinth. XIII. 1. 2. &c. 13.

justi perfecti extiterunt. Manifestum est de Moyse, qui se pro populo suo de libro vitæ delendum obtulit, dummodo populus non deleretur. Et cum turmatim irruentes, & obsidentes circumdedissent eum, ut lapidarent, Moyses preces offerebat Deo pro eis, ut salvarentur. David etiam dilectionis exemplum præbuit, quando persequebatur eum Saul, quærebatque perdere animam ejus. Ostendit, inquit, charitatem David; cum enim Saul traditus esset in manus suas, non occidit eum, sed reddidit bonum pro malo. Et ideo non defuit bonum domui ejus. Domui autem Saul, quia reddidit malum pro bono, non defuit malum. Et invocavit Deum, & non est exauditus, & cecidit gladio Philisthæorum, & planxit David amare super eum, & anticipans, multo prius quàm daretur, implevit mandatum Domini Nostri dicentis: *Diligite inimicos vestros, dimittite, & dimittetur vobis*; ita & David dilexit, & dilectus est: dimisit, & dimissum est ei. Et similiter Eliseus parem dilectionem exhibuit: cum enim hostes advenissent, & appropinquarent ad capiendum, & affligendum eum, ille benefecit eis, quippe panem, & aquam posuit ante eos, & dimisit eos a se in pace. Et impletum est verbum, quod scriptum est: *Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitit, potum da illi*. Et Jeremias Propheta pro illis, qui projecerunt eum in foveam, & assidue cruciaverunt eum, preces offerebat coram Deo. Imitationem utique horum operum, quæ prius facta sunt, docuit nos Dominus Salvator noster præcipiens, ut diligamus nos invicem, & oremus pro his, qui oderunt nos. Si autem inimicos nostros præcepit nobis ut diligamus, & ut pro illis, qui oderunt nos, oremus, quis poterit stare, & respondere in die magna? Quoniam ecce fratres nostros, & membra nostra odio prosequimur. Nam de corpore Christi omnes nos sumus, & membra ex membris ejus. Itaque ille, qui odit unum ex membris, a toto corpore alienatus est; & qui odit fratrem suum, separatus est a filiis Dei.

Exod. XXII. 10. 32.

Num. XIV. 10.

1. Reg. XXIV. 4. 5 &c. XXVI. 7. 8. &c.

4. Reg. VI. 22.

Ibid. XXV. 21.

իւրոյ, զանձն իւր ետ ջնջել ՚ի դպրութենէ կենաց, բայց միայն ժողովուրդն մի ջնջեսցի. Եւ ՚ի ժամանակի իբրեւ եկեալ ժողովեցան, պատեցին, պաշարեցին առ ՚ի քարկոծել զնա. և մովսէս աղօթս մատուցանէր այ վն նոցա, զի ապրեսցին. Եւ դաւիթ եցոյց զօրինակ սիրոյ, ՚ի ժամանակի մինչդեռ հալածական շրջէր ՚ի սաւուղայ, և հանդիպեալ արքայ զանձն նորա սաւուղ, և մատնեցաւ սաւուղ ՚ի ձեռս դաւթի, և ոչ սպան զնա, և մատոյց զբարի, փոխանակ չարի; վն այսորիկ ոչ պակասեցաւ բարի ՚ի տանէ նորա; և սաւուղ զի հատոյց զչար ընդ բարւոյ, ոչ պակասեցաւ չար ՚ի տանէ նորա; և կարդաց նա զած, և ոչ լուաւ նմա; և անկաւ ՚ի սուր փղշտացւոց. և ելաց դաւիթ դառնապէս ՚ի վերայ նորա: և կանխեաց յառաջագոյն կատարեաց զպատուէր տն մերոյ, որ ասէ; սիրեցէ՛ք զթշնամիս ձեր. թողէ՛ք, թողցի ձեզ. Նոյնպէս և դաւիթ սիրեաց, և սիրեցաւ. եթող, և թողաւ նմա. Եւ եղիշա նոյնպէս եցոյց վասն այսր սիրոյ, իբրեւ եկին հասին թշնամիքն ունել, և չարչարել զնա, նա բարի արար նոցա, զհաց, և զջուր եդ առաջի նոցա, և արձակեաց զնոսա առ յիւրեանս խաղաղութբ. և կատարեցաւ բանն, որ գրեալ է; եթէ քաղցեալ է թշնամին քո, հաց տուր նմա, և եթէ ծարաւի իցէ, ջուր տուր նմա. Եւ երեմիա մարգարէ վն այնոցիկ որք արկին զնա ՚ի գուբն, և հանապազ չարչարէին զնա, աղօթս մատուցանէր առաջի այ. Զսոյն իսկ նմանութի զառաջնոցն ուսոյց տրն մեր փրկիչ զի սիրեսցուք զմիմեանս, և աղօթս արասցուք ատելեաց մերոց. Եւ եթէ վն թշնամեաց մերոց պատուիրեաց մեզ սիրել, և վն ատելեաց մերոց աղօթս առնել. իսկ ո՞վ կարասցէ տալ նմա պատասխանի յաւուրն մեծի. զի ահաւասիկ զեղբարս մեր, և զմարմինս մեր ատեմք մեք. քանզի ՚ի մարմնոյ քի եմք մեք, և անդամք յանդամոց նորա; իսկ այն, որ ատէ զմի յանդամոց քի, որոշեալ գտանի նա յամ մարմնոյ. և որ ատէ զեղբայր իւր, որոշեալ նա յորդւոց անտի այ.

§. 17. Fecit prius Salvator noster, quod suos docuit, & re præstitit, quod deinde verbis inculcavit: nam reconciliavit inimicitiam nostram cum Patre, & adeo

Christus Dominus quod de dilectione verbis docuit, prius opere complevit.

Եւ զայս զի ուսոյց փրկիչն մեր, զյաժարութի մտացյառաջ ինքն կատարեաց զնա յանձն իւր, և ապա ուսոյց, որոց լսէին նմ: Նա հաշտեցոյց զթշնամու-

մութի մեր ընդ հօր․ զի սիրեաց զմեզ,
և զանպարտութի իւր մատնեաց փո_
խանակ պարտաւորաց ; և բարերարն
փոխանակ չարաց Թշնամանեցաւ․ և
մեծատունն վ՜ն մեր աղքատացաւ․ և
կենդանին փոխանակ մեռելոց մեռաւ․
և մահուամբ իւրով կեցոյց զմեռե_
լութի մեր․ և Որդի Տ՜ր ամենայնի,
վ՜ն մեր յանձն էառ զնմանութի ծա_
ռայի ; և այն որում ա՜մ հնազանդ էին,
հնազանդեցոյց զանձն իւր, զի զմեզ
արձակեսցէ 'ի հնազանդութէ անտի
մեղաց ; և բազում սիրով ետ մեզ երա-
նութի աղքատաց 'ի հոգիս իւրեանց, և
աւետարանեաց խաղաղարարաց, զի եղ-
բարք եղիցին նորա, և որդիք ա՜յ կո_
չեսցին․ և խոստացաւ խոնարհաց, զի
նոքա ժառանգեսցեն զերկիր․ և աւե-
տիս ետ սգաւորաց, զի նոքա մխիթա_
րեսցին․ և քարոզեաց քաղցելոց, զի յա-
գեսցին յարքայութէ նորա․ և որք լանն,
խնդացոյց զնոսա պարգևօք իւրովք․
և խոստացաւ ողորմածաց, զի նոքա
զողորմութի գտցեն․ և որք ս՜բ իցեն
սրտիւք, զի տեսցեն զա՜ծ․ և աւետա_
րանեաց այնոցիկ, որք հալածեալք իցեն
վ՜ն արդարութէ, զի նոքա մտցեն յար_
քայութի երկնից․ և որք հալածեալք
իցեն վ՜ն անուան նորա, խոստացաւ
զերանութի, և զհանգիստ յարքայութէ
իւրում․ և նորոգեաց զհողեղէն բնու_
թիս մեր, և արար զմեզ աղ ճշմար_
տութէ․ և ապրեցոյց զմեզ 'ի կերակրոյ
անտի օձի ; և կոչեաց զմեզ լոյս աշ_
խարհի, և փրկեաց զմեզ յիշխանութէ
անտի խաւարի․ և բարիս արար զմեզ,
փոխանակ չարաց․ և գեղեցիկս, փո_
խանակ ատելեաց․ և հաղորդս արար
զմեզ առն բարւոյ, որ հանէ զբարիս
'ի գանձուց իւրոց․ և ապրեցոյց զմեզ
յայնմանէ, որ հանէ զչարութի 'ի սրտէ
իւրմէ․ Վ՜ն բազում սիրոյ իւրոյ, ողջա_
ցոյց զհարուածս հիւանդաց․ բժշկեաց
նա զպատանին հարիւրապետին, վ՜ն
հաւատոյ նորա․ և լռեցոյց, դադա_
րեցոյց 'ի մէջ զալիս ծովուն, զօրութբ
իւրոյ․ և հալածեաց զլէգէոն դևն, վ՜ն
շնորհաց իւրոց․ և ողորմութբ իւրով
կեցոյց նա զդուստր ժողովրդապետին․
և սրբեաց դարձեալ զկինն, 'ի պղծ-
ծութէ արեան նորա․ եբաց զաչս եր_
կուց կուրացն, որք մերձեցան առ նա ;
և ետ աշակերտացն իշխանութի վ՜ն ա՜մ
ցաւոց, և հիւանդութեց․ և զմեզ 'ի_
ձեռն նոցա արգել 'ի ճանապարհէ ան_
տի

adeo dilexit nos, ut innocentiam suam
traderet pro noxiis; & beneficus pro im-
probis contumelias susciperet, & dives
pro nobis pauper fieret; & cum esset vi-
ta, ut pro mortuis moreretur; & morte
sua vivificaret mortalitatem nostram. Et
Filius Domini omnium Dominus pro no- *Ad Philipp. II. 6. 7.*
bis suscepit similitudinem servi. Et ille, *Luc. II. 51.*
cui omnia parebant, subditus factus est,
ut nos absolveret a servitute peccati. Et *Matt. V. 3. & seqq.*
pro nimia charitate sua dedit nobis bea- *Luc. VI. 20. & seqq.*
titudinem pauperum spiritu, & nuncia-
vit pacificis, quod fient fratres ejus, &
vocabuntur Filii Dei. Et promisit hu-
milibus, quoniam ipsi possidebunt ter-
ram. Et annunciavit lugentibus, quo-
niam ipsi consolabuntur. Et prædixit esu-
rientibus, quoniam saturabuntur in re-
gno ejus, & qui lugent, quod lætifica-
bit eos donis suis. Et promisit miseri-
cordibus, quoniam ipsi misericordiam
consequentur. Et qui sunt mundi cor-
de, quoniam Deum videbunt. Et nun-
tiavit eis, qui persecutionem patiuntur,
quoniam ipsi ingredientur in Regnum
Cœlorum. Et iis, qui persecutionem
passi fuerint pro nomine ejus, promisit
beatitudinem, & requiem in Regno suo.
Et reparavit terrenam naturam nostram, *Matth. V. 13.*
& fecit nos sal veritatis, & eripuit nos *Marc. IX. 49. Luc. XIV. 34.*
ab esu serpentis. Et vocavit nos lucem *Matt. ibid. 14.*
mundi, salvavit nos a potestate tenebra-
rum. Et ex malis bonos, & amabiles *Matt. XIII. 52.*
ex abominabilibus fecit. Et fecit nos
participes viri boni, qui profert bona ex
thesauro suo; & eripuit nos ab eo, qui
eruit malitiam e corde suo. Propter ni- *Matt. IX. 35. Luc. VI. 19.*
miam charitatem suam sanavit plagas in-
firmorum, & curavit servum Centurio- *Matt. VIII. 5. Luc. VII. 1.*
nis propter ejus fidem, & fecit virtute *Matt. VIII. 26.*
sua, ut silerent, & quiescerent fluctus *Marc. IV. 39. Luc. VIII. 24.*
maris. Et fugavit legionem Dæmonum *Matt. VIII. 31.*
gratia sua. Et misericordia sua sanavit *Marc. V. 9. Luc. VIII. 30.*
filiam Archisynagogi. Et pariter mun- *Matt. IX. 23.*
davit mulierem ab immunditia sangui- *Ibid. 20. Marc. V. 22.*
nis. Aperuit oculos duorum cœcorum, *Luc. VIII. 41. Matt. IX. 27.*
qui ad eum accesserunt. Et dedit Disci- *Matt. X. 1. Marc. III. 15.*
pulis potestatem contra omnes dolores, *VI. 7. Luc. IX. 1.*
& infirmitates, & per eos revocavit nos *Matt. X. 19.*
a via gentium, & Samaritanorum, & de- *Luc. XII. 11.*
dit nobis virtutem benigitate sua, ne ti-
meamus, cum steterimus coram Princi-
pibus hujus mundi. Et divisiones gra- *Ephes. IV. 8. 12.*
tiarum misit in terram ad spiritualem
multorum ædificationem. Et pepercit *Ioan. VIII. 12.*

F pro-

propter misericordiam suam mulieri con-
1. Corinth. III. 16. 17. VI. 19. sciæ magnorum peccatorum. Et dignos nos fecit per gratiam suam, ut fiamus
2. Corinth. VI. 16. 17. 18. templum habitationis ejus, servando corpora nostra diligenter ab omni inquinamento. Et expulit a nobis spiritum immundum, & fecit nos habitacu-
Matt. XIII. 3. Marc. IV. 3. lum Deitatis suæ. Et seminavit semen
Luc. VIII. 5. suum bonum, ut demus fructum centesimum, sexagesimum, & trigesimum. Et
Matt. XIII. 44. positus est ille in mundo tanquam thesaurus, qui absconditus sit in agro. Et ostendit magnitudinem virtutis suæ, quan-
Luc. IV. 29. 30. do projecerunt eum ex alto in profun-
Matt. XIV. 19. Joan. VI. 9. dum, & nihil prævaluerunt in eum. Et saturavit afflictos esurientes ex quinque panibus, & duobus piscibus: & manducaverunt ex illis quinque millia virorum præter mulieres, & pueros. Et manifestavit magnitudinem illius, qui eum mi-
Matt. XV. 22. Marc. VII. 24. sit. Et propter nimiam charitatem suam exaudivit mulierem Chananæam gentilem Syram; & sanavit filiam ejus ab infirmitate. Et secundum potestatem illius, a quo missus est, solvit etiam linguam
Marc. VII. 32. Matt. IX. 30. 31. viri muti, & surdi. Et cœci viderunt
XX. 30. Marc. X. 46. lucem, & benedixerunt illum, a quo
Luc. XVIII 35. 43. missus est. Et cum ascendisset in mon-
Matt. XVII. 2. Marc. IX. 2. tem orare, ejus luce victi, & superati
Luc. IX. 29. sunt splendores solis: & manifestavit ex-
Matt. XVII. 14. Marc. IX. 16. cellentiam virtutis suæ in adolescente,
Luc. IX. 34. quem vexabat spiritus immundus, qui secundum jussum verborum ejus aufugiens
Matt. XVIII. 3. ab illo exivit. Et proposuit nobis exemplum ad imitandum, ut efficiamur similes parvulis, & intremus in regnum Cœlorum. Dixit, & docuit de parvulis, ne
Ibid. 10. quis eos spernat; quoniam Angeli eorum semper vident faciem Patris, qui in Cœ-
Jo. V. 5. & seqq. lis est. Et insuper restituit perfectam sanitatem viro (1) paralytico, qui triginta octo annos egerat in infirmitate sua, & multiplicavit commiserationem clementiæ suæ erga eum, & sanavit ipsum.
Matt. X. 37. XI. 28. Luc. XIV. 25. Joan. Et jussit nobis, ut relinquamus hunc mundum, & ad eum convertamur. Et ma-
Luc. XII. 16. nifestavit nobis, quod ille, qui diligit hunc mundum, non potest placere Deo, exem-

ան հեթանոսաց, և շամրտացւոց ; և ետ մեզ զօրութիւն ողորմութեամբ իւրով, զի մի՛ երկիցուք, մինչ մատուցանիցեմք առաջի իշխանաց աշխարհիս . և բաժինս եարկ յերկիր, վն̄ բազում շնորհութեան իւրոյ . և արար թողութիւն կնոջ մեղաւորի մեծամեծ մեղացն, վասն ողորմութեան իւրոյ . և արժանիս արար զմեզ ըստ շնորհաց իւրոց ; զի լիցուք տաճար բնակութեան նորա, 'ի պահել զմարմինս մեր զգուշութեամբ յամ պղծութենէ ; և եհան 'ի մէնջ զայսն պիղծ , և արար զմեզ բնակեալս ածութեան իւրոյ . և սերմանեաց 'ի մեզ զսերմն իւր բարի, զի տացուք զպտուղս հարիւրաւոր, վաթսունաւոր, և երեսնաւորս ; և եղաւ նա յաշխարհի իբրև զգանձ, որ եղեալ իցէ յագարակի , և եցոյց նա զմեծութիւն զօրութեան իւրոյ , երբ արկին զնա 'ի բարձանց 'ի խորս , և ոչինչ ազդեաց նմա ; և լցոյց զքաղցեալս տառապեալս 'ի հինգ նկանակէ անտի , և յերկուց ձկանց. հինգ հազար այր եկեր 'ի նմանէ, թող զկինս, և զմանուկ, և եցոյց զմեծութիւն առաքչին իւրոյ ; և վն̄ բազում սիրոյ իւրոյ, ունկնդիր եղև կնոջ քանանացւոյն, տաճիկ ասորւոյ ; և յարոյց զդուստր նորա 'ի հիւանդութենէ ; և ըստ իշխանութեան առաքչին իւրոյ , պարզեաց նա զլեզու առն համրի , և լսելեօք իւրովք ծանուցելոյն ; և տեսին կոյրք զլոյս նորա , և օրհնեցին 'ի ձեռն նորա, զառաքիչն նորա ; և իբրև ել նա 'ի լեառն յաղօթս կալ, յաղթեցան, պարտեցան ճառագայթք արեգականն 'ի լուսոյ նորա ; և յայտնի արար զառաւելութիւն զօրութեան իւրոյ 'ի պատանին անդ , որ չարչարէր զնա այսն պիղծ , և ըստ հրամանի բանից նորա ել գնաց 'ի նմանէ ; և ետ մեզ զօրինակ նմանութեան , զի եղիցուք մեք 'ի նմանութիւն մանկանց տղայոց , և մտցուք յարքայութիւն երկնից ; ասաց, և եցոյց վն̄ փոքրկանց, զի մի՛ ոք արհամարհեսցէ զնոսա . զի հրեշտակք նոցա հանապազ տեսանեն զերեսս հօր, որ յերկինս է ; և եցոյց դարձեալ զկատարեալ բժշկութիւն իւր յայրն անդամալոյծն , որ երե_

(1) Quo morbo laboraret languens ille, qui prope probaticam piscinam expectabat, ut sanaretur, commotionem aquæ, & ibi manens per triginta & octo annos in ægritudine sua consenuerat, a S. Joanne non exprimitur. Ideoque doctissimus Maldonatus ad ejus Evangelii verba talia adnotat: *Quis fuerit morbus, quo ægrotus ille laborabat, quia Evangelista non dicit, incertum est. Et Chrysostomus quidem, & Euthymius videntur existimare cæcum fuisse; propterea enim non potuisse per tot annos primum sese in turbatam aquam conjicere, quia alii aquæ motum videre poterant, ipse non poterat. Sed re quidem vera, & illi ipsi, & alii auctores omnes paralyticum fuisse sentiunt, Leontius, Ambrosius. Maldonat. in Evang. Joann. V. 5.* Ita Maldonatus, quicum concordat Cornelius a Lapide, cæterique sacræ Scripturæ Interpretes, quorum sententia ex verbis S. Jacobi confirmatur.

Երեսուն ութ ամ էր հիւանդութե նորա, և յանձնեաց զգթութիւն ողորմութե իւրոյ առ նա, և ողջացոյց զնա; և ետ մեզ պատուէր, զի թողցուք զայս աշխարհ, և դարձցուք առ նա; և յայտնեաց մեզ, թէ նա, որ զաշխարհ սիրէ, ոչ կարէ հաճոյ լինել նմա, յօրինակի անդ մեծատան առն, որ ապաստան եղև յինչս իւր. և յօրինակի առն, որ հանապազ ուրախ լինէր ընչիւք իւրովք, և եղև սատակումն նորա 'ի դժոխս; և և 'ի վարձու կալաւ զմեզ նման մշակաց, զի վաստակեսցուք յայգւոջ նորա. զի նա ինքն է այգի ճշմարտութե. Զայս ամ զոր արար կենարարն մեր, վն բազում սիրոյ իւրոյ արար առ մեզ, զի և մեք եղիցուք կցորդք, և հաղորդք չարչարանացն քի, 'ի սիրել մերում զմիմեանս, կատարեսցուք զայս երկու պատուիրանս, որ 'ի սոսա կախեալ կան ամենայն օրէնք, և մարգարէք.

exemplo viri illius divitis, qui confidebat in diviciis suis, & exemplo viri, qui sumptuose, & splendide quotidie epulabatur, & moriens sepultus est in inferno. Et conduxit nos tanquam operarios, ut laboremus in vinea sua, quoniam ipse est vinea veritatis. Totum hoc, quod fecit Salvator Noster, propter nimiam charitatem suam præstitit nobis, ut & nos fiamus socii, & participes passionis Christi, & habentes dilectionem ad invicem, impleamus hæc duo mandata, in quibus pendent universa lex, & prophetæ.

Luc. XVI. 19.

Matth. XIX. 1.



SERMO TERTIUS.

De Jejunio.

Quæ ſint jejunia Deo accepta, & varia jejuniorum genera.

JEjunia ſancta Deo accepta ſunt, & manent in depoſito tanquam theſaurus in Cœlo, & ſunt arma contra malignum, & ſcutum contra acuta ignea tela hoſtis. Non hæc ego quaſi aliquid ex mente, ac ſententia mea profero; ſed jam ante ſacræ literæ id nos docuerunt, quæ teſtantur jejunia ſemper adjumentum eis præſtitiſſe, qui pie, ſanctéque jejunaverunt. Jejunia itaque, Cariſſime, non in eo ſolum ſita ſunt, ut quis ex pane, & aqua vivat, ſed multis aliis modis (1) obſervantur. Eſt enim, qui abſtinet a pane, & aqua, donec eſuriat, & ſitiat: Et eſt, qui abſtinet, ut perfectus fiat in caſtitate, & eſurit, & non manducat; & ſitit, & non bibit, & hoc jejunium præ omnibus (2) excellens eſt. Abſtinet alius a carne, & vino, & variis cibis. Et eſt, qui verbis abſtinet, ponendo oſtium ori ſuo, ne deficiens noxia verba proferat. Eſt etiam, qui abſtinet, ne in peccatorum congeriem prolabatur, ac profligetur. Et eſt, qui abſtinet a poſſidendis facultatibus, ut in laboribus manuum ſe exerceat. Et eſt qui abſtinet lecto, ut ſit vigil ad orandum. Et eſt qui abſtinet rebus hujus ſæculi, ne proſternatur ab inimico. Et eſt qui abſtinet a mundana lætitia, & manet in luctu, ut Domino ſuo in (3) labo-

ՃԱՌ ԵՐՐՈՐԴ.

Օրինակ պահոց.

Ընտրեալ են պահք առաջի Ա̄Յ, և 'ի պահեստի են իբրև զգանձ յերկինս, և զէն են ընդդէմ չարին, և վահան են ոչ ընդունել զնետս մուխս հրեղէն թշնամւոյն. Եւ զայս, ոչ եթէ 'ի մտաց ինչ ասացի, այլ գիրք ս̄րբ կանխաւ ցուցին մեզ, զի հանապազ պահք օգնական եղեն այնոցիկ, որք պահեցին սրբութ̄բ. Սիրելի, պահք այսուհետև ոչ են 'ի հացէ, և 'ի ջրոյ միայն, այլ բազումք են պահպանութ̄իք ծոմ պահոց. է որ պահէ 'ի հացէ, և 'ի ջրոյ, մինչև քաղցիցի, և ծարաւեսցի; և է, որ պահէ, զի եղիցի կատարեալ կուսութ̄բ. և քաղցնու, և ոչ ուտէ. և ծարաւի, և ոչ ըմպէ. և առաւելեալ են այս պահք, քան զա̄մ ինչ. և է, որ պահէ 'ի մսոյ, և 'ի գինւոյ, և 'ի պէսպէս կերակրոց. և է, որ պահէ, զի դիցէ զդուռն բերանոյ իւրոյ, զի անխօսասցի 'ի բանս վնասու պակասութ̄է; և է, որ պահէ 'ի սրտմտութ̄է, և ճնշէ զկնճիռն իւր, զի մի' յաղթահարեսցի; և է, որ պահէ յընչից ստացուածոց, զի ժամանասցէ զձեռն իւր 'ի վաստակս գործոց նորա; և է, որ պահէ 'ի պէսպէս անկողնոց, զի արթուն իցէ կալ յաղօթս; և է, որ պահէ յիրաց աշխարհիս այսուիկ, զի մի' հոսեսցի նա 'ի թշնամւոյ անտի; և է, որ պահէ, զի եղիցի 'ի սգալ, զի հա-

ճոյ

(1) Hoc loco jejunium latiori ſenſu accipitur, quatenus privationem ſignificat non ſolum quorumdam ciborum ſtatis diebus juxta Eccleſiæ leges, ſed etiam abſtinentiam ab aliis ſenſibilibus rebus, quarum uſus immodicus, & in eo animi immoderatio virtuti, ſeu rectæ rationi adverſatur, quod ad temperantiam pertinet, cujus pars eſt abſtinentia, *S. Thom.* 2. 2. *qu.* 146. *art.* 1. *&* 2. Nam quatuor jejuniorum genera a Theologis enumerari ſolent, nempe ſpirituale, morale, naturale, eccleſiaſticum. De primo ſcribit S. Auguſtinus *Tract. XVII. in Joan. & lib. II. quæſt. Evang. qu.* 18. *Jejunium magnum, & generale eſt abſtinere ab iniquitatibus, & illicitis voluptatibus ſeculi.* Morale autem eſt, quod nonnulli Philoſophi, duce natura, temperantes ſe ab immoderato cibo, & potu ſervarunt. Naturale verò vocant Theologi, abſtinentiam ab omni prorſus cibo, & potu. Eccleſiaſticum denique definiri ſolet: *Abſtinentia cibi ſecundum ordinationem Eccleſiæ ſive ſcripto, ſive conſuetudine approbatam.* Bellarm. *Controv.* 3. *de bon. oper. in particular. lib. II. de jejunio cap. I.* Silvius *ad ſum. D. Thomæ* 2. 2. *quæſt.* 147. *art. I.* Jejunium autem adhiberi docet S. Thomas 2. 2. *qu.* 147. *art.* 1. ad concupiſcentias carnis reprimendas, ad animum liberius in ſuperna elevandum, demum ad ſatisfaciendum pro peccatis.

(2) De abſtinentia ita nos monet S. Gregorius *Paſt. par.* 3. *cap.* 20. *Virtus abſtinentiæ quàm parva reſpicitur; quæ nonniſi ex aliis virtutibus commendatur: hinc Jobel I. ait: ſanctificate jejunium. Jejunium quippe ſanctificare, eſt, adjunctis aliis bonis, dignam Deo abſtinentiam carnis oſtendere.* S. Hieronymus in epiſtola ad Euſtochium, qua eam pro cuſtodienda virginitate ad abſtinendum a vino, & delicatioribus cibis exhortatur: *Quod ſi volueris*, inquit, *reſpondere, te nobili ſtirpe generatam, ſemper in deliciis, ſemper in plumis, non poſſe a vino, & eſculentioribus cibis abſtinere, nec his legibus vivere, diſtrictius reſpondebo: vive ergo lege tua, quæ Dei non potes. Non quod Deus univerſitatis Creator, & Dominus, inteſtinorum noſtrorum rugitu, & inanitate ventris, pulmoniſque delectetur ardore, ſed quod aliter pudicitia tuta eſſe non poſſit.* Hieron. epiſt. ad Euſtoch. de cuſtod. Virgin. ep. XXII.

(3) *In labore certaminis*, ſeu in certamine laborioſo; his autem verbis S. Jacobus ſignificat ſolitariam vitam, ſeu duriorem Religioſæ vitæ rationem, quam Patres Græci non diſſimili nomine voca-

ca-

ճոյ եղիցի նմա տն̄ իւրում ՚ի նեղութի ճգնութե. Եւ է, որ ժողովէ զայս ա̄մ, և առնէ զնոսա մի պահս. իբր պահէ ոք ՚ի կերակրոց մինչ քաղցիցի. և յոր_ ժամ պահիցէ յուտելոյ անտի, և յըմ_ պելւոյ, կոչի նա այնուհետև պահօղ; և եթէ սակաւիկ մի ուտիցէ, և ըմպի_ ցի, լուծեալ են պահք նորա. Այսպէս մարդ, որ պահէ յայսմ ա̄մէ, և եթէ ժամս ժամս լուծանէ զմի մի ՚ի նոցա_ նէ, այլ ոչևս համարեալ լինին նմա պահք նորա, որ յայսմ ա̄մէ են; զոր_ օրինակ, ոչ համարեալ են պահք, որ ուտեն, և ըմպեն որկորստութբ̄; ապա եթէ դէպ ինչ իցէ, և առ քաղցի իւրոյ լուծցէ զպահս իւր, ոչ կարի յոյժ են մեղք նորա. այլ այնմ, որ ուխտաւորի յայսմ ամենայնի, և դարձեալ լուծա_ նել սկսանիցու մի մի ՚ի նոցանէ, մեծ, և անհնարին են մեղք նորա, և ոչ սակաւ. զի ուխտին ուխտեաց նա ա_ ռաջի ա̄յ, և դարձեալ միւսանգամ յետս դարձաւ ՚ի նմանէ.

Լուր դու սիրելի, զօրինակ պա_ հոց սրբոց. Նախ Հաբէլ եցոյց զպահս ս̄բս; և Ենովք, զի հաճոյ եղև ա̄յ. և Նոյ, զի պահեաց զմիամտութիւն յազգին ապականեալ. և Աբրահամ, հաւատովք իւրովք. և Իսահակ, զի պա_

bore certaminis placeat. Et est qui complectitur hæc omnia, & facit ex eis unum jejunium. Cum abstinet aliquis cibis, donec esuriat, quamdiu abstinet ab esca, & potu, vocatur ille jejunans. Si autem modicum (1) manducet, & bibat, solutum est ejus jejunium. Itaque non ille jejunare dicendus est, qui identidem aut particulatim aliquid ex iis quidem, a quibus abstinere debet, absumit, multoque minus qui manducat, & bibit ex gula. Si contingat igitur, ut quis propter esuriem solvat jejunium suum, non magnum ejus peccatum est; magnum autem, & grave illius est, qui cum jejunium (2) voverit, incipit particulatim solvere; graviter enim, & enormiter is peccat, quia datam Deo fidem violat, & ab eo longe recedit.

§. 2. Audi, Carissime, exempla sanctorum jejuniorum. Primo Abel observavit jujunia sancta; & Enoch, quia placuit Deo; & Noe, quia servavit puritatem in gente corrupta; & Abraham ob fidem suam; & Isaac, quia mandata Dei

Recensentur plures veteris Testamenti Patres, qui sanctè jejunaverūt.

carunt ἄσκησιν exercitationem, & ἀσκητὰς, seu Ascetas dixerunt non tam Monachos Cœnobitas, seu Eremitas, quàm quosvis Christianos, præsertim primis Ecclesiæ sæculis, qui, vale mundanis deliciis dicto, se totos pietatis studio dederant, laboriosum certamen, ac pugnam adversus Diaboli insidias, mundi, & carnis blandimenta suscipientes, de quibus peculiari dissertatione inferius agam. Quemadmodum verò ἀσκηταὶ & ἀσκητῶν nomina ex arena, & Athletis, qui in ea se exercebant, ita & labor certaminis, seu certamen laboriosum ex currentibus in stadio est derivatum, ad significandum laborem, seu laboriosam pugnam, quam adversus mundum, & carnem, & tenebrarum potestates habent, qui abruptis vinculis sæculi, spretisque mundi illecebris religiosum severioris vitæ institutum amplectentes in lacrymis, in vigiliis, in jejuniis, rerumque omnium, quæ sub aspectum cadunt, abstinentia in hac mortali vita tanquam in stadio se exercent, & non sine multo labore, ac sudore ad æternam patriam, & immarcescibilem justitiæ coronam currunt. Hujusmodi autem nomen, seu nuncupandi ratio pium Christianæ virtutis cultum, & religiosum vivendi genus ex sæcularibus ludis, & profanis certaminibus traducta videtur exemplo, & auctoritate Apostoli, qui in epistola ad Corinthios IX. 24. 25. *Nescitis*, inquit, *quod ii, qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit bravium?* Et paulo post: *Omnis autem, qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet.* Cum iis autem, quæ S. Jacobus addit de spiritali Ascetorum luctu, & tristitia, optime congruunt, quæ Sanctus Hieronymus contra Vigilantium de statu Monastico, qui idem erat, atque Asceticus, vel certe ab eo derivatus, vel non admodum dissimilis, scribit in hæc verba: *Monachus autem non doctoris, sed plangentis habet officium, qui vel se, vel mundum lugeat, & Domini pavidus præstoletur adventum: qui sciens imbecillitatem suam, & vas fragile, quod portat, timet offendere, ne impingat, corruat, atque frangatur. Unde & mulierum, maximeque adolescentularum vitat aspectum, & intantum castigator sui est, ut etiam quæ tuta sunt, pertimescat.* Hieron. adversus Vigilant. pag. 86. tom. II.

(1) Merito igitur damnata est ab Alexandro VII. prava illa propositio: *In die jejunii, qui sæpius modicum quid comedit, etsi notabilem quantitatem in fine comederit, non frangit jejunium.* Ad ea autem, quæ posthæc addit S. Jacobus, eum, qui esuriens manducat, & solvit jejunium, non magnum committere peccatum, notandum est, S. Doctorem loqui hoc loco de iis, qui ex voto ad jejunandum se obstrinxerunt. Nam qui ex voto ad jejunjum tenentur, si gula manducent, voto non satisfaciunt, & graviter peccant; si vero esurie, non autem ex gravi, & naturali necessitate id faciunt, levius delinquunt.

(2) Locus observatione dignus, ex quo hæretici blaterantes contra votorum sanctitatem, & antiquum in Ecclesia vovendi morem, & consuetudinem refelli possunt. Et quidem non solum Catholici sancte jejunandi voto se obstringebant, sed etiam Hæretici eodem S. Jacobi ævo morem, quem in Catholica Ecclesia invenerant, ad suos errores, & diabolicas insanias commendandas in synagogam satanæ transferentes, impie hujusmodi ritu abutebantur. Scribit enim de Manichæis Sanctus Leo: *Sua maxime observantia polluuntur, servientes creaturæ potius, quam Creatori, & luminaribus Cœli stultam abstinentiam devoventes.* S. Leo serm. IV. de Quadrages.

Dei custodivit; & Jacob propter benedictiones Isaac, quas accepit, & quoniam vidit, & novit (1) Deum; & Joseph, quia fidelis fuit; horum omnium sanctitas fuit perfectum jejunium coram Deo. Si autem non adsit sanctitas cordis, jejunium non est acceptabile. Attende, & recordare, Dilectissime, hæc videlicet, sanctificare cor suum, & frænare linguam suam, & abstinere a malis operibus esse jejunia præstantiora illo, de quo supra loquutus sum, nempe abstinere ab escis (2). Non licet homini miscere mel cum felle. Si quis igitur abstineat a pane, & ab aqua, non immisceat ille jejunio suo imprecationes maledictionum, & detractiones blasphemiæ. Unum ostium est domus tuæ, & ipsa est Templum Dei. Profecto nefas est, & omnino non decet; o homo, ut per ostium, per quod ingreditur Rex, extrahas stercus, aliasque sordes, sed ut abstineas ab omni immunditia, & tunc sumas Corpus, & Sanguinem CHRISTI; cauteque custodias os tuum, per quod Rex ingressus est, neque amplius tibi licet, o homo, educere per os tuum verba immunditiæ. Attende quod dixit Dominus vivificator noster: *Quod intrat in hominem, non coinquinat hominem, sed quidquid exit ab homine, illud coinquinat eum*. Servavit quidem Moyses jejunium cum sanctitate eo tempore, quo ascendit in montem, & revertens legem populo suo attulit. Nam confortatus est jejunio suo per quadraginta, & quadragin-

Matth. XV. 11.

պահեաց զպատուիրանս Այ. եւ յակոբ, վս̄ երդմանցն իսահակայ, եւ զի ծանեաւ զԱծ. եւ յովսէփ, վս̄ հաւատոց իւրոց. Սոցա ամենեցուն սրբութիւն իւրեանց եղեւ նոց պահք կատարեալ առաջի Այ; եւ եթէ չիք սրբութի սրտի, պահք չե՛ն ընդունելի. Յիշեա՛, եւ տե՛ս սիրելի, թէ առաւել են այս իրք, որ սրբեսցէ զսիրտ իւր, եւ պահեսցէ զլեզու իւր, եւ արգելցու զձեռս իւր 'ի չար գործոց, քան զայն, որ 'ի վերոյ գրեցի ես քեզ; ոչ է արժան մարդոյ խառնել զմեղր ընդ լեղւոյ. ուրեմն եթէ պահեսցէ ոք 'ի հացէ, եւ 'ի ջրոյ, մի' խառնեսցէ նա 'ի պահս իւր անէծս նզովից, եւ բամբասանս հայհոյութե. Մի դուռն է տան քոյ, որ նա ինքն է տաճար Աստուծոյ. չէ քեզ պարտ, եւ պատշաճ ո՜վ մարդ, եթէ ընդ դուռն, ընդ որ թագաւորն մտանէ, հանցես ընդ նա աղբ, կամ աղտեղութի ինչ. Այլ իբրեւ պահիցես մարդ յամ աղտեղութէ, եւ առնուցուս զմարմին, եւ զարիւնն Քի, զգոյշ լինիցիս բերանոյ իւրոյ, ընդ որ թագաւորն եմուտ; չէ քեզ իշխանութի ո՜վ մարդ, հանել ընդ բերան քո զբանս պղծութե. Եւ լո՛ւր զոր ասաց Տր մեր կենարար, թէ այն, որ մտանէ 'ի մարդ անդր, ոչ պղծէ զմարդ, այլ որինչ ելանէ 'ի մարդոյ անտի, այն պղծէ զնա. Պահեաց մովսէս պահս սրբութբ, 'ի ժամանակին մինչ ել նա 'ի լեառն, եւ եկն եբեր զօրէնս ժողովրդեան իւրոյ, եւ զօրացաւ պահօք իւրովք քառասուն, քառասուն աւուրբք. եւ ընկալաւ նա զփառս

(1) Jejunavit Jacob abstinens lentis edulio, quo Esau fratri tradito, primogenita a Deo jam sibi, ut Divino oraculo matri significatum fuerat, destinata per venditionem juramento firmatam ab eo sibi comparavit. Inter jura autem Primogenituræ recensentur Sacerdotii dignitas, & peculiaris benedictio a Patre. *Menoch.*, *Tirin.*, *Gordonus*, *Cornel. a Lapide*, *aliique in cap. XXV. Genes.* Hinc autem jure, meritoque benedictionem accepit Jacob a Patre Isaaco, qui semel, atque iterum ei benedixit. *Genes. XXVII. 27. XXVIII. 3.* De profana autem venditione Esau in epistola ad Hebræos *cap. XII. 16.* *Ne quis*, Apostolus ait, *fornicator, aut profanus, ut Esau, qui propter unam escam vendidit primitiva sua*. Insuper inquit S. Nisibenus Episcopus, acceptum fuisse Deo jejunium Jacob certo nobis inde constare, non solum quia per abstinentiam benedictiones adeptus est, sed insuper quia meruit videre Deum in loco, quem ipse postea vocavit Phanuel, (hoc est, *videns Deum*, seu *facies Dei*,) ut narrat Scriptura *Genes. XXXII. 30.* Id enim magnæ puritatis indicium, & argumentum est, teste eodem Apostolo, qui affirmat, sine munditia cordis neminem videre Deum: *Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum*. Ad Hebr. *XII. v. 14.* Sancta ergo, & accepta erant jejunia Jacob, quia eximiam sanctitatem jungebat jejunio

(2) *Quid autem est aliud sanctificare jejunium, nisi jejunii causâ sancta velle, justa facere, iniqua vitare?* inquit S. Maximus in homil. I. de jejun. quadr.; & in homil. IV. *Gratissimum Deo defert jejunium, qui mentem suam a pravis cogitationibus, oculos a concupiscentia, linguam, manusque a lite custodit*. Et S. Leo in serm I. de Quadragesima: *In isto*, ait, *jejuniorum stadio non eo tantum simus fine contenti, ut solam ciborum abstinentiam putemus esse sectandam*. Et in serm. II. *Prompta devotione, & alacri fide suscipiamus solemne jejunium, non in sterili inedia, quam plerumque, & imbecillitas corporis, & avaritiæ morbus indicit, sed in larga benevolentia celebrandum*: Et in serm. IV. *Non in sola abstinentia cibi stat nostri summa jejunii, aut fructuose corpori esca subtrahitur, nisi mens ab iniquitate revocetur*. Quæ verba quotannis initio Quadragesimæ in Ecclesia Dei leguntur; non enim solius Leonis hæc sententia, & doctrina est, sed omnium SS. Patrum, & totius Catholicæ Ecclesiæ.

զփառս առաւելս, յորժամ իջին նստան փառքն այ ՚ի վերայ երեսաց նորա. և դարձոյց զբարկութիւն բարկութեան տն այ ՚ի ժողովրդենէ իւրմէ, և ոչ սատակեցան. Եւ ՚ի նմանութիւն պահոցն Մովսիսի պահեաց Եղիա այր հզօր, ՚ի ժամանակին մինչ հալածական էր յԵզենայ Եզաբէլայ. և վարեաց չոգաւ գնաց նա մինչև ՚ի Քորեբ լեառն, քառասորեայ պահօք, ՚ի տեղին, յորում խօսեցաւ այ ընդ Մովսիսի; անդ յայտնեցաւ նմա տր այ. և պատուիրեաց նմա, և ասէ. Երթ օծ դու զյահով յամեշեան, և զեզայէլ, զի առցեն զվրէժ յորդւոց անտի Իսրայելի. և զԵղիշայ շափատեան, զի կացցէ ՚ի տեղի քո. Եւ ուրախ եղև ՚ի յայտնութիւն տեառն իւրոյ, պահօքն ընտրելովք, որպէս և ուրախ եղև Մովսէս ՚ի պահել իւրում երկիցս քառասուն աւուրբք. և իջոյց զտախտակսն կտակարանաց գրեցեալս մատամբն այ. Եւ սոքա երկոքին պահօք իւրեանց կատարեցան.

Դարձեալ ցուցից քեզ զպահս անօրէնութեան, և արեան հեղութեան, որ ոչ է ընդունելի, զոր քարոզեաց Եզաբէլ խռովիչ Աքաբու, և կործանիչն Իսրայելի. Գրեաց հրովարտակ յանուն Աքաբու, և ետ տանել Եզրայէլացւոց, արանց անօրինաց, ունկնդրաց անօրինին

ginta (1) dies, & accepit gloriam magnam, quando descendit, sedit enim super faciem ejus gloria Domini, & avertit furorem iræ Domini Dei a populo suo, & non perierunt. Quemadmodum jejunavit Moyses, jejunavit & Elias vir fortis, cum persequeretur eum Jezabel, & fugiens profectus est usque ad montem Horeb jejunio quadraginta dierum 3. Reg. XIX. 8.
in locum, in quo locutus est Deus cum Moyse. Illic apparuit ei Dominus Deus, & præcepit ei dicens: *Vade (2), & unge tu Jehu filium Namsi, & Hazael, ut sumant vindictam ex filiis Israel, & Eliseum filium Saphat, ut stet in loco tuo.* Ibid. 15. 16. 17.
Et lætatus est apparitione Domini sui, quam jejunio promeruit, sicut & lætatus est Moyses, qui cum bis jejunasset quadraginta diebus, descendit cum tabulis testamenti digito Dei scriptis. Isti autem duo viri in jejuniis suis sancti, & perfecti fuerunt.

§. 3. Præterea ostendam tibi jejunium iniquitatis, & effusionis sanguinis, Exemplum iniqui jejunii.
quod non est acceptabile. Id quidem imperavit Jezabel, quæ deturbavit Achab, & subvertit Israel; scripsit literas nomine Achab, & misit ad Jezrahelitas viros iniquos, & qui iniquæ Jezabel auscultabant. Et

(1) Duas quadragesimas nocte, ac die jejunus, nec panem comedens, nec aquam bibens transegit Moyses in monte Sinai. De prima agitur in Exodo *cap. XXIV. v.* 18. cum primum in montem Moyses ascendit, & fuit in colloquio Domini, accepitque *duas tabulas testimonii lapideas scriptas digito Dei*. Exod. XXXI. *v. ult.* De altera sermo est in Exodo *cap. XXXIV. v.* 28. cum scilicet ob lapsum populi in Idololatriam, confractis primis tabulis, & aliis paratis, jussu Domini reversus est in montem, & rursus fuit *ibi*, ut ait Scriptura, *cum Domino quadraginta dies, & quadraginta noctes, panem non comedit, & aquam non bibit, & scripsit in tabulis verba fœderis decem*. Inter primam autem, & secundam quadragesimam contra communiorem Expositorum sententiam tertiam adjiciunt Rabbini, & quidam etiam Scriptores Christiani, qui eos in hac re sequuntur. Nam tres integras jejuniorum quadragesimas, putant, Moysem peregisse in hunc modum: primam, qua expleta, tabulas Legis accepit: alteram post abjectas, & confractas tabulas, cum Deum pro populo deprecatus est: tertiam, quando rursus ascendit in montem, secundas Legis tabulas accepturus a Deo. Verum enim horum sententia etiam ex S. Jacobi verbis rejicitur, falsaque ostenditur. Quod autem ab eodem S. Jacobo subjicitur de gloria vultus Moysis, contigit, ut ipse quoque indicare videtur, post secundam, quæ etiam ultima fuit, quadragesimam. Nam in Exodo post verba superius allata legitur: *Cumque descenderet Moyses de monte Synai, tenebat duas tabulas testimonii, & ignorabat, quod cornuta esset facies sua ex consortio sermonis Domini*. Verba autem hæc versionis latinæ vulgatæ, quod *cornuta esset facies ejus*, omnes interpretes ita exponunt, quod ita fulgida erat facies ejus, ut radios lucis vibraret, ejusque splendores cornuum instar e facie effulgerent, atque emicarent. Itaque Chaldæus non verba, sed sensum reddens inquit: *Ignorabat Moses, quod multiplicatus esset splendor gloriæ vultus sui*. Et Græcus Textus septuaginta, οὐκ ᾔδει ὅτι δεδόξασται ἡ ὄψις τοῦ χρώματος, vel ut alii legunt χρωτὸς τοῦ προσώπου αὐτοῦ. idest: *non sciebat, quod glorificatus fuerat aspectus coloris, seu cutis faciei suæ*. Græcam versionem sequi videtur S. Paulus 2. *Corinth. III.* 7., qui scribit, quod non poterant oculos intendere filii Israel in faciem Moysi propter *gloriam vultus ejus*. In textu autem Hebræo-Samaritano: *Nesciebat, quod radiaret cutis faciei suæ ex colloquio ejus*. In versione Syriaca: *Non noverat, quod nitida facta esset pellis vultus sui*. Et in Arabica: *Ignoraret, quod facies sua jam splenduisset*. In eumdem sensum exponuntur hæc a S. Jacobo, quem verba vulgatæ versionis, & textus Hebraici obscurius significant.

(2) Verba S. Scripturæ, quorum sensum attulit S. Jacobus juxta versionem Latinam vulgatam, ita se habent: *Vade, & revertere in viam tuam per desertum in Damascum, cumque perveneris illuc, unges Hazael Regem super Syriam, & Jehu filium Namsi unges Regem super Israel: Eliseum autem filium Saphat, qui est de Abelmeula, unges Prophetam pro te; & erit, quicumque fugerit gladium Hazael, occidet eum Jehu, & quicumque fugerit gladium Jehu, interficiet eum Eliseus*. Reg. III. XIX. 15. 16. 17.

Et in illis iniquitatis literis (1) ita loquuta

3. Reg. XXI. 9. 10. est: *Prædicate* (2) *jejunium*, *& adducite*, *& facite ſedere Naboth inter primarios populi*, *& facite ſedere duos viros iniquos contra eum*, *& teſtimonium perhibeant de eo*: *& dicant*: *blaſphemavit Naboth Deum*, *& Regem*, *& lapidetur*, *& moriatur*. Quod autem, Cariſſime, eis ſcripſit, ut duo viri teſtimonium dicerent contra Naboth, veluti ex ſanctæ legis præſcripto id eis præcepit.

Deut. XVII. 6. XIX. 15. Namque in lege ſcriptum eſt, ut nullus moriatur ex ore unius teſtis, ſed duo-

Deut. XIII. 9. XVII. 7. rum. Item ſcriptum eſt: Manus teſtis erit prima ad lapidandum eum, & deinde totius populi. Et inſuper eis juſſit, ut teſtimonium perhiberent, eum blaſphemaſſe Deum, & Regem: & hoc etiam veluti ex legis mandato præcepit, quo-

Lev. 24. niam lex dicit: *Omnis*, *qui* (3) *blaſphemaverit nomen Dei*, *lapidabitur*, *quia auſus eſt maledicere*, *& blaſphemare nomen magnum*. At Jezabel curæ non erat nomen Dei, ſed id faciebat propter avaritiam Achab, qui concupiverat vineam Naboth; non enim meminerat Achab, quod ſcriptum eſt in lege:

Exod. XX. 17. Deut. V. 21. *Non concupiſces tu quidquid eſt proximi tui*. O Jezabel, quæ ſubvertiſti Achab, quinam Deus eſt ille, quem blaſphemavit Naboth? Num cujus tu deſtruxiſti altaria? an ille, cujus interfeciſti Prophetas? Et quem Regem blaſphemavit? forſan eum, qui ſibi arrogavit, & voluit rapere hæreditatem Naboth? Sed tu Jezabel quare noluiſti audire illud, quod ſcriptum eſt in principio mandatorum le-

Exodi XX. 3. gis? *Non adorabis Deum alienum*. Jezabel enim adorabat idolum Baal. Et

Deut. XIX. 10. iterum legitur: *Non effundes ſanguinem* ju-

նին եզաբէլայ . և գրեաց 'ի հրովարտակին անդ անօրէնութե, և ասէ այսպէս . Պահս քարոզեցէ՛ք, և ածէ՛ք նստուցէ՛ք զՆաբութ 'ի գլուխ ժողովրդեանն. և նստուցէ՛ք յանդիման նորա արս երկուս անօրէնս, և վկայեսցեն 'ի վերայ նորա, և ասասցեն, հայհոյեաց Նաբութ զԱծ, և զԹագաւորն. և քարկոծեսցի, և մեռցի. Եւ զայս սիրելի, զոր գրեաց նոցա եզաբէլ, թէ երկու արք վկայեսցեն 'ի վերայ Նաբութայ, իբր յօրինաց սրբոց յղեաց առ նոսա; քանզի յօրէնս գրեալ է, թէ մահապարտ ոք մի՛ մեռցի 'ի բերանոյ միոյ վկայի, այլ երկուց. և այսպէս գրեալ է; նախ ձեռն վկային եղիցի քարկոծել զնա, և ապա ամ ժողովրդեանն. Եւ դարձեալ գրեաց առ նոսա, զի վկայեսցեն, թէ հայհոյեաց զԱծ, և զԹագաւորն. Եւ զայս ևս իբրև յօրինաց գրեաց. զի ասէ; Ամ, որ հայհոյեսցէ զանուն ԱԾՅ, քարկոծեսցի. զի իշխեաց նա նզովել, և հայհոյել զանուն մեծ. Այլ եզաբէլայ, ոչ եթէ վն անուան փոյթ ինչ էր, այլ վն ագահութե Աքաբու; զի ցանկացաւ նա այգւոյն Նաբութայ. Եւ ոչ յիշեաց Աքաբ, զի գրեալ է յօրէնս; մի՛ ցանկանայցես դու այնմ, որինչ իցէ ընկերի քոյ. Ո՛վ եզաբէլ կործանիչ Աքաբու, ո՞ր ԱԾ իցէ նա, զոր Նաբութ հայհոյեալ իցէ. որոյ դու կործանեցեր զսեղանս նորա. կամ ա՞յն, որոյ կոտորեցեր զմարգարէսն. Եւ կամ զո՞ր Թագաւոր հայհոյեաց. թերևս զոր խափանեաց, և կամեցաւ յափշտակել զժառանգութին Նաբութայ. Իսկ ընդէ՞ր ոչ լուար դու եզաբէլ զայն, որ գրեալ է 'ի սկիզբն պատուիրանաց օրինացն; մի՛ երկիր պագանիցես օտարոտի ԱԾՅ. զի եզաբէլ երկիր պագանէր

կռոցն

(1) *Litterarum autem hæc erat ſententia*: *Prædicate jejunium*, *& ſedere facite Naboth inter primos populi*. *Et ſubmittite duos viros filios Belial contra eum*, *& falſum teſtimonium dicant*: *Maledixit Deum*, *& Regem*: *& educite eum*, *& lapidate*, *ſicque moriatur*. 1. Reg. XXI 9. 10. Ita verſio latina vulgata. Syriaca verò in hunc modum: *Scripſit autem in epiſtola*: *indicite jejunium*, *& collocate Nabothum in principiis populi*: *& adducite duos homines flagitioſos*, *& collocate eos ex adverſo ipſius*, *qui teſtentur contra eum*, *dicantque*, *blaſphemavit Naboth Deum*, *ac Regem*. *Tum educite eum*, *& lapidibus obruite*, *ut moriatur*.

(2) Hæc verba ita exponit Malvenda *ad lib. III. Reg. XXI. 9. Cœtum*, inquit, *indicto jejunio*, *convocate*, *ut pro more in publico conventu de maleficiis inquiſitio habeatur*. *Nam jejuniorum dies inſumebantur in reconciliando Deo*, *maleficiis tollendis*, *& jure dicendo*. Diebus jejunii in flagitia, & facinora populi inquirere, & pœnas de ſceleratis hominibus ſumere Hebræos conſueviſſe, notant etiam Vatablus, Mariana, Menochius, Gordonus, aliique. Obſervant quoque alii, indici etiam ſolitum fuiſſe jejunium, cum aliquod grave flagitium, qualis erat apud Hebræos blaſphemia, quam adeo in horrore habebant, ut, eâ auditâ, veſtes ſcinderent, aliaque publici doloris, & deteſtationis ſigna ederent, admiſſum eſſet, ut quaſi per publicam pœnitentiam peccatum, quo attaminabatur quodammodo populus, expiaretur, & Divinus honor offenſo numini publicâ afflictione redhiberetur. Ita Cornelius a Lapide, Tirinus, Grotius, atque alii. *In Comment. ad cap. cit lib. III. Reg.*

(3) *Qui blaſphemaverit nomen Domini*, *morte moriatur*: *lapidibus opprimet eum omnis multitudo*, *ſive ille civis*, *ſive peregrinus fuerit*. Ita in capite Levit. XXIV. 16., ubi non leguntur cætera verba: *Quia auſus eſt maledicere*, *& blaſphemare nomen magnum*. Sed ea ſunt veluti gloſſema additum a S. Doctore.

կուռոցն բահաղու․ Եւ դարձեալ գրեալ է ; Մի՛ հեղուցուս զու զարիւն արդար յերկիրն զոր տացէ քեզ Տէր Աստուած քո․ Պարտական էր քեզ ո՛վ Եզաբէլ, յիշել, թէ գրեալ է ; Երկիր, յորում արիւն հեղեալ իցէ ՝ի նմա, մի՛ քաւեսցի ՝ի վերայ նորա․ բայց եթէ հեղցի արիւն նորա առ նմին․ Պարտ էր քեզ երկնչել, ո՛վ Եզաբէլ, յայսմ ամենայնէ, և ապա նախանձել զնախանձ անօրէնութեան, որ ասացեր թէ հայհոյեաց Նաբովթ զԱստուած, զոր չէր հայհոյեալ․ Եւ դարձեալ գրեալ է ; Ամ որ հեղու զարիւն, նորին արիւն հեղցի ; և Եզաբէլ անօրէն բարեկացուցիչ եհեղ զարիւն արդար Նաբովթայ, վա՛ն այսորիկ ՝ի տեղւոջ յորում հեղաւ արիւն արդար, ՝ի պահսն անօրէնութեան, զոր քարոզեաց, հեղաւ արիւն Եզաբէլեայ, և կերան զնա շունք ; և Աքաբ, զի ունկնդիր եղև խրատու նորա ; լափեցին շունք զարիւն նորա․ Եւ թէ Եզաբէլ ընտրեաց, և էառ իւր յօրինաց զի՞նչ ինչ, որ օգուտ իւրոյ էր, ՝ի պակասութիւն անձին իւրոյ, զի չէր ինչ նա զօրէնս պահելոց․ Դուք արք անօրէնք եզրայելացիք զիա՞րդ, կամ ընդէ՞ր ընկալայք զհրովարտակն, յորում գրեալ էր պահքն անօրէնութեան, և վկայութիւն անիրաւութեան, և արիւնհեղութեան․ Յո՞ր դարու լուեալ էք զպահս այս, եթէ պահեցէք զպահս, և հեղէք զարիւն արդար․ Ընդէ՞ր ոչ անարգեցիք դուք զհրովարտակն անօրէնութեան, և զվկայութիւն անիրաւութեան․ Վա՛ն այսորիկ խնդրեցաւ վրէժ հատուցմամբ յԱքաբէ, և յԵզաբէլեայ արդար դատաստանօք, վա՛ն արդար արեանն Նաբովթայ, զոր հեղին, և Եզրայելացիք, զի ունկնդիր եղեն Եզաբէլի, և ՝ի նոցանէ խնդրեցաւ վրէժ, արդար դատաստանաւ․ Մարգարէանայ վա՛ն նոցա Ովսէ, և ասէ ; Սակաւիկ մի ևս խնդրեցից և զվրէժ արեան յԵզաբէլէ, ՝ի ձեռն Յէուայ․ Եւ Յէու յաղթող զվրէժ արեանն Նաբովթայ յԵզաբէլեայ, և յԱքաբէ, և ՝ի տանէ նորա, և զԵզրայելացիսն էհար, և սատակեաց ՝ի սուր սուսերի իւրոյ, ՝ի տան կռոցն բահաղու ; և եկն եհաս

justum in terra, quam dabit tibi Dominus Deus tuus. O Jezabel debebas mente recolere, quod scriptum est: *Terra,* Reg. III. 21.
in qua effusus fuerit sanguis, non erit propitiatio, sed effundetur sanguis ejus in ea. Timendum tibi erat id omne, o Jezabel, priusquam zelares zelo iniquitatis, quando asseruisti, Naboth blasphemasse Deum, quem non blasphemaverat. Nam etiam alibi in Scriptura dicitur: *Quicumque effuderit sanguinem,* Genes. IX. 6.
fundetur sanguis illius. Verumtamen Jezabel iniqua provocatrix fudit sanguinem justum (1) Naboth; propterea in loco, in quo effusus est sanguis justus in jejunio iniquitatis, quod prædicari jussit, effusus est sanguis Jezabel, & comederunt eam canes. Sanguinem etiam Achab, quia audivit consilium ejus, canes linxerunt; & ita Jezabel elegit, & accepit sibi ex lege, quod sibi prodesset in ruinam animæ suæ: cum nulla in re esset illa legem servatura. Vos viri iniqui Jezrahelitæ quomodo, vel quare admisistis literas, in quibus scriptum erat jejunium iniquitatis, & testimonium injustitiæ, & effusionis sanguinis? Quonam tempore auditum est a vobis, jejunatum fuisse ad effundendum sanguinem justum? Quare vos non rejecistis literas iniquitatis, & testimonium injustitiæ? Propterea justo judicio sumpta est vindicta retributionis de Achab, & de Jezabel propter justum sanguinem Naboth, quem fuderunt: & justo etiam judicio ultio sumpta est de Jezrahelitis, quia auscultaverunt Jezabel. Prophetavit de eis (2) Osea dicens: *Adhuc modicum sumam vin-* Osea I. 4.
dictam sanguinis de Jezabel per manum Jehu. Et quidem Jehu vindica- 4. Reg. IX. 10.
vit sanguinem Naboth in Jezabel, & in Achab, & in domum ejus, & Jezrahelitas percussit, interfecit, & occidit ore gladii sui in domo idoli Baal. Et advenit super eos sanguis Naboth; sicut & dixit Jehu in die, & in hora redditionis, & retributionis vindictæ; inquit enim:
Vespere (3) ego vidi ait Dominus san- Ibid. 26.
gui-

(1) In detestationem tanti facinoris recte scribit Tirinus. *En quot in uno facto crimina, hypocrisis, mendacia, perjuria, empta testimonia, corrupti Judices, inversa judicia, innocenti per summam injuriam sublata hæreditas, honor ademptus, vita subtracta. Quis hæc auderet nisi fœmina, quam inflat potentia, audacem facit superbia, rapit cupiditas, inflammat iracundia, deserit pudor?* In com. ad cap. III. Reg.

(2) *Et dixit Dominus ad eum: voca nomen ejus Jezrabel: quoniam adhuc modicum, & visitabo sanguinem Jezrabel super domum Jehu, & quiescere faciam regnum domus Israel.* Oseæ cap. I. 4.

(3) *Dixit Jehu ad Badacer Ducem: Tolle, projice eum (h. e. Joram) in agro Naboth Jezrabelitæ: memini enim quando ego & tu sedentes in curru sequebamur Achab patrem hujus, quod Dominus tuus hoc levaverit super eum dicens: Si non pro*

guinem Naboth, & sanguinem filiorum ejus, ut fiat in eo vindicta retributionis. Et ita jejunium, quod observaverunt Jezrahelitæ, fuit in condemnationem.

էհաս ՚ի վերայ նոցա արիւն նաբուԹայ. որպէս և ասաց յահովն յօր, և ՚ի ժամ հատուցման, և վրիժուցն խնդրելոյ, ասէր ; ընդ երեկոյս տեսի ես զարիւն նաբուԹայ, և զարիւն որդւոց նորա, զի վրէժխնդրուԹի հատուցման լինի նոցա ; և եղև պահքն, զոր պահեցին եզրայէլացիքն, ՚ի դատապարտուԹի.

Exemplum Jejunii Sancti. §. 4. E diverso observaverunt Ninivitæ jejunium sanctum, etiamsi Jona prædixisset eis subversionem; sic enim scri-
Jon. III. 5. ptum est: *Cum audissent illi prædicationem Jonæ, prædicaverunt jejunium quotidianum, & orationes continuas, & sederunt super saccum, & cinerem, & exspoliaverunt se vestibus mollibus, & pro illis induti sunt sacco. Fecerunt infantes abstinere ab uberibus matrum suarum, & ovem, & bovem pascuis.* Et insuper additur nunciatum fuisse Regi
Jon. III. 6. Ninivitarum: *Et quod Rex surrexit de solio suo, & stetit, & abstulit coronam a capite suo, & indutus est sacco, & sedit in cinere.* Et proclamare fecit in Ni-
Jon. III. 7. nive civitate sua dicens: *Ex ore Regis, & Principum ejus homines, & jumenta, & boves, & pecora non gustent quidquam, nec pascantur, & aquam omnino non bibant: sed operiantur saccis homines, & jumenta simul, & clament ad Deum precibus ex omni corde suo* (1). *Fortasse placabitur Deus, & ignoscet nobis, & avertet a nobis furorem iræ suæ, ne pereamus.* Et scriptum est: *Respexit Deus, & vidit opera eorum, quia conversi sunt de via sua mala. Et pœnituit Deum super vehementia mandati sui, & transtulit ab eis iram furoris* (2) *sui, & non perdidit eos.* Et non dicitur respexit Deus, & vidit jejunia eorum, quia ab-

Դարձեալ պահեցին նինուէացիքն պահս սբս, Թէպէտ և յովնան զկործանումն քարոզեաց նոցա. Զի այսպէս գրեալ է ; իբրև լուան նք զքարոզուԹիւն յովնանու, պահս հանապազորդս քարոզեցին, և աղօԹս ստէպ ստէպ, և նստան նք ՚ի վերայ խորգոյ, և մոխրոյ, և մերկացան զհանդերձս գգաց իւրեանց, և զգեցան քուրձ փոխանակ նոցա. արգելին զտղայս ՚ի ստենէ մարց իւրեանց, և զխաշն, և զարջառ ՚ի ճարակոյ. Եւ ասէ, Թէ էհաս բանն առ արքայն նինուէացւոց, և յարեաւ եկաց յաԹոռոյ իւրմէ. և եբարձ զԹագն ՚ի գլխոյ իւրմէ, և զգեցաւ քուրձ, և նստաւ ՚ի վր մոխրոյ. Եւ քարոզեաց ՚ի նինուէ քաղաքի իւրում, և ասէ ; ՚ի հրամանէ Թագաւորի, և զօրաց իւրոց, մարդ, և անասուն ինչ մի՛ ճաշակեսցէ. մի՛ արածեսցին, և մի՛ բնաւ ջուր արբցեն. այլ քուրձ զգեցցին մարդ, և անասուն առ հասարակ, և կարդասցեն առ ած աղօԹիւք յամ սրտէ իւրեանց, Թերևս ապաշխարեսցէ ՚ի մեզ ած, և դարձուսցէ ՚ի մէնջ զսրտմտուԹի բարկուԹեան իւրոյ, զի մի՛ սատակեսցիմք. Եւ գրեալ է ; հայեցաւ ած, և ետես զգործս նոցա, և զի դարձան ՚ի ճանապարհաց իւրեանց չարաց. Եւ զղջացաւ ած ՚ի վերայ սաստկուԹե հրամանին, և անցոյց ՚ի նոցանէ զբարկուԹի սրտմտուԹե իւրոյ, և ոչ կորոյս.

pro sanguine Naboth, & pro sanguine filiorum ejus, quem vidi heri, ait Dominus, reddam tibi in agro isto, dicit Dominus. Nunc ergo tolle, & projice eum in agrum juxta verbum Domini. 4. Reg. IX. 25. 26. In versione Syriaca legitur: *Equidem sanguinem Nabothi, & sanguinem filiorum ejus vidi heri vesperi, ait Dominus, & rependam tibi in isto prædio, ait Dominus.* In Textu Hebr. *Si non sanguines Naboth, & sanguines filiorum ejus vidi heri nocte, dicit Dominus: & reddam tibi in parte hac.*

(1) Hic incuria Scriptoris prætermissa videntur in Textu Armeno hæc verba: *Et convertatur omnis homo a via sua mala, & rapina, quæ est in manibus eorum*: quod manifestum fit ex iis, quæ paulo post sequuntur; tum etiam ex Textu sacræ Scripturæ juxta omnes versiones, in quibus eadem leguntur.

(2) Capite III. Jonæ Prophetæ juxta latinam vulg. *Et cœpit Jonas introire in civitatem itinere diei unius, & clamavit & dixit: adhuc quadraginta dies, & Ninive subvertetur. Et crediderunt viri Ninivitæ in Deum: & prædicaverunt jejunium, & vestiti sunt saccis a majore usque ad minorem. Et pervenit verbum ad Regem Ninive: & surrexit de solio suo, & abjecit vestimentum suum a se, & indutus est sacco, & sedit in cinere, & clamavit, & dixit in Ninive ex ore Regis, & principum ejus, dicens: Homines, & jumenta, & boves, & pecora non gustent quidquam, nec pascantur, & aquam non bibant. Et operiantur saccis homines, & jumenta, & clament ad Dominum in fortitudine, & convertatur vir a via sua mala, & ab iniquitate, quæ est in manibus eorum. Quis scit, si convertatur, & ignoscat Deus: & revertatur, a furore iræ suæ, & non peribimus? Et vidit Deus opera eorum, quia conversi sunt de via sua mala: & misertus est Deus super malitiam, quam locutus fuerat, ut faceret eis, & non fecit.* Jon. III. 45. & seqq.

բոյս զնոսա. և ոչ ասէ. հայեցաւ ա՟ծ, և ետես զպահս 'ի հացէ, և 'ի ջրոյ. 'ի խորգ, և 'ի մոխիր, այլ զի դարձան 'ի ճանապարհաց իւրեանց չարաց, և 'ի չարութ՟է գործոց իւրեանց; քանզի այսպէս ետ կարդալ արքայն նինուէ-ացւոց, զի դարձցի ամ՟ մարդ 'ի ճանապարհաց իւրոց, և յափշտակութ՟է, որ իցէ 'ի ձեռս նոցա. Եւ եղեն ընդունելի պահքն, զոր պահեցին սրբութ՟բ, և հաճոյ եղեն ա՟յ. և ոչ նմանեցան պահք նոցա, պահոցն եզրայէլացւոց. զի զարիւն արդար հեղին 'ի նմա.

Հանապազ սիրելի, պահք 'ի չարեաց, յորժամ ոք պահեսցէ, առաւել են քան զայն պահս, որ 'ի հացէ, և 'ի ջրոյ պահեսցեն, և առաւել քան զայն, որ խոնարհեցուցանէ զանձն իւր, և կորացուցանէ զպարանոց իւր իբրև զանուր, և քան զքուրձ զգենուլ, և 'ի վերայ մոխրոյ նստել, ո՟րպ ասաց եսայի մարգարէ. 'ի ժամանակի իբրև պահիցէ մարդ 'ի հացէ, և 'ի ջրոյ, և յա՟մ կերակրոց, և խորգով, և մոխրով զգեցեալ օգասցի. սիրուն, գեղեցիկ, և վայելուչ է. առաւել ևս այս լաւ է, խոնարհեցուցանել մարդոյ զանձն իւր, և լուծանել զկնճիռն սրտի, զանիրաւութ՟ի, և զմուրհակ անօրէնութ՟է 'ի բաց պատառել. և ապա յայնմ ժամանակի ծագեսցի լոյս նորա իբրև զարեգակն, և ընթանայցեն առաջի նորա իրաւունք արդարութ՟ե. և եղիցի նա իբրև դրախտ ջրալից, պտղալից ծայրալիր պտղով. և իբրև աղբեր աղբերաց, ուստի ջուր ոչ պակասիցի. Եւ ոչ նմանիցին կեղծաւորացն, որք խոնարհեցուցեալք տրտմեցուցանեն զդէմս իւրեանց, զի յայտնի արասցեն զպահս իւրեանց.

Ահաւասիկ և առաջնորդք հերձուածոց, նենգաւորք մեքենայք չարին պահս պահեն, և յիշատակին 'ի մեղս իւրեանց, և տ՟ր վարձու ոք չիք նոցա.

Օր

abstinuerunt a pane, & ab aqua, & quia induti sunt sacco, & sederunt in cinere; sed dicitur: *Quia conversi sunt de via sua mala, & de malitia operum suorum.* Porro Rex Ninivitarum ita edici, & promulgari jussit: *& convertatur omnis homo a via sua mala, & a rapina, quæ est in manibus ejus.* Et fuerunt accepta jejunia, quæ servaverunt cum sanctitate, & placuerunt Deo; & non fuerunt eorum jejunia instar jejunii Jezrahelitarum, qui in jejunio sanguinem justum fuderunt.

§. 5. In omnibus jejuniis, Carissime, præstantior semper est abstinentia a peccatis, quàm abstinentia a pane & aqua, & potior est, quàm humiliare seipsum, & contorquere collum suum quasi circulum, & melior est, quam indui sacco, & sedere in cinere, sicut dixit Isaias Propheta: *Hominem* (1) *abstinere a pane & aqua, & indutum sacco, sedentemque in cinere, plangere, utique res est laudabilis, pulchra, & decens: sed multo melius est, hominem humiliare animam suam, & solvere nodum cordis, nempe injustitiam, & dilacerare scripturam iniquitatis. Et deinde tunc temporis orietur lumen ejus quasi sol, & current ante eum jura justitiæ, & erit ille quasi hortus irriguus plenus undique ubertate, & fructuum copia usque ad summum, & erit sicut fons aquarum, cujus non deficiunt aquæ.* Non autem quando aliquis jejunat, erit similis hypocritis, qui humiliant se, & tristem faciem suam ostentant, ut manifestum faciant jejunium suum.

Verum jejunium est abstinentia a peccatis, non autem a solo cibo, & potu.

Isaias LVIII. 5.

Ibid. 6. & seqq.

Matth. VI. 5.

§. 6. Ecce etiam auctores hæreseon, fraudolenti inventores malorum jejunant, & permanent in peccatis suis. Nullus autem Dominus est, qui mercedem eis

Hæreticorum jejuniis nulla est merces, & retributio.

G 2 retri-

(1) S. Jacobus sensum verborum Isaiæ summatim retulit: ea autem juxta vulgatam talia sunt: *Numquid tale est jejunium, quod elegi, per diem affligere hominem animam suam? numquid contorquere quasi circulum caput suum, & saccum, & cinerem sternere? numquid istud vocabis jejunium, & diem acceptabilem Domino? Nonne hoc est magis jejunium, quod elegi? Dissolve colligationes impietatis, solve fasciculos deprimentes; dimitte eos, qui confracti sunt, liberos, & omne onus dirumpe. Frange esurienti panem tuum, & egenos, vagosque induc in domum tuam: cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris. Tunc erumpet quasi mane lumen tuum, & sanitas tua citius orietur, & anteibit faciem tuam justitia tua, & gloria Domini colliget te. Tunc invocabis, & Dominus exaudiet: clamabis, & dicet: ecce adsum: si abstuleris de medio tui catenam. & desieris extendere digitum, & loqui quod non prodest. Cum effuderis esurienti animam tuam, & animam afflictam repleveris. orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erunt sicut meridies. Et requiem tibi dabit Dominus semper, & implebit splendoribus animam tuam, & ossa tua liberabit, & eris quasi hortus irriguus, & sicut fons aquarum, cujus non deficient aquæ.* Isa. LVIII 5. ad 12. Horum verborum Prophetæ sententiam compendio attulit S. Jacobus, cujus verba cum aliis versionibus S. Scripturæ, ne longior sim, hic conferre, ac describere omitto.

retribuat. Quis enim est, qui det mercedem hæreticæ sectæ Marcionis? Cum ille Conditorem (1) nostrum beneficum non fateatur: vel quis dabit mercedem retributionis sectæ (2) Valentinianorum? Quoniam Valentinus multos conditores prædicat animæ (3) suæ; & dicit, quod Deus perfectus nullius unquam ore enarratus est, & nullius hominis cogitationes assequutæ (4) sunt eum: vel quis dabit retributionem servili sectæ (5) Manichæorum, qui inhabitantes sedent in tenebris, instar viperarum, & basiliscorum (6), & serviunt astrologiæ, ac magicis

Ով ո՞վ է այն, որ տայցէ զվարձս Մարկիոնի աղանդոյն հերձուածոյ. զի ոչ լինի նա խոստովան 'ի բարերար արարիչն մեր. և կամ ո՞ տայցէ զվարձս, հատուցման պաշոց աղանդին Վաղանդինացւոց. զի բազում արարիչս բարոզէ նա անձին իւրոյ. և ասէ, եթէ ա՟Ծ կատարեալ, ոչ երբէք պատմեցաւ բերանով, և խորհուրդք ուրուք զնա ոչ քննեցին. և կամ ո՞ տայցէ զհատուցումն զանդիկ աղանդին, այս ինքն, են Մանիքեցիքն, որ բնակեալ նստին 'ի խաւարի, 'ի նմանութի օձից, քարբից, և ծառայեն աստեղագիտութե բաղդէից

(1) Ita etiam S. Irenæus narrans Marcionem impiæ Cerdonis doctrinæ hæredem fuisse: *Succedens*, inquit, *ei Marcion Ponticus, adampliavit doctrinam impudorate, blasphemans eum, qui a lege, & Prophetis annunciatus est Deus, malorum factorem, & bellorum concupiscentem, & inconstantem quoque sententia, & contrarium sibi ipsum dicens*. Iren. *adv. Hæres. lib. I. cap. XXIX.* Similia de erroribus Marcionis scribit Tertullianus in libris contra Marcionem, S Epiphanius *Hæres.* 42. Theodoretus *Hæret. Fabul. lib. I. cap.* 24. Hinc autem bene affirmat S. Irenæus: Platonem hæreticis Marcionitis religiosiorem fuisse: *Quibus*, ait, *religiosior Plato ostenditur, qui eumdem Deum, & justum, & bonum confessus est*. Lib. III. cap. 25.

(2) Valentinianorum numero, & grege fuerunt Bardesanes, & Harmonius ejus filius Paternorum errorum sectator, quos viros doctissimos vocat Socrates *Hist. Eccl. lib. III. cap.* 16. Uterque tum scientia tum scriptorum copia maxime claruit, & magni habiti sunt inter Syros, aliasque Orientis nationes, ut testantur idem Socrates, Theodoretus *Hæret. Fabul. lib. I. cap.* 22., Epiphanius *Hæres. LVI.*, Hieronymus *de Vir. Illustr. cap.* 44., Eusebius, qui *lib. IV. c. ult.* lapsum Bardesanem in Valentini errores scribit, a quibus licet postea resipuerit: *Ipse quidem*, inquit, *sibi visus est ad rectiorem sententiam transivisse: vetusti tamen, atque inoliti erroris sordes non penitus extersit*: ideoque novam hæresim condidit, quæ a suo auctore nomen accepit, de qua Epiphanius, & Theodoretus; sed verisimile est, ætate S. Jacobi Bardesianistas cum aliis Valentinianis confusos fuisse.

(3) Hæc quidem conveniunt cum iis, quæ de triginta æonibus, & Valentini deliriis narrant Theodoretus *hæret. Fab. lib. I. c* 7. S. Irenæus *adv. hæres. lib. I.* Tertullianus *in libro contra Valentin.* Philastrius, & S. Augustinus *de hæresib.* Et S. Cyrillus Hierosolymitanus: *Accessit*, inquit, nempe ad Basilidem, *alius malitiæ adjutor Valentinus, triginta deorum adsertor, Gentiles pauciores numerant: hic vero, qui dicebatur, seu potius non erat Christianus, errorem usque ad triginta provexit*. Catech. VI. de uno Deo num. 17.

(4) Eadem de Valentino, ejusque discipulis tradidit S. Irenæus his verbis juxta antiquam latinam versionem: *Dicunt esse quemdam in invisibilibus, & inenarrabilibus altitudinibus perfectum æonem, qui ante fuit. Hunc autem & Proarchen, & Propatora, & Bython vocant: esse autem illum invisibilem, & quem nulla res capere possit. Cum autem a nullo caperetur, & esset invisibilis, sempiternus, & ingenitus, in silentio & in quiete multa fuisse in immensis æonibus*. Eadem S. Epiphanius scribit *lib. I. tom.* 2. *adversus hæres. hæres.* 31. n. 10., ubi affert verba Græca ejusdem S. Martyris, quæ in latinum versa talia sunt: *Principio in sublimitatibus illis, quæ neque visu percipi, neque appellatione ulla comprehendi possunt, perfectum inesse quemdam æonem asserunt, quem & primum Parentem, & Bythum nominant. Hunc, cum nullo loco contineri, nec videri posset, sempiternum nec genitum, in quiete, atque otio infinitis perseverasse sæculis*.

(5) Sectam Manichæorum servilem vocari a S Jacobo Nisibeno ideo puto, quia Manes Cubricus antea appellatus viduæ cujusdam servus fuit, quæ sine liberis decedens, magnam ei pecuniarum vim, opulentamque reliquit hæreditatem, quam & ipsa acceperat a Terebintho quodam, mutato nomine, Budda Assyriorum lingua nuncupato. Hic autem perinde ac ille servus fuit, atque hæres divitiarum, librorum, errorumque Scythiani cujuspiam, qui primus impiæ Manichæorum pestis auctor fuisse fertur, ut narrant Epiphanius *adv. hæres. hæres.* 66. Cyrillus *Catech. VI. num.* 22. & Scriptor disputationis Archelai cum Manete *Collect. Zacc. disp. Arch Ep. Socr. lib. I. Hist. Eccl c.* 22. Vel servilis dicta est a S. Jacobo Manichæorum secta, quia adorabant solem, & lunam, cæteraque venerabantur astra, ex quorum situ, aspectu, positione putabant totam hominum vitam, sortemque pendere, ideoque inserviebant militiæ Cæli; sicut majores sui in deserto fecisse, Hebræis exprobravit S. Protomartyr Stephanus in celebri illa sua concione, quam in magno synedrio habuit: *Convertit*, inqnit, juxta versionem vulgatam, *Deus, & tradidit eos servire militiæ Cœli. Act. VII.* 42. In Græco autem legitur λατρεύειν, quod etiam adorare significat, & in hunc sensum ut plurimum accipi solet. Prætérea in eosdem Manichæos bene conveniebant, quæ in epistola ad Romanos de omnibus Idolorum cultoribus scribit Apostolus *cap. II.* 25. *Commutaverunt veritatem Dei in mendacium: & coluerunt, & servierunt creaturæ potius, quàm Creatori*. Ideoque recte S. Doctor impiorum Manichæorum synagogam servilem nuncupavit.

(6) Diabolica astutia, & vaferrima calliditate occultare se, ac latere studuisse Manichæos, ut viperarum instar incautos, atque oscitantes homines veneno suo, clam subrepentes inficerent, plane omnibus compertum fit ex S. Leone Magno *Ep. II.*, qui non uno in loco de illorum in latendo vafritie verba facit, Deique misericordiæ adscribit, eos Romæ latitantes detegere potuisse. Ad Episcopos enim Italiæ ita scribit: *Ne is, qui, Domini misericordia revelante, per nostram curam a nostris ovibus morbus abigitur, necdum vobis præmonitis, & adhuc quid agatur ignaris, per vestras se dispergat Ecclesias, & suarum furtim cuniculos inveniat latebrarum &c.* Romanos autem in sacris concionibus frequentius admonet, ne eorum fraudibus deci-

դիւցն աղանդին հերձուածոց բաբե_ լոն աշխարհին.

Աւասիկ սոքա ամենեքեան պա_ հեն, և ոչ են ընդունելի պահք նոցա. Դարձեալ լուր սիրելի, և ցուցից քեզ զպահս ընդունելութե, զոր պահեաց Մուրթքէ, և Եսթեր. և եղեն պահք նոցա վահան փրկութե ամենայն ազգի ժողովրդեան իւրեանց. և խափանե_ ցին զպարծանս հպարտութե Համանայ խռովչի իւրեանց. և դարձան անօրէ_ նութիւք իւր 'ի գլուխ նորա. և դար_ ձան 'ի նա խորհուրդք անօրէնութե նորա. և դատաստանօքն, որովք կա_ մեցաւն դատել, դատապարտեցաւ. և որով չափով կամեցաւ չափել, չափե_ ցաւ նմա, և ըստ խորհրդոց նորա եղե_ նմա.

gicis artibus sectæ Chaldæorum, erroribus Babylonicæ (1) Terræ.

§. 7. Ecce hi omnes jejunant, & non sunt acceptabilia jejunia (2) eorum. Ad hæc audi, Cariſſime, & ostendam tibi jejunia acceptabilia, quæ servaverunt Mardochæus, & Esther: jejunia enim eorum fuerunt clypeum salutis universæ genti populi sui: & contrita est jactantia superbiæ Aman, qui eos angebat; & iniquitates ejus conversæ sunt in caput suum: & conversæ sunt in eum cogitationes iniquitatis suæ; & judiciis, quibus voluit condemnare, damnatus est: & qua mensura metiri voluit, mensum est ei: & secundum cogitationes suas factum est ipsi: & funibus peccatorum suorum

Jejunium Esther, & Mardochæi universam eorum gentem salvavit.

decipiantur, & quibus indiciis occultantes se inimicos agnoscant, edocet: *Nulla*, inquit in sermone quarto de quadragesima, *vos contagionis hujus aspergat impietas, quia sua maxime observantia polluuntur, servientes creaturæ potius, quàm Creatori, & luminaribus Cœli stultam abstinentiam devoventes, quos nemo esse ambigat Manichæos, qui in honore solis, & lunæ die Dominica, & secundâ feria deprehensi fuerunt jejunare*. Et paulo post: *Cumque ad tegendam infidelitatem suam nostris audeant interesse mysteriis; ita in Sacramentorum communione se temperant; ut interdum tutius lateant, ore indigno Christi Corpus accipiunt, Sanguinem autem Redemptionis nostræ baurire omnino declinant. Quod ideo vestram voluimus scire sanctitatem, ut vobis hujuscemodi homines, & ex his manifestentur indiciis, & quorum detecta fuerit sacrilega simulatio, notati, & proditi, a Sanctorum societate Sacerdotali auctoritate pellantur*. Et S. Prosper narrans in Chronico *ad an.* 443., quæ ab eodem Leone acta fuerant contra Manichæos, talia scribit: *Hoc tempore plurimos Manichæos intra urbem latere diligentia Papæ Leonis innotuit, qui eos de secretis suis erutos, & oculis totius Ecclesiæ publicatos, omnes dogmatis sui turpitudinem & damnare fecit, & prodere*. Et S. Cyrillus *Catech. VI. n.* 20. ut a Manichæis caverent, Hierosolymitanos suos his verbis admonebat: *Ne eorum blandiloquentiæ, fictæque modestiæ, dejectionique attendite. Serpentes enim sunt, viperarum progenies*. Et quidem cum in suspicionem aliquam erroris veniebant Manichæi, ne detegerentur, viperarum instar se occulebant mendaciis, perjuriis, ambiguisque fidei confessionibus, ut testantur Leo Magnus, Augustinus, Sulpicius, Theodoretus, Epiphanius, Petrus Siculus, Photius *hist. Manich.*, aliique. Idcirco ab eodem S. Cyrillo admonebantur Christifideles, ut Manichæos etiam postquam conversi fuissent, suspectos haberent: *Odio habe eos*, hoc est Manichæos, ajebat, *etiam qui harum aliquando rerum suspicione laboraverunt: quorum nisi pœnitentiam temporis diuturnitate compertam habueris, ne ipsis temere, & inconsiderate teipsum credas*. Catech. VI. num. 36.

(1) Manichæos impia suorum magistrorum disciplina edoctos magicas artes exercuisse, & præstigiis, atque astrologiæ studuisse, nulla esse potest dubitatio. Siquidem de Scythiano, & Terebintho primis Manichæorum blasphemiæ auctoribus tradunt Epiphanius *hær.* 66., aliique Scriptores, ambos, dum magicis artibus operam præbent, iisque alios illudere confidunt, periisse, & a Manete Regis Persarum filium ægrotantem, quem iisdem præstigiis curare agressus fuerat, occisum fuisse. Et idem Epiphanius *hær.* 66. *n.* 13. referens libros a Manete conscriptos, & quibus Manichæi utebantur, quibusdam enumeratis: *Præter hos alios*, inquit, *quosdam ad illudendos homines contexuit, velut minorem thesaurum. Item de astrologia. Neque enim a curiosis illis artibus abhorrent, quin potius astronomiæ scientiam præseferunt, ac de ea gloriantur*. Et subinde expositis erroribus Manichæorum, illisque, Evangelica veritate opposita, refutatis, nefandam Manichæi impietatis imaginem paucis exhibet in hunc modum: *Manichæus cum Gentilibus Gentilis est, ac solem, lunam, sydera, dæmonesque veneratur: Gentilis, inquam, est, ejusque secta Græcorum superstitiones tradit: Magorum quoque præstigias complectitur, in iisque volutatur: astronomos laudat, quorum curiosas artes persequitur, ac verbo tenus Christi nomine gloriatur*. Eadem de incredibili Manichæorum perversitate scribit S. Leo: *Quod enim*, inquiens, *in paganis profanum, quod in Judæis carnalibus cæcum, quod in secretis magicæ artis illicitum, quod denique in omnibus hæresibus sacrilegum, atque blasphemum est, hoc in istos, quasi in sentinam quamdam, cum omnium sordium concretione confluxit. Unde universas eorum impietates, ac turpitudines enarrare perlongum est. Superat enim verborum copiam criminum multitudo*. Serm. V. de Jejunio. Et Magnus Augustinus *Confess. lib. IV. cap. III.*, cum in Manichæorum errores incidisset, astrologiæ, seu genetliacæ arti se prorsus dedisum fuisse fatetur; & de libris Manichæorum talia tradit: *Libri quippe eorum pleni sunt longissimis fabulis de Cœlo, & syderibus, & sole, & luna. Confess. lib. V. cap. VII.* Et alibi de astrorum scientia multa scripsisse Manichæum narrat adeo imperite, ut ex philosophorum libris redargueretur inscitiæ. Propterea idem Augustinus ejus vesaniam miratus ita interrogat: *Sed quis quærebat, Manichæum ita scribere?* Paucis interpositis ita sibi respondet: *Ut convictus ab eis, qui ista vere didicissent, quis esset ejus sensus in cæteris, quæ abditiora sunt, manifeste cognosceretur*. Et non multo post: *Itaque cum de Cœlo, ac stellis, & de solis, ac lunæ motibus falsa dixisse deprehenderetur, quamvis ad doctrinam religionis ista non pertineant, tamen ausus ejus sacrilegos fuisse, satis emineret*.

(2) De nefariis Manichæorum jejuniis diabolica fraude institutis apposite hæc loquitur Sanctus Leo *in serm. III. de quadrag. Qui scivit*, inquit de Diabolo, *humano generi mortem inferre per*

rum ligatus est : & gloriatus est, & superbivit in sublimitate sua, & nihil ei profuit : & versutia ipsius non salvavit eum; & quia astutus factus est in malo, in eodem captus est : & in superbia arrogantiæ suæ cecidit, & corruit, & gloria honoris ejus ablata est ab eo : & pulchritudo ætatis ejus corrupta est, & virtus potentiæ ejus infirmata est; & ictibus, quibus voluit percutere, percussus est : & vulneribus, quibus voluit vulnerare, vulneratus est. Etenim voluit ille interficere omnes Judæos, qui erant sub potestate domini sui Assueri Regis. Sed fuerunt jejunia Mardochæi, & Esther tanquam clypeum, & exceperunt acuta jacula iniqui Aman. Ipse autem in iniquitate sua implicatus est, & ensis interfector intravit in cor ipsius; & arcus, quem tetenderat in iniquitate, confractus est : sicut scriptum est de impiis :
Psal. XXXVI. 15. *Gladius eorum intret in corda ipsorum, & arcus eorum confringatur*. Id totum evenit, & impletum est super Aman, quando paravit crucis patibulum Mardochæo, & filiis ejus. Pependit ex illa ipse Aman, & ejus filii; & incidit in foveam, quam fecit : & captio, quam abscondit, apprehendit pedes ejus : & laqueus ejus paratus est ipsi, & ipse incidit in instrumenta iniquitatis; & interitus ejus fuit in sæcula sæculorum.

նիմ. և 'ի տռռութեան մեղաց իւրոց կապեցաւ նա, և պարծեցաւ հպարտացաւ 'ի մեծութեան իւրում, և ոչինչ օգնեաց նմա, և իմաստութիւն նորա զնա ոչ փրկեաց. և զի խորամանկեցաւ 'ի չարիս, 'ի նոյն որսացաւ, և 'ի հպարտութիւն ամբարտաւանութեան իւրոյ անկաւ կործանեցաւ, և փառք պատուոյ նորա վերացան 'ի նմանէ. և գեղ հասակի նորա ապականեցաւ, և զօրութիւն հնկայութեան իւրոյ տկարացաւ. և հարուածովք, որովք կամեցաւ հարկանել, 'ի նմին հարաւ, և որովք վիրօք կամեցաւ վիրաւորել, վիրաւորեցաւ; քանզի կամեցաւ նա սատակել զամ հրէայս, որք էին ընդ իշխանութեամբ տեառութեան աւշուերոսի արքայի. Եւ եղեն պահքն մուրթքէի, և եսթերայ իբրև զվահան, և ընկալաւ զնետս մուխս անօրէն համանայ. և համան յանօրէնութեան իւրում շաղեցաւ, և սուրն սատակիչ եմուտ 'ի սիրտ նորա. և աղեղն նորա, որ լարեալ էր յանօրէնութիւն, փշրեցաւ. որպէս և գրեալ է վասն ամբարշտաց; սուրք իւրեանց մտցեն 'ի սիրտս իւրեանց, և աղեղունք նոցա փշրեսցին. Այս ամ ենն կատարեցաւ 'ի վերայ համանայ, երբ պատրաստեաց զխաչն կախաղանի մուրթքէի, և որդւոց նորա. կախեցաւ զնմանէ ինքն համան, և որդիք իւր. և խորխորատն, զոր փորեաց, նա անկաւ 'ի նմա. և որս, զորս թագոյց, էառ զոտս նորա, և որոգայթ նորա, նմին պատրաստեցաւ, և անկաւ նա 'ի գործիս անօրէնութեան, և եղև սատակումն նորա յաւիտեանս ժամանակաց.

Aman ut vindicaret Amalecitas, volebat omnes Israelitas interficere.

§. 8. *Cur autem, Dilectissime, Aman petiit gratiam a Rege, ut perirent omnes Judæi? scilicet quia voluit vindicare filios gentis suæ, & delere nomen filiorum Israel, sicut & deleta est memoria Amalec sub Cœlo. Remanserat enim ex Amalecitis Aman, sicut & scriptum est :
Esther III. 1. *Aman filius Amadathi, qui erat de stirpe Agag*. Cum adhuc in aula Regis Assueri Aman in honore, ac æstimatione esset, Mardochæus ad Regiam januam quotidie morabatur

Եւ ընդէ՞ր, սիրելի, խնդրեաց համան պարգև յարքայէ անտի, զի կորիցեն ամ հրէայք; այլ զվրէժ որդւոց ազգին իւրոյ կամեցաւ խնդրել, և ջնջել զանուն որդւոց իսրայելի, որպէս և ջնջեցաւ յիշատակ ամաղեկայ 'ի ներքոյ երկնից. և մնացեալ էր համան յամաղէկացւոց անտի. որպէս և գրեալ է; համան համադաթեան ագաթեանց, մինչդեռ 'ի տան թագաւորութեան աշխարհի արքային էր պատուական. և մուրթքէ աւ

per cibum, novit & per ipsum nocere jejunium; & ad contrariæ fraudis effectum, famulis utendo Manichæis, sicut per serpentem intulit interdicta præsumi, ita per famem suadet concessa vitari. Et in sermone quarto de Epiphania : *Neminem fallant*, monet Romanos, ut a Manichæorum fallaciis caveant, *discretionibus ciborum, sordibus vestium, vultuumque palloribus, non sunt casta jejunia, quæ non de ratione veniunt continentiæ, sed de arte fallaciæ*. Et demum in serm. IV. de Nativitate : *Non vos seducant*, ait, *deceptoriis artibus ficta, & simulata jejunia, quæ non ad purificationem, sed ad perditionem proficiunt animarum*. Idem testatur S. Cyrillus *Catech. VI. n.* 31. clamans : *Nemo se ad corruptores animarum Manichæos applicet, qui palearum aquis jejunii austeritatem simulant. Qui ciborum conditorem calumniantur, cum se ipsi lautissimis quibusque cibis ingurgitent. Qui docent eum, qui hanc vel illam herbam evellit, in eam transmutari*. Addi possunt Augustinus, Epiphanius, Photius, aliique, qui impios, ac simulatos Manichæorum mores, & simulatas virtutes retulerunt.

առ դրան արքունի նստէր հանապազ վս̄ Եսթերայ սանի իւրոյ ։ Որ եկին առին տարան զնա , և հաճոյ եղև նմա արշօրի արքային , քան զամենայն կուսանս ընկերս իւր . և եմուտ նստաւ նաւ փոխանակ վաշթեայ տիկնոջ ; և Մուրթքէ կանխէր հանապազ , և նստէր ՚ի դրանն արքունի ։ Եւ համան երկրորդ էր արշաւէր արքային , և պատուական էր նա յամենայն արքայութե նորա , և ամ̄ մարդ , որ էր ՚ի դրան արքունի , իբրև տեսանէր զհաման , անկանէր խոնարհ , երկիրպագանէր նմա ։ Եւ ի̄ այսորիկ , յայս պատճառս կամեցաւ առնուլ զվրէժ յորդւոց անտի ժողովրդեան ազգին Մուրթքէի , զի առցէր ՚ի նոցանէ զվրէժ ամաղեկացւոց ; քանզի յազգէ անտի ագագայ արքային ամաղեկացւոց էր նա , այն , զոր շաւուղ եած , և սպանեաց զնա շամուէլ մարգարէ առջի ա̃Ա̄ծ ; և Մուրթքէ առնմակից էր շաւուղեան զնդին , յազգէ անտի բենիամենի , յորդւոց կիսեայ ։ Քանզի եհար կոտորեաց շաւուղ զամաղեկացիս ՚ի սուր սուսերի իւրոյ . և կամեցաւ համան խնդրել զվրէժ ազգի իւրոյ ՚ի Իէղաց որդւոցն իշ̄ի . և զմահն ագագայ ՚ի Ձեռաց Մուրթքէի ։ Եւ ոչ գիտէր Թափեալ ուղեղն , Թէ վճարեալ է վս̄ ամաղեկի , յաւուրս , զի ջնջեսցի յիշատակ նորա ՚ի ներքոյ երկնից ։

Գրե_

batur pro Esther , quam sibi in filiam adoptaverat . Siquidem cum ad eum venissent , accipientes illam adduxerunt ad Assuerum Regem , eique placuit præ omnibus virginibus æqualibus suis ; & ingressa sedit in solio loco Reginæ Vasthi : & Mardochæus quotidie summo mane veniebat , seduloque ad Regium ostium assidebat . Aman vero erat dignitate secundus ab Assuero Rege , & in toto ejus Regno summo in pretio , ac honore habebatur . Et quicumque morabatur ad ostium Regis , videns Aman inclinabat se , & adorabat eum . Hac igitur capta occasione voluit sumere vindictam de filiis populi gentis Mardochæi , ut ulcisceretur in eis Amalecitas , quia erat ipse ex gente Agag *Esther III. 1.*
Regis Amalecitarum , quem Saul ad Samuelem adduxit , & Samuel Propheta occidit coram Deo . Et Mardochæus erat *1. Reg. XV. 32.*
cognatus gentis Saul ex eadem Tribu Beniamin ex filiis Cis . Itaque quia Saul percussit , & interfecit Amalecitas in ore gladii sui : ideo Aman voluit sumere vindictam gentis suæ de filiis Israel , & ulcisci mortem Agag in (1) Mardochæo . Et insanum caput nesciebat , quod definitum fuerat eo tempore de Amalec , ut deleretur memoria ejus sub Cœlo . Scriptum est enim , dixisse Deum in diebus sanctis ad (2) Moysen : *Dic tu Josue filio*

Esther cap II. 5. (beside "cognatus gentis Saul")

Exod. XVII. 9. (beside "sanctis ad (2) Moysen")

(1) Itaque jam ante oderat Judæos Aman , & universam Judæorum gentem perdere secum statuerat , quàm Mardochæus renueret flexis genibus eum , ut præceperat Rex , adorare . Profecto non obscure illud innuitur ex verbis illis sacræ Scripturæ juxta versionem vulgatam Capite III. Esther vers. 6. *Magisque voluit omnem Judæorum , qui erant in regno Assueri , perdere nationem .* Nam dictio illa *magisque* satis aperte indicat , ex facto Mardochæi confirmatum fuisse Aman in eo , quod sibi faciendum proposuerat . Id quoque jampridem visum est Cornelio a Lapide in suis Commentariis ad d. Scripturæ locum : *Vo magis innuit , jam ante voluisse Aman perdere Mardochæum , & Judæos , quod ipse duos amicos suos accusasset , ut in crucem agerentur , ut dixi Cap. I. 21. Jam autem accedente alia injuria , suoque contemptu , ut ipse censebat , in sua sententia confirmatus , magis voluit eosdem exterminare .* Sed aliam prorsus causam internecini odii , quo Aman Judæorum exitium quærebat , præclare nos Sanctissimus Nisibenus Episcopus edocet ; cujus singularem expositionem , memini , apud alium veterum Patrum legisse neminem . Beatissimi autem Doctoris interpretationi favere videntur verba Flavii Josephi *Antiqu. Jud. lib. XI. cap. VI.* , qui de Amane Amadathi filio genere Amalecita talia scribit : *Cumque voluisset pœnas de Mardochæo sumere , parum quidem esse ratus est , ipsum ad supplicium deposcere ; illius vero ex gente universos delere secum statuit . Etenim a natalibus erat Judæis infensus , quia genus Amalecitarum , ex quibus ortus erat , ab iis perditum fuerat .* Insuper adstipulari videntur Brugensis , Cajetanus , aliique , qui affirmant , Mardochæum noluisse adorare Aman , quia erat Amalecites , quacum gente præceperat Deus Judæis perpetuas exercere inimicitias . In eadem sententia est etiam Guillelmus Estius , qui insuper in notis ad cap. III. vers. 1. libri Esther : *Agag* , inquit , *fuerat Rex Amalec , quem Samuel interfecit , ut habemus 1. Reg. cap. X. , & ob hanc causam fieri potuit , ut Aman jam ante etiam concepisset odium adversus Judæos , eo quod Amalecitarum natio fere tota ab Israelitis deleta fuerit . Sed auctum fuit hoc odium ex eo , quod Mardochæus , ut hoc eodem capite narratur , noluerit eum adorare .* Aliquid huic affine de causa odii Aman in populum Hebræum habetur in Paraphrasi Chaldaica , ubi ita legitur : *Et fuit ludus ante illum extendere manus suas ad occidendum Mardochai tantum ; namque indicaverant ipsi , quod Mardochai descenderet a Jacob , qui abstulerat ab Esau Progenitore Haman jus Primogenituræ & benedictionem , Jebudæos etiam esse gentem Mardochai : & quæsivit Haman perdere omnes Jebudæos , qui erant in omnibus Regnis Ahassueros .*

(2) Exodi quidem *cap. XVII. 9.* ita legitur : *Dixitque Moyses ad Josue : elige viros , & egressus pugna contra Amalec : cras ego stabo in vertice collis habens virgam in manu mea .* Hæc autem , priusquam Moyses præciperet Josue , accepisse a Deo , nulla esse potest dubitatio ; verbis tamen sacræ Scripturæ id non exprimitur . Itaque sensum potius , seu latiorem interpretationem verborum Scripturæ allegavit S. Jacobus , quod sæpius facere solet veterum Patrum more , qui sæpe me-

mo-

filio Nave, ut eligat sibi viros pugnatores, & ineat certamen belli contra Amalec. Et cecidit, & subversus est Amalec in signo Crucis, (1) cum Moyses brachia extenderet. Et cum interfecti, & interempti essent omnes, qui steterant in acie, superstites fuerunt, qui in domibus suis remanserant: Tum Dominus Moysi: *Scribe*, inquit, *hoc ad monimentum in libro, & trade in manum Josue filii Nave, delens enim delebo ego memoriam Amalec sub Cœlo.* Et hac longanimitate sua utens Deus pepercit Amalecitis, ut si forte iis auditis, quæ scripta erant in libris sanctis, converterentur ad eum, & ipse eorum misereretur. Nam

Exod. XII, 14.

Գրեալ է, զի ասէ ԱԾ յա[illegible] ցՄովսէս ; ասա՛ դու ցՅեսու որդի Նաւեայ, ընտրել իւր արս պատերազմողս, և տանել զմարտ պատերազմին ընդ Ամաղեկի : Եւ անկաւ կործանեցաւ Ամաղէկ, 'ի նշան խաչին, 'ի տարածել բազկաց Մովսիսի : Եւ իբրեւ կոտորեցան սատակեցան ամենեքեան, որք կային զմարտ պատերազմին, մնացին 'ի տունս 'ի բնակութիւնս իւրեանց : Յայնժամ ասէ Տր ցՄովսէս ; գրեա՛ դու 'ի մատեան յիշատակաց, և տո՛ւր 'ի ձեռս Յեսուայ որդւոյ Նաւեայ. քանզի ջնջելով ջնջեմ ես զյիշատակ Ամաղեկի 'ի ներքոյ երկնից : Եւ երկայնմտութե ներէաց նմա ամաղեկացւոցն, զի Թե

եւս

moriter, quæ tenebant, scripturarum loca allegabant, quarum codices non semper in promptu, & ad manus eis erant, ut verba ipsa ex illis describerent; aut certe tempus, & otium non aderat, ut loca singula, quibus uti vellent, perquirerent, & inventa in libros suos transferrent.

(3) Veteres Ecclesiæ Patres unanimi consensu cum S. Jacobo docent, Moysen Jesus in Cruce pendentis figuram gessisse, & admirabile Crucis mysterium ipso corporis habitu præmonstrasse; ita Tertullianus *lib. III. contra Marcionem cap. XVIII.* Cyprianus *lib. II. Testim.* 21. Justinus *in Dialogo contra Tryph. circa med.* Gregorius Nazianzenus *Orat. VI. p.* 137. *Orat. XIX. p.* 305. *Orat. XLII. p.* 691. Gregorius Nyssenus *Orat. I. de Refurrect. Tom. III p.* 383. Testantur veterrimi ethnici Scriptores, & antiqua ostendunt monumenta, prasse quandoque etiam Gentiles protensis in Cœlum manibus naturali quodam instinctu, seu edocti magisterio naturæ, qua omnibus ubique gentium persuasum semper fuit, Cœlum a Deo potissimum inhabitari; itaque eò oculos seu manus protendebant, unde opem, atque auxilium præstolabantur. Quare de quadam virgine, quæ ab hostibus in captivitatem, vinctis post terga manibus, abducebatur, vetus poeta cecinit.

Ecce trahebatur passis Priameja Virgo
Crinibus a templo Cassandra, adytisque Minervæ,
Ad Cœlum tendens ardentia lumina frustra:
Lumina, nam teneras arcebant vincula palmas.
Virg Æneid. lib. II.

Verum enim morem orandi, extensis brachiis in similitudinem Crucis, proprium, ac peculiarem fuisse Christianorum in dubium revocari nequit. Nam a primæva nascentis Catholicæ Ecclesiæ ætate primos illos Christifideles Deum hoc modo deprecari solitos fuisse, certissime constat ex firmissimo testimonio Tertulliani *de Oratione cap. XI. & cap. XIII. in Apolog. cap. XXIX.* & Clementis Alexandrini *Strom. lib. VII.* Eusebii *de vit. Constant. lib. IV. cap. XV.* Prudentii *de SS. Martyrib. Fructuoso &c. v.* 13. & aliorum plurium, tum etiam ex antiquis Christianis sarcophagis, lapidibus, vitris, tabulis, aliisque monumentis, ubi veterum fidelium effigies hoc habitu corporis orantium insculptæ, aut depictæ cernuntur. Quare immerito, ut cætera, impii homines rident sacratissimum hunc ritum orandi a Propheta Moyse acceptum, a primis Christianis frequentatum, Catholicæ Ecclesiæ auctoritate, & Sanctorum Martyrum exemplo confirmatum, qui in ipsa passione sua, inter cruciatus, ac tormenta Deum hoc corporis statu, ac gestu deprecabantur. Nam de S. Agnete scribit B. Ambrosius *de Virg. lib. I. cap. II. Tendere*, inquit, *Christo inter ignes manus, atque in ipsis sacrilegis focis tropæum Domini signare victoris.* Et de SS. Martyribus Fructuoso, & Augurio traditum est: *In signoque Tropæi Domini constituti Dominum deprecabantur. apud Ruinart. Act. Mart.* Sanctissimus iste mos, quod ad hominum vulgum, & multitudinem attinet, paulatim in desuetudinem abiit humana quadam infirmitate, seu potius, nobilium præsertim, ac delicatorum ingenio, quod ad deteriora semper, & segnitiem proclive a laboriosis quibusque abhorret. Siquidem in duobus antiquis tabulis, quas in sua Roma subterranea exhibet Arringhius *Rom. Subter. Tom. II. lib. IV. cap. XIV. Tab. II. p.* 117. *cap. XVIII. p.* 137. nobilis matrona spectatur, extensis in Cœlum manibus orans, cujus brachia a duobus viris famulantium obsequio, ut laborem minuant, sustentantur. At vero sanctissimus ritus, quem inconsulta hominum turba neglexit, ac paulatim abjecit, retentus est ab Ecclesia in suis Sacerdotibus, dum sacris operantur, tum etiam a Monachis religiosiorem, ac sanctiorem vitam professis, dum voluntarias, seu injunctas sibi pœnitentias peragunt. Nam inter varios modos ad agendam pœnitentiam, luendasque pœnas pro peccatis commissis, qui a Monachis adhiberi solebant, frequentissimus, præsertim X. & XI. sæculo fuit ille recitandi partem, vel integrum Psalterium brachiis extensis, vel in altum sublatis in similitudinem Crucis. *Petr. Dam. Op. XV. cap. XIV.* Et quidem etiam ætate Cassiani apud Monachos Orientis disciplinam orandi inter psallendum, expansis brachiis, servari consuevisse, ipse Monasteriorum instituta referens testatur, *Inst. lib. II. cap. VII.* Hujusmodi autem pœna, quam ad Crucem vocabant, mulctari solitos fuisse Monachos, qui aliqua in re deseceerant, sæpe legimus in monumentis VIII. & IX. sæculi, ita in actis S. Liobæ an. circiter 725. apud Surium *Tom. V. p.* 401. & plura hujusmodi exempla extant apud Marten *Tom. IV. lib. I. de Rit. Monach. cap. XII. n.* 32. Assumptus etiam fuisse videtur mos iste standi ad Crucem pro probatione quadam in causis dubiis Ecclesiasticis, præsertim sub Carolo Magno ad eliminandas, ut reor, ferales purgationes ferri, & aquæ &c. Qua de re videri potest Ughellus in Rotaldo Episcopo Veronensi 45. *Tom. V. ult. edit. pag.* 711. Et Du Fresne in Glossario *med. & infim. Latinit. Tom. II. ult. edit. Verbo Crucis judicium p.* 1115. Verum enim an statio ad crucem idem fuerit, ac contendere, & decertare cruce, & examinatio crucis, quam abrogavit Ludovicus Pius in capitulari Aquisgranensi anno 816. *cap. XXVII. apud Baluzium Capitul. Reg. Franc. Tom. I. p.* 570. maxime mihi dubium videtur, & aliorum judicio definiendum relinquo.

Եւ լուիցեն զգրեալս 'ի մատեանսն մեր, Եւ դառնայցեն առ նա, և ողորմեսցի նոցա. և եթէ դարձեալ էր նոցա առ նա, գոյր նոցա տեղի ապաշխարութե. որպէս գտաւ տեղի ապաշխարութեան նինուէացւոց, իբրև քարոզեցաւ 'ի վերայ նոցա կործանումն, և նոքա ցուցին զապաշխարութիւն իւրեանց, և դարձաւ 'ի նոցանէ սրտմտութիւն բարկութե. Եւ որպէս տուաւ ձեռն գաբաւոնացւոց, և ոչ սատակեցան ընդ քանանացիս; և որպէս տուաւ ձեռն ռահաբայ, զի հաւատաց; նոյնպէս ամաղեկացւոց տուեալ լինէր ապաշխարութիւն, եթէ հաւատացեալ էր. զի ներեաց նոցա չորեք հարիւր ամ. Եւ յետ այսր ամ ժամանակի, իբրև ետես թէ ոչ դարձան, ահերեաց 'ի վերայ նոցա սրտմտութիւն բարկութե նորա. Եւ 'ի ժամանակին իբրև հաստատեցաւ շաւուղ 'ի տէրութեան արքայութե, ասէ ԱԾ ցշամուէլ; յիշեմ զորինչ գործեաց ընդ ձեզ ամաղէկ, յելանելն ձեր յերկրէն եգիպտացւոց, որպէս ել նա ընդ առաջ սրով պատերազմաւ; արդ երթ կոտորեա՛ դու 'ի սուր սուսերի զանօրէնն ամաղէկ. Եւ չոգաւ շաւուղ, և կոտորեաց զամաղէկացիս; և զի արար շաւուղ ողորմութիւն 'ի վերայ ամաղէկի, անարգեցաւ նա յարքայութենէ իւրմէ, զի եթող նա զմնացորդս նոցա, և ինքն համան մնացորդ էր ազգաբեան տոհմին, զոր եթող շաւուղ.

Եւ ոմանք առնեն մեղս կուսեն 'ի վերայ մուրթքէին, և ասեն; ընդէ՞ր ոչ յառ-

Nam si conversi fuissent ad eum, fuisset locus eorum pœnitentiæ, sicut datus est locus pœnitentiæ Ninivitis, quando prædicata fuit super eos subversio, & ostenderunt illi pœnitentiam, & aversus est ab eis furor iræ. Et sicut porrecta est *Jos. IX. 15.* dextera Gabaonitis, & non fuerunt interfecti cum Chananæis. Et sicut data *Jos. II. 12. VI. 17.* est manus Rahabæ, quia credidit. Ita Amalecitarum admissa fuisset pœnitentia, si credidissent. Nam per quadringentos annos Deus eis pepercit. Hoc autem universo tempore elapso, cum vidisset, eos non fuisse conversos, irruit super eos furor iræ suæ. Et cum ea tempestate in dominio regni firmatus esset Saul, dixit Deus ad Saul per os Samuel: *Recordor quidquid operatus fuerit contra vos Amalec, cum exiretis* *1. Reg. XV. 2.* *vos a terra Ægyptiorum, quomodo obviam venerit gladio hostili; nunc vade tu, & interfice iniquum Amalec in ore gladii*. Et profectus est Saul, & interfecit Amalecitas. Sed quia fecit Saul misericordiam super Amalec dimittens eos, qui cladi superfuerunt, ideo ejectus est e Regno suo. Et ipse Aman erat ex iis, qui reliqui fuerunt de (1) gente Agag, quibus pepercit Saul.

§. 9. Reprehendunt autem (2) aliqui Mardochæum dicentes: *Quare non assur-* *Cur Mardochæus non assurgeret Aman.*

(1) Vetus latinus interpres: *Aman*, inquit, *filium Amadathi, qui erat de stirpe Agag*. Chaldæus autem Paraphrastes: *Magnificavit*, inquit, *Rex Achasueros Haman filium Hamdatha, qui erat ex prosapia Agag filii Ghamalek impii*. Textus Hebraicus Agagæum nominat: ita etiam versio Arabica: & Flavius Josephus genere Amalecitam vocat. At adversatur, quod scribit Severus Sulpicius in sua historia, eum fuisse natione Persam. Et septuaginta capite III. Esth. v. 1. & cap. IX v. 24. & Latinus Interpres cap. XVI. v. 10. Macedonem fuisse diserte affirmant. Respondent Menochius, Mariana, Cornelius a Lapide, Tirinus, Estius, aliique, verosimillimum esse, majores Amani ex Amalecitarum excidio superstites in Macedoniam profugisse; indeque parentes Amanis in Persidem paulo ante hæc tempora demigrasse; vel Amanem Patre, ac gente fuisse Macedonem, Matre Persam, veteri origine Amalecitam. Huetius autem, qui scribit, Lysimachum in libro Esther græce vertendo intemperanter luxuriasse, & adhibuisse Macedonum nomen per hæc tempora ignotum, atque inauditum in Perside, putat: *Pro Amalecita Macedonem dixisse Amanem, ut indignationem augeret* ἀναγνωστῶν*, vel certe* ῥητορικῶς. Dan. Huet. Demonstr. Evang.

(2) Quæri solet inter Theologos, & sacræ Scripturæ Interpretes, an recte se gesserit Mardochæus, renuens adorare Amanem contra voluntatem Regis, qui id mandaverat, cum debitus honor Principibus etiam malis exhibendus sit, adoravit enim David Saulem, & Judith Holophernem, maxime, quia adorando Amanem saluti totius populi sui Mardochæus consuluisset. Aliquis dicit, noluisse Mardochæum genuflectere coram Aman, quia fuerat ejus servus. Verùm id non modo incertum, sed nec verosimile, & rejicitur ex verbis ipsius Mardochæi, qui in oratione ad Deum, se, inquit, vestigia pedum ejus deosculari paratum esse. Sunt qui dicunt, id recusasse, ne videretur adorare idolum, quod ex collo suspensum gerebat, vel idolorum imagines, quas in veste depictas habebat. Sed hæc sunt nugæ, & commenta Rabbinica. Itaque alii affirmant, quia volebat Aman Divino cultu honorari. Ita S. Thomas 2. 2. *qu. 84. art. I. in resp. ad I.* Sylvius *in Comm. ad d. locum*, Cornelius a Lapide, Monochius, Gordonus, Mariana, Drusius, Grotius, aliique plurimi *ad cap. III. Esther. v. 2.* Verumenim hæc sententia ab aliis non probatur, quia haud fieri posse eis videtur, ut Aman cultu divino adoratus fuerit, quem Rex secundum a se constituerat; Regem autem Mardochæus adoravit, & ipsum Mardochæum postea simili honore, jussum est, ab omnibus honorari, quem, si divinus fuisset, minime ipse vir religiosus, & timens Deum admisisset.

assurgebat Aman venienti, cum eum videret? quoniam tum in toto Regno gloria, & honore omnibus præcellebat. Et quid ei nocuisset, si honorasset eum? Imo si Mardochæus surrexisset Aman venienti, ille non cogitavisset hæc mala super Mardochæum, & gentem ejus. Ita loquitur, qui rem totam bene cognitam, perspectamque non habet. Mardochæus uti vir justus, & in lege doctus ita se gessit respiciens ad Saul parentem suum, qui, eo quia fecisset misericordiam super Agag parentem Aman, ejectus est e Regno, & venit ira super eum: quare si Mardochæus honoravisset Aman, ira furoris facta fuisset super ipsum, sicut facta fuit super Saul. Nam Amalec, Carissime, cum exercitu instructo ad pugnam ante omnes alias gentes obviam venit Israel. Hujusmodi vero consilium cœpit Amalec exeundi, præliandi, interficiendique filios Jacob, ut aboleret benedictiones Isaac, vehementer veritus, ne cogeretur servire filiis Jacob. Etenim
Genes.XXVII 40. sic dixit Isaac ad Esau: *Jacob* (1) *fratri tuo servies; si postea conversus fueris, & pœnituerit te, auferetur jugum ejus*
Genes. XXVI, *a cervice tua*. Siquidem sciendum est,
10. 12 Amalec filium fuisse concubinæ Eliphaz
1. Paralip. I. 35. filii Esau, & noluisse obedire filiis Jacob. Cur autem, Carissime, dixit Isaac ad
Genes.XXVII.40. Esau: *Fratri tuo Jacob servies*? id modo tibi aperiam, manifestumque fa-
Genes.XXXVI. 2. ciam. Esau enim accepit uxores ex filiabus Chanaan, cui mala imprecatus
Genes. IX. 25. maledixit Pater ejus Noe dicens: *In servitute fratrum tuorum eris*. Itaque cum scirent Abraham, & Isaac, quod Chananæi maledicti, & execrati erant, non acceperunt uxores neque sibi, neque filiis suis e filiabus eorum, ne maledi-

յառնէր նա յերեսաց Համանայ, իբրեւ տեսանէր զնա. զի անհաճանին պատճառկան, եւ փառաւոր էր յամ արքայութէ. եւ զինչ վնաս էր նմա, եթէ առնէր նմա զպատիւ. զի եթէ Մուրթքէ յարուցեալ էր յերեսաց Համանայ, զայս չարիս ոչ խորհէր Համան 'ի վերայ Մուրթքէի, եւ ազգի նորա. Այս ասէ, որ ոչ գիտէ զզօրութիւն բանին. Բայց Մուրթքէ իբրեւ այր մի արդար, եւ օրէնսգէտ, արար զայս. քանզի հայէր նա ընդ Շաւուղ ազգականն իւր. զի արար ողորմութիւն 'ի վերայ Ագագայ արքայի ազգատոհմին Համանայ, անարգեցաւ յարքայութէն, եւ եկն բարկութիւն 'ի վերայ նորա; եւ Մուրթքէ եթէ արարեալ էր պատիւ Համանայ, բարկութիւն սրտմտութէ լինէր 'ի վերայ նորա, որպ Շաւուղին. Եւ ընդէ՞ր սիրելի առաւել քան զամ հեթանոս Ամաղէկ ել ընդառաջ Իսրայելի 'ի մարտ պատերազմի. Այսպէս խորհեցաւ Ամաղէկ, զի ելցէ, հարցէ, կոտորեսցէ զորդիսն Յակոբայ, եւ խափանեսցէ զօրհնութիւնս Իսահակայ. երկուցեալ, զարհուրեալ նա 'ի հնազանդութէ առանի որդւոցն Յակոբայ. Զի այսպէս ասաց Իսահակ ցԵսաւ; Յակոբայ եղբօր քում ծառայեսցես. ապա եթէ դարձցիս, ապաշխարեսցես, բարձցի լուծ նորա 'ի պարանոցէ քումմէ. Արդ այսորիկ գիտակ լիջիր, զի Ամաղէկ հարճորդի է Եղիփազու որդւոյ Եսաւայ, եւ ոչ կամէր յանձն հնազանդիլ որդւոցն Յակոբայ. Եւ ընդէ՞ր սիրելի, ասաց Իսահակ ցԵսաւ. Յակոբայ եղբօր քում ծառայեսցես. Բանս այսպէս առնէ յայտ; քանզի էառ Եսաւ զկանայս 'ի դստերաց անտի քանանու, զոր անիծեալ նզովեալ զնա հայր իւր Նոյ, ասելով; 'ի ծառայութէ կացցես եղբարց քոց. Արդ վասնզի գիտէին Աբրահամ, եւ Իսա_

set. Itaque reliquum est, ut sententia S. Jacobi omnium suffragiis probetur, quæ omnibus præstare videtur, & quam ex aliqua parte etiam tradidisse, & secuti esse videntur Cajetanus, Brugensis, Estius, aliique nonnulli asserentes noluisse Mardochæum neque assurgere, neque adorare Aman, quia Amalecites erat; Judæis autem perpetuas exercere inimicitias contra Amalec, præceptum fuerat. Insuper suffragari quoque videntur verba illa Scripturæ: *Dixerat enim Mardochæus, se esse Judæum:* non autem refert Scriptura eum dixisse, se unum Deum colere, nec posse hominibus divinos honores exhibere. *Sensus autem*, inquit Estius in not. ad cap. III. Esther, *illorum verborum Mardochæi cap. XIII., ubi dixit: sed* TIMUI, NE HONOREM DEI MEI TRANSFERAM AD HOMINEM, ET NE QUEMQUAM ADORAREM EXCEPTO DEO MEO, *ita accipiendus est: ne honorem & adorationem Dei per transgressionem talis præcepti Deut. XXV., vel in speciem videretur violasse*. Reliqua vero, quæ contra opponi solent ab iis, qui putant, Amanem divinos honores sibi a Mardochæo tribui voluisse, facile ex ipsa S. Jacobi expositione, aliisque, quæ paulo supra dicta sunt, dilui possunt.

(1) *In pinguedine terræ, & in rore cœli desuper erit benedictio tua. Vives in gladio, & fratri tuo servies: tempusque veniet cum excutias, & solvas jugum ejus de cervicibus tuis*. Genes. XXVII. 40. Ita habetur in versione vulgata latina. In paraphrasi autem Chaldaica legitur: *Et in gladio tuo vives, & fratri tuo servies; & erit, quando transgredientur filii ejus verba legis, auferes jugum ejus de cervicibus tuis*. Versio autem Syriaca non admodum dissimilis est Textui Armeno; qui forte ex ea derivatus est: *Et de gladio tuo vives, & fratri tuo servies; at si pœnitentiam egeris, præteribit jugum ejus a collo tuo*,

իսահակ , թէ անիծեալ նզովեալ էին քանանացիք , ոչ տուին զկանայս որդւոց իւրեանց 'ի դստերաց նոցա , զի մի' խառնակեսցի զաւակն անիծեալ քանանու , ընդ զաւակն սեմայ օրհնելոյն 'ի նոյէ . Վա՛ն այսորիկ կամեցաւ ամաղէկ , որդի էլիփազու եսաւեանց , խափանել զանէծս նոյի , և զօրհնութիւն իսահակայ , և առնել մարտ պատերազմի ընդ որդւոցն իսրայէլի . և ԱԾ արդարութբ գրեալ է վ՛ն ամաղէկի , զի ջնջեսցի յիշատակ նր 'ի ձեռն որդւոց հռաքէլայ . Նախ արար ընդ նմա մարտ պատերազմի յեշու որդի նաւեայ , յազգէ անտի յովսէփայ ; և յետոյ յորդւոց անտի բենիամինի , սաւուղ ; և զմնացորդս ամաղէկացւոց սատակեաց կորոյս մուրթքէ պահօք իւրովք . Յա՛մ որդւոցն եսաւայ , ամաղէկ կամեցաւ առնել մարտ պատերազմի ընդ որդիսն յակոբայ , տեսեր , և յիշատակ նր իսկ ջնջեցաւ . Եւ տե՛ս , զի պահօք մուրթքէի , և եսթերայ , կործանեցաւ համան 'ի մեծութէ իւրմէ , և ջնջեցան կոտորեցան մնացորդք ամաղէկացւոց , և ընկալաւ մուրթքէ զպատիւ փառացն համանայ , և եղև նա պետ , և իշխան յամենայն արքայութէ արշաւերոսի արքային . և եսթեր եղև թագուհի 'ի տեղի վաշթեայ .

Դանիէլ պահեաց զամենայն պահս , զերիս եօթնեկօրեայս աւուրց , վ՛ն ժողովրդեան ազգին իւրոյ , զի մի' լինիցին նոցա յաւելուած յերկիրն քաղդէացւոց , աւելի քան զայն եօթանասուն ամին ; և պահօք քսան և մին աւուրցն , եղեն լսելի աղօթք նորա առաջի ԱԾյ . և 'ի նոյն իսկ աւուրս յարեաւ գաբրիէլ . զի նա ինքն էր , որ ընդունէր զաղօթս նորա հանապազ . և գայր հասանէր 'ի թիկունս գաբրիէլ , և միքայէլ իշխան ; և կացին յանդիման իշխանին պարսից քսան և մին օր . և եղեն օգնական դանիէլի , վ՛ն պահոց նորա . Ուստի գիտասջի'ր սիրելի . զի գաբրիէլ է , որ մատուցանէ զաղօթս առաջի ԱԾյ . Իբրև եկաց դանիէլ յաղօթս ,

ledictum semen Chanaan misceretur cum semine Sem benedicto a Noe. Propterea Amalec filius Eliphaz filii Esau abolere volens maledictiones Noe, & benedictiones Isaac, arma movit, & pugnavit contra filios Israel. Et Deus tum juste decrevit de Amalec, ut deleretur memoria ejus per filios Rachel. Primus enim inivit contra eum pugnam, certavitque Josue filius Nave ex cognatione Joseph. Et deinde ex filiis Beniamin Saul. Reliquias vero Amalecitarum contrivit, & perdidit Mardochæus jejunio suo. Ex omnibus igitur filiis Esau Amalec voluisse bellum gerere contra filios Jacob; & memoriam ejus prorsus deletam fuisse, audisti: Observa autem quomodo jejunio Mardochæi, & Esther deturbatus est Aman e dignitate sua, & deletæ, & abolitæ sunt reliquiæ Amalecitarum, & accepit Mardochæus honorem gloriæ Aman, & constitutus est Dominus, & Princeps in universo regno Regis Assueri; & Esther loco Vasthi Regina facta est.

Ibid. 26. *Exod. XVII. 14.* *Deut. XXV. 19.* *Esther II. 17.*

§. 10. Daniel quoque jejunavit tres hebdomadas pro populo gentis suæ, ne aliud tempus servitutis in terra Babyloniorum super septuaginta annos adderetur. Et per jejunium viginti & unius dierum exaudita est oratio ejus coram Deo. Et quidem eodem plane tempore surrexit Gabriel. Ipse enim erat, qui suscipiebat quotidie orationes ejus. In subsidium autem, & in adjutorium Gabriel venit etiam Michael Princeps; & restiterunt ambo Principi Persarum viginti & uno diebus, & opem tulerunt Danieli propter ejus jejunia. Id scito, Carissime, Gabrielem esse, qui offert preces coram (1) Deo. Ideo cum oravisset Daniel, venit ad eum Gabriel, & cor-

Daniel sancte jejunando quid a Deo impetravit, Dan. X. 2.

(1) Præter munus offerendi preces fidelium, aliud Angelo Gabrieli tribuitur a S. Hieronymo, qui in Commentariis ad cap. III. Danielis notat, Gabrielem præpositum esse præliis: Gabriel enim in linguam latinam vertitur *fortitudo*, vel *robustus Dei*: Ideoque ei mandatum est, ut Danieli visionem exponeret, quia visio de præliis erat, Regumque certaminibus, imo regnorum successionibus. Simili ex causa cum Christus Dominus nasciturus esset, & bellum initurus adversus dæmones, & triumphaturus de mundo, Gabriel ad Zachariam, & ad B. Mariam missus est. Raphael autem, quod nomen interpretatur *curatio*, vel *medicina Dei*, quia in solo Deo vera medicina invenitur; ubicumque medicina, & sanatio opus est, ipse mittitur. Si autem prospera populo promittuntur, sed pro peccatis necessaria est expiatio, vel propitiatio, Michael dirigitur, qui interpretatur, *quis sicut Deus*, ut scilicet, inquit Hieronymus, *intelligatur, quia propitiationem, vel expiationem nullus possit offerre, nisi Deus*.

& corroboravit, & confortavit eum dicens: (1) *Exauditæ sunt preces tuæ coram Deo, & ego veni juxta verba tua: confortare vir optabilis.* Et orante Zacharia venit etiam ad eum Gabriel, ut nuntiaret nativitatem Joannis dicens: *Exauditæ sunt preces tuæ coram Deo.* Ille preces etiam Mariæ obtulit coram Deo, & annunciavit ei nativitatem Christi, inquiens: *Ecce invenisti tu gratiam, & misericordiam coram Deo.* Sed quomodo invenit illa gratiam, & misericordiam coram Deo, nisi per (2) jejunia, & preces? Gabriel enim suscipiebat preces sanctas, & offerebat coram Deo. Michael vero Princeps, & Dux fuit filiis Israel; hic est ille, de quo dixit Deus ad Moysen: (3) *Ecce Angelus meus præibit ante faciem tuam, & interimet habitatores terræ.* Et hic ipse est, qui apparuit jumento Balaam, cum iret, ut malediceret Israel. Hic etiam est, qui apparuit Josue filio Nave, habens gladium nudum in manu, & stabat in campo Jericho civitatis. Et Josue cum eum vidisset, veritus an esset unus ex inimicis suis: *Ex nobis es, inquit, an ex hostibus nostris?* Respondit ei Michael: *Ego sum Dux exercitus Dei, & nunc veni.* Ipse autem subvertit murum civitatis Jericho coram Josue filio Nave. Et insuper interfecit coram eo unum supra triginta Reges. Et hic interfecit millia millium exercitus Æthyopum coram Asa Rege. Et hic percussit, & interfecit in castris Assyriorum viros quasi centum octoginta quinque millia precibus Ezechiæ Regis, adjuvante eum Isaia, qui glo-

Dan. X. 12. Luc. I. 13. Ibid. 30. Exod. XXIII. 23. XXXII. 34. XXXIII. 2. Jos. V. 13. Jos. VI. Jos. XII. 2. Paral. XIV. 9. & seqq. 4. Reg. XIX. 35. 2. Paral. XXXII. 21. Isaias XXXVII. in fin.

ղօթս, եկն առ նա գաբրիէլ, և զօրացոյց, քաջալերեաց զնա, և ասէ. Լսելի եղեն աղօթք քո առաջի այ, և ես եկի ըստ բանից քոց; զօրացի՛ր այր ցանկալի. Եւ յաղօթսն զաքարիայ, գաբրիէլ եկն առ նա, 'ի ժամ աւետեացն տալոյ, վն ծննդեանն յովհաննու, և ասէ ցնա; լսելի եղեն աղօթք քո առաջի այ. Եւ զաղօթսն մարիամայ, նա մատոյց առաջի այ, և աւետեաց նմա վն ծննդեանն քի. ասէ ցնա. ահաւանիկ գտեր դու զշնորհս, և զողորմութի առաջի այ. Իսկ իւ՞ եգիտ նա զշնորհս, և զողորմութի, եթէ ոչ պահօք, և աղօթիւք. Գաբրիէլ ընդունէր զաղօթս սուրբս, և մատուցանէր առաջի այ; և միքայէլ իշխան էր որդւոցն իղի. Սա այն է, զորմէ ասաց ած ցմովսէս; ահաւասիկ հրեշտակ իմ երթիցէ առաջի երեսաց քոց, և սատակեսցէ զբնակիչս երկրին. Եւ սա ինքն է, որ երևեցաւ գրաստուն բաղաամու, մինչ երթայր նա անիծանել զիսրայէլ. Եւ դարձեալ սա է, որ երևեցաւ յեշուայ որդւոյ նաւեայ, ունելով զսուսեր մերկ 'ի ձեռին, և կայր 'ի դաշտի անդ երիքով քաղաքին. Եւ յեշու իբրև ետես զնա, համարեցաւ, թէ մի 'ի թշնամեաց նորա իցէ, ասէ ցնա; 'ի մենջ ես, եթէ 'ի թշնամեաց մերոց. ասէ ցնա միքայէլ; ես սպարապետ եմ զօրուն այ, և այժմ եկի. Եւ սա կործանեաց զպարիսպն երիքով քաղաքի, առաջի յեշուայ որդւոյ նաւեայ. Եւ սա դարձեալ կոտորեաց առաջի նորա զերեսուն և զմին թագաւորս. Եւ սա սատակեաց զհազարս հազարաց զօրս եթովպացւոց առաջի ասայ արքային.

(1) *Noli metuere Daniel: quia ex die primo, quo posuisti cor tuum ad intelligendum, ut te affligeres in conspectu Dei tui, exaudita sunt verba tua: & ego veni propter sermones tuos.* Ita legitur Danielis *cap. X. v. 12.* juxta latinam vulgatam, quicum concordant cæteræ versiones, sed sensum, ordine verborum, eorumque literali significatione neglecta, retulit S. Jacobus.

(2) B. Virginem Mariam meruisse dignitatem Matris Dei, multi Patres affirmant. Basilius quidem, seu alius antiquus Auctor in homilia in sanctam Christi generationem scribit, propter excellentem supra reliquos homines puritatem electam fuisse Mariam Virginem, ut esset Mater Dei, *In append. oper. S. Basilii tom. II. pag.* 598. Ambrosius *lib. II. de Virginibus cap.* 2. Hieronymus *in ep. ad Eustochium de servanda Virginitate.* Augustinus *lib. de nat. & grat. cap. XXXVI.* & *lib. de Sancta Virginitate cap.* 4. & *serm.* 14. *de tempore.* Petrus Damianus *in serm. III.*, seu *Homil de Nativit. Mariæ.* Gregorius *in* 1. *Regum cap. I.* Petrus Chrisologus *serm. CXLIII.*, Bernardus *in serm. de Nativitate Mariæ.* Fulgentius *in lib. de Incarnatione*, & *gratia.* Prudentius *in Cathemerino*, & *hymno ante cibum.* Venantius Fortunatus *in libro de æternis gaudiis.* Anselmus *de Excell B. M. cap IX.*, & S. Thomas ad verba illa, quæ in Ecclesia cani solent de B. Virgine, *quod Dominum omnium meruit portare.* Respondet: *Dicendum, quod B. Virgo dicitur meruisse portare Dominum omnium, non quia meruit ipsum incarnari, sed quia meruit ex gratia sibi data illum puritatis, & sanctitatis gradum, ut congrue posset esse Mater Dei.* S. Thom. *II. par. qu. II. art. XI. in resp. ad tertiam.* Quæri solet, utrum B. Virgo condigne, an solum congrue meruerit esse Mater Dei. Respondent communiter Theologi, dignitatem Matris Dei eam meruisse solum merito congruo, quod etiam impetratorium dici solet. Ad hujusmodi sententiam asserendam addi potest etiam auctoritas S. Jacobi Nisibeni, qui hoc loco eam haud obscure docet.

(3) *Præcedetque te Angelus meus, & introducet te ad Amorrhæum, & Hethæum, & Pherezæum, Chananæumque, & Hevæum, & Jebusæum, quos ego conteram.* Exod. XXIII. 23. XXXII. 34. XXXIII. 2.

քայի · Եւ սա էհար , սատանակեաց 'ի բա_
նակէ անտի աւարուց զաւրս երբ հար_
իւր ուԹսուն և հինգ հազարս , յա_
ղօԹս եզեկեայ արքայի , մինչ օգնական
լինէր նմա եսայի փառաւորեալն 'ի
մարգարէս · Եւ երբև գերեցան որդիքն
իսրայելի 'ի բաբելոն , և սա ինքն մի_
քայէլ ընդ նս̄ գնաց , և ընդ նոցա մար_
տնչէր · Եւ ընդէ՞ր սիրելի , պահեաց
դանիէլ զայս երեք եօԹնեկօրեայս աւ_
ուրց , և խնդրէր յԱԾյ , և աղաչէր .
և յառաջ քան զայս ժամանակս , չէ
գրեալ , Թէ պահեաց · Բայց այսպէս
է գրեալ , Թէ 'ի կատարել աւերածոյն
Երմի , յետ եօԹանասներորդի ամի ,
Երեմիա մարգարէ զաղօԹս մատոյց ա_
ռաջի ԱԾյ , զի մի՛ և ս յաւելցին ժամ
անակն աւելի քան զեօԹանասուն ամ ,
որ̄ պակասեցայց յազգէ անտի , որ էր
յաւուրս նոյի ; և որ̄ յաւել որդւոցն
իսրայելի յերկիրն եգիպտացւոց ; և
որպէս պակասեցոյց որդւոցն եփրեմի ·
Եւ խորհեցաւ դանիէլ , Թէ գուցէ վս̄
մեղաց ժողովրդեանն ժամանցեն անդէն
աւելի ք̄ զեօԹանասուն ամն զայն , զոր
ասաց երեմիա ; Եւ օգնական լինէին
գաբրիէլ , և միքայէլ իշխան նոցա . զի
և նմին միքայէլի հանգիստ լիցի 'ի
նոսա , իբրև երԹայցեն յաշխարհն իւր_
եանց ; Եւ գաբրիէլ , որ օգնական եղև
նմա .

gloriosus fuit in Prophetis. Et cum filii Israel ducti essent captivi in Babylonem, & hic ipse Michael cum eis abivit, & pro eis pugnabat. Quare autem, Dilectissime, Daniel unum supra & viginti dies jejunavit, & orabat Deum, & deprecabatur, & ante hoc tempus non legitur eum jejunasse? Scriptum quidem est, quod, eversa, destructaque Hierusalem, septuagesimo anno post eversionem Daniel Propheta preces obtulit coram Deo, ne scilicet ultra septuaginta annos tempus eorum commorationis in illa servitute protraheretur. Etenim quemadmodum tempus a Deo prænuntiatum imminutum est generationi illi, quæ fuit in diebus Noe; ita ampliatum, & productum est filiis Israel in terra Ægyptiorum; diminutum verò filiis (1) Ephraim. Dubitavit autem Daniel ne forte pro peccatis populi permansuri essent illic plus quam septuaginta annos, quos prædixerat Jeremias. Et adjuvabant eum Gabriel, & (2) Michael: Michael quidem, ut ipsi quies esset in eis, cum reversi fuissent in regionem suam. Gabriel autem, ut multiplicaretur fructus orationis eorum in Templo illo sancto, & frequentarentur sacrificia, quæ offerrent quotidie coram Deo. At enim Princeps (3) regni

Dan. IX. 21. *Dan. IX. 2.* *Dan. X. 13. 21.*

(1) Nempe regno Israel, seu decem tribuum; de cujus Regni eversione, & imminutione temporis prædicti per Prophetam Isaiam, quæ superius dicta sunt, videri possunt. Populus autem decem tribuum dicuntur filii Ephraim, quia primus eorum Rex Jeroboam fuit de tribu Ephraim, ut omnibus notissimum est.

(2) Per omnes orbis terrarum partes distributos esse Angelos, ac populis & nationibus præpositos, imo cuique genti patronum, ac curatorem ab immortalis Dei bonitate datum Angelum, sive Archangelum, unum, aut plures ex sacrarum Scripturarum auctoritate, in quibus juxta septuaginta habetur: *Constituit terminos gentium juxta numerum Angelorum Dei*. Deuter. *cap. II. & XXX.* veteres Patres affirmant. Ita Theodoretus *in cap. X. Danielis & lib. V. adv. hæres. cap. VIII.* Basilius *lib. III. adv. Eunomium*, *& in Comment. ad cap X. Isaiæ*, Epiphanius *hæres.* 51. *n.* 34 Isidorus Pelusiota *ep. LXXXV.* Dionysius autem, seu alius huius nominis *in lib. de Cœlesti Hierar. cap. IX.* non solum docet, Judaico Populo præpositum esse Angelum Michaelem, uti Moyses in Deuteronomio cecinit, sed & reliquis gentibus proprios fuisse assignatos principes Angelos, qui ad unius, ac veri Dei notitiam, & cultum, quantum in se erat, illos inducerent. Qua de re etiam ibi plura S. Maximus ejus interpres. Ex latinis vero Hilarius *in psal. CXXIX.*, Hieronymus *in cap. XXIII. Ezechiel. & VII. Daniel. & I. Zachariæ*, Victorinus *in Comment. in apocal.* Rufinus *in Symbol. Apost.* Paschasius Radbertus in *Evang. Matth.* Isidorus Hispalensis *lib. I. sentent. Cap. XII.* & alii. Horum Patrum doctrinæ omnes recentiores Theologi subscribunt, qui ad sententiam, quam sequuntur confirmandam, auctoritate etiam S. Doctoris nostri Jacobi uti poterunt.

(3) Vetus est controversia, an Princeps iste, de quo (Danielis *cap. X.* 13.) Angelus Gabriel dicit Prophetæ: *Princeps autem Regni Persarum restitit mihi viginti & uno diebus*: sitne inter bonos referendus, an malos Angelos. Malum Angelum fuisse censent Cassianus *collat. VIII. cap.* 13. Prosper *de dimid. temp. c.* 4. Riccardus de S. Victore *lib. I. de emend.* Rupertus *lib. IX. de Victor. verit. cap.* 6. Auctor vero hujus sententiæ laudari solet S. Hieronymus, qui in commentariis ad Danielem ambiguè loquutus est, sed certius, liquidiusque sententiam suam ad *cap. XXV.* Isaiæ expressit. Sanctum autem Doctorem hac in re sequutum esse Originis doctrinam, putat Petavius, qui e contrario principes illos Persarum, & Græcorum, quorum meminit Daniel, probabilius esse judicat, fuisse Angelos bonos, quàm dæmones, quia in hanc partem plures ex veteribus conspirare viderit. *Petav. Theolog. Dogm. de Angelis lib. II. cap. IX. n.* 13. Hanc eamdem sententiam amplectitur Cornelius a Lapide ejusdem clarissimæ Societatis Jesu Alumnus, plurésque alii Catholici Scriptores; ex antiquis vero Patribus ita censuerunt Basilius *lib III. contra Eunomium*, Gregorius *lib. XVII Moral. cap.* 8. Isidorus Pelusiota *lib. II. ep.* 85. Theodoretus *in comment. ad Daniel.* S. Jo: Chrysostomus, seu alius auctor *in homil. de Natal. Christi*, S. Thomas 1. *par. qu.* 113. *art.*8. quibus accenseri poterit S. Jacobus Nisibenus, præter alios Patres, & omnes fere recentiores Theologos.

gni Persarum (1) nolebat, ut separaretur sanctum semen Israel ab idololatra Persarum regno, quod illi a Deo commissum erat. Nam quamdiu Israelitæ erant illic, viri justi erant inter eos, & ille in ipsis lætabatur, Vide igitur quantum valuerunt sancta, & electa jejunia Danielis, ut amoverint captivitatem a populo suo, completis septuaginta annis. Dux autem castrorum nostrorum major est Gabriele, & excellentior Michaele, & fortior Principe Persarum, quoniam ipse est Dominus Jesus Christus vivificator noster, qui descendit, & assumpsit humanitatem nostram, passus est, & tentatus est in carne illa, quam ex nobis accepit: qui & potest adjuvare eos, qui tentantur. Et jejunavit ille pro nobis, & vicit adversarium nostrum, & jussit orare semper, ut per jejunii sanctitatem in Sanctorum requiem perveniamus.

նմա, զի բաղձայցի պտուղ աղօթից նոցա 'ի տաճարի անդ սրբութեն, և յածախնեսցին պատարագքն, զոր մատուցանիցեն հանապազօր առաջի ԱՅ. Եւ իշխանն Թագաւորութեն պարսից ոչ կամէր, թէ որոշեսցի ոք զաւակն իսրայէլեան 'ի կռապաշտ Թագաւորութենէն պարսից, որ աւանդեալ էր նմա յԱՅ; զի որչափ ժամանակս անդ էին, արդարք էին 'ի նոսա, և նա ուրախ լինէր 'ի նոսա. Եւ արդ տես զիարդ առաւելան ընտրեալ պահքն դանիէլի, և դարձոյց զգերութի ժողովրդեան իւրոյ, 'ի կատարել եօթանասուն ամին. Բայց մերոյ բանակիս առաջնորդ մեծ է քան զգաբրիէլ, և առաւել քան զմիքայէլ, և զօրագոյն քան զիշխանն պարսից. որ է ինքն կենդարարն մեր տր Յս Քս; որ էջն, և ճաշակեաց զմարդկութիւս մեր, չարչարեցաւ, և փորձեցաւ 'ի մարմնի անդ, զոր էառ 'ի մէնջ. զի և կարօղ է նա օգնական լինել այնոցիկ, որք փորձինն. Եւ պահեաց նա փոխանակ մեր, և յաղթեաց ախոյանին մերոյ. և պատուէր եդ աղօթել յամենայն ժամ, զի սրբութեամբ պահոց, սրբոցն հասանիցեմք 'ի հանգիստն.

(1) Cum Dei voluntas, quæ nisi Deo revelante, Angelis ignota est, circa Hebræorum liberationem nondum manifestata, & cognita esset, in causa fuit, ut aliqui putant, cur Gabriel Judæorum Patronus, æquum esse censebat, ut e captivitate liberarentur, finemque acciperet pœna divinitus eis inflicta. Adversabatur autem alter Angelus, qui eorum mores, & crimina proferebat, eosque dignos judicabat, ut longiori servitute in Persarum imperio premerentur. Itaque inter eos misericordiæ, & justitiæ certamen, & conflictus erat, ita pluribus declarat S. Isidorus Pelusiota *lib. II. ep.* 85., quibus consona videntur, quæ in Commentariis ad Danielem affert Theodoretus *in cap. X. Daniel. num.* 13, addens viginti & uno diebus Angelum Judæorum conatum esse persuadere Angelo Persarum hoc Dei beneficio Israelitas donandos esse, adjuvante Michaele, quem Hebræorum populo, qui in Judæa remanserat, præpositum fuisse existimat Magnus Gregorius, qui pugnam hanc angelicam non dissimili modo explicat, inquiens: *Recte ergo dicitur, quod contra se Angeli veniunt, quia subjectarum sibi gentium vicissim merita contradicunt. Nam sublimes spiritus eisdem gentibus principantes nequaquam pro injuste agentibus decertant, sed eorum facta justa judicantes examinant. Cumque uniuscujusque gentis, vel culpa, vel justitia ad supernæ Curiæ consilium ducitur, ejusdem gentis præpositus, vel obtinuisse in certamine, vel non obtinuisse perhibetur*. S. Gregor. *Moral. lib. XVII. cap. VIII* Sententiam S. Doctoris sequitur S. Thomas, eamque paucis ita exprimit: *Sic igitur, in quantum de contrariis meritis, & sibi repugnantibus Divinam consulunt voluntatem, resistere sibi invicem dicuntur, non quia sint eorum contrariæ voluntates (cum in hoc omnes concordent, quod Dei sententia impleatur), sed quia ea, de quibus consulunt, sunt repugnantia*. S. Thom. *I. part. qu.* 113. *art.* 8. Verum enimvero iis, quæ S. Jacobus scribit, magis consentanea sunt, quæ in Homilia S. Johannis Chrysostomi nomine inscripta, & relata a Photio in sua Bibliotheca, ita leguntur: *Missus est Gabriel, qui Danieli liberationem significaret, restitit Gabrieli dolens Angelus Persarum, quia iterum terra, cui præerat, Doctoribus pietatis hinc ablatis, ad pristinam impietatem, & errorem reversura esset. Restitit igitur non pugnando, sed justa dicendo*. Phot. *Cod.* 277. *& ap. Savil. op. Chrisostomi tom.* 5. *p.* 855. Post hæc fusius eamdem rem prosequitur, sed brevitatis studio reliqua omitto. illud autem sine animadversione prætereundum non est, quod ex iis, quæ S Jacobus, aliique Patres scribunt, cognoscimus, quanto studio creditam sibi a Deo in populos curam, ac providentiam S. Angeli exerceant, ut pugnas etiam, & certamina, quemadmodum narrat S. Propheta Daniel, pro commissis sibi gentibus invicem quodammodo suscipiant.



Nam

ՃԱՌ ՉՈՐՐՈՐԴ.

Օրինակ աղօթից.

Սրբութիւն սրտի է աղօթ առաւել, քան զամ աղօթս, որ 'ի ձայն բարձր բարբառոյ որ կացցէ; և լռութիւն խառնեալ 'ի միտս յստակացեալս, առաւել է, քան որ բարձրաձայն աղաղակիցէ. Աղէրդ սիրելի, տուր յիս զսիրտ քո, և զխորհուրդս, և լուր զզօրութիւն աղօթիցն սրբոց. և տե՛ս, որպ, և կամ զիարդ առաքինացան նմանեաւ առաջարքն առաջինք աղօթիւք իւրեանց առաջի Այ. և որպ եղև նոցայն պատարագ սրբութեամբ. Նովին աղօթիւք եղև ընդունելի պատարագն. և նա դարձեալ ցամքոյց զջրհեղեղն. և նա բազմացոյց զծնունդս ամլոց. և նա կործանեաց զբանակս. նա յայտնեաց զխորհուրդս. նա բաժանեաց զծովս. նա ճհերձ զյորդանան. նա արգել զարեգական, և կացոյց զլուսինն. նա կոտորեաց զպղծսն, և իջոյց զջուրսն, և փակեաց զերկինս. նա եհան 'ի գբոյ, և ապրեցոյց 'ի հրոյ, և փրկեաց 'ի ծովէ, և զօրութիւք նր յոյժ, և առաւել են, որպ և բազում է զօրութի պահոց սրբոց; և որպ ուսուցի, և ցուցի քեզ 'ի խօսսն, որ յառաջ քան զայս, վն ճառից պահոց, նոյնպէս և վն աղօթից ոչինչ ձանձրանամ ես պատմել քեզ.

Նախ սրբութք սրտին Հաբէլի, եղեն ընդունելի պատարագք նորա առաջի Այ, և կայենին անարգեցան. բայց Թէ որպէ՞ս, և կամ զիարդ՞ գիտիցեմք մեք զերս զայս, Թէ ընկալան պատարագքն Հաբէլի, և անարգեցան կայենին; և որպէս գիտաց Հաբէլ, Թէ ընդունելի եղեն պատարագքն իւր; և կայէն դարձեալ որպ գիտաց, Թէ անարգեցան պատարագք նորա. Զայսմանէ որչափ և կարացեմ, հաւանեցուցից, և հաւնեցից զքեզ. Ըաւ գիտես սիրելի, Թէ այսու երևէր ընդունելութի պատարագի առաջի Այ, եԹէ իջանէր հուր յերկնից, և ուտէր զպատարագն. Եւ իբրև մատուցին Հաբէլ, և կայէն զպատարագս իւրեանց, էջ հուր կենդանի,

SERMO QUARTUS.

De Oratione.

Sanctitas cordis est oratio excellentior omnibus orationibus, quas alta voce aliquis effundat: & silentium adhibitum in pura mente majus est, quàm quælibet clamosa vocis elatio. Itaque, Carissime, intende mihi cor tuum, & cogitationes tuas, & audi virtutem orationum Sanctorum, & vide quomodo, qua via, & ratione clari, & illustres virtute fuerint coram Deo primi justi per orationes suas; & quomodo sacrificium eorum per ipsam orationem fuerit sanctum, & acceptabile. Illa enim sedavit diluvium, multiplicavit partus sterilium, & subvertit castra; illa manifestavit secreta; illa divisit mare; illa scidit Jordanem; illa inhibuit solis cursum, & stare fecit lunam; illa interemit coinquinatos; illa descendere fecit aquas, & Cœlum clausit; illa eruit a fovea, eripuit ab igne, salvavit e mari; virtutes enim ejus sunt multæ, & magnæ; quemadmodum & multæ sunt virtutes sanctorum jejuniorum. Itaque sicut exposui in superiori sermone, & docui te, quæ ad jejunia pertinebant, ita me non piget nunc de oratione sermonem instituere. *Quæ sit excellentior oratio.*

§. 2. Primum omnium ob cordis sanctitatem fuit acceptum coram Deo sacrificium Abel, & fuit reprobatum sacrificium Cain. Sed quomodo & unde nobis compertum sit, sacrificium Abel acceptum fuisse, & Cain improbatum? Et quomodo rescivit Abel, quod acceptum fuerit sacrificium suum? E diverso Cain quomodo intellexit, munera sua rejecta fuisse? Id, quoad potero, te docebo, certumque reddam. Non ignoras, Dilectissime, quod tum acceptum agnoscebatur sacrificium coram Deo, cum scilicet descendens ignis de Cœlo illud consumebat. Cum autem obtulissent Abel, & Cain munera sua, descendit ignis (1) vivus, qui in ministerio *Cur sacrificium Abel fuit Deo acceptum, & quomodo Abel id agnovit. Genes. IV. 4.*

(1) Ex his S. Jacobi verbis, tum ex iis, quæ paulo post subjiciuntur, refelli possunt Lutherus, & Calvinus, qui, e Cœlo ignem descendisse, & absumpsisse sacrificium Abel, quod Hieronymus, Chrysostomus, Cyrillus, & Procopius, Theophylactus, Oecumenius, aliique Patres, & veteres, recentioresque Scriptores affirmant, & quibus suffragari videtur Apostolus, inquiens de Abelis sacrificio: *Testimonium perhibente muneribus ejus Deo*: improbo, ac temerario ausu, veluti Judai-

sterio erat ante Deum, & consumpsit munus Abel, & ad munus Cain, quia non erat sanctum, non appropinquavit, neque attigit. Et inde cognovit Abel, quod acceptum fuerat sacrificium suum; contra autem Cain intellexit, spreta fuisse munera sua. Et id quidem merito evenisse testatus est fructus cordis Cain, qui ostendit, eum dolo plenum fuisse ad occidendum fratrem. Nam quidquid conceperant cogitationes ejus, id operatæ sunt manus ipsius. Atque ita sanctitas cordis Abel fuit ejus (1) oratio.

Ad consumenda sacrificia, quæ Deo grata erant, ignis e Cœlo descendit.

§. 3. Nunc autem, Carissime, exponam tibi, quomodo in omnibus sacrificiis, quæ accepta, & grata Deo fuerunt, descenderit super ea ignis, atque consumpserit. Cum obtulisset Manue pater Sampsonis sacrificium, descendit ignis, & absumpsit illud; & in eadem flamma elevatus est Angelus in Cœlum, qui loquebatur cum eo. Et Abraham, cum ei præceptum est, accepit vitulum triennem unum, & arietem triennem, & turturem, & columbam unam; & deferens in montem scidit, & posuit singula in altari, quod subito illic ædificav rat, & fuit super eum horror tenebrosus, & descendit ignis, & transivit per medium divisionis hepatis, & comedit sacrificium. Et quando sacrificia offerebantur in Tabernaculo, descendebat ignis, & comedebat ea; & cum filii Aaron, Nadab, & Abiu ministerium negligerent, & contemptim obi-

Jud. XIII. 20.

Genes. XV. 9.

Levit. cap. X. 1. Num. III. 4. XXVI. 61. 1. Paral. XXIV. 2.

դանի, որ պաշտէր առաջի ածյ, և եկեր զհաբէլին ; և կայենին զի չէր սուրբ, ոչ մերձեցաւ, և ոչ հուպ եղև. և անտի գիտաց հաբէլ, թէ ընկալաւ զպատարագ նորա ; և կային դարձեալ գիտաց, թէ անարգեցան պատարագք նր. Եւ պտուղ սրտին կայենի վկայէր, և ցուցանէր զմ նորա, թէ նենգութք լի էր 'ի սպանանել զեղբայրն. քանզի զորինչ յղացան խորհուրդք նր, զնոյն ծնան ձեռք նորա. և սրբութի սրտին հաբէլին, եղեն նմա աղօթք.

Եւ զմ այսր սիրելի, խնամուա արարից զքեզ, թէ ոպ յամենայն պատարագս ընդունելիս հուր իջանէր, և ուտէր զնոսա. Իբրև մատոյց պատարագ մանովէ հայրն սամփսոնի, հուր էջ, և եկեր զնա ; և 'ի նոյն բոց վերացաւ հրեշտակն յերկինս, որ խօսէր ընդ նմա. Եւ աբրահամ, ըստ աւելոյն նմա, էառ զերինջ մի երեմեան, և զխոյ երեմեան, և տատրակ, և աղաւնի մի. և տարեալ 'ի լեառն յօշեաց, և եդ միմի 'ի սեղան անդր, զոր շինեաց ; և եղև 'ի վերայ նորա խաւար աղջամուղջ, և իջանէր հուրն, և անցանէր ընդ մէջ յօշածոյ անդամաթուէ ին, և ուտէր զպատարագն. Եւ պատարագքն, որք մատչէին 'ի խորանին անդ ժամու, հուր իջանէր, և ուտէր զնոսա. Եւ որդիքն ահարօնի, նաբաթ, և աբիութ, կէր արհամարհեցին զպաշտամանս, էջ հուրն ըստ սովորութե իւրում 'ի ժամ պատարագին, և ոչ եղիտ սրբութ զպա–

Judaicam fabulam rident. Narrant quidem hoc Hebræi, sed tanquam ex veteri traditione acceptum; nam ita scribit Albenezra, & post illum auctor fasciculi myrrhæ: *Et descendit ignis a Domino, & consumpsit adipem, sive pinguedinem*. Et Theodosion *Gen. cap. IV.* 4. verbum illud *respexit &c.* vertit ἐνεπύρισεν inflammavit. Non ideo tamen quia ab Hebræis aliquid afferitur, fabula Rabbinica censenda est, cum plures Hebraicas traditiones, quæ in pretio habendæ sunt, & quibus fides tuto adjungi potest, non modo Origenes, sed Justinus, Hieronymus, Theodoretus, Chrysostomus, aliique Patres tum Græci, tum Latini literis consignaverint. Præsertim cum aliunde pro veritate illarum asserenda, ut pro ea, de qua agitur, valida argumenta, & venerandæ auctoritatis testimonia suppetunt. Addit autem ad hæc Fagius *in Comment. cap. IV. Genes.* nonnullos ex veteri Hebræorum traditione referre in igne illo cœlesti sacrificia absumente semper conspectam fuisse Leonis faciem; deinde ipse talia subdit: *Quod si verum est, quis dubitat ea re adumbratum fuisse Leonem illum de tribu Juda, qui est Jesus Christus Dominus noster, & Salvator, cujus omnia sacrificia typus fuerunt, in quo solo omnia sacrificia nostra Deo placent, & grata sunt, quique & se ipsum veram, & unicam hostiam pro peccatis nostris in ara Crucis obtulit*. Verum enim cum de hujusmodi visione nulla mentio fit apud veteres Patres, fidem neque omnino habendam, neque abrogandam esse existimo: non ita de descensu ignis pro absumendis victimis, cujus prodigii traditio etiam ad scriptores gentiles manasse videtur. Etenim ethnicus scriptor Servius ad 12. Æneidos: *Apud majores*, ait, *aræ non incendebantur, sed ignem Divinum precibus eliciebant, qui incendebat Altaria*. Fieri etiam potuit, ut hæc diabolica arte etiam in ethnicorum sacrificiis contigerint; & quod infernalis hostis invidus Divinæ Omnipotentiæ hac quoque in re, ut in aliis pluribus, æmulator, idolorum cultores, dum profana sacra faciunt, præstigiis suis illuserit.

(1) Quod non obscure significatur ex verbis ipsius sacræ Scripturæ, ubi legitur: *Et respexit Dominus ad Abel, & ad munera ejus*. Ad quæ recte ita admonet Mariana: *Vide, prius respicere Deum ad Abel, deinde ad munus; quoniam ab animo probitas, & iniquitas proficiscitur, & pietatem pluris, quàm munus facit*. Quod etiam observant alii sacri eloquii Interpretes; & insuper addunt, ex hoc loco nos doceri, sacrificia veterum non placuisse Deo ex opere operato, sed tantum ex opere operantis, ut nostri Theologi loquuntur, & differentiam inter sacrificia veteris, ac novæ legis assignant.

զպատարագ նոցա , և ոչ մերձեցաւ 'ի նո . Իսկ նոքա տեսին , թէ ոչ եկեր հուրն զպատարագսն , բերին զհուր օտար , զի կերիցէ , զի մի՛ պատիժս պատուհասի ընկալցին 'ի Մովսիսէ , թէ ընդէ՞ր ոչ եկեր հուրն զպատարագսն ; և հուրն օտար եկեր զպատարագսն . և հուրն երկնաւոր էջ , և անդէն սատակեաց զնոսա ; և փառաւորեցաւ Տէր , վ̄ն արհամարհանաց պաշտաման նորա . Եւ իբրև երկմտեցան 'ի Մովսիսէ երկերիւր , և յիսուն արքն , իբրև մատուցին զբուրվառսն խնկով հանդերձ առանց հրամանի . և եառ հրաման հուրն , և ել յերեսաց ա̄ծ , և սատակեաց զն̄ս . և սրբեցան բուրվառք իւրեանց , յանձինս իւրեանց . Եւ դարձեալ , իբր շինեաց Սողոմոն զտաճարն սրբութեան , և մատոյց զզոհս , և զողջակէզս , էջ հուրն յերկնից , և եկեր զճարպս ողջակիզացն , որք կային 'ի վերայ սեղանոյն . Եւ եղիա իբրև մատոյց զպատարագս , հուր էջ , և եկեր զնա , և ընդունելի եղև , որ̄պ հաբէլին ; իսկ որք պաշտէին զկուռսն , և զբահաղ , նոցա պատարագն անարգեցաւ իբրև զկայենին . Զայս ամ̄ հաւանութիւ գրեցի քեզ վ̄ն հրոյ , զի հաստատուն լիցի քանն , թէ հուրն եկեր զպատարագն հաբէլի .

obirent , descendit ignis , ut solebat , in hora sacrificii , & non invenit sacrificium eorum in sanctitate oblatum , & ideo non appropinquavit . Illi autem cum vidissent ignem non absumpsisse sacrificia , tulerunt ignem alienum , ut oblata consumeret , ne pœna mulctarentur a Moyse , quoniam ignis sacrificia non consumpserat . Et quidem ignis alienus absumpsit sacrificia ; sed ignis cœlestis descendit , & illico occidit eos . Et glorificatus est Dominus , puniens contemptum cultus (1) sui . Et cum murmurassent de Moyse ducenti , & quinquaginta viri , & illicitè obtulissent thuribula cum thymiamate , ignis mandatum accepit , & exivit a facie Dei , & occidit eos ; & sanctificata sunt thuribula eorum in animabus suis . Et rursus cum ædificasset Salomon Templum sanctitatis , & obtulisset victimas , & holocausta , descendit ignis de Cœlo , & absumpsit adipes holocaustorum , quæ erant super altare . Et cum Elias obtulisset sacrificium , descendit ignis , & absumpsit illud , & fuit acceptabile , sicut sacrificium Abel ; sacrificia autem eorum , qui colebant idola , & Baal , spreta sunt , sicut sacrificium Cain . Hæc omnia sacrificia , quæ accepta fuisse per ignem significatum est , recensui , ut certum , firmumque apud te esset , quod paulo ante dixi , ignem absumpsisse sacrificium Abel .

Num. XVI. 1. 16.
Ibid. 35. 37. 38.
2. Paral. VII. 1.
3. Reg. XVIII. 38.

Լուր I §. 4. Audi

(1) Cornelius a Lapide in cap. X. Levitici vers. 1. quærit: Quare Nadab , & Abiu usi sunt igne profano ? Respondet : Primo Hebræos asserere , id fecisse , quia cum essent ebrii , nesciebant quid facerent ; ita R. Simeon , R. Moses , R. Salamon . Secundo dici posse , cum essent novelli Sacerdotes timidi , & inexpertes , id fecisse ex inconsiderantia , & perturbatione animi . Nam vi subiti ignis e Cœlo labentis cum victimas , ut dicitur cap. Levit. IX. vers. 24. , devoratas conspexissent , novitate miraculi attonitos , & perturbatos non ausos fuisse accedere ad Altare , ut inde ignem sacrum acciperent , sed , aliunde festinanter rapto igne , Domino obtulisse . Munsterus autem , aliique ad eumdem locum referunt , Hebræos præter eam causam , quam facer Textus de interfectione Nadab , & Abiu affert , asserere , id factum esse , primum quod sibi non temperaverint a nimio vini potu , qui paulo post Templum ingressuris prohibebatur ; deinde quod manus , & pedes non laverint ; & tertio quod non omnes sacras induerint vestes . Sed omissis Judaicis fabulis probabilis videtur sententia S. Jacobi Nisibeni , nempe Nadab , & Abiu recens Sacerdotio initiatos ad primitias Sacerdotii sui consecrandas obtulisse sacrificia , ut loco superius laudato fecisse narratur Aaron Moysis jussu . Siquidem Aaron a Moyse admonitus octavo die a sua Consecratione pro se , & populo sacrificium oblaturus victimas super Altare composuit , ignis autem egressus a Domino holocaustum , & adipes devoravit , quod ordine præpostero narrari videtur eodem cap. IX. vers. ultimo . Completis autem hostiis pro peccato , & holocaustis , & pacificis , ingressi deinde sunt Moyses , & Aaron in Tabernaculum Testimonii ad adolendum , ut videtur , incensum , & postea egressi benedixerunt populo . Ita exemplo ejusdem Aaronis fecisse existimo pro primitiis Sacerdotii sui consecrandis , ut præcipiebatur faciendum septem diebus *Exodi XXIX. 35.* , ejus filios Nadab , & Abiu : sed cum negligenter munere suo perfungerentur , & legitimis non servatis , seu culpa aliqua , aut legali sorde immundi , & non sanctificati , temere sacra obirent , ignis egressus a Domino non absumpsit sacrificia , sed tanquam a profanis , & illegitimis abstinens , ad ea , ut ait S. Jacobus , non appropinquavit ; atque hujusmodi signo , atque indicio ostendit Dominus ea sibi grata , & accepta non fuisse . Illi autem timore correpti , ne tanquam sacrilegi punirentur a Moyse , accepto profano & alieno igne , cum cremandis victimis suppofuerunt , eodemque thuribulis festinanter arreptis imposito , ingressi sunt Tabernaculum , ut offerrent incensum , & placarent Dominum . Sed ignis egressus a Domino eos consumpsit . Profecto in cap. X. Levitici de sola oblatione incensi mentio habetur , quia in ea peragenda contigit prodigium illud ; ut ignis a Domino egressus eos devoraret ; sed pro Sacerdotali sua consecratione , ut serva-

rens

Virtutes orationis Sanctorum ex corde mundo.

§. 4. Audi nunc, dilectissime, de eadem oratione Sanctorum, quot virtutes per eam factæ fuerint. Cum oravisset Abraham, reduxit quinque Reges captivos; & orationibus ejus peperit sterilis; & virtute precum suarum accepit promissionem, quod in semine suo benedicerentur Gentes. Et Isaac ostendit virtutem orationis, quia oravit pro Rebecca, & illa genuit; & pro Rege Abimelech, & ira Dei ab eo aversa est. Et pater noster Jacob oravit in Bethel, & vidit portam Cœli, & (1) scalam, quæ elevabatur in excelsa. Quod autem vidit Jacob, mysterium est de Domino Nostro Jesu Christo: porta enim (2) Cœli est ipse Christus, sicut & dixit: *Ego sum (3) ostium vitæ, omnis qui intrat per me, vivit in æternum*. Et David dixit: *Hæc porta Domini, justi intrabunt in eam*. Scala (4) quoque mysterium Domini est; quia per eam elevantur, & ascendunt homines justi ab humilitate in (5) celsitudinem. Est etiam scala symbolum, & figura Domini, qui erectus est in similitudinem (6) scalæ. Et

Genes. XXVIII. 12.

Joan. X. 9.

Psalm. CXVII. 20.

Լուր դու սիրելի, զմն այսր աղօթից սրբոց, թէ որչափ զօրութիւնք երեւեցան ՚ի նա. Իբրեւ եկաց յաղօթս Աբրահամ, դարձոյց զգերիս հինգ թագաւորաց; եւ ամուլն ծնաւ յաղօթս նորա; եւ ՚ի զօրութիւն աղօթից իւրոց ընկալաւ զաւետիսն թէ ՚ի զաւակի նորա օրհնեսցին հեթանոսք. Եւ իսահակ եցոյց զզօրութիւն աղօթից. զի յաղօթս եկաց Ռաբեկայի, եւ ծնաւ նա; եւ զմն աբիմելէքայ արքայի, եւ արգելաւ ՚ի նմանէ բարկութիւն. Եւ հայր մեր յակոբ եկաց յաղօթս ՚ի բեթէլ, եւ ետես նա զդուռն երկնից, եւ զսանդուղս, որ վերացուցանէր ՚ի բարձունս. Այս խորհուրդ տն մերոյ է, զոր ետես յակոբ. Դուռն երկնից է ինքն Քս, որպ եւ ասացն; Ես եմ դուռն կենաց, եւ ամենայն, որ ընդ իս մտանէ, կեայ յաւիտեան. Եւ դաւիթ ասաց; այս է դուռն տն, եւ արդարք մտանեն ընդ սա. Եւ սանդուղքն եւս խորհուրդ տն է. զի նովաւ ելանեն, վերանան մարդիկք արդարք ՚ի խոնարհութենէ ՚ի բարձրութիւն. Եւ դարձեալ խորհուրդ տն է, որ կանգնեցաւ ՚ի նմանութիւն սանդղոց. Եւ

rent legitima, dubitari non posse videtur, quin, sicut fecerat Aaron, victimas quoque obtulerint, ut nos docet S. Jacobus. Porro hæc omnia, quæ a S. Doctore Nisibeno hic exponuntur, de oblatione victimarum, de igne alieno cremandis victimis supposito, de igne egrediente a Domino, & devorante victimas, qui filios quoque Aaron exussit, confirmari videntur a S. Joanne Chrysostomo *in Oratione III. pag. 490. adv. Jud.*, qui verba faciens de reædificatione Templi Jerosolymitani, quam sub Juliano Apostata Judæi aggressi sunt, eos ita alloquitur: *Verum esto sane, Judæi, Rex templum reddiderit, aram prorsus erexerit, quemadmodum vos frustra potuisse fieri suspicamini; num & ignem cælestem e sublimi poterat vobis demittere? qui si defuisset, impium, & impurum fuisset sacrificium. Ob hoc enim perierunt filii Aaron, quod ignem alienum induxerint*. Et in alia Oratione adversus eosdem Judæos *Orat. IV. pag. 501.* *Neque enim*, inquit, *Judaica Religio origines omnes habebat ex inferioribus, sed plures, ac magnificentiores superne e Cœlis. Exempli causa, permisit sacrificia fieri. Altare quidem erat ex inferioribus, quemadmodum gladius, & ligna, nec non Sacerdos; cæterum ignis venturus in adyta illa, victimasque consumpturus, e supernis habebat originem*.

(1) *Viditque in somnis scalam stantem super terram, & cacumen illius tangens Cœlum, Angelos quoque Dei ascendentes, & descendentes per eam, & Dominum innixum scalæ*. Genes. XXVIII. 12. 13.

(2) Tertullianus *lib. III. cap. ult.* adversus Marcionem, Jacobum in mystica illa scalæ visione Christum vidisse, affirmat his verbis: *Cur autem, ut evigilavit, & primum loci horrore concussus est, convertitur ad interpretationem somnii? Quum enim dixisset, quàm terribilis est locus iste: non est, inquit, aliud, sed ædes Dei, & hæc porta Cœli. Christum Dominum enim viderat, Templum Dei: & portam eumdem, per quam aditur Cœlum*.

(3) *Ego sum ostium. Per me si quis introierit, salvabitur*. Joann. X. 9. lat. vulg.

(4) Varias significationes hujus mysticæ scalæ, quam Jacob in somniis vidit, affert Cornelius a Lapide mox laudatus *in cap. XXVIII. Gen.*, qui etiam probat sententiam SS. Augustini, Gregorii, Thomæ, tum etiam Diodori, Ruperti, & inter recentiores Emanuelis Sà, Estii, Malvendæ, Menochii, Tirini, Vatabli, aliorumque, qui putant per scalam hanc Incarnationem Christi Domini a Sancto Spiritu designari voluisse: *Per istam scalam*, inquit, *doctissimi Hebræorum dicunt significari, omnia ista inferiora dependere a superioribus. At potius docet, quod solus Christus est, qui Cœlum terræ conjungit, hic solus est mediator, qui pertingit a Cœlo usque ad terram: ille idem est, per quem bonorum omnium cœlestium plenitudo deorsum ad nos fluit, nosque vicissim ad Deum conscendimus. Idem quum sit Caput Angelorum, efficit, ut illi membris suis terrenis ministrent*. Cum igitur omnia bona per merita Christi Domini ad nos deriventur; & nos ad nullum bonum, nisi per Christum tamquam per scalam ascendentes pertingere possimus: *Nec enim aliud nomen est sub Cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri*. Act. IV. 12. Ideo ex Apostolica Institutione Ecclesia quidquid a Deo petit, ea clausula concludit: *Per Christum Dominum nostrum*.

(5) *Vidit*, inquit Augustinus, *scalas Jacob, & in ipsis scalis demonstrati sunt ei ascendentes, & descendentes: utrumque vidit. Possumus putare ascendentes visos, proficientes; descendentes, deficientes: qui & re vera invenimus hoc in populo Dei; alii proficiunt, alii deficiunt. Poterant istos significare illæ scalæ, sed forte melius intelliguntur omnes boni in illis scalis, & ascendentes, & descendentes*. Aug. in Psal. CXIX. num. 2.

(6) In Sermone XI., qui inter Sermones Augustini legebatur, in novissima autem editione in appendicem rejectus Cæsario adscribitur, hæc haben-

Էր Տր Ած ; հաստատեալ կայր 'ի գլուխ սանդղոցն 'ի վերոյ . Քանզի Քս Տր է ամենայնի . որպ առաքեալ երանելին ասէ . և գլուխ Քի , Այ է . Եւ կոչեաց յակոբ զանուն տեղւոյն , տուն Այ ; և կանգնեաց անդ արձան քարեղէն , 'ի վկայութի , և եարկ զիւղ 'ի վերայ նորա . Եւ զայս խորհրդով արար , թէ քարինք ընդունելոց օծութն ; զի հեթանոսք , որք հաւատացին 'ի Քս , նոքա օծանին . որպ և ասաց վն նոցա յովհաննէս ; 'ի քարանց աստի ասէ , կարող է Այ յարուցանել զորդիս աբրահամու . Յաղօթի անդ յակոբու յառաջագոյն ցուցաւ կոչումն հեթանոսաց .

Սոնս

Et dicit Scriptura : *Dominus innixus stabat cacumini scalæ desuper* . Nam omnium Dominus Christus est , & sicut dicit B. Apostolus : *Caput Christi* (1) *Deus* . Vocavit autem Jacob nomen loci , *Domum* (2) *Dei* ; & erexit illic titulum lapideum in testimonium , & fudit oleum super eum . Quod mystice fecit (3) significans fore , ut lapides susciperent unctionem . Gentes enim , quæ crediderunt in Christum , unctæ sunt (4) ; sicut & prædixit de illis Joannes inquiens : *Potens est Deus de lapidibus istis suscitare* (5) *filios Abrahæ* ; & ita in oratione illa Jacobi vocatio gentium præmonstrata fuit .

Genes. XXVIII. 13.
1. Corinth. XI. 3.
Genes. XXVIII. 18.
Matt. III. 9.

 §. 5. Con-

habentur : *Quid est in scala incumbere , nisi in ligno pendere ? Considerate Fratres , quis in ligno Crucis pendens pro Judæis oraverit , & agnoscetis quis ad Jacob scalæ incumbens de Cœlo clamaverit* . Et paulo inferius ; *Scala usque ad Cœlos attingens , Crucis figuram habuit : Dominus innixus scalæ , Christus crucifixus ostenditur* . Serm. XI. in append. serm. Aug.

(1) Verba Apostoli intelligere videtur Sanctus Jacobus in eum sensum , in quem exponi ea solent a Patribus Græcis , atque ab aliquibus Latinis , nempe non de Christo tanquam homine , qui Patre inferior est , eique subjectus , sed de Christo tanquam Deo , qui Patri quidem per omnia æqualis , ex Deo Patre genitus Deum Patrem habet auctorem , ac principium , & , ut Græci loquuntur , causam . Abutebantur autem hoc Pauli loco Ariani , adversus quos ita disputat Joannes Chrysostomus : *Hic nobis insultant hæretici ex iis , quæ dicta sunt , Filio quamdam excogitantes diminutionem , sed in se ipsos irruunt . Nam si vir est caput mulieris ; caput autem est ejusdem essentiæ , cujus corpus : caput autem Christi est Deus , Filius est ejusdem essentiæ , cujus Pater , nempe consubstantialis* . Chr. in homil. XXVI. in ep. ad Corinth.

(2) *Cumque evigilasset Jacob de somno ait : Vere Dominus est in loco isto , & ego nesciebam . Pavensque , quam terribilis est , inquit , locus iste ! non est hic aliud , nisi domus Dei , & porta cœli . Surgens ergo Jacob mane , tulit lapidem , quem supposuerat capiti suo , & erexit in titulum , fundens oleum desuper* . Genes. XXVIII. 16. &c.

(3) S. Augustinus in lib. contra Faustum : *Quis alius* , ait , *lapis positus ad caput Jacob , ut nominatim quodammodo exprimeretur , etiam unctus est , nisi caput viri Christus ? quis enim nescit Christum ab unctione appellari ? Qui etiam hoc ipsum in Evangelio commemorans , & de se figuratum apertissime testificans , cum quemdam Nathanaelem dixisset vere Israelitam , in quo dolus non esset , & cum ille tanquam lapidem illum habens ad caput , confessus eum esset Filium Dei , & Regem Israel , ista confessione quodam modo ungens lapidem , id est , ipsum esse confitens Christum &c.* Aug. *lib. XII. contra Faustum cap. XXVI.* Et in libro de Civitate Dei mysticam illam lapidis unctionem ita exponit : *Nec more idololatriæ lapidem perfudit oleo Jacob , velut faciens illum Deum ; neque enim adoravit eumdem lapidem , vel ei sacrificavit . Sed quoniam Christi nomen a chrismate est , idest ab unctione ; profecto figuratum est hic aliquid , quod ad magnum pertineat Sacramentum* . Aug. de Civit. Dei *lib. XVI. cap. XXXVIII.* Ita etiam in libro *I. Quæst. in Genesim Quæst.* 84.

(4) Respicere videtur S. Jacobus ad verba illa epistolæ I. B. Joannis Apostoli *cap. II. v.* 20. qui ita ad Fideles scribit ; *Sed vos unctionem habetis a Sancto* : Et inferius *vers.* 27. *Et vos unctionem , quam accepistis ab eo , maneat in vobis* . Et paulo post : *Sicut unctio ejus docet vos de omnibus* . Hanc unctionem , cujus meminit B. Joannes , alii dicunt esse Baptismum ; in quo Fidelis ungitur in vertice capitis ; alii sacramentum Confirmationis , in quo ungitur in fronte ; alii Christianismum , sicut enim Christianus idem est , quod unctus ; sic Christianismus idem , quod unctio : alii fidem Christianam , alii gratiam , alii donum sapientiæ & intellectus , alii inspirationem Spiritus Sancti . Quibus sententiis relatis talia subjicit Cornelius a Lapide : *Hæc omnia licet inter se diversa , eodem tamen redeunt : Omnia enim hæc complectitur Christianismus , qui dicitur unctio , idest christiana fides , christiana doctrina , christiana religio , Christi gratia & sapientia nobis aspirata per Baptismum & confirmationem* . In Catena Græca veterum Patrum ad Epistolas Catholicas , quam ex antiquo codice , qui in carta pergamena septimo , vel octavo sæculo scriptus in celebri Bibliotheca Barberina asservatur , mea manu descripsi , ad verba illa Joannis Apostoli : *Vos unctionem habetis a Sancto* : sub nomine Severi , nescio an ille sit , qui plura in sacram Scripturam scripsit , & licet Eutychianæ hæresi infectus , & Antiochenæ Sedis invasor fuerit , nihilominus passim in Græcorum Catenis ejus nomen , ac verba reperiuntur , ejus inquam nomine talia adnotantur : Σευήρ . Χριστοὶ εἰσὶν οὐχ' οἱ προφῆται μόνοι , καὶ ἅγιοι κατ' ἐκείνους , καὶ πρὸ ἐκείνων ἄνδρες , ἀλλ' ἐξαιρέτως , καὶ πάντες οἱ εἰς τὸν μέγαν , καὶ μόνον , καὶ ἀληθῶς Χριστὸν , καὶ σωτῆρα Θεὸν πιστεύσαντες ὕστερον , καὶ νῦν ἔτι πιστεύοντες , καὶ ἐν τῷ θείῳ τῆς παλιγγενεσίας λουτρῷ , καὶ βαπτίσματι συμβολικῶς τῷ μύρῳ χριόμενοι , καὶ τὴν διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος υἱοθεσίαν λαμβάνοντες · καὶ τὰς πλουσίας παρ' αὐτοῦ δωρεὰς , δι' ἃς γινόμεθα κληρόνομοι Θεοῦ , καὶ συγκληρόνομοι Χριστοῦ . *Severi . Uncti , seu Christi sunt non solum Prophetæ , & Sancti illorum ætate , & qui ante illos fuerunt , sed præcipue etiam omnes , qui postea crediderunt , & etiamnum credunt in magnum , & solum , & verum Christum (hoc est unctum) , & Salvatorem Deum , & in divino regenerationis lavacro , & baptismo symbolice unguento unguntur , & accipiunt per Spiritum Sanctum adoptionem , & ditissima ejus dona , quibus efficimur hæredes Dei , cohæredes autem Christi* .

(5) Hæc a S. Joanne Baptista dicta fuisse de vocatione Gentium affirmant Hieronymus , Augustinus , Ambrosius , Gregorius , Chrysostomus , cæterique veteres Patres , quibuscum concordat S. Jacobus , & SS. Patrum sententiæ recentiores omnes S. Scripturæ Interpretes Maldonatus , Cornelius a Lapide , Tirinus , Menochius , Munsterus , Zegerus , Drusius , Grotius , aliique tum Orthodoxi , tum eterodoxi in cap. III. Matth. vers. 9. unanimi consensu subscribunt .

Mysteria, quæ continebantur in visione Jacob.

§. 5. Considera, Carissime, quot mysteria abscondita erant in visione, quam vidit Jacob: vidit portam Cœli, quæ est ipse Christus: & vidit scalam, mysterium Crucis: unxit titulum lapideum, symbolum, & figuram gentium; & vovit dare decimas Leviticas, cum in ipso absconditi essent, qui dabant, & & qui accipiebant decimas, & fructus primitiarum. Etenim in femore ejus stabat catulus Leonis Juda, & in eo absconditus stabat Rex Christus, in quo præmonstrata est unctio, & gentes unctionis voverunt (1) decimas Leviticas, & Reges inter ipsas, qui in eodem voto continebantur, cor ejus erexerunt, respexitque in eum spiritus Prophetarum, qui ex semine ejus futuri erant. Baculum autem habens in manu solus, transivit flumen Jordanis: Mysterium mirabile, manu enim sua prætulit signum Crucis: magnus Propheta, acceptis (2) pedibus suis, profectus est, & abiit in terram Orientalem, quia inde orta est lux gentibus (3). Pervenit ad puteum, cujus os desuper clausum erat lapide, quem multi non potuerunt devolvere: multi enim aggregati Pastores non potuerunt aperire puteum; donec venit Jacob, & virtute Pastoris, qui in ejus femore absconditus erat, abstulit lapidem, & adaquavit (4) pecora. Quoniam Prophetæ multi

Genes. XXVIII. 22.

Genes. XXIX. 1. 2.

Տե՛ս զայս սիրելի, քանզի խորհուրդք ծածկեալք էին 'ի տեսլեանն, զոր ետես Յակոբ. Ետես զդուռն երկնից, որ նա ինքն է Քս. Եւ ետես սանդուղս զխորհուրդ խաչին. Եօծ զարձանն քարեղէն, օրինակ հեթանոսաց. Եւ ուխտեաց զտասանորդ տալ ղեւտացւոց; 'ի նմա ծածկեալ կային, որք տային զտասանորդս, և որք առնուին զպտուղս երախայրեաց. Յերանս նորա կայր կորիւն առիւծու յուդա; և 'ի նմա ծածկեալ կայր արքայն Քս. զի նովաւ եցոյց զօծումն, և ազգք նորա 'ի միջի նոցա ուխտեցին ղեւտացւոց; և Թագաւորք, որք կային յուխտի նորա, բարձրացուցին զսիրտ նորա; և հայեցաւ 'ի նա ոգի մարգարէից, որք 'ի զաւակէ նորա հանդերձեալ էին լինել. Ցուպ 'ի ձեռին միայն էանց ընդ յորդանան գետ; զխորհուրդ սքանչելի կանխեալ կալաւ 'ի ձեռին իւրում զնշան խաչին. Մեծ մարգարէն զոտս իւր եառ, խաղաց, գնաց ընդ երկիրն արեւելից. զի 'ի նմանէ ծագեաց լոյս հեթանոսաց. Եհաս առ Ջրհորն, որ վէմն կափուցեալ կայր 'ի վերայ բերանոյ նորա, զոր բազումք ոչ կարացին տապալել զնա; բազմամբողոքն հովուաց, ոչ կարացին բանալ զՋրհորն, մինչև եկն Յակոբ, զօրութեամբ հովուին, որ ծածկեալ կայր յերանս նորա, եբարձ զվէմն, և արբոյց խաշանցն. Եւ մարգա-

(1) Sicut Apostolus in epistola ad Hebræos, ut demonstraret, magnum Sacerdotem, nempe Christum Dominum, cujus typus erat Melchisedech, majorem esse omnibus Sacerdotibus Leviticis, argumentum sumit ex eo, quod Abraham solvit decimas Melchisedecho, affirmans, in Abrahamo decimas solvisse omnes, qui ex eo postea nati sunt, etiam qui Sacerdotio initiati decimas a populo accipiebant: *Per Abraham*, inquit, *& Levi, qui decimas accepit, decimatus est* Ad Hebr. *cap. VII. 9.* Ita S. Episcopus Nisibenus, posteaquam nobis exposuit in unctione illa tituli, seu lapidis, quam fecit Jacob, præfiguratam fuisse vocationem Gentium, hoc loco nos docet in voto, quod Jacob Deo vovit, decimas rerum omnium, quæ acquisitæ sibi forent, Domino daturum, comprehensos fuisse non solum omnes, qui erant ex ejus sanguine nascituri, & qui dabant, & qui accipiebant Leviticas decimas, sed etiam Gentiles, qui per fidem erant ejus filii futuri, & accepturi unctionem in Christo, qui erat absconditus in femore Jacob, per quem & ipsi decimas voverunt.

(2) *Acceptis pedibus suis:* Genesis *cap. XXIX. v. 1.* In textu Heraico legitur: *Et levavit Jacob pedes suos.* Ita & in versione Græca 70., Syriaca, & Arabica. Alii vero textus hebraici verba reddunt: *Deinde sublatis Jacob pedibus suis*: idest alacris, lubens, ac volens.

(3) Hinc autem factum fuisse videri potest, cur veteres Christiani ad Orientem conversi orarent, & Christianorum Ecclesiæ priscis temporibus constructæ, & Altaria in illis erecta Orientem versus aspicerent. Ritum hunc ab Apostolis acceptum testantur Basilius *de Spir. Sanc. cap.* 27. & Origenes *in lib. Numer. homil.* 5., & de eo differit Athanasius junior in responsione ad quæstionem 37. Antiochi, & Scriptor alter sub nomine Justini Martyris *quæst.* 118. Meminerunt etiam Alcuinus *lib. II. de Trin. c.* 5. Walafridus Strabo *lib. de reb. Eccles. cap.* 4. Honorius Augustodunensis in Gemma Animæ *de antiq. rit. Miss. c.* 95. Sacri autem ritus hujus servandi rationes has reddit S. Joannes Damascenus *de Fid. Orth. lib. IV. cap. XII.* Primùm, quia Deus spirituale lumen est, & Christus sol justitiæ, & Oriens in sacris Literis appellatur. Secundo, quia S. David cecinit: *Psallite Domino, qui ascendit super Cœlum Cœli ad Orientem*. Psal. *LXVII.* 33. Tertio, quia narrat Scriptura, Deum plantasse Paradisum in Edem ad Orientem, & hominem inde ejectum propter præcepti transgressionem habitare fecisse e regione Paradisi, hoc est ad Occasum: Quarto, quia tabernaculum Moysis habebat ad Orientem velum, & propitiatorium, & Tribus Juda præstantior cæteris ad ortum solis castrametabatur; & in Salomonis templo porta Domini ad Orientem sita erat: Demum quia Dominus Cruci affixus est verso ad Occasum vultu, & Orientem versus elatus est in Cœlum, atque ita venturum esse expectamus.

(4) In eamdem fere sententiam hæc habentur in sermone posito inter sermones Augustini *serm.*

գործէր բաղումք եկին, և ոչ կարացին
յայտնել զմկրտութի աւազանին, մին-
չև եկն մեծ մարգարէն, և միայն առան-
ձին եբաց զնա, և մկրտեցաւ 'ի նմա.
Եւ աղաղակէր 'ի քաղցրաձայն բար-
բառոյ իւրոյ, և ասէր ; ամ, որ ծա-
րաւի իցէ, եկեսցէ առ իս, և արբցէ.
Եւ եկաց յաղօթս առանձին 'ի դառ-
նալ իւրում, ապրել 'ի Լաբանայ, և 'ի
ձեռաց Եսաւայ եղբօր իւրոյ. Եւ այս-
պէս կայր յաղօթս, խոստովան լինէր, և
ասէր; ցուպ 'ի ձեռին միայն լոկ անցի ես
ընդ այս յորդանան գետ, և այժմ ահա-
ւասիկ եղէ ես տէր երկուց բանակաց.
Ո՛ խորհուրդ սքանչելի փրկչին մերոյ.
Իբրև եկն տր մեր զառաջինն, ծաղ-
կեցաւ գաւազանն յարմատոյ Եսսեայ,
'ի նման ցպոյն յակոբայ; և իբրև դառ-
նայ յերկրորդ գալստեան իւրում, եր-
թայ առ հայր իւր երկու բանակօք.

Դարձեալ ասէ տր մեր; 'ի տեղ-
ւոջ, ուր երկու, կամ երեք ժողովեա-
ցին յանուն իմ, անդ եմ և ես 'ի մէջ
նոցա. Եւ յորժամ ժողովեսցէ մարդ
զանձն իւր յանուն Քրիստոսի, ահա-
ւասիկ Քս բնակեալ է 'ի նմ. և ած
բնակէ 'ի Քրիստոս. այնուհետև լինի
և նոյն մարդն, մի յերից անձանց. անձն
իւր,

multi venerunt, & non potuerunt manifestare lavacrum Baptismi, donec venit magnus Propheta, & solus separatim reseravit illud, & baptizatus est in eo. Et clamabat suavi voce locutionis suæ, & dicebat: *Siquis sitit, veniat ad me, & bibat.* Joan. VII. 37. Oravit etiam Jacob seorsum ab aliis in reditu suo, ut eriperetur a Laban, & a manu Esau fratris sui. Et orans talia proferebat: *Baculum habens in manu solus transivi ego hoc flumen Jordanis; & nunc ecce factus sum ego Dominus duorum* (1) *castrorum.* Genes. XXXII. 10. O mirabile mysterium de Salvatore nostro! Cum primum venit Dominus noster floruit virga ex radice Jesse in similitudinem baculi Jacob; cum autem secundo venerit, redibit ad Patrem suum cum duobus castris.

Mystice exponit verba illa Domini: Ubi duo, vel tres congregati fuerint &c. ostendens, quod oratio licet unius, dummodo sancta, est Deo accepta.

§. 6. Sed rursus de oratione dicit Dominus noster: *In loco* (2) *ubi duo, vel tres congregati fuerint in nomine meo, illic sum & ego inter eos.* Matth. XVIII. 20. Porro cum homo collegerit se in nomine Christi, ecce Christus habitans est in eo, & Deus habitat in (3) Christo; proinde idem homo fit quodammodo unus compo-

serm. XII. in App. Veniens Jacob ad puteum prius gregem Rachel adaquavit, & postea osculatus est eam. Verum est, fratres charissimi, nisi prius per aquam Baptismi Christianus populus a malis omnibus abluatur, faciem Christi habere non meretur.

(1) In latina versione vulgata locus iste Genesis ita redditur: *In baculo meo transivi Jordanem istum, & nunc cum duabus turmis regredior.* Genes. XXXII. 10. Textus autem Hebraicus: *In virga mea transivi Jarden hunc, & nunc fui in duo castra.* Ultima autem verba hæc, Textus Hebræo-Samaritanus, & versio Græca 70. ita exprimunt: *Nunc autem factus sum in duo castra.* Versio Syriaca, & Paraphrasis Chaldaica: *Et nunc factus sum in duas turmas.* Arabica vero: *Et nunc facti sunt mihi duo exercitus.* Profecto cum primum venit Christus Dominus, & natus est in terris, tunc evenit, quod prædixerat Isaias: *Egredietur virga de radice Jesse, & flos de radice ejus ascendet.* ita in versione latina vulgata. In versione autem Syriaca locus iste Isaiæ *cap. XI. v. 1.* habetur in hunc modum: *Tum prodibit baculus e trunco Isai, & surculus ex ejus stirpe expullulabit.* Ad hunc S. Scripturæ locum talia adnotat Beatus Hieronymus: *Virgam & florem de radice Jesse, ipsum Dominum Judæi interpretantur: quod scilicet in virga regnantis potentia, in flore pulchritudo monstretur. Nos autem virgam de radice Jesse, Sanctam Mariam Virginem intelligamus, quæ nullum habuit sibi fruticem cohærentem; de qua & supra legimus:* Ecce Virgo concipiet, et pariet Filium, *& florem, Domini Salvatorem; qui dicit in cantico canticorum:* Ego flos campi, et lilium convallium. At vero cum Christus Dominus secundo adveniet Orbem judicaturus, postquam judicium expleverit, redibit ad Patrem cum duobus castris, seu turmis Sanctorum ex utroque populo Judæorum, & Gentium. Porro aliquid simile expositioni, quam S. Jacobus hoc loco nobis tradit, habetur in sermone supralaudato, qui est XII. in append. serm. S. Augustini: *Sicut enim S. Jacob crevit, ac ditatus est, & cum infinita substantia ad patriam reversus est: Ita & verus Jacob Dominus noster Jesus Christus veniens in hunc mundum, & istas duas sibi plebes, idest Gentium, & Judæorum consocians, innumerabiles ex eis filios spiritaliter genuit, & creavit, ac ditatus est nimis.*

(2) *Ubi sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.* Matth. XVIII. 20.

(3) Quomodo Christus Deus habitet in hominibus justis, & quomodo Verbum Dei habitet in Christo, præclare explicat contra Nestorium S. Cyrillus Alexandrinus *Concil. Labbè pag.* 400. *Conc Ephes. par. I. cap. XXVI. n.* 4., cujus verba ne quis, quæ hic scribit S. Doctor noster Nisibenus, in perversum sensum accipiat, hoc loco adscribam: *Sed neque Dei verbum in Sacræ Virginis Filio, veluti in communi quodam homine inhabitasse dicimus, ne Christus Deifer homo esse intelligatur. Nam licet Verbum in nobis habitarit, omnemque Divinitatis plenitudinem corporaliter in Christo inhabitare, literis proditum sit; attamen non ita in illo habitavit, ut in Sanctis inhabitare dicitur. Habitavit enim secundum naturam unitum, non in carnem mutatum, tali inhabitatione, qualem dici potest hominis anima erga sibi proprium corpus habere:* nempe ad faciendum unum unitate personæ. Hinc autem factum est ex diverso habitandi modo, ut idem S. Cyrillus hoc loco, & in anathematismo V. & XI., aliique Patres negarint, Christum eo nomine, quo plures Servi Dei vocati sunt, hominem Deiferum dici posse. E contrario nonnulli Patres affirmarunt locutione quidem minus propria, Catholico tamen sensu, Christum ex tri-

positus ex tribus; ipse, & Christus, qui habitat in eo, & Deus, qui habitat in Christo; sicut & ipse Dominus noster
Jo. XIV. 10. 11. dicit: *Ego* (1) *in Patre meo sum, & Pater meus in me est: & ego, & Pater*
Ibid. 20. *meus unum sumus*: Iterum ait: *Vos estis in me, & ego sum in vobis*. Et iterum
Ezech. XLIII. 9. Zach. II. 10. Exodi XXIX. 45. dicit in Prophetis: *Habitabo in eis, & ibo ad eos*; & in hunc sensum accipi a te possunt verba superius allata, quæ
Matt. XVIII. 20. dixit vivificator noster. Ego enim ostendam tibi, Carissime, quod eo tempore, quo seorsum soli orabant Patres illi nostri justi, Deus erat in eis: cum oravisset Moyses in monte illo solus, seorsum erat ipse; numquid non fuit exauditus? Imo vero exauditus fuit, & sedavit furorem iræ Dei sui. Et Elias in monte Carmelo solus seorsum ab aliis erat, & oratio ejus miras patravit virtutes. Oratione ejus clausi sunt Cœli, & rursum oratione ejus soluta sunt vincula illorum; & oratio ejus rapuit eum e manu mortis, & eripuit eum ab inferis; & oratio ejus abstulit pollutionem e medio Israel; & oratio ejus evocavit ignem ter de Cœlis; semel super altare, & bis super Principes quinquagenarios, & ignis ultus est eum: flexis genibus oravit, & exauditus est illico; & quadringenti, qui stabant, & clamabant voce alta, & clamosa, non sunt exauditi, quia in nomine idoli Balaam clamabant: & Elias unus solus erat, nihilominus longe ac multo magis exauditus est. Et cum oravisset Jonas ab imis interioribus piscis, statim exauditus est quamvis esset solus. Eliseus quoque oravit, & suscitavit mortuum, & ereptus est e manibus malorum, qui insurrexerant in eum: non
4. Reg. VI. 16. 17. enim in visione solum, & specie tantum fuit quod vidit; sed revera copiosus exercitus circumdederat ipsum. Dixit
4. Reg. VI. 16. autem discipulo suo: *Plures sunt nobiscum, quàm cum illis*: Nam quamvis soli viderentur, haud tamen soli erant. Ex his autem, quæ hactenus dicta sunt, intelligere potes verbum Domini dicentis: *Ubi duo, vel tres congregati fuerint*

իւր, և Քրիստոս, որ բնակին ՚ի նմա. և Այ, որ ՚ի Քս բնակի. որպէս և Տէրն մեր ասէ; ես ՚ի Հայր իմ եմ. և Հայր իմ յիս է. և ես, և Հայր իմ մի եմք. Դարձեալ ասէ; դուք յիս էք, և ես ՚ի ձեզ եմ. Եւ դարձեալ ասէ ՚ի մարգարէս; բնակեցայց ՚ի նոսա, և գնացից ՚ի նոսա. Զայս միտս կարես դու լսել զբանն, զոր ասաց կենարարն մեր. Եւ ես ցուցից քեզ սիրելի. զի ՚ի ժամանակին, յորում կային յաղօթս մի մի ՚ի հարց անտի մերոց յարդարոց, Աստուած ՚ի նոսա էր. Իբրև եկաց Մովսէս յաղօթս ՚ի լերին առանձինն, առանձինն էր նա, միթէ ոչ եղև լսելի. այլ առաւել և եղև լսելի, և ցածոյց զսրտմտութիւն բարկութեան Այ իւրոյ. Եւ Եղիա ՚ի լեառն Կարմեղայ միայն առանձինն էր. և աղօթք նորա զզօրութիւնս սքանչելիս ցուցին. Յաղօթս նորա փակեցան երկինք, և նովին դարձեալ աղօթիւք լուծան կապանք նոցա; և աղօթ նորա, ՚ի ձեռաց մահու յափշտակեաց զնա, և ՚ի դժոխոց թափեաց զնա; և աղօթք նորա խլեցին զպղծութիւն ՚ի միջոյ Իսրայէլի; և աղօթք նորա զհուր իջուցին յերկնից երիցս անգամ. միանգամ ՚ի վերայ սեղանոյն, և երկիցս ՚ի վերայ նախարարացն, և արարին նմա զվրէժխնդրութիւն. Եդ ծունր, և եկաց յաղօթս, և եղև լսելի վաղվաղակի; և չորեք հարիւրքն, որք կարդային, և աղաղակէին ՚ի ձայն բարձր բարբառոյ, ոչ եղեն լսելի. զի յանուն կռոցն Բահաղու կարդային; և Եղիա միայն էր, և առաւել եղև լսելի. Եւ յովնան իբրև եկաց յաղօթս ՚ի դժոխոց ներքնոց, և լուաւ նմա վաղվաղակի, թէպէտ և միայն էր. Եւ Եղիշա եկաց յաղօթս, և դարձոյց ՚ի դժոխոց; և ապրեցաւ ՚ի ձեռաց չարացն, որք յարուցեալ էին ՚ի վերայ նորա. Ո՛չ եթէ տեսլեամբ միայն էր այն, այլ զօրք բազումք պատեալ էին զնովաւ, ասէ ցաշակերտն իւր; բազումք են ընդ մեզ, քան ընդ նոսա. Թէպէտ և միայն էին, այլ ոչ եթէ միայն էին. Արդ այսու, որով հաւանեցուցի զքեզ, կարօղ ես լսել զբանն

տն

tribus constare substantiis Verbi, Corporis, & Animæ, quod de homine justo nemo quidem asserere ausit; sed hisce de rebus videri possunt, quæ late, ac erudite disserunt P. Petavius, Thomassinus, aliique Theologi in Tractatu de Incarnatione.

(1) *Ego & Pater unum sumus*. Joan. X. 30. *Et credatis quia Pater in me est, & ego in Patre*. Ibid. 38. *Non creditis, quia ego in Patre, & Pater in me est?* Joan. XIV. 10. 11. *In illo die vos cognoscetis, quia ego sum in Patre meo, & vos in me, & ego in vobis*. Ibid v. 20.

տ̄ն, որ ասէ; ուր երկու, կամ երեք ժողովեալք իցեն յանուն իմ, անդ եմ և ես 'ի մէջ նոցա.

Որպէս և 'ի վերոյ հաւանեցի զքեզ. յամենայն ժամ իբր յաղօթս կայցես դու, տուր զսիրտ քո 'ի վեր, և զաչս քոյս 'ի խոնարհ. և մուտ դու 'ի ներքս 'ի մարդն ներքին. և կաց յաղօթս 'ի ծածուկ առ հայրն քո, որ յերկինս է. Եւ զայս ա̄մ, զոր գրեցի ես քեզ վ̄ն ճառիցս աղօթից, յարժամ ս̄բք իցեն, ընդունելիք լինին. և յորժամ չեն ս̄բք, չլինին ընդունելի. Քանզի են ոմանք 'ի միջի մերում, որք յաճախեն զաղօթս, և երկայնեն զմտածութիս. և կորացուցանեն զանձինս իւրեանց, և տարածեն զձեռս իւրեանց; և գործք աղօթից հեռի են 'ի նոցանէ; կան յաղօթս, զաղօթ տ̄ն մերոյ, զոր ուսոյց; Թողացո մեզ զմեղս մեր, զի և մեք թողուցումք մերոց պարտապանաց. Ո՜վ որ յաղօթս կաս, յիշեա զի պատարագ մատուցանես դու առաջի ա̄յ. մի' ամաչեսցէ այն, որ մատուցանէ զաղօթս քո, աղտեղեալ պատարագաւն. Դու կաս յաղօթս, զի թողցէ քեզ. և խոստովան լինիս, թէ և ես թողում; խորհեաց 'ի միտս քում նախ, եթէ թողուս դու. և մի' սուտ գտանիցիս առաջի ա̄յ, և ասիցես եթէ թողում, և ոչ թողուցուս; ոչ եթէ մարդ որ իբրև զքեզ իցէ ա̄յ. թէ ստեսցես նմա. Եթէ այր ընկերի մեղիցէ, 'ի տ̄է խնդրէ զքաւութի; ապա եթէ ա̄յ ոք մեղիցէ, յո՞ւմ խնդրեսցէ զքաւութիւն. Մի' դատապարտեր զանձն քո, աղօթիւքն քովք. Լո՛ւր դու դարձեալ զբան տ̄ն մերոյ, զոր ասէ; յորժամ մատուցանիցես դու զպատարագ, և անդ յիշեսցես, եթէ վ̄ն եղբօր քոյ ոխս ինչ ունիցի. Թո՛ղ զպատարագն առաջի սեղանոյն, և՛րթ հաշտեաց ընդ եղբօր քում. և ապա եկեսջիր, մատուսջիր զպատարագն քո; զի մի' իբրև

rint in nomine meo illic sum, & ego inter eos.

§. 7. Itaque sicut a me supra tibi dictum est, quotiescumque oras, præbe cor tuum sursum, & oculos tuos deorsum, & intra tu intus in hominem interiorem, & ora in occulto ad Patrem tuum, qui in Cœlis est. Nam eorum omnium, quæ in hoc sermone de oratione scripsi, summa hæc est: Oratio cum fuerit (1) sancta, erit acceptabilis; quando autem non est sancta, non est acceptabilis. Nam sunt quidam inter nos, qui frequenter precantur, & faciunt longas orationes, & incurvant semetipsos, & extendunt manus suas, sed effectus orationis longe absunt ab eis. Orant quidem aliqui oratione, quam docuit Dominus noster: *Dimitte nobis peccata nostra, ut & nos dimittimus debitoribus nostris*. O qui sic oras; memento, quod hostiam offers in conspectu Dei, vide, ne erubescat, qui offert orationem tuam, veluti sacrificium coinquinatum. Tu oras Deum, ut dimittat tibi, & profiteris, quod & tu dimittis. Cogita primo in mente tua, an dimittas, ne inveniaris mendax coram Deo, dum dicis, dimitto, non dimittens: non est Deus ut homo, qualis tu es, ut mentiaris ei. Si homo peccet in fratrem, petit a Domino propitiationem; si autem quis peccet in Deum, a quo propitiationem petet? Noli condemnare teipsum oratione tua. Audi enim verbum Domini nostri dicentis: *Si ergo offers munus tuum ad Altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid adversum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum*. Ne igitur dum oras, odium, quod adversus aliquem habes, in mentem

Quomodo sit orandum, & qua oratio Deo grata, & accepta sit.

Matth. VI.

Matt. V. 23.

(1) Inter conditiones, quas ad bene orandum necessarias agnoscunt omnes Theologi, præcipue est sanctitas, sive charitas, quæ est Christianorum vera, perfectaque Justitia. *S. Thom.* 2. 2. *qu.* 83. *art.* 15. *in* 4. *sent. dist.* 15. *quæst.* 4. *art. ult. Bellarm. Controv. lib. I. de bon. Oper. in part. cap* 9. *Sylv. in* 2. 2. *S. Thom. Tom. III. pag.* 587. Grata enim Deo esse non potest ejus oratio, qui inimico animo ad Dei colloquium accedit. Ideo inquit S. David *psal. XXXIII. Oculi Domini super justos, & aures ejus in preces eorum*. E contrario autem *psal. LXV. Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet Dominus*. Et Christus Dominus dicebat discipulis suis: *Si manseritis in me, & verba mea*, hoc est præcepta mea, *in vobis manserint, quodcumque volueritis, petetis, & fiet vobis*. Joann. *XV*. Neque contrarium huic doctrinæ, ac sententiæ est, quod narratur in Evangelio de Publicano, qui orans in templo, precibus suis veniam suorum peccatorum a Deo impetravit. Nam probe respondet doctissimus Cardinalis Bellarminus: *Peccator pœnitens non impetrat, ut peccator, sed ut pœnitens; ut peccator enim inimicus est Dei, ut pœnitens amicus Dei esse incipit. Nam is, qui peccat, facit, quod Deo non placet; sed is, quem peccasse pœnitet, facit quod Deo maximè placet*. De art. ben. mor. lib. I. cap. VII. & loc. sup. citat. ita Sylvius, & alii.

tem redeat. Nam id tibi notum, certumque sit, quod oratio tua relinquetur ante Altare, & quod nolet (1) ille, qui orationem offert, eam accipere, & elevare a terra; examinat (2) enim munus tuum, an sit coinquinatum. Si fuerit oratio sancta, elevat, & offert in conspectu Dei; si autem invenerit in oratione tua te dicentem: *Dimitte mihi, dimitto & ego*: Ita tibi, qui oras, respondebit ille, qui orationem elevat: *Primo dimitte tu debitori, & deinde ego elevabo orationem tuam ad Dominum, cujus debitor es*. Dimitte tu centum denarios secundum tuam paupertatem, & Dominus, cui tu debitor es, dimittet tibi decem millia talenta secundum magnitudinem divitiarum suarum; & non computabit tecum usuras, & fructus usurarum. Si tu libens volens dimiseris, tum ille accipiet munus tuum, & elevabit, & attollet secum; si autem tu non dimittis, sic dicet tibi: *Ego munus pollutum, & coinquinatum ante thronum sanctitatis non offeram; sed ecce tu venturus es illuc ad reddendam rationem debiti tui, & munus tuum tecum feres*: & relinquet munus tuum, & abibit. Audi tu quid dicat Propheta:
Malach. I. v. 14. *Maledictus (3) ille, cujus sit in grege aries*

իւրն կացցես յաղօթս, և յիշեսցես թէ ոխ ինչ ունիս ։ Զայս գիտասջիր դու ՚ի միտ քում, զի աղօթն քո, թողեալ լքեալ լինի առաջի սեղանոյն, և ոչ կամի նա, որ մատուցանէ զաղօթս, առնուլ վերացուցանել յերկրէ ; քանզի քննէ զպատարագն քո, յաղտեղութէ. եթէ ՟իք է, հանէ, մատուցանէ առաջի այ ; ապա եթէ գտանիցէ նա յաղօթսն քո, զի ասիցես. Թող ինձ, և թողում և ես. այսպէս լինի պատասխանի այնմ, որ յաղօթս կայ յայնմանէ, որ զաղօթս վերացուցանէ ; նախ թող դու պարտականի քում, և ապա վերացուցանեմ ես զաղօթս քո առ տէրն պարտուն քոյ ։ Թող դու հարիւր դահեկան, ըստ աղքատութէ քում. և տէր պարտուն քոյ, թողու քեզ բիւր քանքար, ըստ իւրում մեծութէ. և ոչ համարի ընդ քեզ զվաշխս, և զվարձս տոկոսեաց. եթէ կամիցիս դու, և թողուցուս, ապա առնու նա զպատարագն քո, և հանէ, վերացուցանէ ընդ իւր ; ապա թէ դու ոչ թողուցուս, այսպէս ասասցէ ցքեզ ; ես զպատարագ աղտեղեալ, պղծեալ, առաջի աթոռոյն սրբութեց ոչ մատուցանեմ. այլ ահա անդր գալոց ես դու, տալ զհամար պարտուն քո, և զպատարագն քո ընդ քեզ բերցես ; և թողու զպատարագն քո, և գնայ ։ Լուր դու,

(1) Nempe Angelus Domini. Etenim Raphael Angelus dixit Tobiæ *cap. XII.* 12. *Quando orabas cum lacrymis, & sepeliebas mortuos, & derelinquebas prandium tuum, & mortuos abscondebas per diem in domo tua, & nocte sepeliebas eos; ego obtuli orationem tuam Domino*. Et capite VIII. Apocalypsis dicitur, Angelum venisse habentem thuribulum aureum, & data esse illi incensa multa, ut daret de orationibus Sanctorum omnium super Altare aureum, quod est ante Thronum Dei. Et in Missa Latina post consecrationem sacrorum donorum ita orat Sacerdos: *Jube hæc perferri per manus S. Angeli tui in sublime Altare tuum*. Ideoque Tertullianus *lib. de oratione cap. XII.* eorum irreverentiam acriter redarguit, qui sedendo orant: *Sub conspectu*, inquit, *Dei vivi, Angelo adhuc orationis adstante*. Et S. Augustinus ad verba illa Apostoli: *Postulationes vestræ innotescant apud Deum*: inter cætera talia scribit: *Aut forte etiam innotescant Angelis, qui sunt apud Deum, ut quodam modo eas offerant Deo, & de his consulant, & quod eo jubente implendum esse cognoverint, sicut oportere ibi cognoverint, hoc nobis vel evidenter, vel latenter apportent*. Sanctus Augustinus *ep.* 130. *ad Probam* §. 18. quibus Sancti Hilarii Pictaviensis Episcopi testimonium adjungendum est, qui exponens verba illa Christi Domini: *Videte ne contemnatis unum de pusillis istis &c. Matth. XVIII.* 10. hæc adnotat: *Fidelium orationibus*, inquit, *præesse Angelos, absoluta auctoritas est. Salvatorum igitur per Christum orationes Angeli quotidie Deo offerunt. Ergo periculose ille contemnitur, cujus desideria, ac postulationes ad æternum, & invisibilem Dominum ambitiosa Angelorum famulatu, ac ministerio pervehuntur*. In comm. in Evang. Matt. cap. XVIII. n. 5. Hinc autem Theologi omnes inter Angelorum officia recensent illud offerendi Deo fidelium preces, bona opera, ac pia desideria. *Estius in lib. II. sent. dist. XI.* §. 2. *Sylvius in pr. Par. D. Thom. quæst.* 113. *art.* 4. *conclus.* 5. *Vasquez tom.* 1. *disp.* 245. *cap. I. & alii.*

(2) Ita Origenes Angelos affirmat, animos Fidelium perscrutari, inquiens: *Angeli enim Dei ascendunt, & descendunt ad filium hominis, perquirunt, & curiose agunt, quid in unoquoque nostrum inveniant, quod offerant Deo. Vident & perscrutantur uniuscujusque nostrum mentem, si habeat aliquid tale, si tam sanctum aliquid cogites, quod Deo mereatur offerri. Intuentur, & considerant, si quis nostrum ex his, quæ dicuntur in Ecclesia, corde compungitur, & animum convertit ad pœnitentiam, si his auditis corrigere cogitat vias suas, & oblivisci præterita, ac præparare se ad futura*. Orig. in Levit. homil. IX §. 8.

(3) *Si offeratis cæcum ad immolandum, nonne malum est? & si offeratis claudum, & languidum, nonne malum est? offer illud duci tuo, si placuerit ei, aut si susceperit faciem tuam, dicit Dominus exercituum*. Malach. cap. I. v. 8. *Maledictus dolosus, qui habet in grege suo masculum, & votum faciens immolat debile Domino*: v. 14. In versione Syriaca: *Offer illud, quæso, duci tuo, an applausurus sit tibi, aut vultum tuum acceptum habiturus*. v. 8. *maledictus ille, qui habet in grege suo arietem sanum; tamen vovet, & sacrificat ægrotum Domino*. v. 14. In Paraphrasi Chaldaica: *Offer illud nunc principi tuo, qui tibi præest, num sibi*

դու մարգարէին, զինչ ասէ; անիծեալ լիցի նա, որոյ իցէ նորա 'ի հօտի իւրում խոյ փափուկ, պարարտ, և գեղեցիկ, և ուխտեսցէ, և մատուցանիցէ տն զհիւանդացեալն։ ասէ. այլ մատո դու զնա իշխանին քում, եթէ ընդունիցի՞ բնաւ 'ի ձեռաց քոց, կամ աչառիցէ՞ ինչ քեզ։ Արդ արժան է քեզ Թողուլ պարտապանին քում նախ քան զաղօթսն քո, և ապա յաղօթս կալ; և երբ կացցես յաղօթս, ելանիցեն աղօթքն քո 'ի վեր առաջի մեծութեացն ա̅ծութե. և ոչ Թողեալ լքանին աստէն յերկրի.

Ասէ 'ի մարգարէի անդ; այս է հանգիստ իմ. հանգուցէք զնեղեալս. Արդ դու այսուհետև զհանգիստ ա̅յ տ̅ւր մարդ, և ոչ լիցիս դու կարօտ 'ի Թողութե քաւութե. Հանգո՛ զտառապեալս, և կերակրեա՛ զաղքատս, և տես զհիւանդս, և սոքա են աղօթք. Եւ խելամուտ արարից զքեզ վ̅ս այսր իրի, սիրելի, յամ ժամ երբ առնէ մարդ զհանգիստ ա̅յ, այն են աղօթք. Գրեալ է այսպէս; երբ պոռնկեցաւ Զամրի ընդ կնոջ մադիանացի, ետես զնա փենեհէզ եղիազարեան, և եմուտ նա 'ի սենեակ նոցա, և եհար, և անդէն սատակեաց զերկոսեան, և մահ նոցա, աղօթ համարեցաւ նմա: Դաւիթ վկայէ այսմ; յարեաւ փենեհէզ, քաւեաց, և համարեցաւ նմա յարդարութի, յազգէ յազգ մինչև յաւիտեանս. Եւ տե՛ս դու սիրելի, գուցէ եթէ դիպեսցին քեզ երբ ինչ, որ հանգուցանեն զկամս ա̅յ, և ասասցես; նախ կացից յաղօթս, զի ժամ աղօթից է; և կամ որ զայս պատահիցէ քեզ առ դուրս քո, մինչդեռ դու կամիցիս կատարել զաղօթս քո, պրծանի՞ցես 'ի քեն ա̅մ

մեղք

aries tener, pinguis, & pulcher, & vovebit, & offeret Domino infirmum. Age sis, inquit Propheta: *Offer illum Principi tuo; numquid suscipiet de manibus tuis? numquid aliquid dissimulabit tibi?* Debes itaque tu dimittere debitori tuo, antequam ores, & deinde orare: & cum oras, ascendet oratio tua sursum in conspectu Majestatis Divinæ, & non neglecta relinquetur in terra. *Ibid. v. 8.*

§. 8. Dicit Dominus per Prophetam: *Hæc est (1) requies mea; date requiem afflictis*. Fac tu igitur o homo, requiem Deo, & non carebis tu venia propitiationis. Da requiem tribulatis, & ciba pauperes, & visita infirmos, & hæc sunt oratio. Profecto faciam, ut hoc intelligas, Dilectissime, hominem semper orare, cum facit Deo requiem. Scriptum est enim: cum fornicaretur Zamri cum muliere Madianitide, vidit eum Phinees filius Eleazari, & ingressus est iste in cubiculum eorum, & percussit, & interfecit illic ambos; & mors eorum imputata est ei in orationem. Testatur de hoc David: *Surrexit (2) Phinees, & exoravit, & reputatum est ei ad justitiam in generationem, & generationem usque in sempiternum*. Tu autem, Dilectissime, si forte tibi aliqua agenda superveniant, quæ sunt secundum voluntatem Dei, cave ne dicas, primo orabo, quia hora orationis est; vel si aliquid hujusmodi petat quispiam ad fores tuas, velis prius absolvere orationem tuam; num eris sine omni pec-

Opera misericordiæ, & charitatis sunt vera oratio. Isa. XXVIII. 12.

Num. XXV. 8.

Psalm. CV. 31.

K cato,

sibi complacebit in te, aut num accipiet faciem tuam v. 8. *& maledictus, qui agit cum fraude, cum habeat in grege suo masculum, & obnoxius sit voto, tamen immolat quod corruptum est coram Domino*.

(1) *Hæc est requies mea, reficite lassum; & hoc est meum refrigerium; & noluerunt audire*. Ita versio latina vulgata *Isaiæ XXVIII.* 12. In Textu Hebraico: *Hæc requies; requiem præstate lasso, & hæc requies*. Et in versione Syriaca: *Hoc est placitum meum, reficite lassos, atque hæc est requies*. Ut autem notat Cornelius a Lapide ad hæc Isaiæ verba, Deus per Prophetas non aliud quasi clamabat, quàm *misericordiam, & miserationes facite unusquisque cum proximo suo*: ita Zacchar. VII. 9. & alibi.

(2) In versione latina vulgata; *Et stetit Phinees, & placavit, & cessavit quassatio, & reputatum est ei &c.* Psalm. *CV.* 30. 31. In versione Syriaca: *Stetit Phinhes, & oravit, ac probibita est mortalitas: & reputata est ei justitia &c.* In Paraphrasi Chaldaica: *Et surrexit Pinches, & oravit, & restincta est mors, & reputatum est ei ad meritum &c.* Observant autem Malvenda, Tirinus, aliique Interpretes, quod verbum Hebraicum ויפלל verti potest non solum *placavit*, sed *judicavit, dijudicavit, oravit*. An autem Phinees oratione Deum placaverit, vel facto ipso quæri potest. Oratione putavit Apollinarius, exposuitque his verbis:

Φινέες δ' ἀρχῆσιν ἱλάσατο παμβασιλῆα,
Κεῖνος μὲν λιτάνευε, λυγρὴ δ' ὑπεχάζετο λοιμός.

Phinees autem precibus placavit Dominum,
Ille quidem orabat, precibus vero cedebat pestis:

Ita etiam Arnobius in commentario: oratione autem, vel sacrificio Nazianzenus: εἴτε διὰ θυσίας ἀναιμάκτου, εἴτε δι' εὐχῆς, ἢ λογικῆς ἐντεύξεως. *sive per spirituale sacrificium, sive per orationem, ac rationalem intercessionem* (orat. XV. in fin.): Noster au-

tem

cato, dum detrimentum patitur is, qui ad fores tuas instanter opem a te efflagitat? Debitor utique invenieris Deo in oratione requiei, quæ est reipsa vera oratio. Audi tu verbum, quod dixit
1. Corinth. XI. 31. Apostolus: *Si nosmetipsos dijudicaremus, non judicaremur*. Attende igitur quæso, quod ego tibi dicam: Si te oporteat abire in longinquam viam, & contingat æstivâ horâ exardescere siti, perveniasque ad aliquem ex fratribus, & dicas ei, da mihi requiem, liberans me a siti, quæ vehementer me cruciat; ille autem tibi respondeat, adhuc est hora orationis, sine, ut prius orem, & deinde veniam ad te: & antequam ille orationem finiat, & veniat ad te, tu ex siti moriaris: quodnam eorum, quæ dicta sunt, videtur tibi potius esse? ire ad orandum, an vero requiem præbere desiderio animæ tuæ? Item si des te in viam tempore hyemali, & superveniat tibi imber, vel nix, & verseris in discrimine angustiæ frigoris, & in hora orationis pervenias ad fratrem tuum dilectum, & eodem modo respondeat tibi, & tu ex frigore moriaris: quæ utilitas orationis ejus? Nam laboranti, afflicto, & vitam desideranti requiem non præbuit. Dominus noster cum proposuisset exemplum, atque imaginem extremi judicii, ostendissetque, qui judicandi sunt invicem a se dividendos, statuendosque, alios a dextris, alios a sinistris suis, sic
Matth. XXV. 35. ait eis, qui a dextris sunt: *Esuriebam, & dedistis me, sitiebam, & potavistis me, hospes eram, & collegistis me*. Contra autem dicet eis, qui a sinistris sunt; & quia hæc non fecerunt, ibunt in supplicium: & qui a dextris sunt, ibunt in Regnum. Pulchra est oratio, si sint bona opera orantis: acceptabilis est oratio, si sit requies in ea: exauditur oratio, si orans aliis dimisisse inveniatur: dilecta est oratio, si sit munda a dolo: efficax est oratio, si virtutes Dei perficiantur in ea.

§. 9. Quod

մեղք քո . և վնասեցի այրն այն , որ արտաքոյ դրան քոյ ցանկու խնդրեցէ ինչ ; պարտաւոր գտանիցիս յաղօթսն հանգստեան այ . զի այն իսկ են աղօթք . Լուր դու զբանն , զոր ասաց առաքեալ ; եթէ զանձինս մեր դատէաք , մեք ոչ դատապարտեաք . Լուր իբրու յանձն քո այսմ , որինչ ես քեզ ասեմ . եթէ դէպ լիցի քեզ երթալ 'ի հեռի ճանապարհ . և պատահիցի քեզ ծարաւ 'ի տօթաժամու , և առ մի յեղբարց հասանիցես , և ասասցես ցնա . հանգո զիս 'ի ցանկութէ աստի պաշքու ծարաւոյս . և ասասցէ նա քեզ ; ժամ դեռ աղօթից է . թող նախ կացից յաղօթս , և ապա եկից առ քեզ ; և մինչ նա յաղօթս կայցէ , և գայցէ առ քեզ , դու 'ի ծարաւոյ մեռանիցիս . ո՞ր իւք երևին քեզ , թէ առաւել իցեն . երթալ կալ յաղօթս , թէ հանգուցանել զցանկութիւ անձին քո . Եւ դարձեալ . եթէ երթիցես դու 'ի ճանապարհ 'ի ժամանակի ձմերայնոյ . և լինիցի 'ի վերայ քո անձրև , կամ ձիւն , և 'ի մէջ վտանգի նեղութե ցրտի կայցես , և 'ի ժամ աղօթից հասանիցես դու առ եղբայր քո սիրելի . և նորա զնոյն պատգամս պատասխանի տացէ քեզ , և դու 'ի ցրտոյ մեռանիցիս . զինչ օգուտ իցեն աղօթք նորա . զի զնեղեալ տառապեալն , և զցանկացեալն ոչ հանգոյց . ՏՐ մեր իբրև եցոյց զօրինակ ատենի դատաստանին , յորոշելն կացուցանել զնոսա յաջմէ , և յահեկէ իւրմէ . այսպէս ասէ ցայնոսիկ , որք ընդ յաջմէն են ; քաղցեալ էի , և կերակրեցիք զիս . ծարաւ էի , և արբուցիք ինձ . օտար էի , և ժողովեցիք զիս ; սոյնպէս ասէ , և որք ընդ ձախմէն են , զի ոչ արարին զայս , չոգան 'ի տանջանս . և որք յաջմէն են , չոգան յարքայութի . Վայելուչք են աղօթք , թէ գործք իւր բարիք իցեն . աղօթն ընդունելի լինի , եթէ հանգիստ իցէ 'ի նմա . լինի լսելի աղօթն , եթէ թողութիւք գտանիցին 'ի նմա . սիրեցեալ է աղօթ , եթէ սուրբ է 'ի նենգութե . զօրաւոր է աղօթ , եթէ զօրութիւք այ կատարին 'ի նմա .

Եւ

tem S. Doctor, facto ipso, quando zelo Dei accensus scortantes perfodit. Hanc sententiam probat Lorinus, qui haud negat, Phineem, postquam scortantes occidit, se convertisse ad placandum Deum orationibus, *potest id quidem*, inquiens, *concedi, sed in libro Numerorum significatur ipsomet facto Phinees, cum occidit impuros scortatores, placatum quoque Deum*. comm. in Psalm. *Tom. III.* & Ven. Card. Bellarminus doctrina æque, ac pietate illustris: *Phinees dijudicando, & damnando, ac puniendo impios, hoc facto, quasi sacrificio Deo gratissimo Deum placavit*. ET REPUTATUM EST EI AD JUSTITIAM, *idest, a Deo, qui scrutatur corda, & qui probe novit optimam intentionem Phinees, reputatum est hoc factum, non injusta cædes, sed justa punitio, quæ non pœnam mereretur, sed laudem, & præmium*. In com. in Psalm.

Եւ զայս զի գրեցի քեզ , թէ որ արասցէ զկամս Այ , այն է աղօթք . ինձ այսպէս թուի , թէ բարւոք իցէ ; այլ ոչ այնու ասացի քեզ զայս , զի հեղգասցիս , խափանեսցիս դու յաղօթից , այլ առաւել յօժարեսցիս յաղօթս , և մի՛ ձանձրանայցես . որպ և ասաց տր մեր ; կացէ՛ք յաղօթս անձանձրոյթ . Եւ 'ի զուարթութե յօժար լինիջիր . և հեռի արասցես 'ի քէն զքուն , և զծանրութի . և տքնեսջիր զգայգ , և զցերեկ , և մի՛ դանդաղիր , և ես ցուցից քեզ զժամանակս աղօթից . Են խնդրուածք , օրհնութիք , և գոհութիք . խնդրուածք այն են , զի խնդրեսցէ ոք զողորմութի գթութե մեղաց իւրոց . Գոհութիք , զի գոհանայցես զհօրէն երկնաւորէ . Օրհնութիք , զի օրհնեսցես զնա , վն ամ գործոց իւրոց . 'ի ժամանակս փորձանացի նեղութե քոյ , մատո դու աղօթք խնդրուածոց ; և 'ի ժամանակի երբ կերակրիս 'ի բարութե նորա , խոստովանութք գոհանայցես դու զայնմանէ , որ ետն քեզ . և 'ի ժամանակի իբրև լի է յուրախութե ցնծութե միտն քո , տուր զփառս օրհնութե . և ամ աղօթք քոյք որոշելով . լինիցին առաջի Այ . Եւ տե՛ս դու . զի դաւիթ ըստ ժամանակս ժամանակս այսպէս կայր յաղօթս , և ասէր ; յարեայց , և խոստովան եղէց առ քեզ , վն իրաւանց , և արդարութե քոյ . Եւ 'ի միւսում սաղմոսին ասէ ; օրհնեցէք զտր յերկնից ,

և

§. 9. Quod autem scripsi tibi, eum orare, qui facit voluntatem Dei, ea mente dixi, quia id bonum, ac præstans esse agnovi, non vero ut negligas, aut relinquas (1) orationem, imo ut magis incumbas in eam, & non tædeat te orare, sicut & dixit Dominus Noster: *Orate (2) sine tædio*. Vigilans igitur eris, & promptus ad orationem, & removebis a te somnum, & socordiam, & vigilabis nocte, ac die, & noli esse negligens. Ego autem ostendam tibi tempora, & diversa orationum (3) genera. Hæc vero sunt, postulationes, benedictiones, & gratiarum actiones: postulationes, cum petit aliquis misericordiam pietatis peccatis suis: gratiarum actiones, cum gratias agit Patri Cœlesti: benedictiones, cum benedicit ei pro omnibus operibus suis. In periculis igitur, & angustiis tuis offer ei orationes postulationum. Et eo tempore, quo cibum datum a bonitate ejus sumis, laudans, gratias age ei, qui illum tibi elargitus est. Et cum plena est mens tua gaudio exultationis, redde ei gloriam benedictionis. Et omnes orationes tuæ discriminatim ordinatæ erunt in conspectu Dei. Observa autem, quoniam David distinctis temporibus sic orabat, & ajebat: *Surgam (4), & confitebor tibi propter judicia, & justitiam tuam*. Et in alio Psalmo dicit: *Laudate Dominum*

Opera bona orationi præferenda sunt, non ideo tamen negligenda oratio, & quot sint orationum genera.

Luc. XXI. 36.

Psalm. LVI. 9. 10. 11.

Psal. CXLVIII. 1.

(1) De oratione proprie sumpta hic loquitur S. Jacobus, quam S. Joannes Damascenus *de Fid. Orth. lib. III. cap.* 24. definit esse *ascensionem mentis in Deum, vel decentium a Deo petitionem*. Basilius *Orat. in Julittam*, & Gregorius Nyssenus *orat. II. de Orat. Dom. petitionem bonorum, quæ Deo cum supplicatione offertur*. Joannes Chrysostomus *Homil.* 30 *in Genes. colloquium cum Deo*. Hæc autem bifariam dividi solet, alia est enim, quæ sola mente concipitur; alia, quæ etiam voce exprimitur. Quærit Sanctus Thomas 2. 2. *quæst. LXXXIII. art.* 14. an diuturna esse debeat? Respondet: Orationem dupliciter considerari posse secundum se, vel secundum causam: *Causa*, inquit, *orationis est desiderium charitatis, ex quo procedere debet oratio; quod quidem in nobis debet esse continuum vel actu, vel virtute; manet enim virtus hujus desiderii in omnibus, quæ ex charitate facimus*. Si vero oratio consideretur secundum se, cum uniuscujusque rei quantitas fini assequendo apta, & conveniens esse debeat, finis autem orationis sit charitas; non potest esse assidua, primum quia aliis rebus ex charitatis officiis nos occupari oportet: secundo, quia *conveniens est* sunt verba Angelici Doctoris, *ut oratio tantum duret, quantum est utile ad excitandum interioris desiderii fervorem. Cum vero hanc mensuram excedit, ita quod sine tædio durare non possit, non est ulterius oratio protendenda*. Talia autem posteaquam confirmavit verbis S. Augustini in epistola ad Probam, ita prosequitur: *& sicut hoc est attendendum in oratione singulari per comparationem orantis, ita etiam in communi oratione per comparationem ad populi devotionem*.

(2) *Vigilate itaque omni tempore orantes*. Luc. XXI. 36.

(3) Quatuor orationis partes, seu genera distinguit Apostolus in epistola 1. ad Timotheum *cap. II.* ita scribens: *Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus &c.* Ad verba autem Apostoli S. Hilarius *humilitatis nostræ*, inquit, *est deprecari, magnificentiæ Dei est orare, fidei est postulare, confessionis, & laudis est gratulari*. Conveniunt quidem omnes fere Patres, & Theologi in assignandis juxta Apostolum quatuor orationum generibus, sed in illis explicandis variant eorum sententiæ; eas autem accurate colligit, & diligenter expendit Clarissimus Cardinalis Bellarminus *controv. lib. I. de bonis oper. in particulari cap. II. de partit. Orat.*, aliique plures recentiores Theologi, & Scripturarum Interpretes, qui Commentaria in epistolas Pauli adornarunt.

(4) *Exurge gloria mea, exurge psalterium, & cythara: exurgam diluculo, confitebor tibi in populis Domine, & psalterium dicam tibi in gentibus: quoniam magnificata est usque ad cœlos misericordia tua, & usque ad nubes veritas tua*. Psal. LVI. 9. 10. 11.

num de Cœlis, *& laudate eum in excelsis* : Et iterum dicit : *Benedicam Domino in omni tempore*, *semper laus ejus in ore meo*. Et non uno eodemque modo orabat, sed diversimode. Ego autem, Carissime, existimo quod quidquid homines petunt puro, & sincero corde, det eis Deus. Sed qui cum malitia offert, non placet ei, sicut & scriptum est ; oportet ergo, qui orat, & precatur, ut bene mundet munus suum, ne inveniatur in eo macula, & deinde offerat illud, ne munus ejus relinquatur hìc in terra. At quid est munus, nisi oratio, sicuti superius scripsi ? David ait : *Immola Deo sacrificium laudis*, *& redde Altissimo vota tua*. Oratio sancta potior est omni oblatione. Esto igitur promptus ad orationem, ipsa enim loquitur Deo pro te. Etenim huc pertinent, quæ scripta sunt ab Isaia Propheta, quando exprobavit filiis Israel peccata eorum, & vocavit eos Principes Sodomorum pro filiis, quos Deus genuit, & nutrivit ; illi enim mutaverunt honorem gloriæ suæ in scandalum. Nam prius dicit de illis : *Filios genui*, *& nutrivi* : Et deinde vocat : *Principes Sodomorum*, *& populi Gomorrhæorum*. Et cum noluissent audire vocem Prophetæ, prædixit eis : *Terra vestra deserta*, *civitates vestræ succensæ igni*. Postea cum accepissent, obtulissentque munera, ut seipsi expiarent, non fuerunt eorum munera accepta, quoniam multiplicatæ sunt iniquitates eorum, quemadmodum de domo Heli Sacerdotis alibi dicit Scriptura : *Non* (1) *amplius expiabuntur iniquitates Domus Heli immolationibus*, *& sacrificiis*. Et ideo ad filios Israel, cum violavissent mandata, clamat Isaias : *Quo* (2) *mibi multitudinem victimarum vestrarum dicit Dominus ? Plenus sum*, *satis est mibi. Holocausta arietum*, *& adipem agnorum*, *& sanguinem vitulorum*, *& hircorum nolo videre. Et omnino nolo vos mibi præsentari. Quisnam quæsivit hæc de manibus vestris ?* Illi

Psal. XXXIII. 1. — Matt. V. 23. 24. — Psal. XLIX. 14. — Isaias I. 11. — Ibid. 10. — Ibidem. — 1. Reg. III. 14. — Isaias I. 11. 12.

և օրհնեցէք զնա ՚ի բարձանց ։ Եւ դարձեալ ասէ ; օրհնեցից զՏր յամենայն ժամ . յամենայն ժամ օրհնութիւն նորա ՚ի բերան իմ ։ և ոչ եթէ միով կերպիւ կայր յաղօթս , այլ որոշելով ։ Բայց ես սիրելի , այսպէս հաստատեալ եմ . զի զոր ինչ , զոր և խնդրեսցեն մարդիկ սրտի մտօք , տայ նոցա ած ։ Իսկ որ արհամարհանօք մատուցանէ , ոչ հաճի ՚ի նա , որպէս և գրեալ է ։ Այսուհետև այս պիտոյ է աղօթականին , և որ մատուցանէ զաղօթս , զի սրբեսցէ զպատարագ իւր բարւոք , զի մի՛ գտցի ՚ի նմա արատ , և ապա մատուսցէ զնա . զուցէ մնասցէ պատարագ նորա աստէն յերկիր ։ Իսկ զինչ իցէ պատարագ , բայց եթէ աղօթք , որպէս ՚ի վերոյ գրեցի քեզ ։ Դաւիթ ասէ ։ Մատո՛ Աստուծոյ պատարագ օրհնութեան , և կատարեա՛ , բարձրելոյն զուխտ քո ։ Քան զամենայն պատարագս լաւ իցեն աղօթք սրբք ։ Այսուհետև յօժարեսցիս սիրելի առ աղօթս . զի նոքա խօսին ընդ Աստուծոյ , փոխանակ քո , որպէս և գրեալ է եսայի մարգարէ ։ ՚ի ժամանակի իբրև եցոյց նա որդւոցն իսրայէլի զմեղս իւրեանց . և կոչեաց զնոսա իշխանս սոդոմացւոց , փոխանակ որդւոց , զոր ծնաւ , և սնոյց , և նոքա փոխեցին զպատիւ փառաց իւրեանց ՚ի գայթակղութիւն ։ ՚ի վերոյ ասէ վն նոցա . որդիս ծնայ , և սնուցի ։ և ՚ի ներքոյ ասէ . իշխանք սոդոմացւոց , ժողովուրդք գոմորացւոց ։ Իբրև ոչ կամեցան լսել ձայնի մարգարէին , ասէ վն նոցա . երկիրն ձեր աւերակ . և քաղաքք ձեր հրձիգ ։ Ապա առին բերին զպատարագս իւրեանց , զի քաւեսցէ զնոսա . և ոչ եղեն ընդունելի պատարագք նոցա . զի յաճախեցին անօրէնութիւնք նոցա . որպէս վն տանն հեղեայ քահանայի , ասէ գիր . ոչ եւս քաւեսցին անօրէնութիւնք տանն հեղեայ զոհիւք , և պատարագօք ։ Եւ որդւոցն իսրայէլի , մինչ պատդամք եղեն , ասէ ցնոսա եսայի . զի՞ կայ իմ , և ձեր , և յաճախելոյ առ իս զոհից ձերոց , ասէ Տր ։ Յագեալ եմ արդ , շատ է ինձ ;

զող_

(1) *Juravi domui Heli*, *quod non expietur iniquitas domus ejus victimis*, *& muneribus usque in sempiternum*. 1. Reg. III. 14.

(2) *Quo mibi multitudinem victimarum vestrarum*, *dicit Dominus*, *plenus sum ; holocausta arietum*, *& adipem pinguium*, *& sanguinem vitulorum*, *& agnorum*, *& hircorum nolui. Cum veniretis ante conspectum meum*, *quis quæsivit hæc de manibus vestris*, *ut ambularetis in atriis meis ?* Isaiæ I. 11. & 12. In versione græca LXX. *Quo mibi multitudinem sacrificiorum vestrorum dicit Dominus ? plenus sum holocaustis arietum : & adipem agnorum*, *& sanguinem taurorum*, *& hircorum nolo. Neque veniatis*, *ut appareatis mibi*, *quis enim quæsivit hæc de manibus vestris ?* Et in versione Arabica : *Et quando venitis*, *ut compareatis coram me*, *quisnam hæc postulavit è manibus vestris ?*

զողջակէզս խոյոց , և զճարպս գառանց , և զարիւն ցլուց , և նոխազաց ոչ կամիմ առնուլ . և բնաւ զյանդիմանիլդ ձեր ոչ կամիմ . բնաւ ո՞ իսկ խնդրեաց զայդ ՚ի ձեռաց ձերոց . Ասեն ցնա ; և ընդէ՞ր արդեօք ոչ խնդրեսցես . և ընդէ՞ր ոչ ընդունիս պատարագս մեր . Ասէ ցնոսա մարգարէն ; զի ձեռք ձեր լի են արեամբ . Ասեն ցնա ; իսկ զինչ հնար իցէ մեզ . Ասէ ցնոսա ; լուացարուք , սրբեցարուք . ընկեցէք զչարիս յանցանց ձերոց , առաջի աչաց իմոց . դադարեցէ՛ք ՚ի չարեաց ձերոց . ուսարուք զբարիս գործել . խնդրեցէք զիրաւունս . փրկեցէ՛ք զզրկեալս . դատ արարէ՛ք որբոյն , և տուք զիրաւունս այրւոյն . Եւ ասեն ցմարգարէն ; իբրև առնեմք զայս ամ , զինչ լինիցի մեզ . Ասէ ցնոսա ; այսպէս ասէ տր . յորժամ առնիցէք զայս , եկայք յանդիմանիմք ընդ միմեանս խօսելոյ . իսկ զիարդ խօսեսցին մարդիկք ընդ Այ . ոպ և ասէ ՚ի նմին պատգամի . Թէպէտ յաճախիցէք յաղօթս ձեր , ոչ լուայց . զի ձեռք ձեր լի են արեամբ ; և յորժամ լուանայցէք , և խօսիցիմք ընդ միմեանս . եթէ իցեն մեղք ձեր իբրև զձանձախարիթ , իբրև զորդան կարմիր ներկար ՚ի նոսա . Եւ ոչ սրբեսցին , եթէ ոչ լուանին ՚ի ջուրս աւազանին մկրտութե . և առնուցուն զմարմին , և զարիւն Քի . Արիւն արեամբ քաւի . և մարմին մարմնով սրբի . և մեղք ջուրբ լուանին . և ընդ մեծութե աղօթք խօսին .

Illi autem ad eum : *Et quare* , inquiunt ,
Deus non quærit ? & cur non acceptantur munera nostra ? Respondit eis Pro-
pheta : *Manus enim vestræ sanguine ple-* *Isaias I. 15.*
næ sunt . Reponunt illi : *Quænam ergo erit nobis expiatio ?* Dicit eis Prophe-
ta (1) : *Lavamini , mundi estote , au-* *Ibid. 16. 17.*
ferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis : quiescite agere perverse , discite bene facere , quærite judicium , subvenite oppresso , judicate pupillo , & defendite viduam . Et illi ad Prophetam : *Cum fecerimus hæc omnia , quid erit nobis ?* Respondet ipsis : *Sic dicit Dominus ? Cum feceritis hæc , venite , & colloquamur* . Sed quomodo loquentur homines illi cum Deo , cum in ser-
mone illo talia dicantur ? *Quamvis mul-* *Ibid. 15.*
tiplicaveritis orationem vestram , non exaudiam : manus enim vestræ sanguine plenæ sunt . Profecto id ex iis , quæ sta-
tim ibi subduntur , intelligimus : *Cum* *Ibidem.*
abluti fueritis , & locuti fuerimus invicem : si fuerint peccata vestra , ut fuligo laquearis , tamquam ruber vermiculus tincti essetis in eis , velut lana albi eritis . Porro non mundabuntur , nisi abluti fuerint in aquis lavacri Baptismatis , & acceperint Corpus , & Sanguinem Christi . Sanguis sanguine expiatur , & corpus corpore mundatur , & peccata aquâ abluuntur , & cum majestate oratio loquitur . Et vide , Carissime , quoniam rejecta sunt jejunia , & munera ,

(1) *Lavamini , mundi estote &c. & venite , & arguite me dicit Dominus . Si fuerint peccata vestra ut coccinum , quasi nix dealbabuntur , & si fuerint rubra quasi vermiculus , velut lana alba erunt* . Isaiæ *cap. I. 16. 18.* In Textu Græco LXX. *Et venite , colloquamur , dicit Dominus : & si fuerint peccata vestra quasi phœniceum , sicut nivem dealbabo , & si fuerint ut coccinum , sicut lanam dealbabo* . Et in versione Syriaca : *Tum venite , colloquamur simul , dicit Dominus* . Et in versione Arabica : *Tum venite , disceptemus , ait Dominus : sane si fuerint peccata vestra fuligini similia , alba reddam illa sicut nivem , & si fuerint cocco similia , alba reddam ea , sicut lanam mundam* . Paraphrastes autem Chaldaicus hebraica verba ita explicat , ut inde interpretatio S. Jacobi Nisibeni de sacra per Baptismum ablutione , & emundatione a peccatis per Sanguinem Christi nobis in hoc suo sermone exhibita mirifice confirmetur : Verba enim illa *lavamini , mundi estote &c.* ut habetur in versione vulgata, vel ut alii verbo tenus Textum Hebraicum reddentes vertunt , *lavate vos , mundi estote &c.* in hunc modum exponuntur . *Convertimini ad legem meam , & mundamini a peccatis vestris , & auferte malum operationum vestrarum a conspectu Verbi mei , desinite malefacere , discite benefacere , quærite judicium , justitiam vim patientis judicate , judicium pupilli facite , audite clamorem viduæ . Cum conversi fueritis ad legem meam , deprecabimini coram me , & faciam deprecationem vestram dicit Dominus . Si fuerint peccata vestra maculata quasi tincturæ , quasi nix dealbabuntur , & si fuerint rubra sicut coccinum , sicut lana munda erunt* . Verba illa Prophetæ : *Lavamini , mundi estote* , de sacro regenerationis lavacro cum S. nostro Doctore exponit Hieronymus *in Com. in Isai. cap. I. v. 16. pag. 6* *Pro superioribus victimis* , inquit , *& holocaustis &c. Evangelii mihi placet religio : ut baptizemini in Sanguine meo per lavacrum regenerationis : quod solum potest peccata dimittere* . Et paulo post : *Non sufficit dixisse* , LAVAMINI , *nisi jungat* , MUNDI ESTOTE , *& post lavacrum aquæ , cordis habeant puritatem* . Et ad verba illa : QUÆRITE JUDICIUM *&c.* SUBVENITE VIDUAM *&c.* talia subjicit : *Victimis Judæorum Evangelica mandata succedunt : & ideo pupillis , ac viduis providetur , ut securi de tutela conjugum , ac liberorum suorum martyres ad bella procedant* . In explicandis propheticis verbis de sacro Baptismate conveniunt cum SS. Jacobo Nisibeno , & Hieronymo S. Cyrillus , & Theodoretus *in cap. I. Isai.*, aliique Patres , & S. Scripturæ Interpetes . Et in Constitutionibus Apostolicis *lib. VIII.* 1. 8. Orationis initium , qua Episcopus competentibus , & consignatis benedicit , ita se habet : *Qui per sanctos Prophetas tuos prædixisti iis , qui initiantur , ac baptizantur* . LAVAMINI , MUNDI ESTOTE , *& per Christum sanxisti spiritualem regenerationem &c.*

ra, & pro eis electa est oratio sancta. Vacabis igitur tu orationibus sanctis, & in precibus, ac postulationibus laborabis, & initio omnis orationis tuæ orabis oratione Domini Nostri, & servabis quidquid ego scripsi tibi. Et semper cum oras, memento amicorum tuorum; & mei hæc scribentis; memento peccatoris servi Dei in oratione tua, ut ab eo, qui est distributor bonorum, mihi, & tibi abundanter donetur.

սէր․ և առ՛ս սիրելի, զի ընտրեցան պահք, և պատարագք․ և փոխանակ նոցա աղօթք ընտրեցան։ Արդ կացցես դու յաղօթս սուրբս, և վաստակեսցես դու խնդրուածովք, և սկիզբն ամ աղօթից քոց, զաղօթսն Տն մերոյ կացցես դու․ և յօժարեսցես դու յայս, զորինչ գրեցի ես քեզ։ Եւ հանապազ յորժամ յաղօթս կայցես, յիշեա զսիրելիս քո, և զվաստակաւորս սորին, զմեղաւոր ծառայս Այ յիշեսջիր յայս աղօթս; և յայնմանէ, որ բաշխօղն է բարեաց, պարգևեսցի առատապէս ինձ, և քեզ։



ՅԱՂ

ՃԱՌ ՀԻՆԳԵՐՈՐԴ. SERMO QUINTUS (1).

Օրինակ պատերազմի. *De Bello*.

ԶԻս հոգք խորհրդեան անկանի ինձ յայսմ ժամանակի, զմ̄ խռովք շարժմանն, որ պատրաստեալ է լինել ընդ այս ժամանակս, և զօրսն, որ զօրաժողովք լինին 'ի սատակումն. Ժամանակք յառաջագոյն կանխեալ եղեալ են յԱՅ. Ժամանակք շինութե, և խաղաղութե, յաւուրս բարեաց, և արդարոց կատարին; և ժամանակք չա-

Tenet me nunc, ac sollicitat cogitatio mysterii de turbulenta commotione, quæ prope est, ut his temporibus fiat per exercitus congregatos ad interitum. Tempora jam ante definita sunt a Deo. Tempora quidem ædificationis, & pacis in diebus bonorum, & justorum complentur. Tempora etiam malorum multa sunt, quæ in diebus malo- *Definita esse a Deo tempora, quibus bona, & mala eventura sunt.*

(1) Sermo iste in versione latina, quam Cacciaturus Arachiel Presbyter, & Doctor Armenus confecit, & qua ego in mea adornanda usus sum, inscribitur *De certamine*; in Catalogo autem, quem exhibet clar. vir Joseph Simonius Assemanus Tom. I. suæ Biblioth. Orient. in addendis *pag.* 557. *col.* 2. Titulus, seu Inscriptio est: *De pugna spirituali*, sed male; neque enim hic a Sancto Jacobo de pugna aliqua spiritus adversus carnem agitur. Apud Gennadium vero, ubi refert Opera Sanctissimi Episcopi Sermo iste nuncupari videtur: *De Regno Persarum*. Nam is titulus, qui in ejus Catalogo legitur, nulli alii Sermonum, seu Librorum S. Jacobi, qui ad nos pervenerunt, convenire potest. Etenim in hoc Sermone Sanctus Jacobus Nisibenus sine dubio agit de bello, quod Sapor Rex Persarum magno apparatu moliebatur adversus Constantinum Magnum, ut cuique Sermonem legenti ex iis potissimum, quæ de ariete, postquam ei ab hirco cornua fracta fuerant, contra quartam bestiam insurgente, dicit, manifestum factum iri, minime dubito. Nam Imperatore Constantino adhuc vivo, vel certe non multo post ejus mortem Sapor obsedit Nisibim urbem Mesopotamiæ caput, quæ deinde orationibus S. Jacobi ab obsidione liberata est. Cum autem in hoc sermone Sanctus Jacobus prophetiam Danielis de Regno Persarum exponat, & de bello, quod Persarum Rex parabat, tractet, recte potuit sermoni præfigi titulus de Regno Persarum, cui adjungendam esse puto illam alteram inscriptionem, seu titulum, qui in eodem Gennadii Catalogo statim sequitur hoc modo: *De persecutione Christianorum*; adeo ut integer hujus Sermonis titulus apud Gennadium fuerit: *De bello Persarum, & de Christianorum persecutione*. Etenim neque alius Sermo est, ad quem titulus ille pertinere possit, & in hoc haud obscure ea, quam contra Christianos Rex ille movere cœperat, persecutio indicatur. Profecto barbaris nationibus, quæ bellum inferebant Romanis, vel fracto pacis fœdere armis eos aggredi meditabantur, solemne, ut ita dicam, atque in more semper fuit, bellum Christianis quoque, qui in suis dominiis reperiebantur, indicere; vel quia odio ferebantur erga Romanum nomen, Romanorumque Religionem, quæ jam per id tempus Christiana erat, vel quia suspectos habebant suos cives, qui Romani Imperatoris fidem sequebantur. Ita enim S. Symon Seleuciæ, & Ctesiphontis Archiepiscopus accusatus est Sapori Regi, quod Imperatoris Romani amicus esset; *Sozomen. Hist. Eccl. lib. II. cap. IX.* ita etiam alii, & apud eundem Regem, & apud alios aliarum gentium Principes vel accusati, vel in suspicionem vocati crudeliter habiti sunt. *Bolland. Act. Sanctorum de Sancto Symone. Assemanus Acta Mart. Oriental.* Præterea cum ea, quæ ab Antiocho Epiphane contra Dei populum, & sanctam Civitatem, sacrumque Templum gesta sunt, aliaque hujusmodi in Sermone a S. Jacobo recenseantur, aperte innuitur a Persarum Rege, non minus quàm Antiocho erga Deum, ejusque populum iniquo persecutionem contra Christianos excitatam fuisse. *Valentiniano, & Valente Imperatoribus, Athanaricus Rex Gothorum*, inquit Emus Baronius *Annal. Ecc. an* 370. *pag.* 265. *memor quæ, quantave triennali bello a Valente Christiano Imperatore passus esset; quod non liceret, pacis istæ legibus probibentibus, vel potius quod haud tantum virium penes se esse sentiret, invadendi Romanum Imperium, Christianos apud se agentes ipse ethnicus persequi cœpit, nec destitit, quousque publica expeditione, transmisso Istro, ipsum Valentem aggressus est*. Itaque verisimile admodum est, idem scelerate prælitisse Saporem Persarum Regem, donec in apertum bellum adversus Romanos, vivo adhuc, vel paulo ante defuncto Constantino, descendit. Profecto Constantino Magno adhuc imperante persecutionem in Persia excitatam fuisse testantur Sozomenus *Hist. Eccl. lib. II. cap. XIII.*, & Theodoretus *Hist. Eccl lib. I. cap. XXIV.*, adeout cum pissimus Imperator accepisset Christianos a Sapore Persarum Rege crudeliter vexari, literas ad eum dederit, quibus Christianæ fidei professores enixe commendabat. Auctoritati Theodoreti, & Sozomeni adstipulantur Theophanes, qui in sua Chronographia tradit, Saporem anno XXIII. Regni sui, hoc est æræ vulgaris 325. 326 juxta ejus computum Christianos in Perside persecutum esse; tum quoque acta Sanctorum Jonæ, & Barachisii, in quibus anno uno, vel altero post annum a Theophane consignatum, nempe an. 3:7. vel 328. persecutio ab eodem Sapore mota ponitur; idque etiam Græci confirmant in suis Menæis, ubi tradunt eosdem Dei servos sub Constantino Magno martyrii coronam obtinuisse. Quare nihil obstare videtur, quo minus admitti debeat an. 336. seu 337., quo Sermo noster scriptus est, Christianæ Fidei cultores in Perside a barbaro Rege vexatos fuisse. Neque putandum est, tam firmæ tot gravissimorum testium auctoritati adversari B. Hieronymum in Chronico, ubi persecutionis tempus a Sapore motæ ad an. Christi 345. Constantii Imperatoris septimum revocat. Nam ejus verba accipienda sunt de generali persecutione mota publicis per universum Persarum Regnum propositis edictis adversus omnes, qui in Perside degebant, Christianos, quam, ut plurimum clandestina, seu particularis, aut localis, ut ita dicam, persecutio, aliquarum scilicet Civitatum, seu Provinciarum limitibus contenta præcedere solebat.

lorum, & iniquorum perficiuntur. Nam Matt. XVIII. 7. ita scriptum est: *Verba parata sunt, fieri bona, & beatus erit, per cujus manus venerint: malum quoque paratum est fieri, & væ illi, per cujus manus venerit illud* (1). Venit bonum super populum Dei, & beatitudo penes eum mansit, per cujus manus venit. Excitata est afflictio, & calamitas super exercitum populi manu mali, superbi, & arrogantis: & væ mansit super eum, per cujus manum excitata est calamitas. Nulli alii causæ, Carissime, imputare velis malum; quàm improbis hominibus (2). Nam tempus istud ante decretum est, & jam advenit dies consummationis ejus.

Deus abominatur superbos, eosque humiliat. §. 2. Quoniam igitur tempus hoc malorum est, mysterium audi, quod ego tibi dicam. Scriptum est: Luc. XIV. 1. *Omne, quod in nobis hominibus sublime est, abominatio est ante Deum*. Et iterum scriptum est: Luc. XIV. 11. *Omnis, qui se humiliaverit, exaltabitur; & qui se exaltaverit, humiliabitur*. Et Jeremias Propheta dicit: Jer. IX. 23. *Non glorietur fortis in fortitudine sua, & non glorietur dives in divitiis suis*. Et B. Apostolus dicit: 2. Corinth. X. 17. *Qui gloriatur, in Domino glorietur*. Et David dicit: Psalm. XXXVI. 35. 36. *Vidi impium su-*

չարաց բազում են ՚ի նոսա, յաճախուրդ չարաց, և անօրինաց կատարեին ։ Գրեալ է այսպէս ; բանք պատրաստեալ են լինել բարի, և երանի իցէ, յորոյ ձեռս գայցէ ; և չար պատրաստեալ է լինել ։ բայց վայ իցէ, յորոյ ձեռս գայցէ նա ։ Եկն բարին ՚ի վերայ ժողովրդեանն այ̅, և երանութիւն առ այն մնաց, յորոյ ձեռն եկն ։ Զարթեաւ չարութիւն ՚ի վերայ ժողովրդեանն զօրացն ։ ՚ի ձեռն չարին հպարտ, և ամբարտաւանի ։ և վայն առ այն մնաց անդէն, յորոյ ձեռն չարութիւն զարթեաւ ։ Մի՛ դնել մեղ սիրելիդ, չարին ։ զի չար ՚ի մարդկանէ է բազմաց ; զանզի ժամանակս կանխեալ եդեալ է, և եկեալ հասեալ է վախճան կատարածի նոցա ։

Այսուհետև զի ժամանակս չարութեան է, խորհրդի լուր դու զայս, զոր ես քեզ գրեցից ։ Գրեալ է այսպէս, ամենայն, որ հպարտ իցէ ՚ի մեզ մարդկան, առաջի այ̅ պղծելի է ։ Եւ դարձեալ գրեալ է ; ամ̅, որ խոնարհեսցի, բարձրասցի ։ և որ բարձրասցի, խոնարհեսցի ։ Եւ Երեմիա մարգարէ ասէ ; Մի՛ պարծեսցի հզօրն ՚ի զօրութեան իւրում ։ և մի՛ մեծ ՚ի մեծութեան իւրում ։ Եւ առաքեալ երանելին ասէ ; որ պարծին, ՚ի տր̅ պարծեսցի ։ Եւ Դաւիթ ասէ ;

(1) *Væ mundo a scandalis; necesse est enim, ut veniant scandala, verumtamen væ homini illi, per quem scandalum venit*. Ita Christus Dominus apud Matth. XVIII. 7. juxta latinam vulgatam; secundum autem versionem Persicam: *Væ hominibus ab offensionibus: necesse est, ut offensiones, & calamitates veniant, sed væ illi viro, cujus manus, & cor causa fuerit*. Et secundum Æthyopicam: *Væ mundo e tentatione, quoniam revera veniet tentatio, sed væ isti homini, per quem veniet tentatio*. Huc pertinere videntur, quæ hoc loco e sacro Textu Evangelii allegat S Jacobus, qui non verba, sed sensum verborum Christi Domini attulisse videtur. Nam eo loco scandalum, & scandalizare non significat, ut alibi sæpius, malum exemplum præbere, malo exemplo ad malum inducere; sed alios præ superbia, & arrogantia contemnere, damno, & injuria afficere, ut animadvertunt Chrysostomus, Euthymius, & Sanctus Thomas ad hunc locum, ubi Dominus discipulis suis de primatu altercantibus humilitatem, & simplicitatem exemplo pueri ad se acciti suadet: *Nec mireris*, inquit Chrysostomus, *si scandali vocabulo contumeliam, & injuriam intellexit, cum multi propter pusillanimitatem non parum, si contempti, injuriaque affecti sint, scandalizentur*. Homil. LIX. in Matth. Itaque S. Jacobus subinde post allatum Evangelii locum contra arrogantem, & superbum, nempe Saporem Regem Persarum, ejus nomine reticito, invehitur, qui superbia elatus ingenti apparatu bellum adversus Romanum Imperium moliebatur, magnisque malis Christianos, qui Romani Imperatoris fidem, quæ tum Catholica erat, sequebantur, afficiebat, majoraque inferre minabatur. Verbis igitur S. Scripturæ ostendit, Deum superbis resistere; & quamvis secundum æternæ Dei providentiæ ordinem necesse quodammodo sit, ut mala per improbos homines bonis inferenda eveniant; Deum tamen homines superbos, atque arrogantes abominari, eosque pro meritis punire: præterea demonstrat pluribus ex S. Scriptura exemplis allatis superbos in Dei servos insurgentes graviter a Deo plecti consuevisse.

(2) Nam per hæc tempora, ut inferius habetur, exorta fuerat Manichæorum hæresis, quæ vetustiorum hæreticorum Marcionis, Valentini, aliorumque errores, ac blasphemias hac in re sequuta, duo unum malorum, alterum bonorum principia, seu Deos ponebat; ad eam igitur verba S. Doctoris respicere videtur. De duobus principiis bonorum uno, & malorum altero passim agunt S. Augustinus, aliique veteres Patres, qui contra Marcionem, Valentinum, Manetem, aliosque hæreticos, eorumque impios asseclas demonstrandum susceperunt, malum omne, quod revera malum est, & peccatum nuncupari solet, non aliam efficientem habere causam, quam mali hominis voluntatem; non autem in Deum aliquem, vel materiam, vel in duas diversas naturas, aut contrarias substantias esse referendum. De Manichæo autem tradit Augustinus *de Hæres. cap. 46. Ista duo principia inter se diversa, atque adversa, eademque æterna, & coæterna, hoc est semper fuisse, composuit: duasque naturas, atque substantias, boni scilicet, & mali, sequens alios antiquos hæreticos*. Teterrimus iste error a recentioribus etiam Theologis confutari solet in tractatu de Deo, Deique proprietatibus, sive in tractatu de creatione, vel in comm. ad lib. II. sentent. dist. XXXIV., qui a studiosis Lectore videri poterunt.

ասէ ; տեսի զամբարիշտն վերացեալ բարձրացեալ ոպ զմայրսն լիբանանու ; անցի, եւ ոչ էր ուրեք. խնդրեցի, եւ ոչ գտի զնա. ամենայն, որ հպարտացաւ, խոնարհեցաւ.

Հպարտացաւ Կայէն 'ի վերայ Հաբէլի, եւ եսպան զնա. եւ եղեւ երեր, եւ տատան յերկրի. Եւ հպարտացան սոդոմացիքն 'ի վերայ Ղովտայ, եւ անկաւ 'ի վերայ նոցա հուր յերկնից, եւ կործանեցաւ քաղաքն 'ի վերայ նոցա. Հպարտացաւ Եսաւ 'ի վերայ Յակոբայ, եւ հալածեաց զնա. Յակոբ ընկալաւ զօրհնութիւն նորա, եւ զանդրանկութիւն. Հպարտացան որդիքն Յակոբայ 'ի վերայ Յովսէփու. եւ անկան խոնարհ երկիր պագին նմա, յերկրին Եգիպտացւոց. Հպարտացաւ փարաւօն 'ի վերայ Մովսիսի, եւ ժողովրդեան նորա. անկաւ նա 'ի ծով, զօրօքն հանդերձ. Հպարտացան Դաթան, եւ Աբիրոն 'ի վերայ Մովսիսի, եւ իջին կենդանւոյն 'ի դժոխս. Հպարտացաւ Գողիաթ 'ի վերայ Դաւթի, եւ անկաւ կործանեցաւ առաջի նորա. Հալածեաց Սաւուղ զԴաւիթ, եւ անկաւ 'ի սուր փղշտացւոց. Հպարտացաւ 'ի վերայ նորա Աբիսողոմ. եւ եսպան զնա Յովաբ 'ի պատերազմի. Հպարտացաւ Բարհադադ 'ի վերայ Աքաբու, եւ մատնեցաւ նա 'ի ձեռս Իսրայելի. Հայհոյեաց Սենեքերիմ զԵզեկիա, եւ զԱծ, եւ եղեն զօրք նորա դիակունք զինուորաց. 'ի ժամանակի իբրեւ ել մի 'ի զուարթնոց, եւ կոտորեաց 'ի բանակէն Ասորւոց իբրեւ հարիւր ութսուն եւ հինգ հազար. Հպարտացաւ Աքաաբ 'ի վերայ Միքեայ. եւ ել անօրէնութիւն 'ի գլուխ նորա. Հպարտացաւ Եզաբէլ 'ի վերայ Եղիայի, եւ կերին զնա շունք 'ի ժառանգութեն Իզրայելեայ. Հպարտացաւ Համան 'ի վերայ Մուրթքէի, եւ դարձաւ անօրէնութիւն նորա 'ի գլուխ նորա. Հպարտացան Բաբիլացիք 'ի վերայ Դանիէլի, եւ արկին զնա 'ի գուբն առիւծուց ; Դանիէլ ել անմեղ արդարացեալ, եւ նոքա անկան փոխանակ նորա. դարձեալ հպարտացան Բաբելացիք, եւ եղեն չարախօսք զԱնանեանց. եւ անկան նոքա 'ի հնոց հրոյն ; նոքա ելին արդարացեալք, եւ բոց հրոյն եկեր զչարախօսս նոցա.

ասէ

superexaltatum, & *elevatum*, *sicut cedros libani*. *Et transivi*, & *ecce non erat*, & *quæsivi eum*, & *non est inventus locus ejus*. Omnis, qui superbivit, humiliatus est.

§. 3. Superbivit Cain contra Abel, & occidit eum; & fuit Cain vagus, & profugus in terra. Et superbiverunt Sodomitæ contra Lot, & cecidit super eos ignis de Cœlo, & subversa est Civitas. Superbivit Esau contra Jacob, & persecutus est eum: Jacob autem benedictiones, & primogenituram ejus accepit. Superbiverunt filii Jacob contra Joseph, & proni in terram adoraverunt eum in terra Ægypti. Superbivit Pharao contra Moysen, & populum ejus; & mersus est ille in mare cum exercitu suo. Superbiverunt Dathan, & Abiron contra Moysen; & vivi descenderunt in infernum. Superbivit Goliath super David; & ante ipsum cadens prostratus est. Persecutus est Saul David; & cecidit gladio Philistæorum. Superbivit contra David Absalon; & in prælio occidit eum Joab. Superbivit Benadab contra Achab; & traditus est in manus Israel. Blasphemavit Sennacherib Ezechiam, & Deum; & exercitus ejus in cadavera militum redactus est: Egressus est enim unus ex Angelis, & percussit in castris Assyriorum centum octogintaquinque millia. Superbivit Achab contra Michæam; & iniquitas in caput ejus ascendit. Superbivit Jezabel contra Eliam, & comederunt eam canes in hæreditate (1) Jezrael. Superbivit Aman contra Mardochæum; & conversa est iniquitas ejus in caput suum. Superbiverunt Babylonii contra Danielem, & miserunt eum in lacum leonum; Daniel vero innoxius, & omni crimine solutus inde egressus est, illi autem pro eo ceciderunt. Iterum superbiverunt Babylonii, & male locuti sunt de Anania, ejusque sociis; & projecti sunt illi in caminum ignis: isti vero innocentes probati exiverunt, & flamma ignis comedit, qui contra eos obloquebantur,

Exemplis S. Scriptura ostenditur. Genes. IV.

Genes. XIX.

Genes. XXV. XXVII.

Genes. XXXVII. XLII.

Exodi XIV.

Num. XVI. Deut. XI. 6. Psal. CV. 17. 18.

1. Reg. XVII. 42. XIX. XX. XXIII.

1. Reg. XXXI.

2. Reg. XVII. XVIII.

3. Reg. XX.

4. Reg. XVIII. 13. 2. Paral. XXXII. 14.

Isa. XXXVI. 13.

Isa. XXXVII. 36. 4. Reg. XIX. 35. 2. Paral. XXXII. 21.

3. Reg. XXI. 27. 37. 2. Paral. XVIII. 26. 33. 34.

3. Reg. XIX. 2. 4. Reg. IX. 35. 36.

Daniel. VI. 23. 24.

Daniel. III. 22.

L §. 4. Di-

(1) *In agro Iezrael*: ita legitur in latina vulgata. Alii vertunt: *in antemurali*, vel *juxta antemurale*, sive fossam, quæ duci solet circa mœnia; alii: *in agro*, *in valle*, *in planitie*. In versione Græca 70. ita habetur: *Et erit morticinium Jezabel tamquam stercus super faciem agri in parte Jezrael*. In Paraphrasi Chaldaica Jonathan: *Super faciem agri in hæreditate Jezrael*.

Nabuchodonosor Rex, & Senacherib in superbiam elati humiliati sunt. *Isa. XIV. 14.*

§. 4. Dixit Nabuchodonosor: *Ascendam sursum in Cœlum, & supra nubes ponam solium meum, & habitabo in montibus excelsis in lateribus Aquilonis*. Pronuntiavit de eo Isaias (*Isa. XIV. 15. 16.*): *Pro eo, quod exaltatum est cor tuum, posthac descendes in infernum, & omnes, qui viderint te, admirabuntur* (1). Et Sennacherib (*4. Reg. XIX. 23. 24. Isa. XXXVII. 24. 25.*) sic loquebatur: *Ascendam in montes excelsos, & intrabo in partes Libani; ego ipse faciam aquaeductum, & bibam aquam, & in ungulis equorum meorum exsiccabo profunda fluminum*. Et quia ita superbivit, de eo similiter Isaias dixit (*Isa. X. 15.*): *Nunquid potest extolli securis sine eo, qui scindit lignum? aut exaltabitur serra secans tignum sine trabente? aut elevabitur virga sine aliquo elevante?* Tu, ait, quis es Sennacherib? Nisi veluti securis in manu scindentis lignum, & veluti serra in manu trahentis, & virga in manu viri elevantis eam ad correctionem; nam baculus es percutiens, & missus es super iniquitatem populi, ut in captivitatem eum ducas, & prædam ex eo accipias; ideo conculcasti tu omnes gentes tanquam lutum platearum. Cum autem hæc omnia feceris, quare elevatus es super eum, qui habet te in manu, & superbivisti contra eum, qui per te cædit; & exaltatus es super eum, qui per te secat; & exprobrasti Civitati ejus sanctæ, & dixisti habitatoribus Hierusalem, non potest Deus vester salvare vos de manibus meis? (*Isa. XXXVI. 4. Reg. XVIII. 2. Paral. XXXII.*) Et ausus es dicere: Quis est Dominus Deus, qui salvet vos de manibus meis? propterea audi sententiam Domini dicentis (*4. Reg. XIX.*): subvertam Assyriam in regione sua, & super montes meos conculcabo eam. Et cum eversa, & conculcata fuerit, spernet, & contemnet eam Filia Syon: movebit super eam caput (*Isa. XXXVII. 22.*) Filia Hierusalem, & dicet: nunc sane interroga, cui exprobaveris, vel quem irritaveris, aut super quem elevaveris vocem tuam, & superba erexeris oculos tuos?

Ասէ Նաբուգոդոնոսոր ; Ելից ես 'ի վեր յերկինս. և 'ի վերոյ քան զամպս արկից զաԹոռ իմ. և բնակեցայց 'ի լերինս բարձունս 'ի կողմանս հիւսիսոյ. Ասէ վ̄ն նորա Եսայի ; փոխանակ զի հպարտացաւ սիրտ քո, այսուհետև 'ի դժոխս իջցես, և ամենեքեան, որք տեսանիցեն զքեզ, զարմասցին վ̄ն քո. Եւ սենեքերիմ այսպէս ասէր ; Ելից 'ի լերինս բարձունս ; և մտից 'ի կողմանս լիբանանու, ես ինձէն հանից ջրհոր, և արբից ջուր. և 'ի սմբակս երիվարաց իմոց ցամաքեցուցից զխորս գետոց. Եւ զի այսպէս հպարտացաւ, ասէ վ̄ն նորա դարձեալ Եսայի ; մի Թէ մարԹ ինչ իցէ վերանալ փայտատի, առանց փայտահարի. կամ բարձրանայցէ՞ հեծանահերձ սղոց, առանց ձգելոյ. կամ վերանայ՞ գաւազան, առանց ուրուք վերացուցանելոյ. դու, ասէ, ո՞վ ես սենեքերիմ. իբրև փայտատ ես 'ի ձեռն փայտահարի. և իբրև սղոց 'ի ձեռն ձգողի. և գաւազան 'ի ձեռն առն, որ վերացուցանէ զնա 'ի խրատ. և ցուպ ես հարուածոց, որ առաքեցար 'ի վերայ անօրէն ժողովրդեանն, զի գերեսցես զգերի, և առցես զաւար. և արարեր դու զամենայն հեԹանոսս իբրև զկաւռեհաց. իբրև զայս ամենայն արարեր, ընդէ՞ր վերացար դու 'ի վերայ այնր, որ 'ի ձեռին ունի զքեզ. և հպարտացար 'ի վերայ այնր, որ քեւ հատանէ. և բարձրացար 'ի վերայ այնր, որ սղոցէն քեւ. և նախատեցեր դու զքաղաքն ս̄ր նորա. և ասացեր դու ցբնակիչսն Երուսաղեմի. ոչ կարէ Ա̄ծն ձեր փրկել զձեզ 'ի ձեռաց իմոց. և ժպրհեցար, և ասացեր ; բա՛ ո՞վ է Տ̄ր Ա̄ծն, որ փրկէ զձեզ 'ի ձեռաց իմոց. Վասնայսորիկ լուր դու զպատգամս Տ̄ն, որ ասէ ; կործանեցից զասորեստանեան յերկրի իւրում, և 'ի վերայ լերանց իմոց կոխեցից զնա ; և իբրև կործանիցի, և լինիցի կոխան, անգոսնեսցէ, և արհամարհեսցէ զքեզ դուստր սիոնի. գլուխ շարժեսցէ 'ի վերայ քո դուստր Երու_

և

(1) Juxta latinam versionem vulgatam verba Prophetæ ita leguntur: *In Cœlum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, sedebo in monte Testamenti in lateribus Aquilonis. Ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo. Verumtamen ad infernum detraheris in profundum laci. Qui te viderint, ad te inclinabuntur, teque prospicient*. Isaiæ XIV. 13. 14. 15. 16. In versione autem Græca Septuaginta paulo aliter in hunc modum: *In Cœlum ascendam, super sydera Cœli ponam thronum meum, sedebo in monte excelso, super montes excelsos; qui ad Aquilonem. Ascendam super nubes, ero similis Altissimo. Nunc autem in infernum descendes, & ad fundamenta terræ; qui vident te, mirabuntur super te*. Hæc quidem literali, seu historico sensu accepta dicta fuisse a Propheta de Nabuchodonosor censent Hieronymus, Basilius, Cyrillus, aliique; e diverso Cornelius a Lapide in commentariis ad hunc locum existimat potius de Baltasar ejus filio a Propheta prædicta, intelligi oportere. Verum enim ejus sententiæ adversatur hic S. Jacobus Nisibenus, qui cum reliquis antiquis Patribus hac in re plane consentit.

և ասասցէ ; որդ ասէ հայրց զոգ ,
զո՞ նախատեցեր , կամ զո՞ գրգռեցեր ,
կամ ոյր՞ վերայ բարձրացուցեր զբար_
բառ քո . և ոչ բարձեր 'ի բարձունս
զաչս քո 'ի սուրբն Իսրայելի . զի 'ի ձեռն
հրեշտակաց քոց նախատեցեր դու զՏէր
Աձ քո . Արդ տես , զիա՞րդ առնեմ ;
եդից վարսանդակս 'ի ցռուկ քո . սան_
ձուցից դանդաղանաւանդ ընդ կզակ քո .
և դարձուցից զքեզ բեկեալ սրտիւ , փա-
խստական զի եկիր դու մեծամիտ սրտիւ .
Եւ մահ նորա 'ի ձեռաց սիրելեաց նորա
եղև . և 'ի տուն ապաւինութե իւրոյ ,
անդէն կործանեցաւ . և տապաստ
անկեալ գլորէր առաջի դիցն իւրոց .
Նման վայելէր եսկ , սիրելի իմ . մատչել
այսմ պատարագի , առաջի այսր դից . զի
'ի տունն երկրպագութե իւրոյ , լիցի
մարմին նորա յիշատակ կռոց իւրոց .

Դարձեալ վերանայր բարձրա_
նայր խոյն , և ոգորէր ընդ արևմուտս ,
ընդ հիւսիս , և ընդ հարաւ : և զգա-
զանս բազումս խոնարհեցոյց , և ոչ
կարացին հանդարտել նմա . մինչև
գայր հասանէր քօշն այծեաց յարև_
մտից , և հարկանէր զխոյն , և փշրէր
զեղջիւրս նորա , և խոնարհեցուցանէր
զխոյն յոյժ . Խոյն Թագաւոր մարաց ,
պարսից , և պարթևաց է , այսինքն ,
դարեհ արքայ . և քօշն աղեքսանդր
փիլիպպեան մակեդոնացի . Ետես դա-
նիէլ զխոյն յարևելս առաջի դրանն շօ-
շայ աշտարակին , 'ի քաղաքին ելամաց_
ւոց 'ի վերայ ուղղէ գետոյն . և ոգորէր
ընդ ծով , և ընդ հարաւ , և ամ գա-
զանք ոչ կարէին հանդարտել նմա . և
քօշն այծեաց ելանէր 'ի քաղաքէ անտի
յունաց , և վերանայր , բարձրանայր 'ի
վերայ խոյին . և փշրէր զեղջիւրսն եր_
կոսեան զբարձրն , և զփոքրն . Եւ ընդ-
էր՞ ասէ . փշրեաց զեղջիւրսն երկո_
սեան ; զի խոնարհեցոյց նա զերկուս
թագաւորութիս որոց առաջնորդէր ,
փոքրն մարաց , և բարձրն պարսից . Իբրև
եկն աղեքսանդր յոյն , եսպան զդարեհ
արքայ մարաց , և պարսից . այսպէս
ասաց հրեշտակն ցդանիէլ , իբրև մեկ-
նեաց նմա զտեսիլն ; խոյն , զոր տեսեր
դու , թագաւորութի մարաց , և պար_
սից է . և քօշն թագաւորութի յունաց .
և 'ի ժամանակէ անտի , մինչ փշրեցան
երկոքեան եղջիւրքն , մինչև ցայսօր , են
ամք վեց հարիւր քառասուն և ութն .

Արդ

tuos ? nonne in sanctum Israel ; cum per legatos tuos exprobrasti , & blasphemasti Dominum Deum tuum ? At vide , quid faciam : *Imponam frænum ori tuo , & injiciam capistrum sub mentum tuum , & faciam te reverti fracto corde , quoniam elato venisti* . Et mors ei illata est per manus amicorum suorum , & in domo refugii sui , illic peremptus est , & prostratus volutatus est in sanguine ante idola sua . Decebat quidem , Carissime , hujusmodi hostiam offerri ante ea simulacra , adeo ut in domo adorationis suæ esset corpus ejus simulacrorum suorum monumentum .

Isai. ibid. 29.

4. Reg. XIX. 37. Isa. XXXVII. 36. Job I. 21.

§. 5. Item elevabatur , & extollebatur aries , & pugnabat contra Occidentem , contra Aquilonem , & contra Austrum , & superavit , ac subjecit bestias multas , quæ non potuerant ei resistere , donec accederet , & adveniret hircus caprarum ex Occidente , qui percussit arietem , & contrivit cornua ejus , & valde eum humiliavit . Aries est Rex Medorum , & Persarum , nempe Rex Darius ; & hircus est Alexander Philippi Macedonis filius . Vidit Daniel arietem in Oriente ante portam turris Susarum in Civitate Elamitarum super flumen Ulai , & ventilabat cornua contra mare , & contra austrum , & omnes bestiæ non poterant ei resistere ; & hircus caprarum egrediebatur e Civitate Græcorum , & se elevavit , atque erexit super arietem , & contrivit duo cornua ejus , magnum , & parvum . Et cur dicitur , contrivit duo cornua ? quia subjugavit duo regna , quorum Rex Darius erat , parvum Medorum , & magnum Persarum . Veniens enim Alexander Græcus Darium Regem Medorum , & Persarum occidit . Ita autem dixit Angelus Danieli exponens ei visionem : *Aries , quem tu vidisti , Regnum Medorum , & Persarum est : & hircus , Regnum Græcorum* . Ex eo tempore , quo contrita sunt duo cornua arietis usque ad hodiernam diem , elapsi sunt sexcenti quadraginta (1) octo anni .

Ita etiam Darius Rex Persarum, qui sub figura arietis Danieli ostensus est. Dan. VIII. 4.

Dan. VIII. 2.

Dan. VIII. 20. 21.

§. 6. At

(1) Tempus eversionis Regni , seu Monarchiæ Persarum , & Medorum , quod hoc loco adnotatur , haud dubium est , numerari juxta epocham Alexandri Magni , seu Græcorum . Hæc autem

Quapropter aries, cui cornua fracta sunt, frustra insurgit contra quartam bestiam. *Dan. VII. 7.*

§. 6. At quamvis cornua (1) arietis prorsus contrita fuerint, ecce erigitur, & extollitur contra quartam bestiam,

Արդ խոյին եղջիւրքն Թէպէտ և փշրեալք են, ահաւասիկ վերամբարձ բարձրանայ ընդդէմ չորրորդ գազանին, որ ահեղ,

autem epocha, ut Chronographi notant, duplex est; altera, quæ ab Alexandri obitu initium sumit, Alexandrea, seu Philippea, & Aridæa dicta a Philippo Aridæo Alexandri Magni successore, præceditque vulgarem Christi æram juxta Pagium, aliosque annis trecentis viginti quatuor: altera autem est, quæ pariter Alexandri, seu Seleucidarum, aut Græcorum nuncupata est, quæque exordium sumit ab initio Regni Seleuci Nicanoris, qui annos Regni sui ab eo tempore numerare cœpit, quo, Babylone in potestatem recepta, ad maximum sibi in Asia Regnum aditum aperuit. Cum autem Seleucus in Syria, provinciisque conterminis ad Indos usque late dominatus sit, hinc est, quod ejus epocha Syri, Phœnices, Judæi, Palæstini, Chaldæi, aliique diu usi sunt. Fuit etiam in usu apud Arabes, a quibus vocata est Terick Dilkarnain, hoc est epocha bicornis: ἐποχὴ τοῦ δικέρωτος, quo nomine Alexandrum Magnum Arabes vocant, quia se filium Ammonis, hoc est Jovis Cornigeri haberi voluit. Judæi eam vocarunt æram contractuum, quia privatorum, & publicorum contractuum tabulæ hujus epochæ annis signabantur. Epochæ hujus initium, seu annorum Syro-Macedonum duplex est: Unum, quod generaliter usurpatum est, & ab Autumno sumitur; alterum verò, quod raro adhibitum invenitur, a verno tempore. Hinc autem, ut viri docti animadverterunt, orta est diversitas in designandis rerum gestarum annis in duobus libris Machabæorum, cum Scriptor libri primi annos Seleucidarum, seu Græcorum a mense Nisan, hoc est, a verno tempore inchoet; alter vero a Neomænia Tisri, hoc est ab Autumno, seu a mense Octobri, ut putant Scaligerus, Calvisius, Petavius, aliique, seu a Septembri, ut potius existimant Usserius, & Pagius. Cæterum cum Syro-Macedones annum ab autumno inciperent, ab eodem tempore numerum annorum epochæ Græcorum, seu Seleucidarum colligendum esse, nisi aliquod speciale argumentum, seu ratio occurrat, quod contrarium suadeat, nulla esse debet dubitatio, maxime quia semper ita servatum esse in recensendis Seleucidarum annis a Scriptoribus Syriæ, aliarumque regionum Asiatici Regni, non modo in suis libris, sed etiam in nummis, aliisque monumentis, quæ ad nostram pervenerunt ætatem, si Judæos excipias, comperitur. Cum autem Sermo iste, de quo agitur, scriptus sit Nisibi in Mesopotamia, ejus auctorem hac epocha Alexandri Magni, seu Seleucidarum, quæ initium habet ab Autumnali tempore, & trecentis duodecim annis, ut Petavius *de Doctr. Temp. lib. 10. cap. 43. Rationar. Temp. Tom. II. lib. III. cap. 13.* Usserius *Annal. Vet. & Nov. Testam.* Scaligerus *in Animadvers. ad Chron. Euseb.* Pagius *Dissert. de Periodo Græco-Romana*, Norisius *in Dissert. II. de Epoch. Syro-Maced.* Calvisius, aliique consentiunt, æra vulgari anterior est, usum fuisse in annis supputandis, designandoque tempore, quo ipse adhuc in vivis agens, scribebat, minime in dubium revocari posse videtur. Nam præterquam quod apud veteres Syros, & in toto Seleucidarum Imperio hæc, & non altera usu recepta fuit, & communiter usurpata, & diu post retenta fuit, ut superius monui; insuper S. Maruthas Episcopus Tagritensis in Mesopotamia, qui claruit circa finem sæculi IV., eodem sæculo, quo S. Jacobus Nisibenus, hac, & non alia usus est, ita etiam Chronici Edesseni Scriptor relatus a clar. Assemano in sua Bibliotheca Orient. *cap. XII. p. 182. tom. I.* Et quidem Edessenos non aliam annorum notam in suis consignandis monumentis, eodem sæculo IV. ineunte, adhibuisse testatur Eusebius in Chronico, & probant quæ ex Edessæ tabulario ab ipso allata sunt in fine libri primi suæ Historiæ Ecclesiasticæ. Non solum Edessenos, sed alios etiam Mesopotamiæ, Syriæ, aliosque totius Asiæ populos, vertente Sæculo IV. idem servasse, ex ipsorum populorum, seu Civitatum nummis, quos docte, ac erudite exposuit Eminentissimus Cardinalis Noris *de Epochis Syro-Maced. dissert. 2.*, aliisque eorum monumentis apertissime demonstratur. Itaque idem doctissimus Cardinalis de hac epocha: *Hæc est*, inquit, *celeberrima epocha Seleucidarum ad anno recuperatæ Babylonis, non autem Syriæ obtentæ, a Seleuci Successoribus, eorumque subditis deducta, qua Syri, Phœnices, Judæi, Palæstini, Chaldæi, aliique diutius usi sunt. Hæc epocha in Regum, ac urbium Syriæ nummis obsignata legitur, hac in utroque libro Machabæorum anni designantur, eadem Chaldæorum Astronomi cœlestium observationum tempora antiquitus indicarunt. Hanc pariter & sacra Nicæna Synodus adhibuit, ac illa Archiepiscopi Apamenses Metropolitæ secundæ Syriæ in Literis Paschalibus usi sunt.* Synodus igitur Nicæna, cui interfuit S. Jacobus Nisibenus, hanc epocham, ut ait Emus Cardinalis, adhibuit. Nicænis enim Canonibus præter notam Consularem præfixa est epocha Græcorum, seu Seleucidarum hoc modo: *Consulatu Paulini, & Juliani virorum clarissimorum, anno ab Alexandro DCXXXVI. 13. Kal. Julii, qui est apud Græcos 19. dies Mensis* Δεσίου, id est, *Junii:* ἐν ὑπατείᾳ Παυλίνου καὶ Ἰουλιανοῦ τῶν λαμπροτάτων ὑπάρχων ἔτους ἑξακοσιοστοῦ τριακοστοῦ ἕκτου ἀπὸ Ἀλεξάνδρου· ἐν μηνὶ Δεσίῳ ἐννέα καὶ δεκάτῃ πρὸ δεκατριῶν καλανδῶν Ἰουλίων. Annum autem, quo gesserunt Consulatum Julianus, & Paulinus, inter omnes convenit, fuisse annum 325., huic igitur erit colligandus annus epochæ Seleucidarum 636. Itaque annus ejusdem epochæ 648. in hoc Sermone S. Jacobi adnotatus incidet in annum 336. aut 337., quo anno, vel antecedente apparatus belli a Sapore Persarum Rege habitus est. Anno enim 337., seu 338. memoriæ traditum est, eumdem Persarum Regem adversus Romanos bellum movisse, & Nisibim ingenti militum copia obsedisse, ac proinde, ut hic dicitur, arietem elevatum, & exaltatum esse contra quartam bestiam, nempe Imperium Romanum. *Aurel. Victor. de Cæsarib. num. 41. pag. 316. Euseb. vit. Constant. lib. IV. cap. 56. Chronic. Alexandr. pag. 668. Eutrop. pag. 558. Festus Rufus p. 554. Libanius Orat. III p. 118.* E diverso per quadraginta retro annos nulli bellorum motus inter Persas, & Romanos fuerunt, sed ab anno 297., quo Persæ cum Narse eorum Rege a Maximiano Galerio superati, & quinque Provinciis ademptis, debellati sunt, pax summa inter utrumque imperium usque ad annum æræ vulgaris 337., Imperii Constantini Magni 31. permansit. Quare hinc manifesto evincitur, Scriptorem Sermonis non alia epocha Alexandri, quàm illa Seleucidarum, seu Syro-Macedonum dicta usum fuisse, quia non solum apud Orientales, Alexandri, seu Græcorum epochæ nomine non alia intelligitur, quàm illa Seleucidarum, nunquam altera Aridæa, seu Philippea vocata; sed ulterius, quia in anno æræ vulgaris, quo hæc ultima ab obitu Alexandri Magni initium sumens incideret, nulli belli motus in Perside contra Romanos fuerunt.

(1) Arietis nomine hoc loco S. Episcopus Nisibenus Saporem Persarum Regem omni procul dubio designat. Is enim ab Artaxerse nonus fuit,

ահեղ, և սաստիկ է. որոյ ժանիք երկաթիք էին, և մագիլք պղնձիք. ուտէր, և մանրէր, և զմնացորդսն առ ոտն կոտորէր։ Ո՛վ խոյ փշրեալ եղջերբք. դադարեա՛ դու ՚ի գազանէ անտի, և մի՛ գրգռեր, զի մի՛ ուտիցէ, և մանրիցէ զքեզ։ Ընդառաջի քօշին, խոյն ոչ կարաց հանդարտել. առաջի ահեղ գազանին զիա՞րդ կարէ հանդարտել; զի բերան նորա խօսի զմեծամեծս. և զորինչ դառնէ, նստի ՚ի վերայ նորա, իբրև զառիւծ ՚ի վերայ կերոյ; որ գրգռէ զառիւծ, նորա մասն լինի. և որ զարթուցանէ զգազանն, ուտէ զնա. և որ երթայ, անկանի ընդ ոտիւք գազանին, առ ոտն կոտորէ զնա։ Բայց գազանն այժմ ոչ մեռանի, մինչև նստի հինաւուրցն յաթոռ իւր. և յանդիման լինի առաջի նորա որդին մարդոյ, և առնու զիշխանութի, և ապա վիրաւորի գազանն, և կորնչի մարմին նորա, և լինի արքայութի որդւոյն մարդոյ, արքայութի յաւիտենից, և տէրութի նորա յազգէ մինչև յազգ։

Դադարեա՛ դու ով որ բարձրանաս. մի՛ պարծիր եթէ մեծութի բարձրացոյց զսիրտ քո։ Ո՛չ դու լաւ ես քան զեզեկիայ. փոխանակ զի պարծեցաւ նովաւ առաջի բաբելացւոց, բարձաւ ամենայն, և գնաց ՚ի բաբելոն։ Եւ եթէ որդւովք պարծիս դու, գերի վարին նոքա, ՚ի քէն առ գազանն. զոր օրինակ գերի վարեցան որդիք եզեկիայ արքայի, և եղեն ներքինիք ՚ի տաճարի անդ արքային բաբելացւոց։ Եւ եթէ յիմաստութե քումն պարծիս դու, չես դու առաւել ինչ, քան զիշխանն ծուրացւոց. զի նախատէ զնա ահաւասիկ եզեկիէլ, և ասէ; մի թէ իմաստուն ինչ իցես դու, քան զդանիէլ. կամ զծածկեալս տեսեր իմաստութբ քով. կամ թէ ՚ի բազում ամս քո զի յաճախեցին, հպարտացաւ սիրտ քո. ոչինչ կարի բազում են քան զիշխանն ծուրացւոց. զի կալաւ նա զթագաւո-

ւո

stiam, quæ est terribilis, & fortis nimis, cujus dentes sunt ferrei, & ungulæ æneæ: comedit, & comminuit, & reliqua pedibus conculcat. O aries habens cornua contrita, recede a bestia illa, & noli provocare, ne te comedat, & comminuat. Contra hircum aries resistere nequivit, & quomodo contra terribilem bestiam stare poterit? Etenim os ejus loquitur magnalia, & quidquid ei obviam venit, super illud insidet tanquam leo super escam: qui irritat leonem, fit ejus præda; & qui excitat bestiam, comedit eum, & qui ad eam accedit, sub pedibus ejus cadit, ejusque pedibus conculcatur. Nam bestia non moritur, donec sedeat antiquus dierum in throno suo, & veniat ante eum Filius hominis, & accipiet potestatem, & deinde vulnerabitur bestia, & peribit corpus ejus, & fiet regnum Filii hominis regnum sæculorum, & dominium ejus a generatione in generationem. *Dan. ibid. 9.*

§. 7. Desiste tu, o homo, qui exaltaris: noli gloriari, si divitiæ elevaverunt cor tuum. Tu non es melior Ezechia. Ille vero, quia gloriatus est de thesauris suis coram Babyloniis, ablatæ sunt ei omnes divitiæ, & translatæ sunt Babylonem. Si vero gloriaris in filiis, abducentur a te captivi ad bestiam, sicuti captivi ducti sunt filii Ezechiæ Regis, & facti sunt Eunuchi in palatio Regis Babyloniorum. Et si de sapientia tua gloriaris, non es aliquid majus Principe Tyriorum, cui tamen ecce exprobrat Ezechiel dicens: *Numquid tu sapientior es Daniele? An omnia nosti arcana in sapientia tua?* Num vero superbis in annis multis regni tui? & quia multiplicati sunt, elevatum est cor tuum? Porro non sunt plures diebus Principis Tyriorum; nam tenuit ille regnum temporibus vigintiduorum Regum Juda, quorum

Hortatur, ut non superbiat de multitudine divitiarũ, aut filiorum, aut Regni diuturnitate.

4. Reg. XX. 12.

Ibid. 18.

Ezech. XXVIII. 3

fuit, a quo, Parthis tribus præliis superatis, eorumque Rege Artabano occiso, Persarum in Oriente Imperium anno Christi 225. instauratum est. Vocatur autem aries, cujus cornua contrita sunt, quia sub hujus bestiæ imagine vetus Persarum Regnum in visione illa Danielis Prophetæ ostensum fuit. Dicuntur ejus cornua contrita, quia ab Alexandro Magno Medorum, & Persarum Regna, interfecto Dario eorum Rege, submissa, & in suam potestatem redacta fuerunt. Additur: arietem ab hirco, hoc est Alexandro Magno victum, & fractis duobus cornubus debellatum, rursus erigi, & extolli contra quartam bestiam anno 648., nempe, ut dixi, anno 336, vel 337. æræ vulgaris, qua tempestate Sapor Persarum Rex, magnis per plurium annorum spatia comparatis copiis, aggressus est Romanum Imperium, quod Danieli fuerat per quartam bestiam in visione indicatum. Loquitur Auctor Sermonis subobscure, adhibitis ex sacra Scriptura allegoricis nominibus, ne forte ejus literæ interceptæ in manus Persarum venirent, & inde sibi, aliisque Dei Servis, qui odio ob Christianam Religionem a Persis gentilibus, eorumque Rege habebantur, ingens aliquod malum, gravisque pernicies crearetur. Cæterum quæ dicuntur de magnitudine divitiarum, de multitudine filiorum, de diuturnitate Regni, omnia probe conveniunt in Saporem Persarum Regem.

rum anni sunt quadringenti (1) & quadraginta. Et cum multiplicati fuissent anni Regis Tyriorum per hæc omnia
Ibid. 2. tempora, sic ait in corde suo: *Deus ego sum, & in cathedra Dei sedi in*
Ibid. 14. *corde maris*. Dicit ei Ezechiel: *Homo es tu, & non Deus* (2). Donec sine macula ambulavit Princeps Tyriorum in medio lapidum ignitorum, erat misericordia super eum, quando autem elevatum, & exaltatum est cor ejus; occidit, & perdidit eum Cherub obumbrans.

Quid sint lapides igniti, inter quos ambulabat Princeps Tyriorum.

§. 8. Et quidem quid sunt lapides igniti, nisi filii Syon, & Hierusalem? Primis temporibus Regum Juda in diebus David, & Salomonis filii ejus, Hiram erat amicus domus Israel: cum autem

ւորութի զաւուրս քսան և երկու Թագաւորաց հրէաստանեայց. զի են ամք նջ, չորեք հարիւր, և քառասուն. Եւ իբրև բազմացան ամք Թագաւորին Ծուրացւոց զայս ամ ժամանակս, այսպէս ասէ 'ի սրտի իւրում; Բայ. ած եմ ես, և զԲնակութի այ բնակեցի ես 'ի սիրտ ծովու. Ասէ ցնա Եզեկիէլ; Մարդ ես դու, և ոչ ած. Մինչդեռ առանց արատոյ շրջէր իշխանն ծուրացւոց, 'ի մէջ հրեղէն վիմացն, ողորմութիւն գոյր 'ի վերայ նորա; բարձրացաւ, հպարտացաւ սիրտ նորա, սատակեաց. կորոյս զնա քերովբէն հովանաւոր.

Եւ զի՞նչ իցեն արդեօք վէմքն հրեղէնք. բայց եթէ որդիքն սիօնի, և Երուսաղէմի. 'Ի ժամանակս առաջինս յաւուրս դաւթայ, և սողոմոնի որդւոյ նորա, բարեկամ էր Խիրամ տանն իսրայ_

(1) Ex hoc loco, tum ex iis, quæ supra leguntur, aperte intelligitur, S. Jacobum Nisibenum censuisse, Hiram Tyriorum Regem quingentos fere annos vixisse, qua in re ex parte secutus est Hebræorum traditionem, qui mille annorum vitam eidem Regi tribuerunt, ipse verò dimidium dumtaxat, & illud non integrum, adscribit, nempe quadringentos & quadraginta circiter annos. Hujusmodi Judaicam traditionem refert, atque improbat S. Hieronymus in Commentariis ad Ezechielem *cap.* 28. his verbis: *Solent Hebræi inter cæteras fabulas suas, & genealogias, atque interminabiles quæstiones, hæc contra Hiram Regem Tyri dicta intelligere, cum a Salomone usque ad Ezechielem anni sint plurimi, quos eo tempore homines non vixisse perspicuum est, & sic pronunciare, quasi per ironiam Propheta ad eum loquatur:* NUMQUID TU ES SIGNACULUM SIMILITUDINIS DEI &c. *adduntque fabulæ suæ miraculum, ut contra Scripturam, imo sine Scripturæ auctoritate dicant, Hiram mille vixisse annis. Verum hæc quàm violenta sit interpretatio absque nostro judicio prudens lector intelligit.* Et quidem ex Philostrato, aliisque rerum Phœniciarum Scriptoribus narrat Josephus *Antiquitatum lib. X. cap. XI., & lib. I. §. 21. contra Appionem*, Hithobalo Tyri regnante, eam Urbem a Rege Nabucdonosore per tredecim annos obsessam fuisse. Hinc autem necessario consequitur, fieri non potuisse, ut Hiramus, qui in urbe Tyri, regnante Hierosolymis Salomone, dominatus est, ad Ezechielis tempora pervenerit, cum ex aliis antiquis Scriptoribus constet, alium Regem Tyri ea ætate regnasse. Præterea Menander Ephesius: qui (*ap. Josephum contra Appionem lib. I. §. 18.*) res gestas apud Græcos, barbarosque, singulorum Regum tempore, ex cujusque gentis commentariis collectas literis consignavit, scribit: Hiramum Abibal filium in urbe Tyro regnasse annos XXXIV., eique successisse Baleazarum ejus filium, qui septem annis regnum tenuit; & deinceps enumerat novem alios Reges Hirami successores usque ad Carthaginem conditam a Didone Regis Pygmalionis sorore. Cæterum Sanctus Ephrem S. Jacobi Nisibeni discipulus eadem de longæva Hiram ætate, non sine tamen hæsitatione aliqua, proponit in Commentariis ad cap. XXVIII. Ezechielis, inquiens: *Et quidem juxta sensum ex germana vocum significatione erutum Rex iste, de quo Propheta loquitur, fuisse videtur, vel Hiram, qui Davidis æqualis fuit, ut usque ad Ezechielis tempora vitam produxisse dicatur, sive potius Propheta in populum Tyriorum, & Regnum, atque alium ab Hiramo Regem justitiæ desertorem invehitur.* At vero quoad numerum Regum Juda attinet, Eusebius in Chronico, Josephus, aliique omnes Scriptores duos & viginti, omisso Saul ex stirpe Benjamin, fuisse, conveniunt. Sed maximum discrimen inter nostrum auctorem, & alios Scriptores intercedit, in enumerandis annis, quibus Judæorum Regnum tenuerunt. Nam noster annos quadringentos & quadraginta fuisse scribit; reliqui autem communiter eorum regno exordiendo a tempore, quo David Rex unctus est, adscribunt tempus circiter quadringentorum sexaginta & plus annorum. Itaque aliquis suspicari poterit, vel mendum irrepsisse in textum, vel Scriptorem nostrum in supputandis annis Regum Juda memoria lapsum esse. Sed, ut potius ego existimo, S. Jacobus fortè enumeravit annos non ab eo tempore, quo Rex David suum Regnum inchoavit, sed quo Hiram ut gratiam, atque amicitiam Davidis sibi conciliaret, solemnem ad eum legationem, & insuper fabros lignarios, lapicidas, aliosque artifices misit, ut (*2. Reg. cap V. 11.*) Regiam domum ædificarent. Et quidem Flavius Josephus (*Jud. Antiquit. lib. VIII. cap. III.*) anno Regis Hirami decimotertio jam exacto, & *lib. I. contra Appionem* §. 18. anno duodecimo inchoato, Templum a Salomone ædificari cœptum fuisse tradit. Itaque si Sanctissimus Doctor Nisibenus ab initio Regni Hirami usque ad eversionem Judaici Regni quadringentos quadraginta annos collegit, erroris redargui nequit.

(2) Locus Ezechielis, cujus verba, seu potius verborum sensus hic allegatur a S. Jacobo juxta versionem vulgatam talis est: *Fili hominis, dic Principi Tyri: Hæc dicit Dominus Deus: eo quod elevatum est cor tuum, & dixisti: Deus ego sum, & in cathedra Dei sedi in corde maris, cum sis homo, & non Deus, & dedisti cor tuum quasi cor Dei. Ecce sapientior es tu Daniele: omne secretum non est absconditum a te.* Ezech. *cap. XXVIII.* 2. 3. Hæc quidem dici a Propheta de Rege Tyri, sub ejus autem figura superbiam, & casum, ac ruinam Diaboli describi, quem Rex ille imitatus est, sicut apud Isaiam sub nomine Regis Chaldæorum, superbiam, & lapsum Satanæ enunciari, tum antiqui Patres, tum recentiores Interpretes consentiunt.

բայնին . նորա գերի վարեցան նոքա յերկրէն իւրեանց . ուրախ եղև , և դոփեաց ոտիւքն ոտնհարութք , և ոչ յիշեաց զբարեկամութիւն տանն դաւթայ. Եւ զի ասացի քամ վէմք հրեղէնք կոչեցան որդիքն յուդայ . այլ երեմիա մարգարէ ասէ ՚ի լալն ողբերէն զնոսա յողբս իւր ; մանկունք սիոնի , զի առաւել էին քան զականս պատուականս . և դարձեալ ասէ ; զիարդ անկեալ դնին վէմք սրբութե , ՚ի գլուխ ամ հրապարակաց . և դարձեալ ասէ մարգարէն ; վէմք սրբութե էին , որ ընկեցեալ կային յերկրի նորա , և ՚ի վիմաց անտի յայտնցանէ հուր բորբոքէր . որպէս երեմիա մարգարէ ասէ ; եղեն պատգամք տն ՚ի սրտի իմում իբրև զհուր , զի վառի , բորբոքի զոսկերօք իմովք . Եւ դարձեալ ասէ ցերեմիա ; ահաւասիկ տաց զբանս իմ ՚ի բերան քո , իբրև զհուր . և ժողովուրդս այս եղիցի իբրև զփայտ . և դարձեալ ասէ ; պատգամք իմ իբրև զհուր ելանեն . և իբրև զերկաթ , զի տաշէ զվէմս . վն այսորիկ ՚ի մէջ մարգարէից շրջէր խիրամ իշխանն ծուրացւոց . որ կոչեցեալ էին վէմք հրեղէնք .

Եւ դարձեալ ասէ ցնա ; եղեր դու ընդ քերովբէն օծելում , և հովանաւոր . քերոբէ թագաւորն կոչեցաւ , որ օծեալն էր յիւղն սրբութեան . որպ և երեմիա ասէ ; ոգի երեսաց մերոց , օծեալ տն . ււձին , որ ասացաք . քամ ընդ հովանեաւ նորա կեցցուք ՚ի մէջ հեթանոսաց ; ընդ հովանեաւ թագաւորին բնակեալ էին , մինչդեռ ՚ի գլուխ նոցա կայր , և իբրև անկաւ պսակն գլխոց նոցա , եղեն նոքա առանց հովանւոյ . ււձպա եթէ ոք ասասցէ ; եթէ վն քի ասացեալէ բանս այս . ընկալցի նա զայս , զոր ես գրեմ նմա առանց հակառակութե . և այսպէս հաւանեսցի , թէ վն թագաւորի է ասացեալ . ււձնէ երեմիա վասնանկ ժողովրդեան ; վայ է մեզ ,

tem captivi abducti essent ex terra sua, lætatus est, & percussit terram, & pedibus conculcavit eam, & non recordatus est amicitiæ domus David. Idcirco autem dixi, quod lapides igniti vocati sunt filii Juda: nam Jeremias Propheta in lamentationibus lugens ita eos alloquitur: *Filii Syon inclyti, & amicti auro primo*. Jerem. IV. 2. Et paulo ante de ipsis dixerat: *Quomodo dispersi sunt lapides Sanctuarii in capite omnium platearum?* Lapides autem Sanctuarii illi erant, qui in terra ejus projecti stabant; & in his lapidibus accendebatur ignis ille, de quo Jeremias Propheta ait: *Fuerunt sermones Domini in corde meo tamquam ignis, qui accenditur, & inflammatur circa ossa mea*. Jerem. XX. 8. 9. Et iterum dicit Deus Jeremiæ: *Ecce dabo verba mea in ore tuo tanquam ignem, & populus iste erit tanquam lignum*. Jerem. V. 14. Et rursus: *Verba*, inquit, *mea egrediuntur tanquam ignis, & tanquam ferrum, quod incidit petras*. Jerem. XXIII. 29. Itaque cum Hiram princeps Tyriorum ambularet inter Prophetas filios Judæ, qui vocati erant lapides igniti, ambulabat in medio (1) lapidum ignitorum. Ezech. XXVIII. 14.

§. 9. Illud etiam ei dictum est: *Fuisti tu cum Cherub uncto, & obumbrante* Cherub unctus, & obumbrans vocatus est Rex Israel, qui unctus erat oleo Sanctuarii, sicut & Jeremias dicit: *Spiritus oris nostri unctus Domini, cui diximus: sub umbra ejus vivemus inter gentes*. Jerem. IV. 20. Sub umbra Regis habitabant Judæi, dum adhuc Rex stabat in capite eorum. Cum autem cecidisset corona capitis eorum, fuerunt illi sine (2) umbra. Thr. Jer. V. 16. Si autem aliquis dixerit, quod hæc de Christo dicta sunt, audiat, quod ego non contentionis, sed veritatis amore respondeo, & consentiet de Rege dicta fuisse. Ita Jeremias de populo: *Væ nobis*, inquit, *quia cecidit corona capitis no-* Jerem. V. 16.

Quid sit Cherub unctus, & Cherub obumbrans, qui eumdem Tyriorum Regem interfecit.

(1) S. Ephræm S. Jacobi, ut dixi, discipulus: *Lapides ignitos*, ait, *appellat Prophetas*, & *Sacerdotes*. *In Comment. ad cap. XXVIII. Ezechiel.* Ad eadem Prophetæ verba: *Kimhi putat*, inquit Musterus, *per hos lapides intelligendos Israelitas, quod tunc fuerint populus sanctus*, & *alios Dei amore inflammaverint*. *Tom. IV. critic. sac. in Ezech.* ita etiam Clarius. Ex nostris autem orthodoxis S. Scripturæ Interpretibus Cornelius a Lapide simili modo verba Prophetæ de Israelitis ita exponit: *Habitasti inter Judæos quasi lapides ignitos*, & *tamen frigidus mansisti, ac vitali gratiæ*, & *fidei calore destitutus*. Cum eo alii plures conveniunt.

(2) Nempe Judæi. Nam posteaquam Sedecias ultimus eorum Rex, expugnata a Babylonii Hierosolyma, e fuga, quam capesserat, retractus, ad Nabucdonosorem Regem in Reblata, quæ est in terra Ematha Tyrum inter, & Hierosolymam, commorantem ductus est, ejusque filiis, ac Principibus coram eo occisis, ipse, effossis oculis, & compedibus vinctus missus est Babylonem, & in carcerem conjectus ad montem usque ibi permansit. *Jerem. cap. LII. 9.* Profecto, amisso Rege, eversoque Judaico Regno, diruto Templo, ac Civitate destructa, populoque in captivitatem abducto, cecidit Corona capitis Judæorum, quod Hieremias deplorat his verbis: *Cecidit Corona capitis nostri. Væ nobis, quia peccavimus. Thren. Hier. cap. V. v. 16.*

nostri; Christus autem non cecidit, quia surrexit tertia die: at Rex cecidit ex domo Juda, nec amplius imperium, eorumque regnum erectum est. Ezechiel
Ezech. XXVIII. 16. vero itidem de Hiram dixit; *Occidit, & perdidit Cherub obumbrans*. Cherub, qui occidit, & perdidit eum, est Nabuchodonosor (1) Rex. De labore autem, quo laboravit ille super Tyrum,
Ezech. XXIX. 18. 19. ita scriptum est: *Et non est data merces exercitui ejus ex Tyro, sed pro labore, quo laboravit super Tyrum, data est ei terra Ægyptiorum* (2). Quare autem non est data merces Nabuchodonosor Regi e Tyro? quia mare absorbuit multitudinem, ac magnitudinem divitiarum Tyri, & non adeptus est eas Nabuchodonosor, quando occidit, & perdidit ejus Regem Cherub obumbrans, nempe Nabuchodonosor Rex. Duo Cherub sunt, unus unctus, & obumbrans, & alter obumbrans, & non unctus. Supra di-
Ezech. XXVIII. 14. cit: *Fuisti tu cum Cherub, & uncto, & obumbrante*: & inferius dicit:
Ibid. 16. *Occidit, & perdidit te Cherub obumbrans*; & non

մեղ, զի անկաւ պսակ գլխոյ մերոյ. և Ք͞ս ոչ է անկեալ, զի յարեաւ յաւուր երրորդի. Բայց Թագաւորն անկաւ 'ի տանէ անտի յուդայ, և այլ ոչ ևս ուղղեցաւ արքայութիւն Թագաւորութե͞նց. Եւ ապա դարձեալ; բայ սատակեաց, կորոյս զնա քերոբէն հովանաւոր. քերոբէն, որ սատակեաց, կորոյս զնա, Նաբուգոդոնոսոր արքայ է, որպէս և գրեալ է զաշխատութենէն, զոր աշխատեցաւ 'ի վ͞ր ծուրայ, և ոչ տուաւ վարձք զօրաց նորա ար 'ի ծուրայ, և փոխանակ աշխատութեան ծուրայ, տուաւ նմա երկիրն եգիպտացւոց. և ընդէր ոչ տուաւ նաբուգոդոնոսորայ արքային 'ի ծուրայ. զի ծով ծածկեաց զմեծութիւն նորա, ոչ եառ զնա նաբուգոդոնոսոր; 'ի և նմին ժամանակի սատակեաց կորոյս զնա քերոբէն հովանաւոր. այսինքն, նաբուգոդոնոսոր արքայ. երկու քերոբք էն, մինն օծեալ, և հովանաւոր և միւսն հովանաւոր, և ոչ օծեալ. 'ի վերոյ ասէ; եղերուք դուք ընդ քերոբէն, ընդ օծելում, ընդ հովանաւորի.

(1) Quæ hoc loco ad verba Ezechielis Prophetæ differuntur a S. Jacobo de Rege Tyri, & Nabuchodonosor Assyriorum Rege non bene convenire videntur cum ipsius S. Scripturæ verbis, & aliorum veterum Interpretum expositione. In versione enim vulgata latina, verba Ezechielis allata a S. Jacobo ita se habent cap. XXVIII. 14. *Tu Cherub extentus & protegens, & posui te in monte sancto Dei, in medio lapidum ignitorum ambulasti*. Et vers. 16. *Et ejeci te de monte Dei, & perdidi te. O Cherub protegens de medio lapidum ignitorum*. In Textu Hebraico v. 14. *Tu Cherub unctus protegens, & dedi te, In monte sanctitatis Dei fuisti; in medio lapidum ignis ambulasti*. Et v. 16. *Et prophanabo te de monte Dei, & perdam te Cherub protector de medio lapidum ignis*. E diverso in versione Græca LXX. ita legitur vers. 14. *Tu, cum Cherub posui te in monte sancto Dei, factus es in medio lapidum ignitorum*. Et vers. 16. *Et adduxit te Cherub de medio lapidum ignitorum*. Et in vers. Arab. v. 14. *Ab ea die, qua creatus es, cum Cherubino posui te in monte Sanctissimi, & fuisti in medio lapidum ignitorum*. Et vers. 16. *Adduxitque te Cherub è medio lapidum ignitorum*. S. Ephræm Syrus, qui Sanctum Jacobum, ut dixi, magistrum habuit, verba Ezechielis in eumdem sensum aliqua ex parte interpretatur. Nam verbis Prophetæ: *Et cum uncto Cherub fuisti*, talia subjicit: *videlicet cum Davide, qui a Samuele in Regem unctus fuerat, & universum Israelem sua texit umbra. Et quidem juxta sensum ex germana vocum significatione erutum Rex iste, de quo Propheta loquitur, fuisse videtur, vel Hiram, qui Davidis æqualis fuit, ut usque ad Ezechielis tempora vitam produxisse dicatur; sive potius Propheta in populum Tyriorum, & Regnum, atque alium ab Hiramo Regem justitiæ desertorem invehitur*. Cæterum quæ hoc loco prænunciantur a Propheta, dicta fuisse historico sensu de Rege Hiramo, allegorice autem de Diabolo, omnes Interpretes, ut dixi, concorditer putant.

(2) Verba integra Ezechielis Prophetæ *cap. XXIX. versic.* 18. 19. 20. de Nabucdonosor Rege, & urbe Tyro, quæ ab eo expugnata, & eversa est, in versione latina vulgata ita se habent: *Fili hominis: Nabucdonosor Rex Babylonis servire fecit exercitum suum servitute magna adversus Tyrum; omne caput decalvatum, & omnis humerus depilatus est: & merces non est reddita ei, neque exercitui ejus de Tyro pro servitute, qua servivit mihi adversus eam. Propterea hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego dabo Nabucdonosor Regem Babylonis in terra Ægypti, & accipiet multitudinem ejus, & deprædabitur manubias ejus, & diripiet spolia ejus, & erit merces exercitui illius. Et operi, quo servivit adversus eam, dedi ei terram Ægypti pro eo, quod laboraverit mihi, ait Dominus Deus*. B. Hieronymus in Commentariis ad hunc Prophetæ locum narrat: Tyrios cum jam prope esse prospicerent, ut eorum urbs in hostium potestatem caderet, comparatis navibus divitias, quas habebant, collectas imposuisse, easque aliò avexisse, non autem projecisse in mare, ut hic refert S. Jacobus. Sed fieri potuit, utrumque contigisse, ut in urbium expugnationibus accidere solet: Opes ac divitias partim secum asportasse, partim vero vel navibus deficientibus, vel tempore, in mare effudisse, ne in hostium manus venirent, suisque spoliis inimici ditarentur. Verba autem S. Hieronymi talia sunt: *Quia Tyrii*, inquit, *prævidentes excidium, furtim impositas navigiis suas res, & merces avexerant*. Et in expositione capitis *XXIII.* Isaiæ scribit, Tyrios cum rebus suis, ac divitiis migrasse Carthaginem, in aliasque Ægæi, ac Jonii maris Insulas; idque ex Assyriorum historiis accepisse: *Legimus in historiis Assyriorum, obsessos Tyrios, postquam nullam spem evadendi videbant, conscensis navibus, fugisse Carthaginem, seu ad alias Jonii, Ægæique maris Insulas. Unde & in Ezechiel dicitur*: MERCES NON EST REDDITA EI, NEQUE EXERCITUI EJUS DE TYRO: *eo quod omnes urbis opes translatæ sint, & nobiles quique eam vacuam dereliquerint*.

րի . և 'ի ներքոյ ասէ ; սատակեաց կորոյս զքեզ քերովբէն հովանաւոր ; և ոչ ասէ օծեալ ․ քանզի նաբուգոդոնոսոր ոչ էր օծեալ . այլ դաւիթ , սողոմոն , և այլք թագաւորք , որ զկնի նոցա ․ Եւ զիա՞րդ կոչեցաւ նաբուգոդոնոսոր արքայ հովանաւոր . բայց թէ 'ի տեսլեան ծառոյն , 'ի ներքոյ որոյ բնակեալ էին ամենայն ազգք . և յոստս նորա բնակեալ էին ամենայն թռչունք երկնից . և 'ի նմանէ կերակրիւր ամենայն մարմին ․ Իբրև մեկնեաց նմ̃ դանիէլ զերազ նորա , ասէ ցնա ; դու ես ծառն , զոր տեսեր 'ի մէջ երկրի . և 'ի ներքոյ քո բնակեալք են ամենայն հեթանոսք ․ Վն̄ այսորիկ նա ինքն է քերովբ հովանաւոր , որ սատակեաց կորոյս զիշխանն ծուրացւոց ; և զի ուրախ եղև նա ընդ գերութիւն որդւոցն Իսրայելի յերկրէն իւրեանց . և զի բարձրացաւ հպարտացաւ սիրտ նր̄ , աւերեցաւ և ինքն ծուր զեօթանասուն ամ , որպէս երուսաղէմ եղև աւերակ զեօթանասուն ամ ․ Ասէ վասն նորա Եսայի ; լքեալ լիցի ծուր ամս եօթանասուն իբրև ժամանակք թագաւորութեան միոյ . և պոռնկեսցի ընդ ամենայն թագաւորութիւնս , որք են 'ի վերայ երեսաց երկրի ․

Ո՞վ որ վերանաս , բարձրանաս . հպարտութիւն սրտի քոյ զքեզ մի՛ խաբեսցէ , և ասիցես . ելից , հասից ես 'ի վերայ չինելում երկրին , և 'ի վերայ ահեղ գազանին ․ Ո՛չ վիրաւորի գազանն 'ի ձեռաց խոյին փշրեալ եղջերացն ․ Քօշն փշրեաց զեղջիւրս խոյին , և այժմ եղև քօշն գազան սաստիկ ․ Զի իբրև որդւքն յեփեթայ կալան զթագաւորութիւն , նոքա սպանին զդարեհ

non dicit : *unctus* : quia Nabuchodonosor non erat unctus, bene quidem David, Salomon, & alii deinceps Reges post eos. Et qua de causa vocatus est Nabuchodonosor Rex obumbrans? nisi quia in visione arborem vidit, *sub qua habitabant omnes gentes, & in ramis ejus conversabantur omnes volucres Cœli, & ex ea vescebatur omne animal habens carnem*. Etenim exponens ei Daniel somnium, quod viderat : *Arbor*, ait, *quam vidisti in medio terræ, tu es, & sub te habitaverunt omnes gentes*. Propterea ipse est *Cherub obumbrans*, qui occidit, & perdidit principem Tyriorum, quia lætatus est super captivitatem filiorum Israel, cum abducti sunt ex terra sua; & quia elevatum, & exaltatum est cor ejus, & ideo destructa est etiam ipsa Tyrus, atque ita permansit septuaginta annis, sicut Hierusalem totidem annis in desolatione perseveravit. Dicit Isaias de ea : *In oblivione erit Tyrus septuaginta annis, sicut dies Regis unius, & fornicabitur cum omnibus regnis, quæ sunt super faciem* (1) *terræ*.

Dan. IV. 9.

Dan. ibid. 19. 19.

Isa. XXIII. 15.

§. 10. O qui te extollis, & exaltas, superbia cordis tui non te decipiat, ne dicas : ego egrediar, & ascendam super universum orbem, & super terribilem bestiam. Non vulneratur bestia per manum arietis, cujus contrita sunt cornua : hircus enim contrivit cornua arietis, cum efferatus est in eum. Nam cum filii Japhet (2) regno potiti sunt, occiderunt Darium Regem Persarum; nunc quarta be-

Ex Prophetia Danielis ostenditur Romanum Imperium a Persis debellari non posse, sed duraturum usque ad secundum Christi adventum.

Dan. VIII. 7.

(1) Verba Isaiæ juxta vulgatam hujusmodi sunt : *In oblivione eris, o Tyre, septuaginta annis, sicut dies Regis unius; post septuaginta autem annos erit Tyro quasi canticum meretricis*. Isa. XXIII. versic. 15. & vers. 17. *Et erit post septuaginta annos : visitabit Dominus Tyrum, & reducet eam ad mercedes suas, & rursum fornicabitur cum universis regnis terræ super faciem terræ*. Itaque in Textu Armeno, vel errore Librarii, quæ desunt, prætermissa sunt, vel ab ipso S. Jacobo, qui ea forsan præteriit, quæ suo argumento minime necessaria putabat, ut compendiosius testimonium Scripturæ de tempore desolationis Tyri, ejusque in pristinum splendorem, atque opulentiam redintegrationis afferret.

(2) Nempe Græci, & eorum Rex Alexander, quos ex Japhet originem ducere cum aliis affirmat S. Jacobus, eosque inferius Medorum Fratres vocat, quia cognatione inter se juncti erant; nam Medi ex Madai, Græci ex Javan descendebant, ambo autem erant filii Japhet. Ita enim Flavius Josephus *Antiquit. Judaic lib. I. cap. 6.* ostendens quomodo ex filiis Noe Gentes omnes per orbem terrarum propagatæ sunt : *Ex Japheti*, inquit, *filiis, Jovano, & Made, scilicet ex Made quidem Madæorum gens descendit, qui a Græcis Medi nominantur; ex Jovano vero, Jonia, & Græci omnes oriuntur*. Verba Genesis *cap. X. vers. 2.* juxta vulgatam latinam, quacum concordant Textus Hebraicus, aliæque versiones, talia sunt : *Filii Japhet : Gomer, & Magog, & Madai, & Javan &c.* Hæc autem sacri Textus verba in versione Arabica redduntur hoc modo : *Filii Japhet, Turchæ, & Jagog, & Mabat, & Græci*. Ubi observandum est, quod pro Javan Patre Græcos, qui ab eo descendebant, positos, ac nominatos in versione Arabica fuisse, adeo apud omnes Arabes certum, atque indubitatum erat, Græcos ex Javan originem sumpsisse, ejusque filios, ac posteros esse.

bestia (1) regnum obtinuit contra tertiam; nonne igitur devoravit & secundam? Secunda & tertia bestia est ex filiis Japhet (2); quarta autem ex filiis Sem, scilicet ex filiis Esau, qui fuit ex filiis Sem. Nam quando vidit Daniel visionem quatuor bestiarum, vidit primam de filiis Cham semen (3) Nembrod, nempe Babylonios: & secundam de Medis, & de Persis, qui sunt filii Japhet; & tertiam de Græcis fratribus Medorum: & quartam de filiis Sem, qui filii (4) sunt Esau. Et fuit consortium filiorum Japhet cum filiis (5) Sem. Ablatus est autem principatus (6) a minori ex filiis Noe Japhet, & datus est majori filio Sem, & usque adhuc permanet, & permanebit in sæcula (7) sæculorum. Et cum comple-

բեհ որքոյ պարտից ; այժմ զազանն չորրորդ ետ եկուլ զերկրորդն . երկրորդն յորդւոց յաբեթի , և չորրորդն յորդւոցն սեմայ . և զի են որդիքն եսաւայ . Զի երբև ետես դանիէլ զանսիլն չորից գազանաց , ետես զառաջինն յորդւոցն քամայ , զաւակն նամբրովթայ . զի են բաբելացիք . և զերկրորդն զմարաց , և զպարսից , որք են որդիք յաբեթայ . և զերրորդն յունաց եղբարցն մարաց . և զչորրորդն զորդւոցն սեմայ . զի են որդիքն եսաւայ . եղև հաղորդութի որդւոցն յաբեթայ , ընդ որդիս սեմայ . Բարձաւ առաջնորդութի յորդւոց անտի յաբեթայ ; 'ի կրսերոյն . և տուաւ սեմայ երիցուն . և մինչև ցայսօր նա է , մինչև ցյաւիտեանս ժամանակաց . Եւ իբրև լինի ժա-

(1) Per quartam bestiam in visione Danielis Imperium Romanorum significari, communior est sacrorum Interpretum sententia, quam hoc loco adstruit, & confirmat auctoritas S. Jacobi Nisibeni, cujus ætate Romanorum armis universa Græcia, Asia, & Ægypto, quæ orbis terrarum regiones in successorum Alexandri Magni potestate erant, domitis, subjugatisque, eversoque Macedonico, Seleucidarum, & Lagidarum, aliisque Græcorum regnis, tertia bestia, scilicet Græcorum potentia a quarta devorata est, & consequenter etiam secunda, quam tertia jam ante devoraverat.

(2) Madai, ex quo Medi, & inde Medorum, ac Persarum imperium, & Javan, ex quo Græci, & Græcorum Monarchia, fuerunt ambo, ut dixi, filii Japhet. *Genesis cap. X. 2.*

(3) Nembrod enim, qui Babylonici imperii prima jecit fundamenta, fuit filius Chusi filii Cham. *Genes. X. 8.*

(4) Apud Orientales, quibus aliquo in pretio sacrarum Scripturarum auctoritas est, vetus traditio omnium fere consensu recepta obtinet: sub Abdone Hebræorum Judice Idumæorum coloniam, qui orti fuerant ex Esau, seu Edom, unde Idumæi dicti, transiisse in Italiam, ibique constitisse; ex ea autem regnasse Latinum, nec aliunde originem suam duxisse Romulum, qui Urbem Romanam condidit. *Basn. hist. Judæor. tom. 1. lib. II. cap. V. Calmet Diction. Bibl. verbo Esau.* Hinc est, quod Idumæorum nomine Hebræi Romanos significare solent; & quidem hæc traditio, cui ex verbis S. Jacobi non parum ponderis, atque auctoritatis accedit, nihil absurdi, aut inverisimilis habet; sed non ejusdem generis sunt, fabulæ, quas ea super Rabbini in odium Christianorum extruxerunt, quæ tanquam malignorum hominum commenta omnino rejicienda sunt. Bartoloccius Rabbinicarum rerum peritissimus in sua Bibliotheca magna Rabbinica *part. I. pag.* 547. agens de interpretatione quadam Rabbi Salomon: *Longe tamen*, inquit, *aberrat, quando dicit Romanos esse Tyrios, & Idumæos, quæ sententia cum sit comunis apud Hebræos, opportuniori loco ex professo de ea, Deo dante, tractabimus.* Et part. III. ejusdem Bibliothecæ eadem de re talia scribit: *Ex Esau, qui alio nomine vocatur Edom, Talmudistæ volunt omnes illos, quos* גוים *Gbojim Gentiles appellant, ortum habere; & Imperium Romanum, quod regnum Edom vocant, ab Esau, & ejus posteris initium sumpsisse. Et quia Imperium Romanum a Gentilibus ad Christianos translatum est, ideo quotiescumque contra Esau, Edom, aut Regnum Romanum obloquuntur, & dira imprecantur, semper contra Christianos imprecationes illas intendunt.*

(5) Plures enim Græcorum coloniæ in Italiam variis temporibus deductæ cum Aboriginibus in unam gentem, ac unum populum, atque in unam Romanorum Rempublicam coaluerunt, ut Dionysius Halicarnassæus, aliique rerum Romanarum veterrimi Scriptores testantur. Postea vero universâ Græciâ a Romanis subactâ, Græcorum alii in societatem, alii in Romanam Civitatem adsciti sunt, atque ita filiis Japhet cum filiis Sem consortium fuit.

(6) Nam Monarchia, & Principatus, quem Græci super plures Asiæ, Europæ, atque Africæ populos primum per Alexandrum Magnum, deinde per ejus successores obtinuerunt, delatus est Romanis, qui originem ducebant ex Sem, qui inter filios Noe natu major erat, Japhet autem, ex quo oriebantur Græci, minor. Itaque S. Jacobus adversatur eorum sententiæ, qui putant Japhet natu majorem fuisse. *Vide Calmet in Comment. ad cap. V. Genesis 31. & 32.* Quæ autem hoc loco a S. Jacobo exponuntur de successione Imperiorum juxta Danielis Prophetiam consentiunt cum iis, quæ ab aliis Ecclesiasticis antiquissimis Scriptoribus tradita sunt, teste Hieronymo in cap. VII Danielis, ubi diversam rejicit Porphyrii interpretationem. Et Cyrillus Jerosolymitanus catechesi XV §. 13. ad verba illa Danielis: *Quarta bestia &c. cap. VII. v. 23. Hoc autem*, inquit, *Romanum* (imperium) *esse*, *Ecclesiastici auctores tradiderunt. Cum enim primum, quod illustre fuerit, sit Assyriorum imperium: alterum Medorum simul, & Persarum: & tertium post hæc Macedonum: quartum imperium est præsens Romanorum.*

(7) Ad diuturnitatem Romani Imperii significandam Roma dicta est Urbs æterna, *Dempster. ad Rosin. Antiquit. Roman. lib. I. cap. II. pag. 9. col. 1. Inscript Antiqu. ap Gruterum & alios. P. de la Cerda in Comment. ad Virgil. lib. I. Æneidum. Gotfred. in Comment. ad Codic. Theodosian. Cornelius a lapide in cap. XVII. Apocalypsis v. 1. pag. 258. & in cap. XVIII. v. 2. p. 270.* & a Virgilio Jupiter inducitur de Romanis talia prænuncians: *Imperium sine fine dedi*. Ex versibus autem Sibyllinis Romani adhuc ethnici, & oraculorum Sanctæ Scripturæ ignari æternitatem Romani Imperii sibi spopondisse videntur. *Carm. Sybill. serm. III. & VIII.* Nam a Virgilio Marone inspectos fuisse libros Sybillinos alia ejus carmina aperte declarant. Et La-

ժամանակն կատարածի առաջնորդութե
որդւոցն Սեմայ . և ընդունի զարքայ_
ութիւն իշխանն , որ է յորդւոց անտի
յուդայ , իբրև գայ նա յերկրորդ գա_
լստեանն իւրում . Իսկ 'ի տեսլեանն նա_
բուգոդոնոսոր արքային , յորժամ ետես
զպատկերն , որ կանգնեալ կայր առա_
ջի նորա . գլուխ պատկերին յոսկւոյ
սրբոյ , Թաթք , և լանջքն , և բազուկք
պղնձիք . սրունքն երկաթիք . և ոտքն
հէտն յերկաթոյ , և հէտն 'ի խեցւոյ .
ասէ դանիէլ ցարքայ ; դու ես գլուխն
ոսկի . Եւ ընդէ՞ր կոչեցաւ նա գլուխ
ոսկի . այլ բանն երեմիայ մարգարէի
կատարեցաւ 'ի վերայ նորա , ասէ ; բա_
ժակ ոսկի է բաբելոն 'ի ձեռին տն , որ
արբուցանէ զամ երկիր 'ի գինւոյ նր .
Եւ սկիզբն ամ Թագաւորութեանց
բաբել կոչեցաւ , որպ և գրեալ է ; այս
է սկիզբն արքայութե նամրօթայ , բա_
բել . Եւ Թաթք , և լանջ , և բազուկք
պատկերին արծաթիք . ցոյց զն Թա_
գաւորութե , որ խոնարհագոյն է քան ,
զնա , զդ դարեհ արքայ մարաց , զի ըզ
Թագաւորութի կշռով ընկալաւ . կշռե_
ցաւ

pletum fuerit tempus principatus filiorum Sem, accipiet regnum Princeps, qui est ex filiis Judæ, cum secundo (1) advenerit. Porro in visione Nabuchodonosor Regis, quando vidit statuam, quæ erecta stabat ante eum: caput statuæ erat ex auro puro, manus, pectus, & brachia de argento, & venter, & femora ex ære; tibiæ autem ferreæ; & pedum quædam pars erat ferrea, quædam autem fictilis. Ait vero Daniel Regi: *Caput ex auro tu es*. Et quare dictus est ille caput aureum? quia sermo Jeremiæ Prophetæ impletus est super eum dicentis: *Calix aureus est Babylon in manu Domini, qui inebriat omnem terram de vino ejus*. Tum etiam, quia initium, & caput omnium regnorum Babel vocata est, sicut & scriptum est: *Hoc est principium regni Nembrod Babel*. *Manus autem, & pectus, & brachia statuæ de argento*, ostendunt regnum, quod est priori humilius (2), videlicet regnum Darii, qui regnum minoris ponderis accepit. Ponderatum est enim regnum domus Nembrod, & in-

Dan. II. 31. 33.
Ibid. 38.
Jerem. LI. 7.
Genes. X. 10.
Dan. ibid. 39.

M 2

Lactantius Firmianus *lib. VII. Divin. Instit. cap.* 25. agens de fine Mundi, & urbe Roma: *Etiam*, inquit, *res ipsa declarat, lapsum, ruinamque rerum brevi fore: nisi quod, incolumi urbe Roma, nihil istiusmodi videtur esse metuendum. At vero cum caput illud orbis ceciderit, & Ῥύμη esse cœperit, quod Sybillæ fore ajunt, quis dubitat venisse jam finem rebus humanis, orbique terrarum?* Apud autem divinæ fidei, ac Religionis cultores omnium veterum Patrum, & Ecclesiæ Magistrorum tum Græcorum, tum Latinorum communem persuasionem fuisse, eumdem fore Mundi, ac Romani Imperii finem, fidem faciunt Lactantius *loco citato*, & *capite XV. lib. VII. Instit.* Tertullianus *in libro ad Scapulam in princ.*, & *in Apologetico cap.* 32. Hieronymus *epist. ad Algasiam quæst. XI.*, & *in cap. VII. Daniel.* Augustinus *lib. XX de Civit. Dei cap* 19. Auctor comment. in epist. Pauli *int. op. Ambrosii II. epist. ad Thessal. cap. II. v.* 6. Cyrillus Jerosolymitanus *in Catechesi XV.* §. 11. & 12. Chrysostomus, Oecumenius, Theodoretus, aliique tum veteres, tum recentiores *in d. epist. ad Thessal.*, & *in cap. VII. Danielis*, & *in cap. XVII.* & *XVIII. Apocalypsis*. At enim cum Romanum Imperium defecerit, primum in Augustulo, qui ultimus Occidentale Imperium brevi tempore in Italia tenuit: Deinde in Oriente sub Constantino Palæologo, quo imperante Constantinopolis a Turcis capta est, finis autem mundi cum non adhuc venerit, nec prope esse videatur, quæret fortasse quispiam, quomodo hæc cum iis, quæ ex prophetia Danielis, & epistola Beati Pauli a Patribus, & antiquis Scriptoribus tradita sunt, concilientur? sed responderi potest: Romanum Imperium non adhuc penitus extinctum esse. Romanis enim Pontificibus, ad quorum supremam potestatem, & Pastoralem curam totius Christiani populi salutem non modo in spiritualibus, sed etiam in temporalibus procurare pertinebat, deficiente veteri Imperio, Imperatoribus extinctis, vel contra Catholicam fidem rebellantibus, novum Imperium, novumque Imperatorem adversus Saracenos, Turcas, Schismaticos, aliosque Christiani nominis inimicos defensorem, ac vindicem constituere placuit; atque ita Romani Imperii nomen, Imperatorisque auctoritas, certis tamen limitibus admodum constricta, & coarctata, primum ad Gallos, deinde ad Germanos translata est. Itaque opportune ad rem nostram scribit clariss. auctor Anglus Arthurus Duck *de usu*, & *auct. Jur. civil. Roman. lib. II cap II.* §. 4. *Quamvis magni illius Imperii vires adeo jam sint attritæ, ut illius umbra, & nomen tantum remaneat, & infra Germaniæ terminos angustos, dominiaque Imperatoris patrimonialia sit conclusum, & Germanicum potius quàm Romanum dicendum videatur; cum tamen Imperium boc usque ad secundum Domini Nostri adventum, & finem sæculi duraturum Theologi tradiderint; & Sultani Turcici vanè asserant se esse successores Constantini Magni in Imperio Romano, eadem plane vanitate, qua Constantinopolitani Imperatores se successores fuisse Alexandri Magni gloriabantur, quod Macedonia Romanorum Imperio cessisset: quin Imperium Turcicum a Saracenis potius quàm Romanis denominandum sit; ideo Romanum Imperium non alibi quàm in Germania consistere potest*.

(1) Nempe Christus Dominus. Nam cum Romani Imperii completa fuerint tempora, & mundi finis appropinquabit, veniet Antichristus *magicæ artis adminiculo Romanum Imperium usurpans*, inquit S. Cyrillus Jerosolymitanus *Catech. XV.* §. 12., qui post nonnulla ita prosequitur: *Postquam verò tres annos, & menses sex dumtaxat talia designaverit, ab secundo Unigeniti Filii Dei, Domini, & Salvatoris nostri Jesu, veri Christi glorioso de Cœlis adventu abolebitur; qui Spiritu oris sui Antichristum interficiens, illum igni tradet sempiterno*. Ita etiam Hippolytus *de Antichristo* §. 26. Irenæus *adv. hæres. lib. V. cap.* 26., & alii superius citati.

(2) Danielis capite secundo v. 38. 39. ita habetur: *Tu es ergo caput aureum: & post te consurget regnum aliud minus te, argenteum*.

& inventum est (1) deficiens, & deficiens accepit Rex Darius: propterea ejus regnum humilius, atque inferius esse significatur. Nam defecerat illud, & non fuerunt sub ejus dominio viri universæ
Dan. II. 32. terræ. *Et venter, & fœmora ex ære.*
Ibid. 39. Et additur: *Regnum tertium dominabitur super totum orbem*; quod est regnum filiorum Javan ex Japhet. In regnum fratrum suorum ingressi sunt filii
Gen. X. 2. Javan; quippe Madai, & Javan erant filii Japhet: demens erat Madai, & deficiens in regimine regni, donec venit Javan frater ejus, qui erat sapiens, & prudens, & regnare sciebat. Dominatus
Dan. II. 33. est enim Alexander super orbem. *Et tibiæ, & pedes statuæ ex ferro*: hoc est regnum filiorum Sem ex Esau, quod est forte sicut ferrum. Dicit enim Scriptu-
Ibid. 40. ra: *Quomodo ferrum conterit, scindit, & comminuit: similiter comminuet, & scindet, & domabit omnia.* Et loquens de pedibus, & digitis: quorum una pars erat ex ferro, & altera ex testa, dixit: *Non adhærebunt, nec misce-*
Ibid. 43. *buntur invicem: Nam ex uno semine erunt, sed nequaquam invicem conjungentur, quemadmodum ferrum non miscetur testæ.* Hoc autem præmonstravit de quarto regno: Quoniam in regno filiorum Esau Rex regni gubernator non assumebatur e filiis ex regia stirpe natis; sed congregati filii Esau in civitate quadam constituebant domum consilii; & inde ex Magnatibus civitatis virum (2) sapientem eligebant Rectorem regni, ne, cum ponderaret eos Dominus regni, invenirentur deficientes, & auferretur ab eis regnum, quemadmodum ablatum est regnum domus Nembrod, & traditum est Medis insipientibus. Rex autem, qui creabatur, prolem præcedentis (3) Regis occi-

ցաւ Թագաւորութիւն տանն Նամրօթայ, եւ գտաւ պակասեալ, եւ զպակասեալսն ընկալաւ դարեհ արքայ. վ̄ն այսորիկ առաց քայ, խոնարհագոյն է Թագաւորութիւն նորա. եւ քանզի պակասեալ էր նա, ոչ տիրեցան նմ̄ արք ա̄մ երկրի. Եւ մէջ, եւ բարձքն պղնձիք. եւ ասէ; Թագաւորութիւն երկրորդ տիրեսցէ 'ի վերայ ա̄մ տիեզերաց, որ է Թագաւորութիւն որդւոցն յաւանայ յաբեթեան. 'Ի Թագաւորութիւն եղբարց իւրեանց մտին որդիքն յաւանայ; քանզի մադայ, եւ յաւան որդիք էին յաբեթայ. անմիտ էր մադայ, եւ պակաս յառաջնորդութեն Թագաւորութեն, մինչ եկն յաւան եղբայր նր̄, որ իմաստուն, եւ խորհրդական էր, եւ գիտէր առաջնորդել Թագաւորութեն. տիրեաց աշխարհիս 'ի վ̄ր տիեզերաց. Եւ սրունք, եւ ոտք պատկերին երկաթիք. որ է Թագաւորութիւն որդւոցն սեմայ եսաւեանց, զի հզօր է իբրեւ զերկաթ. Եւ ասէ; զոր օրինակ երկաթ փշրէ, մաշէ, եւ մանրէ. նմանապէս մանրեսցէ, եւ մաշեսցէ, եւ հնազանդեցուսցէ զամենայն. Եւ մէկնեաց վ̄ն ոտիցն, եւ մատանց. մի կողմն յերկաթոյ, եւ մի կողմն 'ի խեցւոյ. ասէ; ոչ յենիցին խառնակիցին ընդ միմեանս. Քանզի 'ի միոջէ զաւակէ իցեն, բայց 'ի միմեանս ոչինչ յարիցեն, զորօրինակ ոչ խառնի երկաթ ընդ խեցւոյ զայս վ̄ն Թագաւորութեն չորրորդի եցոյց. Քանզի Թագաւորութիւն որդւոցն եսաւայ, ոչ էթէ Թագաւոր 'ի Թագաւորաց յառնէր առաջնորդ Թագաւորութեն; այլ իբրեւ ժողովեցան որդիքն եսաւայ 'ի քաղաքի միում, արարին զատուն խորհրդեան. եւ անտի կացուցանէին ծոխք քաղաքին զայր իմաստուն առաջնորդ Թագաւորութեն. զի մի' յորժամ կշռեսցէ զնոսա առաջնորդ Թագաւորութեն իւրեանց, գտցին

(1) Alludit S. Jacobus ad interpretationem Danielis, cum exposuit verba illa, quæ veluti manu hominis scripta contra candelabrum in superficie parietis Aulæ Regiæ Balthasar Rex in convivio aspexit. Ea autem talis est: MANE *numeravit Deus regnum tuum, & complevit illud.* THECEL *appensus es in statera, & inventus es minus habens.* PHARES *divisum est regnum tuum, & datum est Medis, & Persis.* Dan. V. 26. 27. 28.

(2) Ad Romanum enim Senatum spectabat jus eligendi Imperatorem: *Senatus Romanus*, inquit Arthurus Duck, *sub Imperatoribus primariam Imperatoris eligendi potestatem habebat, & Imperatorum per acclamationes legionum designatorum potestas rata non habebatur, donec in Senatu confirmata esset.* Arth. Duck *de usu, & auct. Jur. civil. lib. II. c. II. §. 4. pag.* 162., Vincentius Gravina *de Rom. Imper. §.* 32. *Imperatorum creatio etsi Senatus Consulto, & Patrum auctoritate compleretur; apud Historicos tamen haud raro invenitur tributa militibus, non quia jus aliquod ab eis conferretur; sed quia Patrum auctoritas eo plerumque vertebatur, quo militum voluntas tenderet, adeo ut in Imperatoris creatione milites voluntatem suam, vel appellando, vel purpura eum induendo significarent; Patres verò, quem acclamatione sua exercitus petebat, Imperatorem instituerent.* Hæc autem, recensitis deinceps omnium veterum Romanorum Imperatorum creationibus, late ac erudite confirmat. Consentiuntque omnes, qui in veteri Romana Historia versati ea de re aliquid literis tradiderunt.

(3) Quanta crudelitate sævierint Romani Imperatores in suorum Prædecessorum seu filios, seu cognatos, & proqinquos, seu amicos, & fautores,

դացեն պահպանեալք, և քարձցի 'ի նո_
ցանէ Թագաւորութի. զորօրինակ քար-
ձաւ Թագաւորութի տանն նամրօթայ
ամբարտաւանի, և տուՆաւ մարդաց ան_
մաստ; և Թագաւորն, որ կայր, զզաւակ
առաջին Թագաւորին սպանանէր, և
ոչինչ յարէին 'ի միմեանս. քայց զաւակն
մարդկան, որ առաւելցաւ 'ի խեցի.
այսպէս են երքս; յորժամ ընտրէր Թա_
գաւորն 'ի Թագաւորութի, խառնէր
յարմատն երկաթի. Եւ եցոյց զի
յաՆուրս Թագաւորութեցն այնոցիկ,
յարուսցէ ա՟Ծ յերկնից զԹագաւորութի
մի, որ յաւիտեան ոչ եղծանիցի, և ոչ
անցանիցէ, որ է արքայութի արքային
Քրիստոսի.

Եւ 'ի վերոյ ասէ; տեսանեի եւ,
զի վէմ մի հատանիւր առանց ձեռին
մարդոյ, և հարկանէր զպատկերն 'ի
վերայ երկաթեղէն ոտիցն, և անդէն
սատակէր. Եւ ոչ ասաց, թէ 'ի վերայ
գլխոյն հարկանէր. և ոչ 'ի վերայ Թա_
Թից, լանջի, և բազկաց, և ոչ 'ի վերայ
միջոյն, և քարձից, այլ 'ի վերայ ոտիցն;
զի 'ի պատկերէն ամենայնէ, զոտսն
միայն գայ գտանէ վէմն. Եւ 'ի պատ_
գամի անդ որ զկնի նորա, ասէ; առ_
հասարակ մանրգամայն փշրեսին, մանր_
քեսն, երկաթն, և պղինձն, և ար_
ծաթն, և ոսկին զկնի նոցա. Իւր Թա_
գաւորէ արքայն Քս. այս խոնար_
հեցուցանէ զԹագաւորութի չորրորդ.
և ապա յետոյ մանրէ զամ պատկերն.
Պատկեր ամ աշխարհս կոչեցեալ է. և
գլուխ

occidebat, & haudquaquam invicem conjungebantur. Itaque genus illud hominum præsignatum fuit in testa mixta ferro, ut & discordia, & crudelitas eorum his signis indicaretur; quapropter qui Rex eligebatur, revera innitebatur radicibus ferreis. Propheta autem prædixit: *Quod in diebus regnorum illorum suscitabit Deus de Cœlis regnum, quod in æternum non destruetur, & non transibit*, quod est regnum Regis (1) Christi. **Dan. II. 44.**

§. 11. Et paulo supra inquit: *Videbas ergo, quod lapis unus abscindebatur sine manu hominis, & percutiebat statuam super ferreos pedes, & deinde dejiciebat*. Et non dixit, quod super caput percutiebat, neque super manus, pectus, & brachia, neque super ventrem, & fœmora, sed super pedes. Nam ex tota statua pedes tantum, & tibias lapis adveniens invenit. Et in iis vero, quæ postea ibidem subjiciuntur, nempe quod *una simul conterebantur, & comminuebantur ferrum, & æs, & argentum, & aurum*: præmonstratur regnum Christi, qui humiliat regnum quartum, ac proinde totam statuam brevi tempore comminuit. Statua totus mundus vocatus est, & caput Nabuchodonosor Rex: manus, & pe-

Per lapidem, quo percussa est statua, significabatur Christus. **Dan. II. 34.**

tores, qui res Romanas literis mandarunt, nobis aliqua ex parte tradiderunt. Quare mirum esse non debet, si S. Jacobus, qui in locis tam magno locorum intervallo a Romana Urbe dissitis, ac separatis degebat, scribat, Imperatores Romanos eligi consuevisse a Senatu, a quo vel eligebantur, vel certe a militibus electi, seu acclamati confirmabantur; & insuper addat, Imperatores electos occidere consuevisse Prædecessorum filios more Orientalium; apud quos, si quando quispiam alienigena a Regia stirpe regnum vel armis, vel populorum voluntate occupasset, omnes è Regio sanguine ortos interficiebat, ut eorum cæde regnum sibi firmaret; verosimile enim est, Romanarum proscriptionum famam late Orientales regiones implevisse, & ingentes Romanorum Civium cædes rumore ipso, & fama auctas ad eorum aures pervenisse. Cæterum Danielis verba de pedibus statuæ partim ferreis, partim fictilibus, ita exponit Sanctus Hieronymus *in Comment. in Daniel. cap. II. Regnum autem quartum, quod perspicue pertinet ad Romanos, ferrum est, quod comminuit, & domat omnia, sed pedes ejus, & digiti ex parte ferrei, & ex parte sunt fictiles: quod hoc tempore manifestissime comprobatur. Sicut enim in principio nihil Romano Imperio fortius, & durius fuit, ita in fine rerum nihil imbecillius, quando & in bellis civilibus, & adversum diversas nationes, aliarum gentium barbararum indigemus auxilio*.

(1) *Florente*, inquit Daniel Huetius, *Romanorum imperio proditurum Messiam prædixit Daniel, quo certum adventus ipsius indicium continetur. Atque hic Judæorum consensu juvamur, apud quos commune effatum est, vigente Imperio Idumæorum (quo nomine Romanos signare solent) proditurum Messiam*. Huet. *Demonstr. Evang. propos. IX.* § 4. *p.* 364. Non solum de primo Christi adventu, sed etiam de secundo prædictum fuisse a Daniele, plures putant, adventurum Christum Dei Filium durante adhuc Romano Imperio. Et quidem ex antiquis Patribus S. Hieronymus ad verba illa Danielis: *Et vidi, quoniam interfecta esset bestia &c.* talia subnectit: *In uno Romano Imperio propter Antichristum blasphemantem, omnia simul regna delenda sunt, & nequaquam terrenum Imperium erit, sed Sanctorum conversatio, & adventus Filii Dei triumphantis*. Et ex recentioribus Scriptoribus Cornelius a Lapide *in Comment. in Dan. cap. II. Imperium Romanorum*, inquit, *stabit ad finem mundi, scilicet usque ad Antichristum, qui illud destruet, ac mox ipse destruetur a Christo Judice, qui evertens omnia regna terrena, inducet regnum beatum, & gloriosum in Cœlis*. Id autem confirmant omnes antiqui Patres, Hippolytus, Irenæus, Lactantius, Cyrillus Jerosolymitanus, aliique superius laudati.

pectus, & brachia Rex Medorum, & Persarum; & venter, & femora Rex Græcorum; & tibiæ, & pedes regnum filiorum Esau. At lapis, qui percutiebat statuam, & comminuebat, & a quo implebatur omnis terra, est regnum Christi Regis, qui facit, ut transeat regnum illud, & ipse regnat in sæcula sæculorum.

Dan. II. 35.

գլուխ Նաբուգոդոնոսոր արքայ. Թանթքն և լանջք, և բազուկք. Թագաւորն Մարաց, և պարսից. և մէջ, և բարձք, Թագաւորն յունաց, և սրունք, և ոտքն, Թագաւորութիւն որդւոց Եսաւայ. Իսկ վէմն, որ հարկանէր զպատկերն, և մանրէր, և լնանէր 'ի նմանէ ամ երկիր, արքայութիւն Քի արքային է, որ զանցուցանէ զԹագաւորութիւն այս աշխարհիս, և ինքն Թագաւորէ յաւիտեանս յաւիտենից։

Quid indicabant quatuor bestiæ quæ de mari ascendebant.

§. 12. Item audi de alia visione quatuor bestiarum, quæ ascendebant de mari, & erant terribiles, una alterâ terribilior, & hæc forma specierum, quas habebant. *Prima quasi leo, & alæ ejus veluti aquilæ. Et aspiciebam donec evulsæ sunt aquilinæ alæ ejus, & descendens stetit super pedes suos, quasi super pedes hominis, & cor hominis datum est ei*; Secunda *similis urso, & transiens stetit illa in parte una; & tres costæ erant in ore ejus, & in faucibus ejus*. Et tertia *quasi pardus, & erant ejus alæ quatuor, & capita quatuor*. Et quarta *bestia terribilis, admirabilis, & fortior primis: dentes ejus ferrei, magni, & ungulæ æneæ: comedebat, comminuebat, & reliqua pedibus suis conculcabat*. Mare magnum hic mundus est. Quatuor bestiæ sunt quatuor regna, quæ superius memorata sunt.

Dan. VII.
Dan. VII. 4.
Ibid. 5.
Ibid. 6.
Ibid.

Լուր դարձեալ վս տեսլեանն չորից գազանաց, զի ելանէին 'ի ծովէ անտի, և ահագին էին մի քան զմի. և այս տեսիլ կերպարանաց նոցա. Առաջինն իբրև զառիւծ, և Թևք նորա իբրև արծուոյ. Եւ տեսանէի, զի Թափեցան փետրաղաԹևք նր, և էջ եկաց 'ի վերայ ոտից իւրոց, իբր 'ի վերայ ոտից մարդոյ, և սիրտ մարդոյ տուեալ նմա. Երկրորդն նման արջոյ. և կանգ եկաց նա 'ի կողմն մի. և կողք երեք 'ի բերան նորա, և 'ի մէջ ժանեաց նորա. Եւ երրորդն իբրև զինձ, և էին նորա չորք Թևք, և չորք գլուխք. Եւ գազանն չորրորդ ահեղ զարմանալի, հզօր առաւել քան զառաջինսն, ժանիք նորա երկաԹիք մեծամեծք, և մագիլք պղնձիք. ուտէր, մանրէր, և զմնացորդսն առ ոտն կոտորէր. Ծովն մեծ, աշխարհս այս է. Չորք գազանքն, չորք Թագաւորութիւնք են, որք 'ի վերոյ գրեցալք են.

Quomodo visio primæ bestiæ completa est in Nabuchodonosore Babyloniorum Rege.

§. 13. Prima bestia est Rex Babyloniorum, qui assimilatus est leoni. Nam scripsit Jeremias: *Ovis oberrans Israel, leones dispersefunt eum: Primò comedit eum Rex Assyriorum*. Sed (1) Babyloniorum Rex Rege Assyriorum fortior factus est, quem idcirco leonem vocavit Jeremias, de quo & Daniel dicit: *Alæ aquilæ erant*. Sic enim scriptum est de Nabuchodonosore, cum exivisset in desertum cum bestiis, *creverunt crines capillorum ejus, sicut aquilæ*; & sequitur in prophetia Danic-

Jer. L. 17.
Dan. IV. 30.

Գազանն առաջին, է Թագաւորն Բաբելացւոց, որ նմանեցոյց առիւծու. այսպէս գրեաց Երեմիա; ոչխար մոլորեալ Իսրայէլ, առիւծք մոլորեցուցին զնոսա. Առաջին եկեր զնա արքայն Ասորեստանեայց. և այս միւս եւս զօրացաւ քան զնա արքայն Բաբելացւոց, զոր առիւծ կոչեաց Երեմիա. և ասէ; Թևք արծուոյ էին. Այսպէս գրեալ է; 'ի ժամանակին իբրև էր Նաբուգոդոնոսոր յանապատ ընդ գազանս, աճեցին հերք վարսից նորա իբրև զար-ծուոյ

(1) Etenim duo fuerunt regna, unum Assyriorum, alterum Babyloniorum; extincta est enim prima Assyriorum Monarchia cum Sardanapalo, qui exundantis fluvii impetu cum disjecta fuisset magna pars muri urbis, in qua clausus obside atur, desperatione actus, se, & regiam cum concubinis, & divitiis omnibus incendio absumpsit. *Usser. in Annal vet. & nov Testam.* Ex primæ autem hujus Monarchiæ ruinis tria orta sunt Imperia, Medorum, qui per plures annos sine Rege vixerunt; Assyriorum secundum, quod instauratum est in Nino juniore, alio nomine dicto Theglathphalasar, qui veteris Imperii Assyriorum nomen, non autem potentiam obtinuit; Babyloniorum tertium, quod Assyriorum regno longe & viribus, & potentia, ac dominii amplitudine præcessit, præsertim imperante Nabuchodonosore, de quo scribit Berosus teste Flavio-Josepho *lib. I. contr. Apion.*, tenuisse præter Babylonicam Regionem, & Chaldæam, Ægyptum quoque, Syriam, Phœniciam, Arabiam, & inter universos priores Chaldæorum, & Babyloniorum Reges, rebus præclare gestis, & victoriis præcelluisse; & de Nabopolasaro Patre Na-

[illegible]

nielis: *Vidi, quoniam evulsæ sunt aquilinæ alæ ejus: & descendens stetit super pedes ejus tanquam homo, & cor hominis datum est ei.* Primo in visione statuæ significatus est Rex Babyloniorum in auro, quod pretiosius est omni eo, quod æstimatur in terra; & in visione bestiarum significatus est in leone, qui fortior est omnibus bestiis; itidem significatus est in aquila, quæ præ omnibus avibus pernicitate prædita est: Quidquid scriptum est de eo, impletum est. Dicit de illo Dominus: *Ego dedi jugum ferreum super collum gentium, & servient Regi Babyloniorum septuaginta annis: bestias deserti, & aves Cœli dedi ei in servitutem.* Cum factus esset ille Rex instar aurei capitis, servierunt ei homines tanquam Regi. Et cum egressus esset in desertum, servierunt ei bestiæ tanquam leoni. Et cum crevissent capilli ejus, & facti essent quasi aquilæ, aves servierunt ei tanquam aquilæ. Et cum elevatum esset cor ejus, & non agnovisset e Cœlis esse sibi potestatem, ablatum est jugum ferreum e collo omnium hominum, & egressus est ille cum bestiis, & pro corde Regis datum est ei cor leonis. Et cum elevatus esset super bestias, ablatum est ab eo cor leonis, & datum est ei cor avis. Et cum crevissent alæ ejus, & factæ essent quasi aquilæ, & elevatus esset ille super aves, aquilinæ etiam alæ subinde ei avulsæ sunt. Sed cum agnovisset, Altissimum dominari super regna hominum, & cui voluerit dare ea, tunc datum est ei cor sapiens, & cœpit benedicere Deo, tanquam homo.

Dan. VII. 4.

Jer. XXVIII. 14

Jer. XXV. 11.

Dan. IV. 31. 32. 33. 34.

§. 14. Bestia secunda *similis urso, quæ stetit in una parte*, est regnum Medorum, & Persarum, quod in Oriente firmatum stetit. *Et tres costæ in ore ejus*, siquidem cornibus ventilabat aries contra Aquilonem, & Meridiem, & Occidentem per tres ventos Cœli, hos tres ventos tenebat, & per hos cornibus ventila-

Bestia secunda imperium Persarum; tertia Græcorum; quarta Romanorum significatur.

Dan. VIII. 4.

Nabuchodonosoris Regis Babyloniorum narrat Alexander Polyhistor, exercitum duxisse adversus Saracum Assyriorum Regem Ninive commorantem, qui subito hostium impetu exterritus, inopsque consilii se cum Regia combussit. *In Græcis Euseb. Jos. Scaligeri pag. 46.* Κατὰ τοῦ αὐτοῦ Σάρακος εἰς Νῖνον ἐπιστρατεύει· οὗ τὴν ἔφοδον πτοηθεὶς ὁ Σάρακος ἑαυτὸν σὺν τοῖς βασιλείοις ἐνέπρησε· καὶ τὴν ἀρχὴν Χαλδαίων παρέλαβεν ὁ αὐτὸς Ναβοπολάσαρος ὁ τοῦ Ναβουχοδονόσορος πατήρ. *Contra eumdem Saracum in Ninive exercitum duxit; cujus impetum veritus Saracus seipsum cum Regia incendit; & imperium Chaldæorum accepit ipse Nabopolasarus Pater Nabuchodonosoris.*

tilabat aries ad instar trium costarum, qui erant in ore (1) ursi; donec hircus Occidentis percussit arietem, & evulsit costas ab ore ejus. Bestia autem tertia similis pardo: *Et erant quatuor alæ avis in lateribus ejus, & quatuor capita.* Bestia tertia est Alexander Macedo; quoniam erat vi, & velocitate præditus, quasi pardus. *Et quatuor alæ, & quatuor capita bestiæ*, quia ille regnum quatuor amicis suis divisit, ut post eum regnarent. Ipse autem cum in Asiam venisset, victo, atque occiso Dario, post eum Orientis Imperium obtinuit. De bestia autem quarta dicitur, *terribilis, & admirabilis, & fortior est: comedebat, & comminuebat, & reliqua pedibus suis conculcabat.* Hæc regnum filiorum Esau significat. Postquam enim Alexander Magnus imperium Asiæ adeptus est, fundatum est regnum Græcorum, quia Alexander natione Græcus erat, & in eo visio tertiæ bestiæ impleta est, quæ vicit secundam, tertia vero bestia superata est a quarta. Regnavit autem Alexander duodecim (2) annis: & deinceps fuerunt alii Reges Græcorum. Nam post Alexandrum septemdecim (3) Reges

Dan. VII. 6.

Dan. VII. 7.

նուրթի երից կողեցն, որք էին 'ի բերան արջոյն. մինչև քօշն արևմտից եհար զխոյն, և թափեաց զկողսն 'ի բերանոյ նորա: Եւ գազանն երրորդ, նման ընձու, և էին նորա չորք թևք թռչնոյ 'ի կողս նորա. և չորք գլուխք: Գազանն երրորդ, աղեքսանդր մակեդոնացի է. զի բուռն, և սաստիկ է իբրև զինձ: Եւ չորք թևք, և չորք գլուխք գազանին. զի ետ նա զթագաւորութի չորից բարեկամաց իւրոց, զի ունեցին զկնի նորա. իբրև եկն, և եսպան ըզ դարեհ պարսայ, և թագաւորեաց փոխանակ նորա: Եւ զգազանէն չորրորդէ ասէ. ահեղ, և զարմանալի, և հզօր է առաւել. ուտէր, և մանրէր, և զմնացորդսն առ ոտն կոտորէր: Սա թագաւորութի որդւոցն եսաւայ է: Քանզի յետ թագաւորութե աղեքսանդրի մակեդոնացւոյ, հաստատեցաւ թագաւորութի յունաց. զի աղեքսանդր անգանէր 'ի յունաց: Բայց տեսիլ երրորդ գազանին 'ի վերայ նորա կատարեցաւ. իբրև եաեւ նա զերկրորդ, և զչորրորդն: Թագաւորեաց աղեքսանդր զամս երկոտասան. Եւ եղեն թագաւորք յունաց. և զկնի աղեքսանդրու եօթն առ տասն թագաւորք լինին 'ի նմա.

(1) Nam regnum Persarum, & Medorum ostensum est Danieli in imagine arietis, quem vidit, cum esset in Susis; in visione autem bestiarum, significatum est per Ursum; & in visione statuæ, per pectus, & brachia de argento, ut superius S. Jacobus explicavit, consentiuntque alii veteres Patres, & recentiores sacrarum Scripturarum Interpretes. Instar omnium nobis unus erit Hippolytus, qui in libro de Antichristo §. XXVIII. Prophetiam Danielis his verbis summatim exponit: *Aureum caput simulacri, leæna; Babylonii erant. Humeri, & brachia argentea, ursus; Persæ, & Medi. Venter, femurque æneum, Pardus; qui ab Alexandro Græci rerum potiti sunt. Crura ferrea, stupenda bestia, ac terribilis; Romani, qui nunc rerum potiuntur.*

(2) Idem annorum numerus regno Alexandri tribuitur in S. Scriptura *Maccab. lib. I. cap. I. v.* 8 Cæterum veteres, ut recentiores omittam, Scriptores tum Græci, tum Latini non parum dissident inter se, tum de tempore, quo Alexander vixit, tum de annis, quibus regnavit. Nam duodecim anni a Philippi morte ad Alexandri decessum colliguntur in Eratosthenis Canonibus *apud Clement. Alexandr. lib. I. Stromat.*, totidemque annos Alexandrum regnasse traditur præter Maccabæorum librum in utroque Hebræorum Chronico, & a Tertulliano *lib. contra Judæos cap.* 8: Porphyrio *in Græcis Eusebianis Scaligeri pag.* 124. Juliano *in Cæsaribus*, Rufino *in Joseph. antiqu. lib. XII. cap.* 2., Orosio *lib. III. cap.* 23. Hieronymo, & Theodoreto *in Danielis cap. XI.* E diverso autem A. Gellius *lib. XVII. cap.* 21. *noct. Att.* annos tantum undecim; Julius Africanus, & ex eo Eusebius in Chronico annos duodecim, & menses sex; Diodorus Siculus *sub finem lib. XVII.* annos totidem, & menses septem; Titus Livius *lib. IX. & XLV.* & Cornelius Nepos *in Eumene* tredecim annos regnum tenuisse affirmant.

(3) Septemdecim Reges, qui post Alexandri mortem Syriæ, & Asiæ regnum tenuerunt, enumerantur ab Eusebio *in Chronico*, & a Porphyrio *in Græcis Eusebianis Scal. pag.* 62. initio facto a Seleuco Nicanore usque ad Philippum, qui cum Antiocho Cyziceni Filio regnavit, vel potius assiduè de universo Syriæ regno, teste eodem Porphyrio *ibid. pag.* 62. cum eodem Antiocho contendit, ac decertavit. Nomina autem Syriæ Regum hæc sunt:

Seleucus Nicator, seu Nicanor,	Antiochus Eupater,
Antiochus Soter,	Demetrius Soter,
Antiochus Theos,	Alexander,
Seleucus Callinicus,	Demetrius,
Seleucus Ceraunus,	Antiochus Sidetes,
Antiochus Magnus,	Demetrius,
Seleucus Philopater,	Antiochus Grypus,
Antiochus Epiphanes,	Antiochus Cyzicenus,
	Philippus,

post Philippi nomen in laudato Eusebii Chronico annus primus, & secundus ejus regni notatur, deinde hæc subjecta leguntur *Huc usque Syria possessa per Reges in Romanam ditionem cessit.* Etenim sub Philippo Grypi filio cum Antiocho armis de regno, ut dictum est, contendente, Syriam a Romanis in provinciam redactam esse, testatur etiam Porphyrius loco laudato. Nam Pompejus reversus ex Armenia, ut ex Dionis *lib. XXXVII.* scribit Xiphilinus, Cælesyriam, & Phœnicen nuper Regibus liberatas, atque ab Arabibus, & Tigrane vastatas conjunxit; Antiocho autem eas repetenti respondit: *Ne volenti quidem Syriæ, nedum recusanti, daturum se Regem, qui XIII. annos, quibus Tigranes Syriam tenuit, in angulo Ciliciæ*

նմա, և են ամք նոցա, երկերիւր վաթսուն 'ի Կեսղովնայ Նիկանովրեանց, մինչև ցպտղոմէոս : և եղեն Կեսղովնա

ges extiterunt; & anni sunt ducenti sexaginta (1) ex Seleuco Nicanorita usque ad Ptolomæum. Fuerunt etiam ab Augusto

N

liciæ latuerit, victo autem eodem Tigrane a Romanis, alieni operis præmia postulet. Igitur ut habenti regnum non ademerit, ita quo cesserit Tigrani, non daturum, quod tueri nesciat. Ita Justinus, quibus hæc alia adjungit: *Atque ita Syriam in Provinciæ formam redegit, paulatimque Oriens Romanorum, discordia consanguineorum Regum, factus est.* Haud dissimilia scribit Appianus, factum Pompeji reprehendens his verbis: *Pompejus Luculli successor, debellato Mitridathe, Tigranem quidem in Armenia regnare passus est; Antiochum verò nunquam de Populo Romano male meritum spoliavit regno Syriæ, quia facile fuit tanto exercitu Regem inermem opprimere, quamvis alia causa prætexebatur, videlicet iniquum esse, postquam veteres Reges semel Tigranis armis pulsi fuere Syria, nunc eam Seleucidis victis cedere, potius quàm Romanis victoribus.*

(1) Կեսղովնայ Նիկանովրեանց Ghiesthovna Nighanowrianz his vocibus veteri Armena lingua *Seleucus Nicanor* significatur; nam postea ab Armenis tum in versione S. Scripturæ, qua communiter utuntur, tum in aliis libris Seleucus vocabulo Græcæ voci simili nuncupatus est. Ita Machabæorum *libro II. cap. III. vers. 3.* Սելևկիոս արքայ կողմանցն ասիացւոց Scelieughios archa ghouscemanzn asiazusz. *Seleucus Rex partium Asiaticarum.* Neque id cuiquam mirum esse debet, cum plura alia nomina, sive propria, sive appellativa in his Sermonibus occurrant, quæ alio modo elata, & Græcis dictionibus viciniori, ac similiori nuncupata in versione Armena sacræ Scripturæ, aliisque in libris leguntur. Unde summa Scriptoris horum Sermonum antiquitas, ut latius in Præfatione dicetur, ostenditur. Sed redeo ad Seleucum. Ille igitur Nicanoritæ nomine hoc loco intelligitur Seleucus, qui non Babyloniæ solum, sed etiam Mediæ dominium, occiso in pugna sua manu Nicatore, sive Nicanore, cui Antigonus Mediæ Satrapiam commiserat, ab hoste cæso cognomentum adeptus est, vel potius, ut scribunt Appianus *in Syriacis pag. 124.*, & Ammianus Marcellinus *lib. XXIII. Hist.* ex frequentibus victoriis, quas ex inimicis retulit, Nicatoris, seu Nicanoris nomen accepit. Seleucus autem omnium Syriæ Regum primus fuit, & omnium Successorum Alexandri, qui secundam bestiam, hoc est Persarum, & Medorum regnum contrivit, (ut dictum est) potentissimus. Siquidem Babylonia, Mediaque potitus *ultra Euphratem*, inquit Appianus *in Syriacis pag. 123.*, *promovit Imperium, sorte potitus terris hinc usque mare, inde usque mediterraneam Phrygiam pertinentibus. Et quia nullam unquam occasionem prætermittebat opum ampliandarum, verbis ac viribus efficax acquisivit Mesopotamiam, Armeniam, & Cappadociam cognomento Seleucidem: ad hæc Persas, Parthos, Bactros, Arabes, Tapyros, Sogdios, Arachotas, Hyrcanos, aliasque conterminas gentes usque Indum fluvium, ab Alexandro prius devictas, quo excepto, nemo unquam plures terras in Asia tenuit. Nam a Phrygiæ terminis Indum usque Mediterranea Seleuco parebant omnia: & hoc quoque trajecto bellum gessit cum Sandroceto Rege Indorum, flumen id accolentium, donec affinitate intercedente pax secuta est.* Ita Appianus, & similia tradit ex Trogo Pompejo Justinus *lib. XV. cap. IV.* de Seleuco inquiens: *Post mortem Alexandri occupato regno Orientis, urbem condidit, ibique geminæ originis memoriam consecravit.* Et paulo post subjicit: *Principio Babyloniam cepit, inde auctis ex victoria viribus, Bactrianos expugnavit. Transitum deinde in Indiam fecit, quæ post mortem Alexandri, veluti cervicibus jugo servitutis excusso, Præfectos ejus occiderat.* Ptolomæum vero, de quo mentio hìc fit a S. Jacobo, nullum alium esse puto, quàm Ptolomæum Dionysium, qui a Cæsare victus, dum fugam conscensa navi maturat, ea submersa in flumine periit, ejusque corpus limo obrutum, ad Nili ripam delatum indicio loricæ aureæ, qua Ægypti Reges uti solebant, cognitum est. *Hirtius de bello Alexandr. Livii epit. lib. 112. Dio Cassius lib. 42. Julius Capitolinus in Maxim. Jun. Eusebius in Chron. Florus lib. IV. cap. 2. Eutropius lib. 6. Orosius lib. VI cap. 16.* Morte autem Ptolomæi universum Macedonum Imperium, extinctis Asiæ, atque Ægypti Regibus, eversum est, & in Cæsaris Romanorum Imperatoris potestatem venit, atque ita quarta bestia, nempe Romanorum Imperium terribilis, atque formidabilis tertiam bestiam, hoc est Regnum Græcorum, quemadmodum in visione Danieli ostensum est, comminuit, ac devoravit. Propterea S. Jacobus ex omnibus Alexandri Magni Successoribus, de duobus tantum, nempe Seleuco Nicanore, & Ptolomæo Dionysio, ut puto, meminit: Quia primus Persarum Monarchiæ, hoc est secundæ bestiæ, & majorum regnorum Alexandri partem tenuit; alter vero ultimus Macedonum Regum fuit, qui in Oriente Alexandri Magni armis, & virtute subacto dominati sunt, & quocum Græcorum Monarchia extincta quodammodo visa est. Nam Cæsar Ægypto potitus, licet illam post mortem Ptolomæi Dionysii in Romanorum provinciam non redegerit; sed eam tradiderit Cleopatræ, cujus amoribus irretitus, ejus gratia totum bellum gesserat, *Dio Cass. lib. 42. Oros. hist. App. Alexand.*, *aliique*; nihilominus recte a Sancto Jacobo finis Monarchiæ Græcorum in Ptolomæo constituitur, quia postea Cleopatra cum suo minimo fratre regnum Ægypti non proprio, sed precario quodammodo jure per aliquot annos a Cæsare acceptum tenuit. Seleucus autem cognomento Nicanor Regis nomen, ac dignitatem sibi asseruit, posteaquam superiores Asiæ provincias subjecit; & Antigonus, accepto a Demetrio filio nuncio præclaræ victoriæ, quam navali pugna adversus Ptolomæum Lagi filium retulerat, impositoque sibi ab amicis Diademate, Regis deinceps nomen usurpavit, misitque Demetrio filio coronam, eumque Regem in literis nuncupavit: & similiter Ptolomæus ne animum despondere ob acceptam cladem videretur, vel minoris auctoritatis apud suos esset, & Regis nomen, & insignia accepit. Quorum exemplum secuti cæteri Macedonum Principes, ac Duces, extinctis jam Alexandri Magni matre, & filiis, quibus vivis se Reges appellare ausi non fuerant, regium honorem, ac potestatem sibi vindicaverunt. *Diodor. Bibl. Hist. lib. XX. Justin. lib. 15. cap. 2.*, *Plutarchus in Demetr.*, & *Appian. in Syriac. pag. 122.*, ita Lysimachus, & Cassander, & Seleucus Nicanor, qua de re ita scribit Appianus *in Syriac. p. 122. Id exemplum statim imitati reliqui subito è Satrapis Reges exorti sunt, sic & Seleucus Babyloniæ, Mediæque Rex factus est.* Et Diodorus Siculus *in Bibl. hist. lib. XX. pag. 789. Antigonus*, inquit, *ubi de victoria cognovit, successus magnitudine elatus, diadema sibi imposuit, & Regis deinceps nomen usurpavit, eumdem titulum, & honorem etiam Demetrio concedens. Quin & Ptolomæus de celsitate animi nihil remittens ob acceptam cladem, diademate etiam ipse caput revinxit, & in omnibus exinde literis Regem sese appellavit. Horum exemplo reliqui etiam Principes, Seleucus,*

gusto Seleuciani (1) Reges viginti septem, & anni eorum sunt ducenti nonaginta (2) tres. Decem autem & octo Se-

Սելևկեանք, յաջորդութեան մինչև 'ի Փիլիպ-պոս. Կեսարդաւորութեանց քսան և եօթն թագաւորք. և ամք նոցա երկերիւր-իւ

leucus; qui superiores provincias suæ ditioni recens adjunxerat; Itemque Lysimachus, & Cassander, qui portiones ab initio sibi tributas retinebant, Reges se proclamarunt. Si autem a tempore, quo Seleucus Nicanor, recuperata Babylonia, obtentaque Syria, Rex salutatus est, ad diem, quo Rex Ptolomæus Dionysius in flumine demersus misere periit, & quo bellum Alexandrinum a Cæsare, neque loco, neque tempore æquo, sed hyeme anni, ut Svetonius *in Jul. cap.* 35. tradit, gestum finitum est, numerus annorum, qui elapsi sunt, in summam redigatur, habentur plus minus ducenti sexaginta anni, quot S. Doctor Nisibenus hoc loco enumerans posuit. At vero aliqua meo animo hæret dubitatio, ne locus mendosus sit, & pro, *ad Ptolomæum* legendum sit ad Antiochum, vel Philippum, quibus inter se de totius Syriæ dominio belligerantibus, Syria in Provinciam a Pompejo redacta, in potestatem Romanorum concessit. Nam si numerus annorum, quibus a Græcis in Syria imperatum est, a die obitus Alexandri, & ab eo tempore, quo Seleucus, cum ei Chaldæorum, ac Babyloniorum regimen obtigisset, suum, ac Seleucidarum Imperium quodammodo auspicatus est, usque ad illud tempus colligatur, eadem summa 260. circiter annorum habebitur.

(1) Seleuciani, sive Seleucidæ, hoc est Seleuci Successores. Ex omnibus regnis, quæ a Ducibus, & Successoribus Alexandri Magni constituta sunt, de regno Syriæ potissimum loquitur, quia illud armis invadere Persæ meditabantur, & verba faciens de Græcorum Regibus, qui Alexandro successerunt, Seleuci nominatim meminit, & ab eo exordium sumit, quia, ut puto, Asiatici Imperii auctor, & princeps fuit, & quia imperii, ac dominii amplitudine cæteros omnes, qui post Alexandrum in nationibus ab eo devictis dominati sunt, superavit. Post hæc memorat Imperatores Romanos, qui, Græcis Regibus extinctis, Græcorumque imperio everso, in Syria regnarunt; eos autem, nomine Romanorum Imperatorum reticito, Seleucidas, seu Seleucianos vocat, quia in Syriæ dominio Seleuco, Seleucidisque Græcis Regibus successerunt; Auctor enim hujus Sermonis, ut alibi monui, se occulere, quantum poterat, studebat, curabatque, si forte fortuna hæc Epistola, aut Sermo in publicum efferretur, & in Persarum manus incideret, ne intelligere ex ea possent, se Romanis Imperatoribus Persarum hostibus favere. Etenim neque temerè, aut sine causa verebatur, quod si in Persarum notitiam veniret, se eorum exercitui, atque imperio exitium, atque interitum, Romanis autem victoriam, atque æternitatem vaticinari, fore, ut Persæ, eorumque Rex longe majori, atque exitiali odio, ac ira in Christianos inflammarentur, & persecutio contra eos jam cœpta magis, magisque augeretur, crudeliusque contra Christi cultores exerceretur.

(2) Annorum numerus, quem hoc loco adnotat S. Jacobus, colligendus est non a die, quo Cæsar Octavianus una cum Marco Æmilio Lepido, & Marco Antonio Triumviratum Reipublicæ constituendæ inivit; *Liv. lib. CXX. Flor. lib. IV. cap.* 6. *Plutarchus in Cicer. & Anton. Appian. lib. IV. pag.* 589. *&* 590. *Dio lib. XLVI. pag.* 325. 326. Unde exordium Principatus Cæsaris Octaviani Svetonius *in Octav. cap.* 8., & Eutropius *lib. III.* deducere videntur; neque etiam a victoria Actiaca, quam, Cæsare, & M. Valerio Messala Consulibus, 4. nonas Septembris navali prælio de Marco Antonio retulit; a quo die enumerationem annorum Imperii, seu Monarchiæ Augusti institutam esse in principio libri LI. admonet Dio, quos XLIV. annos fuisse idem alibi refert; *lib.* 56. *p.* 590. Neque demum a Mutinensi pugna, qua Decimus Brutus obsidione liberatus est, & Marcus Antonius victus, & exercitu exutus turpi fuga Italiam deserere coactus est XVII. Cal. Maji, Hirtio, & Pansa Consulibus; sed annorum, quos ab Augusto ad obitum Philippi Imperatoris enumerat Sanctus Episcopus Nisibenus, sumendum est initium a nece Julii Cæsaris more veterum Scriptorum, quorum alii annos 56., alii verò 57. Imperio C. Cæsaris Octaviani Augusti adscribunt. Theophilus Antiochenus *lib. III. ad Autbolicum* §. 27. annos 56. menses 4. diem unum: ita etiam Clemens Alexandrinus *lib. I. Stromatum pag.* 146., ubi, ut putat Usserius, *in annal. vet. & nov. Testam. ad an.* 3961. *pag.* 492. legendum νς'. quinquaginta sex, non autem μς'. quadraginta sex. Et Tertullianus *adv. Judæos cap.* 8. *Item Cleopatra corregnavit*, inquit, *sub Augusto annis tredecim, post Cleopatram Augustus aliis annis quadraginta tribus: nam omnes anni Imperii Augusti fuerunt quinquagintasex*. Sex & quinquaginta annos tribuit Augusto Auctor libri de Claris Oratoribus. Josephus autem *lib. XVIII. antiqu. Judaic. cap* 2. quinquagintaseptem & amplius annos imperasse scribit: *Mortuus est Cæsar Augustus Romanorum Imperator, cum septem & quinquaginta annis Imperasset, prætereaque sex mensibus & duobus diebus*. Josephum sequitur Eusebius *in Hist. Eccl. lib. I. cap.* 9., ubi eumdem annorum numerum ponit, sed menses, & dies annos excedentes negligit. His autem accensendi sunt veteres omnes Ecclesiastici Scriptores Epiphanius *hæres.* 78., Chrysostomus, seu alius sub ejus nomine *in Homil. de indict.*, Orosius *lib. I. Hist. cap.* 1. *&* 7., Beda *de sex ætatibus*, & ipsa Romana Ecclesia in suo Martyrologio, & alii, qui scripsere Christum natum esse anno quadragesimo primo, aut quadragesimo secundo, aut quadragesimo tertio Imperii Augusti. Hoc autem posito, certum est, quod Julius Cæsar occisus est a conjuratis in Senatu, Coss. C. Julio Cæsare V., & Magistro Equitum M Antonio, anno ab urbe condita 710. ante æram vulg. 44., a quo tempore si annorum numerus ineatur usque ad obitum Imperatoris Philippi, qui contigit anno a Nativitate 249., urb. cond. 1003., M. Æmiliano II., & Junio Aquilino Coss., colliguntur anni ducenti nonagintatres, quot S. Jacobus recensuit. At vero Imperatores a C. Julio Cæsare usque ad Philippum viginti quatuor extitisse affirmat Eusebius in Chronico: pari numero recensentur ab Orosio *hist. lib. VII. cap.* 20., qui tamen non a Julio Cæsare, sed ab Augusto enumerationem exorditur, sed inter Imperatores recenset Galbam, quem præterit Eusebius. Concordat autem cum Scriptore nostro in enumerandis Imperatoribus ab Augusto ad Philippum Eutropius. Is enim in numerum eorum, qui ab Augusto usque ad Philippum Romanum rexerunt Imperium, tres alios ab Orosio omissos refert, Othonem, Vitellium, Didium Julianum, qui si Catalogo Imperatorum ab Orosio confecto addantur, numerus integer viginti septem Imperatorum, quem S. Jacobus cum Eutropio assignat, habebitur. Admirationi autem nemini esse debet, si Didium Julianum, Sergium Galbam, Othonem, Vitellium alii referant in numerum Romanorum, alii vero omittant. Primus enim novo exemplo Romanum Imperium pecunia licitatus est, non jure, aut armis, aut favore militum est adeptus; alio-

Յիսուն և երեք, և ութուտասնամեան սեւե-
րիանոսի : Դարձեալ դանիէլ ; 'ի միտ առ-
նուի զժ̄ եղջերսն տասանց, որք էին 'ի
գլուխ գազանին : Եղջիւրքն տասունք,
տասն թագաւորութիւնք կացին ընդ այն
ժամանակս : Եւ ասէ ; եղջիւր մի փոք-
րիկ ելանէր, 'ի մէջ տասն եղջերացն,
և երեք 'ի բաց խլեցին յերեսաց նորա :
Իբրև

Severiani (1). Præterea Propheta Daniel: *Considerabam*, inquit, *decem cornua, quæ erant in capite bestiæ*. Dan. VII. 8. 10. Decem (2) cornua fuerunt decem regna illorum temporum. Et deinde addit: *Cornu unum parvulum egrediebatur inter decem cornua, & tria evulsa sunt a facie ejus*. Ibid.

N 2 §. 15. Ac-

aliorum autem trium principatum *incertum*, *&* *quasi vagum Imperium* appellat Svetonius *init. vit. Vespas. Imp.* Cur autem Augusti, & Philippi præ aliis Imperatoribus meminerit S. Jacobus, causam fuisse puto, quia sub primo regnum Græcorum, redacta Ægypto, quæ jam ante a Julio Cæsare subacta fuerat, in Provinciam, quam primus tenuit Cornelius Gallus, penitus destructum est; alterum verò memorat, quia cum adhuc Philippus Præfectus Prætorio esset, eodem anno, nempe 244., quo Imperator renunciatus est, Sapor primus hoc nomine, & secundus post restitutam Monarchiam Persarum Rex, cum Romanum Imperium aggredi moliretur, magnis præliis a Romanis, bellum, ut puto, ipso Philippo Præfecto Prætorii administrante, & exercitui Romano pro Gordiano adhuc puero imperante, superatus, atque attritus est, pluresque nobilissimæ Civitates, quæ a Persis occupatæ fuerant, ei ademptæ; ideo non dissimilem exitum Sapori Regi Persarum hoc nomine secundo bellum contra Magnum Constantinum magnis conatibus paranti S. Jacobus ominatur. *Gordianus*, inquit Eutropius *lib. X. cap. 27. admodum puer cum Tranquillinam Romæ duxisset uxorem, Jani gemini portas aperuit .... & ad Orientem profectus, Parthis bellum intulit, qui jam moliebantur erumpere: quod quidem mox feliciter gessit, præliisque ingentibus Persas afflixit: rediens haud longe a Romanis finibus apud Ctesiphontem civitatem Perfidis interfectus est fraude Philippi Præfecti Prætorii*. Orosius *hist. lib. VII. cap. 20.* Et Julius Capitolinus in vita Gordiani III. *cap. 26. & 27.* scribit: *Per Syriam Antiochiam venit, quæ a Persis jam tenebatur. Illic frequentibus præliis pugnavit, & vicit, Sapore Persarum Rege submoto. Et post Artaxersem Antiochiam recepit: Carras, & Nisibin, quæ omnia sub Persarum Imperio erant. Rex sane Persarum tantum Gordianum Principem timuit, ut cum instructus esset, & suis copiis, & nostris, tamen Civitatibus ipse præsidia sponte deduceret, easque integras suis Civibus redderet, ita ut nihil, quod ad eorum fortunas pertineret, attaminaret*.

(1) In textu Armeno aliquid deesse, ac supplendum esse videtur in hunc modum: *Decem autem & octo Severiani ad Valerianum*; hoc est ab obitu Alexandri Severi ad initium imperii Valeriani. Nam Alexander Severus insidiis Maximini, qui in imperio ei successit, a militibus occisus est anno a Nativitate Christi Domini 235. Severo, & Quintiano Coss.; Valerianus autem post Galli mortem acclamatus est Imperator an. 253., C. Volusiano Augusto II., & Maximo Coss.; itaque inter mortem Alexandri Severi, & exordium Imperii Valeriani decem & octo anni intercesserunt. Utrumque autem Imperatorem hoc loco, ni conjectura fallimur, memorat S. Jacobus: Quoniam Alexander, *cui ob ingentem vigorem animi, & mirandam, singularemque constantiam contra militum insolentiam, Severi nomen a militibus ei inditum est*, Artaxersem potentissimum Regem, qui cum septingentis elephantibus, falcatisque mille & octingentis curribus, equitum multis millibus ad bellum venerat, vicit, fugavitque, teste Ælio Lampridio in ejus vita *cap. 12.*, cui consentit Orosius, inquiens: *Statim expeditione in Persas facta Xerxem Regem eorum maximo bello victor oppressit*. Et cum his concordant Aurelius Victor *de Cæsar.*, & Eutropius *hist. lib. X. cap. 25.*, quibus magis fides habenda est, quam Herodiano, qui diversa tradidit *hist. lib VI.* Itaque quemadmodum Magnus Alexander arietem superavit, hoc est Persarum Regnum, Dario ultimo Persarum Rege extincto, subjugavit; ita Alexander Severus, qui in Templo dicato apud Arcenam urbem Alexandro Magno natus est, eumdemque diem natalem habuit, quo ille Magnus excessit e vita, cornua arietis confregit, nempe Artaxerxem, a quo Persarum Monarchia restituta est, maximo bello victum contrivit. *Lamprid. in vit. cap. 5.* Valerianus autem Imperator, etsi fuso, fugatoque Romanorum exercitu, Saporis Persarum Regis dolo, & fraude captus, & in captivitatem ductus, indigne habitus sit, non ideo tamen secunda bestia quartam opprimere, hoc est Romanum Imperium extinguere potuit. *Aurel. vict. de Cæsar. §. 32. Oros. hist. lib. VII. cap. 22. Eutrop. lib. X. cap. 33. Trebel. Poll. in vit. Valer.* Contigit quidem, ut Valeriano magna Romani Imperii infelicitate succederet Gallienus ejus filius, qui in libidines, ac scelera profusus, Patrem a Persarum manibus eximere mira quadam stoliditate neglexit, & Romanum Imperium in prædam barbaris nationibus undequaque inundantibus relinquens, Romanum nomen, & gloriam ab omnibus contemptui, ac ludibrio haberi sivit. *Trebell. Poll. in Gallien. vit.*, *aliique Scriptores superius laudati*. Verumtamen in remotissima terrarum Orbis parte inventus est Odenatus Palmyrenus homo privatus, & non magni nominis, qui Romani Imperii injuriam vindicaret. Is enim, Gallieno Rempublicam deserente, Romanum Imperium, Romanique nominis gloriam in Oriente servavit. Sapori enim bello indicto, & pluribus præliis Persarum viribus attritis, defensa Syria, recepta Mesopotamia, ad Ctesiphontem usque penetravit; magnaque Persarum multitudine in ea urbe obsessa, vastatisque circum omnibus locis, innumeros homines interemit. Quin etiam Satrapas bello captos Romam ad Gallienum misit, qui, vincente Odenato, Patre in ignobili servitute a Persis retento, stolide triumphavit. *Trebell. Poll in Gallien. Oros. VII. cap. XXII. Eutrop. lib. X. cap. 33. Zosim. hist. lib. I.* Hoc autem tam præclaro exemplo edoceri poterat Sapor, quartam bestiam lædi quidem, ac vulnerari a secunda, extingui autem, ac interfici nullo modo posse.

Si autem magis placet, *Severiani* nomine intelligi potest Septimius Severus, qui Parthos subito aggressus, Seleucia, ac Babylone urbibus captis, agrosque depopulatus, Ctesiphontem, quæ sedes erat Imperii, obsedit, & paulo post expugnavit, diripuitque ingentes ejus divitias, centum hominum millibus in captivitatem ductis. *Dio Cass. Hist. lib. 75. p. 854. Herod. lib. III. Hist.* Quin etiam de eo scribit Ælius Spartianus *in vit.* Persarum Regem Abgarum, Agarrum nominat Aurelius Victor, subegisse. Itaque, Severo imperante, quarta bestia secundam superavit. Ipse autem regnavit annis decem & octo.

(2) Profecto cum per tertiam bestiam Græcorum Imperium, per quartam autem Romanorum significari Sanctus Jacobus existimet, non bene cum superioribus constare videntur, quæ hoc loco ab eo subduntur circa decem cornua bestiæ quartæ, quibus censere videtur indicata fuis-

Antiochus accepto, confirmatoque sibi regno Syriæ afflixit Judæos, sed misera morte periit.

§. 15. Accepto enim, confirmatoque sibi regno, Antiochus subjecit sibi tria (1) regna; & elevatus est contra Sanctum excelsum, & contra Hierusalem, & polluit locum sanctitatis, & cessare fecit victimas, & sacrificia per unam hebdomadam, & dimidium hebdomadæ, quæ sunt decem anni, & dimidium. Et advocavit, introduxitque meretrices in domum Domini, & ne lex observaretur, impedivit; occidit, & perdidit homines justos, & dedit corpora eorum in escam avibus Cœli, & bestiis terræ, & impletum est, quod dixit David: *Deus intraverunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt Templum sanctum tuum, fecerunt Hierusalem tanquam ruinam. Posuerunt morticina servorum tuorum escas volatilibus Cœli, & carnes Sanctorum tuorum bestiis terræ. Effuderunt sanguinem eorum tanquam aquam in circuitu Hierusalem, & non erat qui sepeliret.* Hoc autem impletum est, quando occisus est vir (2) senex, & lumen dierum, & septem filii B. Samunæ (3); quando Judas, ejusque fratres cum suis habitantibus

Psal. LXXVIII. 1. 2. 3.

Իբրեւ եկաց հաստատեցաւ անտիոքոս ՚ի թագաւորութեան հնազանդեաց ընդ ինքն երիս թագաւորութիւնս. եւ բարձրացաւ ՚ի վերայ սրբոյն բարձրելոյն, ՚ի վերայ երուսաղեմի, եւ պղծեաց զտեղին սրբութեան. եւ խափանեաց զզոհս, եւ զպատարագս եօթներորդ մի, եւ կէս եօթներորդի, որ են տասն ամ եւ կէս. եւ տարաւ եմոյծ զպոռնիկն ՚ի տուն տն. եւ խափանեաց զպահպանութիւն օրինաց. կոտորեաց սպանեաց զարդար մարդիկս, եւ ետ կերակուր թռչնոց երկնից, եւ գազանաց երկրի զմարմինս նոցա. եւ կատարեցաւ, զոր ասաց դաւիթ; Աստուած, մտին հեթանոսք ՚ի ժառանգութիւն քո. պղծեցին զտաճար սուրբ քո. արարին զերուսաղէմ իբրեւ զաւերակ. եդին զդիս ծառայից քոց, կերակուր թռչնոց երկնից, եւ զմարմինս սրբոց քոց, գազանաց երկրի, հեղին զարիւն նոցա իբրեւ զջուր շուրջ զերուսաղեմաւ, եւ ոչոք էր, որ թաղէր. Այս յայսմ ժամանակի կատարեցաւ. իբրեւ եսպան զայրն ծեր, եւ զհին աւուրց եղիազար, եւ զեօթն որդիս շամոնեայ երանելոյ. մինչեւ յուդա,

fuisse plura regna, quæ post obitum Alexandri Magni exorta sunt. Et quidem qui per decem cornua Successores Alexandri Magni, & per parvum cornu Antiochum Epiphanem portendi volunt, quartam bestiam de Græcorum, non autem Romanorum Imperio accipiunt. Verum enim interpretationem S. Jacobi eo modo, quo posita est, recte defendi posse puto: quoniam cum bestia quarta, Romanorum scilicet Imperium, tertiam bestiam, Græcorum videlicet regnum, devoraverit, quia mortuo Alexandro, ejusque Imperio per suos Duces in plura regna diviso, paulatim omnia extincta sunt, & in Romanorum ditionem regiones illæ pervenerunt; nihil obstare videtur, quominus recte intelligi possit, quod quarta bestia, nempe Romanorum Imperium decem cornua habere visa sit Danieli, veluti tropæa, seu insignia eorum regnorum, quæ Romanis armis devicta devenerunt in potestatem Romanorum, quorum etiam virtute Judæi liberati sunt e jugo duræ servitutis, qua graviter opprimebantur a Regibus *Syriæ*, e quorum numero Antiochus cognomento Epiphanes, seu illustris sævissimam in eos tyrannidem exercuit, ac supra omnes alios Reges Syriæ Judæos afflixit. Quoad autem Græcorum Imperium diversosque eorum Reges per cornua significatos attinet; decem cornua Ugo Grotius *in comm. ad cap. VII. Dan.* explicat de decem Regibus tum Syriæ, tum Ægypti, qui postea in Judæos sævierunt, nempe Ptolomæum Lagi, Seleucum Nicatora, Ptolomæum Eupatora, Ptolomæum Evergeten, Seleucum Callinicum, Antiochum Magnum, Ptolomæum Philopatora, Ptolomæum Epiphanem, Seleucum Philopatora, Antiochum Epiphanem. At verò Sanctus Jacobus melius, ut mihi videtur, decem cornua quartæ bestiæ interpretatur de Successoribus Alexandri Magni, qui post ejus obitum, extincta jam regia stirpe, Aridæo Philippi filio, Olimpiade, filiisque Alexandri, regium nomen, atque insignia sibi imposuerunt; horum numero fuerunt Antigonus, ejusque filius Demetrius, Ptolomæus, Cassander, Lysimachus, Seleucus Nicator, Agathocles, aliique Alexandri Duces, qui e Provinciarum satrapiis, quæ post mortem Alexandri inter eos divisæ fuerant, Reges illico exorti sunt veluti cornua, quibus postea quarta bestia, quæ illa omnia regna victricibus armis celeriter pervagata devoravit, tamquam relatarum victoriarum insignibus, ac tropæis ornata est.

(1) *Per ipsum, aut ex ipsius jussu Seleucus frater ipsius major occisus; spoliatur verò Demetrius ejusdem Seleuci filius, Antiochi autem Patruelis; spoliatur item Ptolomæus Philopator Rex Ægypti:* Ita Grotius *ad cap. VII. Dan. v.* 8. loquens de Antiocho Epiphane exponit tria illa cornua, quæ in visione Danielis dicuntur evulsa. At vero sententiæ Grotii non libenter assentio. Nam tria regna, quæ sibi subjecisse Antiochum Epiphanem, & quæ per illa tria cornua evulsa indicata sunt, affirmant S. Jacobus, aliique S. Scripturæ Interpretes potius fuisse regnum Syriæ, quod jure debebatur Demetrio Seleuci filio, qui tum Romæ obses detinebatur, ipse autem Eumenis, & Attali opera, ac beneficio adeptus est: *App. in Syriac. p.* 116. 117. Ægyptum, quam victo, fugatoque Ptolomæo Rege, munitisque urbibus expugnatis, deprædatus est. *Mach. lib. II.* 16. 19. Armeniam, cujus Regem Artarxiam, suscepta in eum expeditione, cepit. *Appian. Syriac. p.* 117. *&* 131. *Porphyr. apud Hier. in Daniel. cap. VII.* Et quidem hæc magis congruere videntur verbis, quibus Angelus visionem de cornu illo Danieli ita exponit: *Porro cornua decem, decem reges erunt: & alius consurget post eos, & ipse potentior erit prioribus, & tres Reges humiliabit.* Ita juxta versionem latinam vulgatam.

(2) Nempe Eleazarus, de quo inquit Scriptura: *Vir de primoribus Scribarum, vir ætate provectus, & vultu decorus.* Maccab. c. VI. & c. VII.

(3) Variis nominibus nuncupata est a Scriptoribus sanctissima Macchabæorum fratrum Mater, ita enim de ea scribit Cornelius a Lapide: Quæ

գա, և եղբարք իւր մարտնչէին պա_
տերազմաւ ընդ եղբարս իւրեանց. մինչ
բնակէին նոքա յայրս, և 'ի սորս երկ_
րի. Յայնմ ժամանակի արար եղջիւրն
մարտ պատերազմի ընդ սրբս. և զօ_
րացաւ 'ի վերայ նոցա, և բանս հայ_
հոյութե խօսեցաւ զբարձրելոյն, ան_
տիոքոս այր անօրէն; և փոփոխեաց
զժամանակս, և զամս. և խափան_
եաց զուխտն աբրահամու, և եղծ
զշաբաթն հանգստեան; հրաման ետ
հրէից, զի մի' թլփատեսցին. Վն այսո_
րիկ ասաց. բայ համարեսցի փոփոխել
զժամանակս, և շրջել զօրէնս. Եւ
տուեալ 'ի ձեռս նորա մինչև 'ի ժա_
մանակս ժամանակաց, և 'ի կէս ժա_
մանակի. եօթներորդ մի, և կէս. որ
են տասն ամ, և կէս. Եւ դարձեալ
ասէ; աթոռն ուղղեցաւ, և զիշխանութի
նորա բարձին 'ի նմանէ, յապականել
կորուսանել զնա, մինչ 'ի վախճան ար-
քայութե. Հասին ահեղ դատաստանք
անտիոքայ, դատաստանք յերկնից. և
հիւանդացաւ զանհնարին հիւանդութի,
և զչարաչար. և 'ի հոտոյ նորա, զի
նեխեցաւ, ոչոք մերձենայր 'ի նա. որդն
եռայր, և ելանէր 'ի նմանէ, և ուտէր
զմարմինս նորա, փոխանակ զի նեղեաց
նա զորթն յակոբեան. և նեխեցան
մարմինք նորա 'ի կենդանս նորա, զի նեխ_
եաց զդիականսն բնակչաց երուսա_
ղեմի, և ոչ թաղեցան. և եղև նա
պիղծ յանձին իւրոյ. զի պղծեաց նա
զսրբութիւն այ̃. Եկաց նա յաղօթս,
և ոչ եղև լսելի. զի ոչ լուաւ նա ըզ
հեծութի սրբոցն, զորս կոտորեաց.
Գրեաց հրովարտակս, և ետ տանել
առ հրէաստանեայս. և կոչեաց զնոսա
բարեկամս, և ոչ ողորմեցաւ նմա այ̃,
և նովին տանջանօքն մեռաւ:

Դարձեալ ասէ; ընկալցին զար_
քայութի սրբոց բարձրելոյն. Իսկ զինչ
ասիցեմք վն այսր. մի թէ որդիքն իս_
րայէլի ընկալան զարքայութի բարձ_
րելոյն. քաւ լիցի; կամ մի թէ ընդ այն
ժողովուրդ գալոց է ընդ ամպս երկ_
նից; այլ վաղ անցին 'ի նոցանէ. Ասէ
երեմիա վն նոցա; արծաթ խոտեալ,
անարգեալ կոչեցի զնոսա. զի այ̃ ա_
նարգեաց զնոսա, և խոտեաց. Եւ
դարձեալ ասէ; ոչևս յաւելից հայել
'ի նո_

tibus in speluncis, & in cavernis terræ, arma ceperunt. Per id tempus maximum bellum gessit cornu illud contra Sanctos, & prævaluit in eos, & verba blasphemiæ locutus est contra Excelsum Antiochus vir iniquus. Et mutavit tempora, & annos, & abrogavit fœdus Abrahæ, & solvit Sabbatum quietis, & præcepit Judæis, ne circumciderentur. Propterea Daniel dixit: *Putabitur mutare tempora, subvertere legem. Et traditum est in manus ejus usque ad tempora temporum, & dimidium temporis*. Hoc est unam hebdomadam, & dimidiam, quæ sunt decem anni, & dimidium. Et iterum dicit: *Et Throni positi sunt, & judicium sedit, ut potestas ejus auferatur, & conteratur, & dispereat usque in finem*. Supervenerunt enim Antiocho terribilia judicia, judicia de Cœlo, & infirmatus est infirmitate pessima, fœtenti, & insanabili. Nam adeo fœtidus factus est, ut nullus ei appropinquaret. Vermes scaturiebant, & exibant ab eo, & comedebant carnes ejus, eo quod anxit, & afflixit vitem ex Jacob. Itaque fœtidæ factæ sunt carnes ejus adhuc viventis, quia fœtere fecit morticina habitatorum Hierusalem, & jacere insepulta. Et ideo contaminatus est in se ipso, quia polluit Sanctuarium Dei. Oravit ille, & non est exauditus, quia non audivit ipse gemitum Sanctorum, quos occidit. Scripsit epistolas, & misit ad Judæos, & vocavit eos amicos, & non est misertus ei Deus, sed diris doloribus cruciatus interiit.

Dan. VII. 25.

Dan. VII. 9. 26.

2. Mach. IX. 5. & seqq.

§. 16. Item dicitur: *Acceperunt regnum Sancti Excelsi*. At quid hac de re dicemus? Nunquid filii Israel acceperunt regnum Altissimi? absit; vel cum illo populo venturus est in nubibus Cœli? sed multo ab hinc tempore Deus recessit ab eis. Dicit enim de ipsis Jeremias: *Argentum reprobum, & spretum vocavi eos: quia Deus projecit, & sprevit illos*. Et iterum dicit: *Non ultra adjiciam respicere eos*. Et Isaias inquit: *Re-*

Sancti, quorum regnum accepisse prophetavit Daniel, non sunt Judæi, sed Christiani. Dan. VII. 18.

Jerem. VI. 30.

Quæ in Græcorum Calendario nuncupatur Salome, a Josepho Salomona, a Gorionide, & Genebrardo Anna, idest gratia, a S. Thoma Machabæa, quia Machabæorum Mater: Rursum a Josepho cap. XV. *Abra, quia, inquit, pia Abrahami tolerantiæ filia recordata est, ac sicut Abraham suum Isaac, sic ipsa septem filios Deo immolavit*. In Comment. in lib. II. Machab. cap. VII. v. 10.

Isa. LII. 11. *Recedite, exite, & pollutum illic nolite tangere*. E diverso de Sanctis Altissimi sic ait:
Dan. VII. 18. *In saecula saeculorum haereditabunt regnum* (1). Illi autem paululum quieverunt a solvendis Regum, & Principum tributis post mortem Antiochi, donec peractae, & impletae sunt sexagintaduo hebdomades. Tum vero venit Filius hominis ad eos liberandos, & illi eum non receperunt. Venit, ut acciperet ab eis fructum, & ei non dederunt, quia vinea eorum fuit ex vinea Sodomorum, & ex planta Gomorrhaeorum. Vinea ferens spinas, plena fuit dumetis. Vinum eorum factum est acetum, & fructus eorum fel. Non poterat spina fieri mollis, neque acetum redire in naturam vini, neque fel converti in naturam mellis. Anticipavit judicium Deus
Isa. V. 3. per Isaiam: & sedere fecit adversus eos
Ibid. 1. Judices, viros Judaeos, quia ipse plantavit in eis vineam electam novam, muris, & turri custoditam. Judices autem iidem ipsi sunt, qui facti sunt se-
Matt. XIX. 28. Luc. XXII. 30. dere super sedes duodecim, ut judicent duodecim tribus Israel. Et ita dicit ad
Isa. V. 3. Judices: *Judicate inter me, & inter vineam meam. Quid ultra, inquit, debebam facere vineae meae, o viri Judices, & non feci ei?* Quoniam ecce plantavi eos, novam plantam electam, & facti sunt mihi tanquam vinea extranea; sepivi eam, & munivi muris, hoc est, Coelorum vigilibus: erexi turrim, nempe templum sanctitatis: torcular extruxi, lavacrum Sacerdotum: & immisi super illam pluviam, idest verba Prophetarum: pastinavi, & excidi eam ex operibus Amorrhaeorum: steti, & expectavi, ut tempus adveniret, & ferret mihi uvam justitiae, venit, & attulit spinam, & tribulum, peccata, & iniquitates:

՚ի նմ. Եւ Եսայի ասէ վս̄ նոցա ; ելէ՛ք մեկնեցէ՛ք, և 'ի պիղծս անդ մի՛ մերձենայք. Իսկ վս̄ սրբց̄ բարձրելոյն, ասէ այսպէս ; յաւիտեանս յաւիտենից ժառանգեսցեն զարքայութիւն. Բայց նոքա հանգեան սակաւ մի 'ի հարկաց անտի Թագաւորաց, և իշխանաց, զկնի մահուան Անտիոքայ, մինչ լցան կատարեցան վաթսուն և երկու եօթներորդքն. Եկն որդի մարդոյ ազատել զնոսա, և նոքա ոչ ընկալան զնա. Եկն նա առնուլ 'ի նոցանէ զպտուղ, և ոչ ետուն նմա. զի եղև այգի նոցա, յայգւոյ անտի սոդոմայեցւոց. 'ի տնկոյն գոմորացւոց ; այգին փշաբեր, փշալից եղև. գինին նոցա քացախ եղև. և պտուղ նոցա լեղի ; չէ՛ր ինչ մարթ փշոյ կակղանալ, և ոչ քացախին դառնալ 'ի բնութի գինւոյ. և ոչ լեղի դառնալ 'ի բնութի քաղցրութե. Կանխեաց Եսայի. նստոյց վն̄ նց̄ դատաւորս, զարս հրէաստանեայս. զի տնկեաց զայգի 'ի նոսա նորատունկ ընտրելի. Եւ նոյն այն դատաւորք են, որք նստուցեալք են յերկոտասան աթոռ, և դատեն զերկոտասան ազգս նոցա. Եւ այսպէս ասէ ցդատաւորսն ; դատ արարէք ընդ իս, և ընդ այգի իմ. զի՞նչ ևս, ասէ, արժան էր առնել արդեօք այգւոյ իմոյ. ո՛վ արք դատաւորք, և ոչ արարի նմա ; զի ահա՛ աստի անկեցի զնոսա նորատունկ ընտրելի, և եղեն նոքա ինձ իբրև զայգի մի օտարական ; ցանկով փակեցի. ամրութբ պարսպեցի, զուարթնովք երկնից. աշտարակ կանգնեցի զտաճար սրբութե. գուբ հնձան շինեցի, մկրտութի քահանայից. և ցօղեցի 'ի վերայ նորա անձրև, բանք մարգարէից. կակղեցի, կտրեցի զնա 'ի գործոց ամուրհացւոց ; կացի մնացի եթէ եկեսցէ բերցէ ինձ խաղող արդարութե, եկն եբեր զփուշ և զտատասկ,

(1) In versione latina vulgata Danielis *cap. VII.* n. 18. *Suscipient autem regnum sancti Dei Altissimi: & obtinebunt regnum usque in saeculum, & saeculum saeculorum*, cum latina concordant ceterae versiones. Verum enim verba Prophetae exponi solent de sanctis Dei servis, qui post secundum Christi adventum, & novissimi Judicii diem, regnum aeternum in Coelis accipient juxta verba ejusdem Christi Domini; *Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi*. Matth. XXV. 34. Itaque ad hunc locum scribit Cornelius a Lapide: *Significatur ergo hic regnum felix, & beatum, quod post quatuor regna inibunt Sancti in die Judicii, qui tum resurgent, & tam corpore, quàm animo beabuntur, regnabuntque cum Christo in aeternum*. Non desunt tamen etiam recentiores sacrae Scripturae Interpretes tum Catholici, tum Eterodoxi, qui eadem Prophetae verba juxta expositionem S. Patris nostri Jacobi, de Ecclesia, & Christianis in hoc saeculo viventibus, interpretantur, ut caeteros omittam, Hugo Grotius vir clarus & doctus sententiam aliorum Interpretum secutus talia adnotat: *Imperium tandem maximum (Romanum) perveniet ad unius Dei cultores. In hoc honore primas habuissent partes Judaei οἱ κτ σάρκα, si Messiam humilem recepissent, nunc cum ipsi eum repudiarint, translatus est is honos ad Judaeos mysticos, idest ad Christianos, qui quod praecipuum, & perpetuum Judaismi erat, retinent, unius Dei cultum, eo modo in arborem judaicam insiti: manente interim penes Judaeos hoc honore, quod is, cui Reges ipsi Christiani famulari se testantur, Jesus, Judaeus fuit ex Judaeis. Sancti autem revera Christiani, si Christi praecepta sequantur, multum vincentia omnem Judaeorum etiam optimorum sanctitatem.*

տասն, զմէղս, և զանօրէնութիւնս; կացի մնացի զի գտանիցին իրաւունք, և գտաւ անիրաւութի՛ւն; ակնկալի արդարութե, և եղև աղաղակ. Լուարուք արք դատաւորք, զորինչ արարից ես ընդ այգի իմ; քակեցից զամրութի ցանկոյն, և աւարից զնա կոխան զօրաց. կործանեցից զաշտարակ նորա, և եղիցի յափշտակութե. լքից զայգի իմ, զի մի՛ կտրեսցի, և մի՛ մաքրեսցի, և մի՛ կակղեսցի. բուսցի, և կցեսցի 'ի նմա փուշ իբրև 'ի խոպանի. պատուէր տաց ամպոց իմոց, զի մի՛ ցօղեսցեն 'ի վերայ նորա. 'Ի բաց կացցեն զօրութիւնք երկնից, ամրութի այգւոյն; խլեսցի աշտարակն, տեղի ապաւինի իւրեանց; կործանեսցի գուբն, հնձան սրբութե մեղաց իւրեանց. Մինչ առանց արատոյ էր որթն, ոչինչ էր պիտանացու նիւթ գործոյ. այժմ զի հրոյ ճարակ եղև, և աւերեցաւ, զիա՞րդ լինիցի պիտանացու 'ի նիւթ գործոյ; զոստսն երկոսին հուր եկեր, և միջին աւերեցաւ. Երկու ոստքն երկու թագաւորութիւնք. և միջ նոց երուսաղէմ. Առաքեցան առ նոսա 'ի տեառնէ այգւոյն ծառայք բազումք, և սպանին զնոսա. և զպտուղ տեառն այգւոյն ոչ ետուն տանել. Յետ ծառայիցն, առաքեցաւ որդին սիրելի, զի առցէ 'ի նոցանէ զպտուղ. Նոքա կալան զնա, և հանին արտաքոյ այգւոյն, և հատին զոստ 'ի փշոյ այգւոյն, և բևեռեցին 'ի ձեռս նր; և քաղցեաւ, և խնդրեաց 'ի նոցանէ ուտել, և ետուն նմա լեղի 'ի պտղոյ այգւոյն; և ծարաւեցաւ, և ետուն նմա զքացախ, և ոչ կամեցաւ ըմպել; և արարին պսակ 'ի փշոց այգւոյն, և եդին 'ի գլուխ որդւոյ տն այգւոյն. 'Ի ժամանակէ անտի, զի այսպիսի պտուղ եցոյց այգին, խլեաց ընկեց զնա տէր իւր 'ի հուր. և տնկեաց 'ի նմին այգւոջ զորթս բերրիս, որք տան զպտուղ, և ուրախ առնեն զմշակ. Այգի Քս, և հայր իւր մշակ. և որթ, որ ըմպեն 'ի բաժակէ նորա. Այլ այլ այգի եղև փոխանակ այգւոյն, և զարքայութի 'ի գալստեան իւրում, որդւոցն եսաւայ ետ; և որդիք եսաւայ այնմ պահեն զարքայութի, որ ետ նց.

Եւ

tates : steti, & expectavi, ut invenirentur in ea justitia, & inventa est iniquitas : expectavi vocem æquitatis, & factus est in ea clamor injustitiæ. Sed audite viri Judices, quid faciam ego vineæ meæ ? Destruam munitiones, & faciam, ut ab exercitu conculcetur : subvertam turrim ejus, & erit in direptionem : Ponam vineam meam desertam, non amplius putabitur, & non purgabitur, & non fodietur : germinabit, & multiplicabitur in ea spina tanquam in terra inculta : mandabo nubibus meis, ne pluant super eam imbrem. Recedent virtutes Cœlorum, quæ sunt munimenta vineæ. Subvertetur turris, hoc est locus eorum refugii. Destruetur fossa, nempe torcular purgationis peccatorum ipsorum. Dum erat vitis sine macula, nequaquam fuit materia ad opus idonea : nunc autem cum facta sit pabulum ignis, & deserta, quomodo inserviet in materiam operis ? ambos ramos ignis con- *Ezech. XV. 4.*
sumpsit, & medium destructum est. Duo rami duo regna sunt, & medium eorum Jerusalem. Missi sunt ad eos a Domino vineæ servi multi, & occiderunt eos, & nullum fructum dederunt illis, ut ad Dominum ferrent. Post servos missus est Filius dilectus, ut acciperet ab eis fructum. Illi comprehenderunt eum, & traxerunt extra vineam, excisoque ramo ex dumetis (1) vineæ, in eo illius manus infixerunt. Esurivit ille, & petiit ab eis cibum, & dederunt ei fel ex fructu vineæ. Sitivit, & dederunt ei acetum, & noluit bibere. Et fecerunt coronam ex spinis vineæ, & posuerunt in capite Filii Domini vineæ. Ex eo tempore, quia vinea præbuit hujusmodi fructum, evulsit, & projecit eam Dominus suus in ignem, & plantavit in ea vites fructiferas, quæ dant fructum, & lætificant agricolam. Vinea Christus, & Pater ejus agricola ; vitis autem, qui bibunt ex calice ejus. Porro alia vinea plantata est pro vinea illa, & in primo adventu suo regnum dedit filiis Esau : & filii Esau servant regnum ei, qui ipsis dedit.

§. 17. Ita-

(1) Ex quo ligno Crux Domini compacta fuerit, incertum est. Aliqui putant quatuor genera lignorum adhibita ; alii verosimilius censent, ex una tantum ligni specie, & quidem querceu, quæ arbor frequens est in Judæa, fabricatam fuisse. *Lipsius, Gretserus, Ciaconius, Emus Baronius, aliique de Cruce Christi Domini*. Quæ hoc loco a S. Jacobo scribuntur, evidens est metaphorice dici, neque enim in dumetis vineæ ramus aliquis inveniri poterat, ex quo Crux, a qua Corpus Christi Domini pendere posset, construeretur. Itaque per allegoriam, ut cætera hoc loco, hæc de vinea, ejusque spinis, ac dumetis dicta fuisse, evidens est.

Regnum Christi perpetuú est, ejusque populus nulli Regum se subjicit, sed soli Regi suo servit, qui iterum venturus est.

Deut. XXXII. 21.

§. 17. Itaque regnum sæculorum hæreditat populus sanctus, qui loco, & vice primi populi electus est. *Provocavit illos in eo, qui non est populus, & in gente stulta irritavit illos*. Et liberavit populum suum sanctum peculiarem. Nam omne, quod fœderatum est cum Deo, exemptum est a tributis Regum, & Principum. Quamvis aliquis Idolatra, & ex gentibus servus sit, eadem hora, qua accedit ad fœdus Dei, fit liber. Contra illi permanent in servitute servientes inter gentes. At vero de sanctis sic ait:

Dan. VII. 18. 22. 27.

Hæreditabunt regnum, quod sub Cœlo est; si autem de illis hæc dicta sunt: quare serviunt inter gentes? quod si responderint, nondum factum, sed fiet: ecce regnum, quod accipit Filius hominis, Cœli, & Terræ regnum est. Jam scripti sunt filii regni, & acceperunt ejus pignus in hoc mundo: atque ideo interea nequaquam se alicui subdere vult exercitus Regis, qui venturus est, & regnum suum recepturus, sed servat depositum ejus cum honore, ne, cum venerit, qui abrogat regna, veniat super illos cum ira. Nam quando venerit is, cujus est regnum, in secundo adventu suo, assumet sibi, quod dedit, & erit ipse Rex in sæcula sæculorum.

Եւ զարքայութիւն յաւիտենից ժառանգէ ժողովուրդն սբ, որ ընտրեցաւ փոխան առաջին ժողովրդեանն ։ Նախանձեցոյց զնոսա յոր ոչ ժողովուրդ. և 'ի վերայ ազգի անմտի զկծեցոյց զնոսա ; և ազատեաց իւր ժողովուրդ սբ սեպհական; աւասիկ ամ ուխտ այ ազատեալ է 'ի հարկաց անտի թագաւորաց, և իշխանաց; թէպէտ և կռապաշտիցէ 'ի հեթանոսաց ոք ծառայէ, նոյնժամայն իբր մերձենայ յուխտ այ, ազատ լինի ; և նոքա աւանիկ կան 'ի ծառայութիւն հնազանդութեան 'ի մէջ հեթանոսաց. Իսկ վս սրբոցն այսպէս ասէ ; բայց ժառանգեսցեն զարքայութի, որ 'ի ներքոյ երկնից. եթէ վս նոցա ասաց. ընդէ՞ր ծառայեն 'ի մէջ հեթանոսաց. Այպա թէ ասիցեն, չեւ ևս եղեալ, այլ լինի. ահա զարքայութի, զոր ընդունի որդի մարդոյ. երկնի, և երկրի է. ահաւասիկ գրեալք են որդիք արքայութեն, և առին զառհաւատչեայ իւրեանց յայսմ աշխարհի. և մինչև ցայժմ ոչ կամի հնազանդել, զօրութի թագաւորին որ գայ և առնու զիշխանութի նորա, այլ պահէ զպատուանդ նորա պատուով. զի յորժամ գայցէ որ խափանէ զթագաւորթիւն, զի մի՛ բարկութք եկեսցէ 'ի վերայ նոցա. Իբրև գայ այն, որոյ իւր է թագաւորութի յերկրորդ գալստեանն իւրում. առնու յիւր զոր ետն. և լինի ինքն թագաւոր յաւիտեանս յաւիտենից.

Regnum filiorum Esau, hoc est, Imperium Romanorũ non debellabitur, neque extinguetur; sed perseverabit usque ad secundum Filii Dei adventum.

Gen. XXVII. 40.

§. 18. Antea dedit coronam, & regnum filiis Jacob, & subjecit eis filios Esau, sicuti & dixit Isaac ad Esau: *Fratri tuo servies*. Et cum non bene egissent in regno illo, abstulit illud a filiis Jacob, & dedit filiis Esau, donec ille veniat, cujus est regnum. Et reddant depositum ei, qui ipsis tradidit; & non amplius ei (1) obsistant, sed obtemperabit

Յառաջ ետ զթագ, և զթագաւորութի որդւոցն յակոբայ. և հնազանդեցոյց նոցա զորդիսն եսաւայ. ոպ և ասաց իսահակ ցեսաւ. եղբօր քում ծառայեսցես. Եւ իբրև ոչ եղեն յաջող յարքայութեան անդ, եբարձ զնա յորդւոց անտի յակոբայ, և ետ որդւոցն եսաւայ, մինչև գայ որոյ իւր է արքայութի. և տան զաւանդն այնմ որ

ետ

(1) Hæc dicta videntur de Imperatoribus Romanis regni filiorum Esau custodibus, qui Idololatriæ erroribus detenti omnibus viribus connixi sunt, ut Christo Domino Dei Filio per Apostolos suos, eorumque discipulos Evangelicam veritatem disseminanti obsisterent. Quinimo ipse Magnus Constantinus, qui primus Romanorum Imperatorum, ut plures putant, Christi fidem amplexus est, aliquatenus Christianæ veritati restitisse videtur. Nam ab Arianis deceptum in Arianismum prolapsum fuisse multi ex veteribus crediderunt. *Hier. in Chronico Lucifer. Calar. lib. I Bib. max. PP. tom. IV. pag.* 193. *Sulpic. Sever. Hist. Eccl. lib. II.* Et quidquid hac de re sit, illud certum, ac indubitatum est, quod inscius imprudens Arianis admodum favit; Sanctum enim Athanasium Catholici dogmatis propugnatorem in exilium ejecit, nullisque precibus flecti potuit, ut eum revocaret, teste Sozomeno, imo, ut scribit Sulpicius Severus in sua Historia Ecclesiastica *lib. II. cap. XXXI. Dumque sibi Religionis officium videtur implere, vim persecutionis exercuit*. Quid vero postea ejus filius Constantius? qui ab initio Imperii ab Arianis circumventus, ipsis impense patrocinatus est, & postmodum adeo acriter Catholicos persecutus est, ut scribat Hieronymus, *Orbem ingemuisse, seque Arianum esse miratum*. Persas autem, qui pridem se ad bellum magno apparatu comparaverant, audita morte Imperatoris Constantini, statim bellum movisse traditum est; quibus, ut se opponeret Constantius, ubi regimen Orientalis Imperii accepit, Antiochiam cum Romano exercitu se contulit. Dum vero in ea Civitate, illisque Orientis partibus morabatur,

vel

եւ նոցա. եւ ոչ եւս արգելուն զնա. եւ հնազանդի նմա պահապանն արքայութե. այնմ, որում ամենայն հնազանդին նմա; վասն այսորիկ արքայութիւս այս որդւոց Եսաւայ ոչ մատնի 'ի ձեռս զօրաժողով զօրաց, որ կամին ելանել 'ի վերայ նորա. զի արքայութի, տուողին իւրոյ պահի. Եւ զի այսր զոր գրեցի քեզ սիրելի. եթէ արքայութի որդւոցն Եսաւայ տուողին իւրոյ պահի. մի՛ երկմտիր վն նորա. եւ զի ոչ յաղթի այն թագաւորութի. Օի այրն հզօր, որում Յսն անուն է. դայ 'ի զօրն. եւ զզէն նորա ունին ամ զօրք թագաւորին. Քննեա եւ տե՛ս, զի եւ յաշխարհագրի անդ, ընդ նոսա է գրեալ. Եւ օրինակ զոր գրեալ է յաշխարհագրին նոցա լինի օգնական. եւ նշանք նորա յոյժ բազում են յաշխարհին. եւ զզէն նորա զգեցեալ են. եւ ոչ պարտաւորին 'ի պատերազմի. Ապա եթէ ասիցես ցիս; ընդէ՞ր յամս թագաւորաց որ յառաջ էին քան զնս. յաղթեցին գազանին, եւ հնազանդեցուցին զնա. Մեծք, եւ թագաւորք, որ էին յայնմ ժամանակի յարքայութե անդ որդւոցն Եսաւայ, ոչ կամեցան առնուլ ընդ իւրեանս 'ի պատերազմ զայրն, որ գրեալ էր ընդ նս յաշխարհագրի անդ. վն այսորիկ հնազանդեցաւ գազանն սակաւիկ մի. այլ ոչ եթէ վիրաւորեցաւ.

Բայց զայս զի գրեցի քեզ սիրելի. որինչ գրեալ է 'ի դանիէլ. ոչ եթէ 'ի չափ կատարածի հասուցի զնոսա, այլ այսր եւս են քան զչափ կատարածի. Ապա եթէ ոք հակառակեսցի վն նոցա.

bit custos regni ei, cui obediunt omnia. Propterea regnum hoc filiorum Esau non tradetur in manus fortiter aggregati exercitus, qui vult exire super illud; quia regnum Datori suo servatur. Quod autem scripsi tibi, Carissime, regnum filiorum Esau Datori suo servari, noli hac de re dubius hærere. Nam vinci nequit illud regnum. Vir enim fortis, cui nomen est Jesus, venit in exercitum, & totus Regis exercitus arma ejus habet. Considera enim, expende, & vide, quoniam & in illa descriptione universi Orbis cum eis ipse descriptus est. Et nomen, quod scriptum est in descriptione universi Orbis, fit ipsis (1) in adjutorium: & signa, & prodigia ejus valde multa sunt in regione illorum, & ipsi induti sunt armis ejus, & non superabuntur in bello. Quod si dixeris mihi: quare tempore Regum, qui antea fuerunt, victa est aliquando bestia, & superata? Magnates, & Reges, qui erant tunc temporis in regno filiorum Esau, noluerunt accipere (2) secum in bello virum, qui descriptus fuit cum eis in illa descriptione universi Orbis: propterea cessit bestia paululum; sed nequaquam interfecta est.

Luc. II. 1. 2.

§. 19. At, quod dixi tibi, Carissime, de iis, quæ scripta sunt in Daniele, haudquaquam totum est, neque exhausta sunt omnia. Quare si quis de his quæstionem aliquam moverit, sic illi respon-

Verba Dei inexausta sunt, & nequeunt omnia humano eloquio comprehendi.

O

vel non multo ante haud prorsus improbabile est, hunc Sermonem a Sancto Jacobo scriptum fuisse. Cum igitur Imperator Constantius Nisibi propius abesset, haud difficile rescire potuit S. Episcopus Nisibenus, quid ageretur in Imperatoris aula, & quibus Constantius fraude circumventus imbueretur erroribus, adeo ut neutiquam dubitaverit, quin etiam ipse non minus, ac sui Prædecessores, qui Dæmonum superstitione imbuti erant, Christo regni filiorum Esau Domino obstiturus esset.

(1) Quæ hoc loco scribuntur a S. Jacobo, haud obscure alludere videntur ad ea, quæ gesta sunt sub Constantino Magno, cum adversus Maxentium arma movit, pugnamque prope pontem Milvium inivit. Nam in ejus exercitu non tantum in Labaro, sed & in militum scutis, ac galeis Christi nomen insculptum fuisse, docet nos Prudentius:

Christus purpureum gemmati textus in auro
Signabat Labarum, clypeorum insignia Christus
Scripserat, ardebat summis Crux addita cristis.

Et paulo inferius loquens de Senatu Romano:

. . . . Tunc ille Senatus
Militiæ ultricis titulum, Christique verendum
Nomen adoravit, quod conlucebat in armis.

Id præterea confirmatur ex veteri Constantini Imperatoris numismate, quod in suis Annalibus Ecclesiasticis *ad an.* 312. *num.* 31. exhibet Emus Baronius, in quo Magni Constantini imago inspicitur, in cujus galea Monogramma Christi nomen exprimens legitur, & in altero numismate Majoriani, in cujus scuto idem Monogramma spectatur. Ex his conjectura haud inverisimili inferri potest, institutione, & jussu Imperatoris Constantini morem ferendi Sanctissimum Christi Nomen in scutis, & galeis a Romanis militibus acceptum, ac deinde servatum esse; ideoque scripsisse S. Jacobum, nomen Jesu Salvatoris, quod scriptum fuit, cum Augustus jussit, ut describeretur universus Orbis, adjumento esse in bello Romanis militibus, ideoque eos bello superari, Sanctissimo Christi Nomine, cujus multa erant in orbe terrarum prodigia, opitulante, minime posse.

(2) Narrat Tertullianus in Apologetico pro Christianis; a Romano Senatu, referente Tiberio Imperatore, Christum Jesum inter Deos haberi recusatum fuisse: *Tiberius ergo*, inquit, *cujus tempore nomen Christianum in sæculum introivit, annunciatum sibi ex Syria Palæstina, quod illic veritatem illius Divinitatis revelaverat, detulit ad Senatum cum prærogativa suffragii sui. Senatus, quia non in se probaverat, respuit.* Ita etiam Oro-

sius

respondebis : non sunt obsignata verba hæc. Nam verba Dei neque exhauriuntur, neque fine, & mensura aliqua obsignantur. At menti hominum si licet aliquid proferre, ad suum usque limitem se extendere potest, nec ultra progredi, quia fieri non potest, ut aliquid insuper addat, vel minuat. Magnitudo Dei sine numero, & sine mensura est. Si accipias aquam a mari, nihil apparet deficere; & si tollas granum unum ex arena, numerus ejus non minuitur. Et si volueris numerare astra Cœli, nequibis numerum eorum colligere. Et si ex igne ignem accendas, nihil ei detrahis. Si acceperis Spiritum Christi, nequaquam Christo aliquid deerit. Si Christus habitet in te, haudquaquam ille in te concluditur. Si ingrediatur radius per fenestras domus tuæ, nequaquam totus sol ad te advenit. Hæc autem omnia, quæ tibi exposui, verbo ejus firmata sunt, illud insuper tibi notum sit, quod nemo unquam verbum Dei comprehendet universum, ejusque mensuram continebit, & complectetur. Propterea neutiquam pro his pertinax obstiteris, & dices ita esse, & nequaquam aliter. Sed a me hæc accipies, ut ea doceas fratres nostros, cum convenerint. Non audies eum, qui deridet verba fratrum suorum, & quamvis dixerit, sua esse sapientiora; tamen noli audire sermones ejus. Quod autem scripsi tibi de isto exercitu, qui in bellum descendit, non ita tibi significavi, quasi aliquid revelatum mihi fuerit; sed attende, quod positum est in principio epistolæ, nempe quod omnis, qui se exaltavit, humiliatus est. Itaque si exeat exercitus, & vincat, hoc scito, quod admonitio Dei fit, & insuper quod etiamsi vincat, tamen justo Dei judicio condemnabitur. Demum illud tibi notum sit, quod bestia tempore suo vulnerabitur. Tu autem interea Frater festina, iterum dico, festina petere misericordiam, ut fiat ædificatio, & pax super populo Dei.

նոցա . այսպէս տասցես դու ցնա . գորգքն՛ր . չեն կնքեալ բանքս այս . քանզի զի բանք այ ոչ կատարին , և ոչ կնքին . բայց մարդկան միտք առնել , մինչև ցայս վայր են եթէ հասանեն բանքս . և այլ ոչ է հնար յաւելուլ՚ի նոսա , կամ պակասեցուցանել՚ի նոցանէ . մեծութն այ առանց համարոյ , և առանց չափոյ է . եթէ առնուցուս զջուր՚ի ծովէ , ոչինչ երևի պակասութն նորա . և եթէ առցես զմի մի յաւազոյ , ոչինչ պակասի թիւ նր ; և եթէ թուել կամիցիս դու զաստեղս երկնի , ոչ կարասցես ունել զթիւ նր ; և եթէ լուցանես զհուր ՚ի հրակէ , ոչինչ պակասի ՚ի նմանէ ; եթէ առցես զոգին քի , քն ոչինչ պակասի . եթէ քն բնակեսցի ՚ի քեզ . ոչ եթէ ՚ի քեզ կատարի նա . և եթէ մտանիցէ շող ճառ-հատուածանս տան քո . ոչ եթէ ամ արեգակն քեզ հասանել իցէ . Եւ զայս ամ , զորս համարեցի քեզ , բանիւ նր հաստատեցան . Եւ այսորիկ գիտակ լինիցիս՛ր , զի բանն այ ոչոք երբէք եղև հասու , կամ հասանէ չափու նորա . Եւ այսորիկ մի՛ եղիցիս քեզ հակառակութիք վն այսր , և ասիցես թէ այսչափ են , և շատ . բայց զայսոսիկ յինէն լուիցես , և հաւատակից եղբարց մերոց ուսուցանիցես զնոսա . Իսկ այն , որ այպն առնէ զբանս եղբարց իւրոց , թէպէտ և ասասցէ . թէ իմքս իմաստնագոյնք են , սակայն դու մի՛ լսեր զբանս նորա . Եւ զի գրեցի քեզ վն զօրացս այսոցիկ , որք շարժին ՚ի պատերազմ . ոչ եթէ իբրև ինչ յայտնեցաւ ինձ , ծանուցի քեզ զայս . այլ լուր դու զբանն , որ է ՚ի սկզբան թղթոյս . զի ամ , որ բարձրացաւ , խոնարհեցաւ . Թէպէտ ելանիցեն զօրքն յաղթիցեն , զայս գիտասջի՛ր , թէ խրատ այ է . և եթէ յաղթիցեն , յարդարն դատաստանին պարտաւորին . բայց զայս գիտասջի՛ր , զի դազանն ՚ի ժամանակի իւրում վիրաւորի . Այլ դու եղբայր յայսմ ժամանակի փութասջի՛ր , փութասջի՛ր խնդրել զողորմութն , զի եղիցի շինութն , և խաղաղութն ՚ի վերայ ժողովրդեանն աստուծոյ .

sius *Hist. lib.* 7. *cap.* 4. Eusebius *Hist. lib.* 2. *cap.* 2. Gregor. Turon. *Hist. lib. I. cap.* 24. Respuerunt igitur Principes filiorum Esau Virum, nempe Jesum, qui descriptus fuerat cum eis in descriptione universi Orbis, quæ facta est, imperante Cæsare Augusto, sub præside Syriæ Cyrino *Luc. II.* 12., & in eadem animi pertinacia, & contentione diu postea perduraverunt, quin imo capitali odio, & ferali sævitia ejus nominis cultores persecuti sunt usque ad tempora S. Jacobi, & ad pacem Ecclesiæ redditam a Magno Constantino, qui deinde Hæreticorum astu deceptus eam non minima ex parte turbavit.

DE ASCETIS DISSERTATIO.

Cum de Ascetis Sermone insequenti, sicut ego existimo, agatur, ut facilius, quæ a S. Jacobo Nisibeno disseruntur, percipi possint, operæ pretium me facturum ratus sum, si peculiarem hac de re Dissertationem præmitterem. Fuerunt enim nonnulli ex recentioribus Scriptoribus homines docti, atque eruditi, qui aliquid de Ascetis literis mandarunt; sed nemo est, qui rem totam complexus sit, eamque fusius, accuratiusque explicuerit. Quare hanc nostram elucubrationem æqui bonique faciat Lector, rogo, eamque, si tempus, ac otium adsit, ut legere aliqua ex parte non fastidiat.

CAPUT I.

De Ascetarum Origine.

Ascetarum Origo Monastica Institutione antiquior.



SCETARUM Origo ab ipsis nascentis Ecclesiæ Christianæ temporibus repetenda videtur. Nam quemadmodum sacrarum Virginum Ecclesiastica institutio, & religiosa professio ab ipsis exordiis Christiani nominis longe antequam Monacharum, seu Sanctimonialium audirentur nomina, & fundarentur Monasteria, & Monasticæ leges conderentur, natale suum habuit, ut fere innumera veterum scriptorum testimonia ostendunt, & comprobant recentiores rerum Ecclesiasticarum Scriptores: Ita etiam, ut puto, Ascetarum initium Monachis, & Monasticæ conversationi, legibusque cœnobiticæ vitæ consentaneis longe ante prævivit; & in Ecclesia Dei sicut prius fuerunt Virgines in propriis domibus virginitatem, sanctiorisque vitæ studium professæ; quàm monasteria, & sanctimoniales essent: ita etiam prius fuerunt viri Ascetæ, qui & continentiam, & peculiarem in pietatis certamine exercitationem Deo servandam promitterent; quàm Monachorum sodalitia, & Monasticæ conversationis, seu cœnobiticæ vitæ nomina ac leges innotescerent. Primos igitur Ascetas, duce, ac magistro Christo Domino, fuisse Apostolos, eorumque Discipulos, recte, meâ sententiâ, affirmari potest.

§. 2. Asceticam vivendi rationem, quam amplexi sunt Discipuli B. Marci, qui primus Alexandriæ Episcopus ab Apostolo Petro eò missus Evangelium prædicavit, descriptam, seu potius adumbratam a Philone putat Eusebius in libro, quem de vita contemplativa, seu de supplicibus inscripsit & hujusmodi vitæ cultores, viros quidem Therapeutas, fœminas vero Therapeutrias vocatas fuisse narrat, vel quia ad se accedentium animos a pravis affectibus detentos curarent, vel quia Deum caste, sancteque colerent. Non me latet, disputari inter eruditos, an Therapeutæ, quorum meminit Philo, Christiani fuerint, nec ne; eosque in diversas abire sententias, tantum abest, ut omnes assentiantur Eusebio, qui eos Marci Discipulos fuisse existimavit. Verum id parum, aut nihil ad rem nostram refert, neque enim illud inquirimus, an Tharapeutæ Christiani fuerint, & Marci Evangelistæ Discipuli, an potius Hebræi severiores Mosaicæ legis cultores; hanc enim quæstionem Ecclesiasticæ Historiæ Scriptoribus examinandam relinquimus.

Marci Evangelistæ Discipuli Asceta fuerunt, eorumque vita nobis in Therapeutis exhibita.

Euseb. Hist. Eccl. lib. II. cap. 7. & post eum Hieronymus de viris illustr. aliique plures tum veteres, tum recentiores. Baron. in Annal.

Tillem. mem: Eccl Natal. Alexand Hist. Eccl. Basnag. Hist. Eccl. Pag. Crit. in Annal. Bar. & alii plurimi.

mus. Verum dumtaxat mihi propositum est, quæ fuerit Ascetarum vivendi ratio, qui mos, quodve institutum, ex veterum Scriptorum monumentis, quæ ad nos pervenerunt, exquirere, & paucis, ac diligenter, quoad per me fieri potest, exponere. Itaque satis mihi est, ut inde quæ ad argumentum, quod ab initio mihi propositum est, exequendum necessaria sunt, desumi queant. Ejusmodi autem est illud, quod inter omnes constat, a Philone Ascetarum vivendi rationem, hoc est primorum Christianorum, qui Alexandriæ, vel in aliis Orientalis Ecclesiæ partibus asceticam vitam amplexi sunt, in suo libro nobis exhibitam, seu quomodocumque delineatam, aut adumbratam fuisse, parumque refert, an revera de Ascetis Christianis, an potius de Hebræis, aliisque quibuscumque Philosophis viris Judæus Scriptor egerit, dummodo illud firmum, certumque maneat, quod & diserte testatur idem Eusebius his verbis: *Nam & commentarius ille*, (hoc est Philonis liber de vita contemplativa) *de quo loquimur, multis post annis ab eo elaboratus omnes Ecclesiasticas Regulas, quæ a nobis etiamnum servantur, manifeste continet, & cum philosophorum, Ascetarumque nostrorum vitam describit, satis, superque indicat, se non modo vidisse, sed etiam vehementer probare, & mirari Apostolicos viros, qui ex Hebræis, ut credibile est, oriundi, ob eam causam Judaicos ritus, atque instituta tunc temporis magna ex parte servabant.* Ἐπεὶ καὶ ὃ φαμὲν σύγγραμμα εἰς ὕστερον καὶ μετὰ χρόνους αὐτῷ πεπονημένον, σαφῶς τοὺς εἰς ἔτι νῦν καὶ εἰς ἡμᾶς πεφυλαγμένους τῆς ἐκκλησίας περιέχει κανόνας· ἀλλὰ καὶ τὸν βίον τῶν παρ' ἡμῖν ἀσκητῶν, ὡς ἔνι μάλιστα ἀκριβέστατα ἱστορῶν, γένοιτ' ἂν ἔκδηλος, οὐκ εἰδὼς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀποδεχόμενος, ἐκθειάζων τε, καὶ σεμνύνων τοὺς κατ' αὐτὸν Ἀποστολικοὺς ἄνδρας ἐξ Ἑβραίων ὡς ἔοικε γεγονότας, ταύτῃ τε Ἰουδαϊκώτερον τῶν παλαιῶν ἔτι τὰ πλεῖστα διατηροῦντας ἐθῶν. Et eadem Eusebii verba in latinum ita redduntur a Ruffino: *Scripturam istam, quam diximus, posterioribus ab eo temporibus constat esse compositam. In qua evidentissime omnia Ecclesiæ instituta complectitur, quæ & tunc tradita sunt, & in hodiernum servantur a nobis. Sed & abstinentium vitas, eorum dumtaxat, qui nunc in Ecclesiis, vel Monasteriis degunt, describit ad liquidum. Unde plane manifestissimè proditur, non solum sciens quæ nostra sunt, sed & amplectens: quippe qui Divinis laudibus extulit sui temporis Apostolicos viros ex Hebræorum (quantum intelligi datur) præcipuè genere credentes.*

Euseb. Hist. Eccl. lib. II. cap. XVII. pag. 65.

§. 3. Si vero Ascetarum Originem in lege veteri quærere velimus, in hunc numerum omni procul dubio referendi sunt Nazaræi, & Rechabitæ; Nazaræi, inquam, perpetui, qualis fuit Samson, quia Ascetæ non secus ac illi voto tacite, vel expresse nuncupato seipsos Deo dedicabant; tum etiam, Prophetæ Elias, Elisæus, aliique, & filii Prophetarum; ideo scribit Hieronymus ad nobilem, sanctumque Ascetam Paulinum, quem pro more suæ ætatis Monachum apellat: *Habet unumquodque propositum Principes suos &c. . . . . Nos autem habeamus propositi nostri principes Paulos, Antonios, Julianos, Hilariones, Macarios; & ut ad Scripturarum auctoritatem redeam, noster Princeps Elias, noster Elisæus, nostri duces filii Prophetarum, qui habitabant in agris, & solitudinibus, & faciebant sibi tabernacula prope fluenta Jordanis. De his sunt, & illi Filii Rechab, qui vinum, & siceram non bibebant, qui morabantur in Tentoriis, qui Dei per Hieremiam voce laudantur.* S. Gregorius Nazianzenus in carmine, quo Virginem in Ascetico proposito, & sancta conversatione informat, Jonadab filium Rechab filiis suis leges, ac præcepta præscribentem ita præfatus inducit:

Ascetæ etiam in veteri lege extiterunt.

Ep. XIII. ad Paulin.

Tuque etiam Jonadab, sublimi prædite mente,
Vitam, qua nulla est homini felicior usquam.
Accelerans natis, hanc legem & verba dedisti
O nati, quas nec genitor mihi præbuit unquam,
Nec soboli pater ullus; opes sine fine manentes,
Percipite, ac læti cœlestia carpite regna.

Carm. III. ad Virgin. p. 58.

Vos

Vos primum nullis concludite corpora tectis,
Vomere nec terram perstringite: vinea vobis,
Nulla sit: atque vicem tecti tentoria præstant.
Nec vero dulci guttur perfunde Lyæo,
O mea progenies, sed regi vive superno,
Divitiasque omnes in eo, censumque repone,
Censum, qui cunctos stabilis perdurat in annos.

Καὶ σὺ φίλοις τεκέεσιν Ἰωναδὰβ ἔξοχε μῆτιν,
Ὄλβον ἐπισταμένων τὸν ὑπέρτατον ἐν μερόπεσι,
Τὸν δὲ νόμον μῦθέν τ' ἐφθέγξαο παῖδες ἐμοῖο,
Δεῦτε παῖδος δέξασθε, τὸν, ὃ πόρε πλοῦτον ἔμοιγε,
Οὔ τ' ἄλλῳ ποτὲ παιδὶ πατὴρ φίλος ἔμπεδον αἰεί.
Μὴ δόμον οἰκήσητε ἐπίγραπτον μελέσσι,
Μὴ γαίην ἀρόσητε· τί δ' ἄμπελος ὔμμιν ὄνειαρ;
Ἐν σκηναῖς ναίοιτε, μέθυσμά τε καὶ γλυκὺ πῶμα
Μή ποτ' ἐφ' ὑμετέρῳ λαιμῷ, μὴ τέκνα χέοιτο,
Ἀλλὰ θεῷ ζώοιτε, θεὸν δέ τε πλοῦτον ἔχοιτε,
Μοῦνον ἀεὶ ζώοντα, ὁμοῖον, ἀστυφέλικτον.

Eadem de filiis Prophetarum narrat Doctor maximus Hieronymus in altera epistola ad Rusticum Monachum: *Filii Prophetarum, quos Monachos* (hoc est solitarios, seu Ascetas) *in veteri testamento legimus, ædificabant sibi casulas prope fluenta Jordanis, & turbis urbium derelictis, polenta, & herbis agrestibus victitabant.* De Joanne autem Baptista, qui dubitari potest, an inter Sanctos veteris, seu novi testamenti accensendus sit; Isidorus Hispalensis: *Hujus etiam,* inquit, *propositi* (loquitur de Monachorum proposito, quibus, ut dixi, præiverunt Ascetæ) *in Evangelio Joannes Baptista extitit, qui eremum solus incubuit locusta tantum, & agresti melle nutritus.* Profecto tamquam Asceticæ vitæ absolutum exemplar nobis proponit Johannem Baptistam S. Cyrillus Hierosolymitanus, loquens de gratia Evangelica his verbis: *Vides quantum hominem hujus gratiæ ducem elegit Deus, nihil omnino possidentem, & solitudinis amantem, sed non humanæ consuetudinis osorem; locustas edentem, animamque pennis instruentem; melle famem explentem, & dulciora melle, utilioraque loquentem; veste ex pilis cameli indutum, & asceticæ vitæ in se ipso monstrantem exemplar.* Καὶ τῆς ἀσκήσεως τὸν τύπον ἐν ἑαυτῷ δεικνύντα.

Epist. IV.
Isid. de Eccle-siast. Officiis lib. II. cap. XV.
Catech. III. de Bapt. n. 6. p. 43.

§. 4. His autem, si quis velit, addi possunt omnes, ut dixi, Apostoli, ac Discipuli Christi Domini, primique illi Christiani Jerosolymis degentes, qui bonorum venditorum pretia ad pedes Apostolorum deferebant. De his enim tradit in Apostolica Historia S. Lucas: *Omnes, qui credebant, erant pariter, & habebant omnia communia. Possessiones, & substantias vendebant, & dividebant illa omnibus, prout cuique opus erat. Quotidie quoque perdurantes unanimiter in templo, & frangentes circa domos panem, sumebant cibum cum exultatione, & simplicitate cordis: collaudantes Deum, & habentes gratiam ad omnem plebem. Neque enim quisquam egens erat inter illos, quotquot enim possessores agrorum, aut domorum erant, vendentes afferebant pretia eorum, quæ vendebant, & ponebant ante pedes Apostolorum. Dividebant autem singulis, prout cuique opus erat.* Quamobrem Magnus Basilius in epistola, qua acriter redarguit Ascetam μονάζοντα, qui asceticum propositum gravi, ac turpi crimine polluerat; inter cætera ad eum hæc scribit: *Instituti Ascetici characterem in contemptum adducens, ad Apostolos usque, ipsumque Dominum dedecus, ac infamiam transtulisti.* Φαυλίσας τῆς ἀσκήσεως τὸν χαρακτῆρα, μέχρι τῶν ἀποστόλων, καὶ αὐτοῦ τοῦ κυρίου ἀνέπεμψας τὸ αἶσχος. Sed hactenus de Ascetarum origine; nunc eorum mores, atque instituta exquiramus. Sed prius aliquid de ipso Ascetarum nomine dicendum est.

Tales erant Jerosolymis primi Christiani.
Act. Apost. cap. II. 44.
Ibid. cap. IV. 3.
Epist. XLV. p. 134.

CA-

CAPUT II.

De Ascetarum Nomine, & de primis, ac insignioribus Ascetis.

Nomen Ascetæ quid significet, & unde derivatū sit.

Cic. de Offic. lib. I.

VUlgare est, & omnium sermone celebratum dictum illud Tullii: *Omnis, quæ a ratione suscipitur de aliqua re institutio, debet a definitione proficisci, ut intelligatur, quid sit id, de quo disputetur.* Itaque cum mihi proposuerim de Ascetis tractationem instituere, quid hoc nomen significet, & unde derivatum sit, dispiciendum est. Qui primis Ecclesiæ temporibus inter Christifideles durius, ac severius quoddam vitæ genus profitebantur, seque in piis Christianarum virtutum officiis, & Sanctarum Scripturarum meditationibus exercebant hoc nomine ἀσκηταὶ Ascetæ, quod exercitores, seu exercitatores significat, nuncupati sunt; fœminæ autem ἀσκήτριαι Ascetriæ, ipsa autem vivendi ratio ἄσκησις latinè exercitatio dicta est. Hoc autem nomen ex arte gymnastica sumptum est: Athletas enim, seu pugiles, qui se in arena ad pugnam exercebant ἀσκηταὶ Attici vocabant, ut est apud Erotianum in lexico Hippocratis. Primum hoc nomine ex gymnastica sumpto veteres Scriptores ethnici usi sunt ad significandos eos, qui animum suum paupertate, esurie, nuditate, abstinentia, aliarumque virtutum exercitationibus, & philosophicis meditationibus erudiebant. Apud Arrianum libro tertio dissertationum, caput extat περὶ ἀσκήσεως *de exercitatione*. Et apud Artemidorum Alexander quidam Philosophus ἀσκητὴς vocatur. Postea derivatum est ad Philosophos Christianos, qui terrenis curis ac impedimentis abjectis, & sæculi voluptatibus repudiatis, animos suos Christianæ Philosophiæ juxta cœlestia sacrarum Scripturarum documenta excolendæ penitus addicebant. His autem propius, aptiusque, quàm sæcularibus Athletis, seu Philosophis gentilibus Ascetarum nomen conveniebat. Siquidem, ut sapienter Christianos monet Augustinus: *Nos omnes contra diabolum, ejusque angelos habemus occultam luctam, ad quam luctam nos armat Apostolus, dicens*: NON EST NOBIS COLLUCTATIO ADVERSUS CARNEM, ET SANGUINEM, SED ADVERSUS PRINCIPES, ET POTESTATES, ADVERSUS MUNDI RECTORES TENEBRARUM HARUM, CONTRA SPIRITUALIA NEQUITIÆ IN COELESTIBUS.

Artemid. lib. IV. cap. 35.

Ephes. VI. 12.

Monachi Ascetæ dicti; hinc errandi occasio data.

§. 2. Cum autem non multo post exortum fuerit Monasticum Institutum, & in locum Ascetarum Monachi successerint, ad eos etiam, qui exactius, & securius, quàm veteres Ascetæ, melioribusque vivendi legibus, atque institutis in Christianæ pietatis palæstra se exercebant, nomen Ascetarum traductum est. Itaque in antiquis Ecclesiasticorum Scriptorum præsertim Græcorum libris sæpe reperiuntur Monachi Ascetarum nomine nuncupati, eorumque Monasteria Asceteria dicta, quemadmodum e diverso Ascetæ Monachi, seu μονάζοντες, & solitarii nuncupati sunt. Id autem in causa fuit, cur plures doctissimi viri lapsi sint, atque in eum errorem inciderint, ut ubicumque Ascetarum nomen sibi occurrerit, ibi Monachos nominatos fuisse existimarent. Atque ita factum est, ut plurimi Ascetas, & Monachos, qui maxime inter se differunt, in unum confuderint, & Monachos, priusquam Monasticus Ordo nasceretur, in Ecclesia fuisse crediderint, & Monasticam Professionem antiquiorem esse, quàm summæ auctoritatis Scriptores posteritatis memoriæ tradiderunt, contra apertissima testimonia, & validissima argumenta sibi persuaserint.

Budæus Comm. ling. Græc. verb. ἀσκῶ.

Du Fresne Gloss. med. & inf. Græ. verb. ἀσκητὴς ἀσκητήριον.

Idem Gloss. med. & infim. Latin. in verb. Asceta, Asceterium.

Suicerus, Tusanus, Henricus Stephanus, aliique lexicographi.

Cotel. in notis ad lib. VIII. cap. XIII. Constit. Ap.

Henric. Vales. in not. ad cap. XVII. lib. II. Hist. Eccl. Euseb. p. 66.

Anton. Pagius critic. in Annal. Baron. an. 62. n. 4.

Lud. de la Cerda obser. cap. XXIX. sect. 1.

Thomas. Eccl. Discipl. de Benef. Tom. I. Part. I. lib. I. cap. XII.

Suicer. Thesaur. Eccl. verb. ἀσκέω.

Bingham. Origin. Eccl. vol. III. lib. VII. cap. I.

Monasticus ordo quo primum tempore exortus, ac propagatus fuerit.

§. 3. Sanctissimus enim Ecclesiæ Doctor Hieronymus initio vitæ B. Pauli, de Monasticæ, seu potius Anachoreticæ vitæ antiquitate quæstionem tractans: *Inter multos*, inquit, *sæpe dubitatum est, a quo potissimum Monachorum Eremus habitari cœpta sit. Quidam enim altius repetentes a Beato Elia, & Joanne sumpsere principium &c. . . . . alii autem, in qua opinione vulgus omne consentit, asserunt Antonium hujus propositi caput fuisse: Quod ex parte verum est. Non enim tam ipse ante omnes fuit, quàm ab eo omnium incitata sunt studia. Amathas verò, & Macarius discipuli An-*

Antonii, quorum superior magistri corpus sepelivit, etiam nunc affirmant, Paulum quemdam Thebæum principem istius rei fuisse; quod non tam nomine, quàm opinione nos quoque comprobamus. Et in epistola ad Eustochium hujus vitæ auctorem Paulum, illustratorem Antonium fuisse affirmat.

Hier. ep. 22. ad Eust. cap. 16.

At vero Monasteria primus in Ægypto ædificari curavit Pachomius, moremque instituit ad certas regulas in societate vivendi. Pachomio a Sozomeno adjungitur Ammon, quem profectum scribit ad solitudinem, quæ sita est ad meridiem lacus Mareotici circa Scetim, & montem, qui Nitriæ dicitur, duobus & viginti annis illic philosophatum esse: post hæc subjicit: *Hujus divini viri, qui Monasteriorum in illis partibus Princeps, atque institutor fuit, multi, ac memorabiles discipuli extiterunt.* Τούτῳ δὲ τῷ θεσπεσίῳ ἀρχηγῷ γενομένῳ τῶν τῇδε μοναστηρίων, πολλοὶ καὶ ἀξιόλογοι ἐγένοντο μαθηταί. In Palæstina vero, sive Syria auctorem Monasticæ vitæ Hilarionem extitisse, tradidit nobis in ejus vita idem Beatissimus Doctor Hieronymus his verbis: *Nec dum enim tunc Monasteria erant in Palæstina, nec quisquam Monachos ante S. Hilarionem in Syria noverat; ille fundator, & eruditor hujus conversationis, & studii in hac provincia fuit.* Sozomenus autem in sua Ecclesiastica Historia tanquam Monasticæ disciplinæ auctorem, ac patrem laudat Aonem inquiens: *Hunc porro Aonem primum apud Syros, perinde ac Antonium apud Ægyptios, auctorem fuisse ferunt solitariæ, & arctioris philosophiæ.* Φασὶ δὲ τοῦτον Ἀώνην, τῆς ἐκτὸς πάντων ἀνθρώπων, καὶ ἀκριβοῦς φιλοσοφίας ἄρξασθαι παρὰ Σύροις ὥσπερ Ἀντώνιον παρ' Αἰγυπτίοις. Apud Armenos, & Paphlagones, & accolas Ponti Eustathius Sebastiæ in Armenia Episcopus Monasticæ conversationis auctor fuisse fertur, teste Sozomeno, qui tamen nec certo affirmare audet, nec ego verum esse puto, ut alibi dicam. Sed angelicam hujus vitæ rationem in Pontum, Cappadociam, & Armeniam invexisse potius existimo Basilium, cui id crimini datum est, ut de se ipse affirmat: *Ego verò, inquiens, vitam impenderem, ut possent mihi hæc delicta impingi, haberemque apud me viros, qui, me doctore, hoc pietatis studium amplexi hactenus fuissent.* Ἐγὼ δὲ παντὸς ἂν τιμησαίμην τοῦ ἐμαυτοῦ βίου, ἐμὰ εἶναι τὰ ἀδικήματα ταῦτα, καὶ ἔχειν ἄνδρας παρ' ἐμαυτῷ, ὑπ' ἐμοὶ διδασκάλῳ τὴν ἄσκησιν ταύτην προελομένους. In Mesopotamia autem primus Monachos instituisse videtur Julianus. Italia autem ab Athanasio Monasticum propositum accepit. In Africam primus induxit Augustinus, & ante eum in Gallia B. Martinus Monasteria fundavit. Quare eruditissimi Scriptores, qui antiqua Ecclesiasticæ Historiæ monumenta exactiori judicio ad criticæ artis regulas expendunt, Monasticæ Institutionis exordia, post restitutam a Magno Constantino Christianæ Ecclesiæ pacem, unanimi consensu collocant, alii quidem currente, vel exeunte sæculo quarto; alii vero initio sæculi quinti. Itaque qui tempus istud præcesserunt, & ab antiquis Scriptoribus Ascetæ, vel etiam Monachi, aut Solitarii nominantur, Ascetas proprie, non autem Monachos, quales hoc nomine nos intelligimus, fuisse necesse est, ne antequam Monasticæ vitæ professio initium haberet, Monachos extitisse dicamus. At vero Ascetæ non solum fuerunt tribus prioribus Ecclesiæ sæculis, sed etiam posterioribus plures extiterunt, qui sæculo relicto, ac opibus, & facultatibus, rebusque omnibus repudiatis, voluntariam paupertatem eligentes a mundanarum rerum tumultu, quoad fieri poterat, secesserunt, ut corpore in servitutem redacto, mente a mundanarum rerum amore libera, in sancta Dei contemplatione quiescerent, & in terris degentes cœlestem beatorum spirituum vitam imitarentur. Verum enim postquam Monastica Institutio propagari cœpit, qui antea Ascetæ dicebantur, Monachi græce Μοναχοὶ passim a Scriptoribus præsertim latinis, apud quos Monachorum nomen notius erat, quàm Ascetarum, post adventum Magni Athanasii in Romanam Urbem, ut dixi, nominati sunt, & jure merito, quia Monachi Ascetis successerunt, & quia ut plurimum eodem amiculo, ac veste,

Sozom. Hist. Eccles. lib. III. cap. XIV. p. 111.

Id. Sozom. lib. I. cap. XIV. p. 29.

Hier. vit. Hilar. cap. XI.

Sozom. lib. VI. cap. XXXIII. p. 268.

Sozom. Hist. Eccles. l. III. c. XIV.

Greg. Nazianz. Orat. 20. Tillem. mem. Eccl. de S. Basil. P. Garnier in vit. S. Basil.

Basil. Epist. CCVII.

Theod. hist. Relig. in vit. Juliã. Hier. in ep. XIII. ad Paulinum de Instit. Monach. Hier. in Epitaph. Marcellæ. Possid. in vit. August. c. ult. Sever. Sulpic. in vit. Martini cap. IV. & V.

ste, qua Monachi induebantur, & eamdem conversationem, quoad eorum statum, ac conditio ferebat, exhibebant, vivendique rationem sequebantur.

Antiquiores, ac illustriores Ascetæ.

§. 5. Sed de primis, ac insignioribus Ascetis aliqua dicamus. Ascetas quidem, ut paulo ante dixi, a primis Evangelicæ prædicationis primordiis in Dei Ecclesia fuisse dubitari nequit. Singulos quidem, qui hujusmodi vitæ morem, atque instituta sequuti sunt, referre longum esset ac difficile, cum plurimorum nulla ad nos memoria pervenerit. Profecto in hunc numerum recensendi sunt Sanctissimi omnes Monasticæ conversationis Patres, ac Auctores, qui primum se in Asceticis Institutis exercuerunt, deinde Christianæ perfectionis summitatem adepti, cum plures ad se discipuli concurrerent, qui se sancto eorum magisterio excolendos dabant, ut bona, quæ in schola Domini didicerant, in alios derivarent, monasticos cœtus, ac cœnobiticam, vel eremiticam vivendi rationem sub uno capite, ac præside, instituerunt. De Magno Antonio scribit in ejus vita Athanasius, primum asceticam vitam amplexum; deinde Anachoreticam sequutum: Postremo *multis*, inquit, *persuasit, monasticam, seu solitariam, ut eligerent vitam, atque ita demum in montibus quoque excitata sunt Monasteria, eremusque a Monachis habitata est, qui relictis suis omnibus cœlesti instituto nomen dabant*. Ἔπεισε πολλοὺς αἱρήσασθαι τὸν μονήρη βίον· καὶ οὕτω λοιπὸν γέγονε, καὶ ἐν τοῖς ὄρεσι μοναστήρια, καὶ ἡ ἔρημος ἐπολίσθη ὑπὸ μοναχῶν, ἐξελθόντων ἀπὸ τῶν ἰδίων, καὶ ἀπογραψαμένων τὴν ἐν τοῖς οὐρανοῖς πολιτείαν. Nec diversa sunt, quæ de Hilarione, aliisque Monachorum Patribus, & Monasticæ vitæ Institutoribus traduntur. Verum ex Sanctissimis illis Ascetis, qui primis Ecclesiæ sæculis hujus sanctæ conversationis studio ante monasticæ professionis exordia, vel non multo post claruerunt, nominatim aliquos recensebo: Horum in numero fuerunt Serapion undecimo Commodi Imperatoris anno Antiochiæ Episcopus ordinatus, *cujus*, inquit B. Hieronymus, *leguntur, & sparsim breves epistolæ auctoris sui ἀσκήσει, & vitæ congruentes*. Pierius Alexandrinæ Ecclesiæ Presbyter sub Caro, & Diocletiano Principibus, quem idem Hieronymus: *Miræ ἀσκήσεως* vocat, *scientissimumque Dialecticæ, & Rethoricæ artis, & post persecutionem omne vitæ suæ tempus Romæ fuisse versatum*. Lucianus Martyr, quem magnum ascetam, & martyrem fuisse traditum est: τοῦ μεγάλου ἀσκητοῦ, καὶ μάρτυρος, inquit Athanasius, seu alius auctor Synopsis S. Scripturæ verba faciens de ejus sacrorum librorum græca versione: Petrus, quem Ἀσκητὴν Ascetam nominat Eusebius, & qui *velut aurum purissimum per ignem probatus suæ in Christum fidei in Urbe Cæsarea illustre specimen edidit*. Pamphylus, & Seleucius ambo Martyres, de quorum primo scribit Eusebius, inter cæteras virtutes philosophica vita, & exercitatione, seu ascesi φιλοσόφῳ πολιτείᾳ καὶ ἀσκήσει claruisse; alterum constituisse se æmulatorem religiosorum Ascetarum ζηλωτὴν ἑαυτὸν καταστήσας τῶν τῆς θεοσεβείας ἀσκητῶν. *Justinus, qui*, ait Epiphanius, *multa virtutum exercitatione perpolitus, vitaque ad omnem honestatem instituta, tandem pro Christo martyrio perfunctus, perfectissimam coronam adeptus est*: μεγάλως ἐξασκηθεὶς ἀρετῆς τε τὸν βίον ἐνδειξάμενος &c. Ascetarum numero accensendus videtur T. Flavius Clemens summæ nobilitatis, eximiæ, & spectatæ virtutis vir, quippe qui & Domitiani Imperatoris patruelis fuit, & Christi Martyr, ut comperitur ex antiqua inscriptione, quæ anno 1725. reperta est in Ecclesia Sancti Clementis in urbe. Is igitur ejuratis Gentium erroribus, Christi assecla factus asceticam, ut reor, conversationem adamavit, & terrenis honoribus, ac divitiis repudiatis, mundanis curis, & occupationibus sæcularibus abjectis, humilitatem Crucis sequutus est, ideoque Gentilium oculis visus est plus quam debebat, mundanas res contempsisse, & a curis, ac negociis sæcularibus imprudenter, ac stulte se abalienasse. Nam ethnicus scriptor sanctissimum ejus secessum, rerumque omnium contemptum inertissi-

S. Ath. in vit. S. Ant. §. 14. pag. 808. Tom. II. Part. II.

S. Hier. de Scriptor. Eccl.

Ibidem.

Synops. Sac. Script. in fin. pag. 204. Tom. II. nov. ed. an. 1698.

Euseb. de Mart. Palæst. cap. X.

Euseb. ibid. cap. XI.

Epiphan. Hæres. XLVI.

tissimæ ignaviæ adscripsit: *Flavium Clementem*, inquit Svetonius in vita Domitiani, *patruelem suum contemptissimæ inertiæ &c.* Et quidem hoc nomine frequenter Christiani, & inter eos potissimum Ascetæ traduci solebant. Nam ut egregie advertit Eminentissimus Baronius: *Vetus, ac frequens hæc erat in Gentilium ore in Christianos solita jactari calumnia, nimirum quod essent inertes; quam quidem refellens Tertullianus hæc ait*: SED ALIO QUOQUE INJURIARUM TITULO POSTULAMUR, ET INFRUCTUOSI IN NEGOTIIS DICIMUR. *Sed in pravis operibus Christianos omnino frigidos, inertesque se habere, in bonis autem studiosos, ac sedulos esse, pluribus monstrat (id. Tertullianus)*. Ita doctissimus Cardinalis. Sed redeo unde paululum digressus sum. Profecto inter Ascetas adscribendi sunt Quadratus, Aristides, Alcibiades, seu Asclepiades Martyr Lugdunensis, Pantænus, Clemens Alexandrinus, Tertullianus, Heraclas, Origenes, Cyprianus, Gregorius Thaumaturgus, & sexcenti alii, qui tribus primis Ecclesiæ sæculis ante monasticæ vitæ ortum, atque institutionem floruerunt. De S. Cyrillo Episcopo Hierosolymitano in Græco Synaxario relatum est: *Hic fuit sub Constantino Magno, primum Solitarius, & Asceta, postmodum ob eximiam conversationis suæ virtutem Hierosolymorum ordinatus est Episcopus*. Οὗτος ἐγένετο ἐπὶ Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου πρότερον μοναχὸς γινόμενος, καὶ ἀσκητὴς ὕστερον διὰ τὴν ἐνάρετον αὐτοῦ πολιτείαν προεχειρίσθη ἐπίσκοπος. Magnus Basilius de se ipse scribit, quod absolutis literarum studiis asceticæ vitæ amplectendæ desiderio vehementer ardebat: *Ac mihi quidem*, inquit, *ante omnia curæ erat, ut emendationem aliquam morum facerem, quos diuturna cum improbis consuetudo perverterat. Itaque cum legissem Evangelium, ibique perspexissem plurimum ad perfectionem valere bona sua divendere, & cum egenis fratribus communicare, ac nulla prorsus hujus vitæ sollicitudine distringi, nec ulla affectione ad res terrenas animo converti: cupiebam invenire aliquem ex fratribus, qui hanc vitæ viam elegisset, ut una cnm ipso brevem hujus vitæ fluctum transirem*. Καὶ πρόγε πάντων ἐπιμελὲς ἦν μοι διόρθωσίν τινα τοῦ ἤθους ποιήσασθαι, πολλὺν χρόνον ἐκ τῆς πρὸς τοὺς φαύλους ὁμιλίας διαστραφέντος· καὶ τοίνυν ἀναγνοὺς τὸ εὐαγγέλιον, καὶ θεασάμενος ἐκεῖ μεγίστην ἀφορμὴν εἰς τελείωσιν τὴν διάπρασιν τῶν ὑπαρχόντων, καὶ τὴν πρὸς τοὺς ἐνδεεῖς τῶν ἀδελφῶν κοινωνίαν, καὶ ὅλως τὸ ἀφροντίστως ἔχειν τοῦ βίου τούτου, καὶ ὑπὸ μηδεμιᾶς συμπαθείας πρὸς τὰ ὧδε τὴν ψυχὴν ἐπιστρέφεσθαι, ηὐχόμην εὑρεῖν τινα τῶν ἀδελφῶν ταύτην ἑλόμενον τὴν ὁδὸν τοῦ βίου, ὥστε αὐτῷ συνδιαπεραιωθῆναι τὸν βραχὺν τοῦτον τοῦ βίου κλύδωνα. Secessit postea Sanctissimus Doctor in Pontum, ut liberius animum suum excoleret, Divinarumque rerum contemplationi vacaret. Cum autem ejus magister Libanius celebris Sophista Gentilis accepisset, Christianæ Philosophiæ propositum amplexum esse, datis ad eum literis, ita gratulatus est: *Quid nunc nobis Basilius gerit, & quod vitæ genus amplexus est? num in foro versatur, veteres illos Rethores imitatus? an Rethores fortunatorum Patrum filios efficit? Cum autem nonnulli venissent, qui nuntiarent, Te viam longe his præstantiorem ingressum esse, hocque magis spectare, quomodo Deo amicus evadas, quàm quomodo aurum colligas, & Te, & Cappadoces Beatos prædicabam: Te quidem, qui talem te esse velles, illos verò, qui talem possent civem ostendere*. Τί νῦν ἡμῖν ὁ Βασίλειος δρᾷ; καὶ πρὸς τίνα βίον ὥρμηκεν; ἆρ' ἐν δικαστηρίοις τέτραπται, τοὺς παλαιοὺς ῥήτορας ζηλῶν; ἢ ῥήτορας εὐδαιμόνων πατέρων ἀπεργάζεται παῖδας; ὡς δὲ ἧκόν τινες ἀπαγγέλλοντες ἀμείνω σε πολλῷ τουτωνὶ τὴν ὁδὸν πορεύεσθαι, καὶ σκοπεῖν, ὅπως ἂν γένοιο Θεῷ μᾶλλον φίλος, ἢ συλλέξεις χρυσίον, εὐδαιμόνισα σέ τε καὶ Καππαδόκας· σὲ μὲν, τοιοῦτον βουλόμενον εἶναι· ἐκείνους δὲ, τοιοῦτον δυναμένους δεικνύναι πολίτην. Gregorius Nazianzenus eodem, ac Basilius, quicum amicitia arctissime conjunctus erat, desiderio Asceticæ professionis, qui eam in extremo vitæ discrimine constitutus voverat, tenebatur, conveneruntque simul, rebus hujus sæculi vale dicto, se in sanctis christianis virtutibus exercere. Sed Gregorius promissa imple-

Synaxar. ms. Colleg. Clarom Soc. Jes. ad diem XI. Boll. Tom. II. Mart. append. p. 748.

Epist. 223. aliàs 79. §. 2.

Epist. 336. aliàs 143 inter Epist. Basilii.

Orat. I. Greg.

Orat XX. Greg. Nazian. & Carm. I. de

I de vita sua Ep. V. & alibi. re nequivit, cura & pietate erga Parentes jam senio confectos domi retentus, ubi tamen asceticam vitam inter domesticas sollicitudines agere studuit. His præterea inter alios addendi sunt Joannes Chrysostomus, Augustinus, Amphilochius postea Episcopus Iconiensis, Athanasius, Martinus, Joannes Lycopolitanus, Sulpicius Severus, de quo, sicut de pluribus aliis, controversia, an Monachi fuerint, necne, facile dirimitur, si fuisse dicantur, ut revera fuerunt Ascetæ; Honoratus, Paulinus, Heliodorus, Nepotianus, Cassianus, Domnio, quem Romæ reperit Serapio Sindonita celebris alter Asceta, cum ad urbem profectus curiose indagaret, quis esset in civitate magnus exercitator, aut exercitatrix ἀσκητὴς, ἢ ἀσκήτρια; Pammachius, qui cum mundo renuntiasset *suas opes partim vivus dispersit, partim autem moriens reliquit pauperibus*. Pinianus, qui, teste Palladio Helenopolitano Episcopo, Melaniæ Junioris antea maritus, deinde in opere virtutis adiutor unanimis, legendis Divinis Scripturis, hortoque colendo intentus erat, aliique plurimi, qui omnes manasticas virtutes, & vivendi rationem a sæculi vanitate remotam Monachorum instar exhibuerunt, Christianæque sanctitatis exercitationem ἄσκησιν sectati sunt, non autem monasticam professionem, vitam, & propositum tenuerunt. *Quoniam*, ut recte monet Thomassinus, *virtutum quidquid est, id obvium, & commune est Monachis, Clero, fidelibus laicis, ipsis Testamenti veteris discipulis; ut Monachos consequaris, opus est præterea regula, congregatione, speciali veste, statu ab aliis discrepante, & notabili, exercitiis, officiisque ad certas horas alligatis, & suis semper simillimis, scholis, coloniis.*

Sev. Sulp. vit. §. 8. Tom. I. Oper. ejusd. edit. Veron.

Pallad. in Histor. Lausiac. cap. LXXXIV.

Pall. ibid. cap. CXXII.

Pallad. ibid. cap. CXXI.

Thomass. Eccl. Discipl. de benef. Tom. I. part. I. lib. III. cap. XII. §. 11.

CAPUT III.

Quibus aliis nominibus Ascetæ appellati sint.

Ascetæ variis nominibus nuncupati sunt.

QUi Christianæ Philosophiæ studio, ac amore succensi Asceticam vivendi rationem amplectebantur, non uno Ascetarum nomine donati sunt. Hos quidem σπυδαίυς, sive studiosos vocatos fuisse, putat Binghamus, ab Eusebio in sua Historia Ecclesiastica, tum etiam ab Epiphanio in expositione fidei. Cum autem omnes Christiani electi dicerentur, Ascetæ, qui electionem, seu vocationem suam bonis operibus, ac duriori vivendi genere magis certam, ut ab omnibus faciendum monet Apostolorum Princeps Petrus, facere satagebant, Electi Electorum, vel inter electiores nominati esse videntur a Clemente Alexandrino in oratione: *Quis dives salvetur*, ubi ait: *Omnes itaque fideles, probi, Divinisque moribus instituti, atque ea digni nuncupatione, qua velut diademate corona inclyta redimiti sunt. Enimvero non desunt, qui & jam inter electos electiores, eoque magis illustres sint, quo velut ad portum ex mundi procella se ipsos subducant, resque suas in tutum recipiant: qui Sancti videri nolunt, ac si quis nuncupaverit, erubescunt.* Πάντες ὖν πιςοὶ, καλοὶ, θεοπρεπεῖς, καὶ τῆς προσηγορίας ἄξιοι, ἣν ὥσπερ διάδημα περίκεινται· ὐ μὴν ἀλλ᾽ εἰσὶν ἤδη τινὲς καὶ τῶν ἐκλεκτῶν ἐκλεκτότεροι, καὶ τοσύτῳ μᾶλλον ἧττον ἐπίσημοι πρὸς τὸν λιμένα ἐκ τῦ κλύδωνος τῦ κόσμυ νεωλκῦντες ἑαυτὺς, καὶ ἐπανάγοντες ἐπ᾽ ἀσφαλὲς· ὐ βυλόμενοι δοκεῖν ἅγιοι· κἂν εἴποι τις αἰσχυνόμενοι. Ex ultimis his Clementis verbis colligi posse videtur, *Sanctos* etiam nonnunquam appellatos fuisse Ascetas. Quod confirmatur ex Sermone S. Jacobi Nisibeni, qui eos sanctos, devotos, seu religiosos, & votum habentes, quia sanctitati studebant, quia voto tacito, vel expresso se Deo consecrabant, ac devovebant, nuncupat. *Abstinentes* quidem eos dictos fuisse, fidem facit Ruffinus, qui in versione Historiæ Ecclesiasticæ, quam scripsit Eusebius, græcum illud nomen ἀσκητὰς latinè *abstinentes* reddit. Confessores quoque, quia moribus suis Evangelicam doctrinam profitebantur, vel alia ex causa vocatos fuisse apud Latinos Ascetas, non inverisimilis conjectura est, ut alibi pluribus ostendi. Non dissimili ratione, quia a sæculi voluptatibus, & a mundanis illecebris se

Studiosi

Bingham. Orig. Eccles. Vol. III. lib. VII. cap. I. §. 4.

Euseb. Hist. Eccl. lib. VI. cap. XI.

Epiphan. exposit. Fid. num. XXII.

Electi Electorum

§. 36. pag. 955. tom. II.

Sancti

Abstinentes

Lib. II. Histor. Eccl. cap. XVI.

Confessores

Continentes

se continebant, ἐγκρατεῖται *continentes* nominati sunt; quod nomen postea quorumdam hæreticorum proprium remansit, qui, ut facilius incautos sub falsa virtutis imagine fallerent, simulatam continentiam affectabant. Quin imò abstinentiam a rebus quoque per se bonis, ac licitis, tamquam si revera malæ, ac prohibitæ essent, in superni earum Creatoris contemptum impie ostentabant. Cœterum quod ad Ascetas attinet, Dionysius Exiguus, & Isidorus Mercator, qui supra mille ab hinc annos floruerunt, in versione Canonum Concilii Gangrensis nomen ἀσκητὰς latine reddunt *continentes*; Gentianus autem Hervetus superiorum temporum Scriptor literæ inhærens eamdem græcam dictionem vertit: *Exercitatores*. Tertullianus autem Ascetas latine vocasse videtur *exercitatos*. Præterea μονάζοντες, solitarie, seu solitariam vitam agentes dicti sunt, vel quia in solitariis locis, & seorsum ab aliis habitabant, vel quia soli cælibem, castamque vitam voventes sine ullo uxoris consortio vitam degebant, vocati reperiuntur. Hoc nomine non semel donavit eos S. Jacobus in superius laudato, aliisque Sermonibus. Et Marcion ille Ponticus, Marcionitarum postea hæreticorum auctor, & signifer, qui, ut prætextu simulatæ pietatis fidelium oculis vitia sua facilius obtegeret, asceticam vitam professus est, ab Epiphanio μονάζων solitarie degens, seu solitariam vitam agens dicitur, ejus verba talia sunt: Τὸν δὲ πρῶτον αὐτοῦ βίον παρθενίαν δῆθεν ἤσκει· μονάζων γὰρ ὑπῆρχε. Petavius autem cum hæc ita latine reddidisset: *Qui initio vitæ scilicet castitatem præ se ferens Monachorum instituta professus est &c.* reprehensus est a Renato Massuet in dissertatione prævia in libros S. Irenæi. Agens enim de Marcione: *In virginitate primum*, inquit, *hominum contubernium fugiens*, μονάζων (*non Monachorum instituta, quæ nondum nota, professus, ut minus attentus vertit Petavius*) *laudabiliter vixit*. Sed melius mea sententia, ni fallor, etiam ipse Mossuetus vertisset hoc modo: *Asceticam, seu solitariam vitam professus*, ut latinis verbis apertius exprimeret vitæ institutum, quod ab initio Marcion sibi sequendum proposuit. Vocat etiam Ascetas S. Cyrillus Hierosolymitanus μονάζοντας in suis Catechesibus; tum etiam S. Gregorius Nazianzenus tum in orationibus, tum in suis carminibus. Et ejus Oratio duodecima inscribitur: Εἰρηνικὸς πρῶτος ἐπὶ τῇ ἑνώσει τῶν μοναζόντων &c. *Pacifica Oratio prima in reconciliatione solitarie degentium*. *Nazaræos* etiam, quia mente integra, corde puro, corpore casto seipsos serviendo Deo, mundanis curis relictis, devovebant, non uno in loco eos nominat idem Gregorius. In laudata Oratione vigesima verba faciens de iis, qui adversus Eusebium pro Basilii Magni defensione commoti sunt, ejusque partes tuentes conspirarunt. *Propterea*, inquit, *adversus eum* (hoc est Eusebium) *Ecclesiæ pars selectior, & sapientior commovetur, siquidem sapientiores pluribus habendi sunt, qui se ipsos a mundo sejunxerunt, ac vitam suam Deo consecrarunt, Nazaræos nostrates dico, atque in hujusmodi rebus maximum studium collocarunt*. Κινεῖται οὖν ἐπ' αὐτὸν τῆς Ἐκκλησίας, ὅσον ἐκκριτὸν καὶ σοφώτερον, εἴπερ σοφώτεροι τῶν πολλῶν, οἱ κόσμου χωρίσαντες ἑαυτοὺς, καὶ τῷ Θεῷ τὸν βίον καθιερώσαντες· λέγω δὲ τοὺς καθ' ἡμᾶς Ναζιραίους, καὶ περὶ τὰ τοιαῦτα μάλιστα ἐσπουδακότας. Hos autem Ascetas fuisse, quæ post sequuntur, haud obscure ostendunt; dicitur enim, hos fuisse ex congregatione Basilii, qui, supra cæteros omnes Philosophos, hoc est Ascetas, in veneratione apud omnes habebatur. *Is* (nempe Basilius) *tanta apud omnes veneratione erat, quanta haud scio, an quisquam nostræ ætatis Philosophorum, eamque vim habebat, ut coitioni, si voluisset, animos ac fiduciam afferre posset*. Ὅ, τι γὰρ ἀνὴρ αἰδέσιμος, ὡς οὐκ οἶδ' εἴ τις ἄλλος τῶν καθ' ἡμᾶς φιλοσόφων, καὶ ἱκανὸς θάῤῥος παρασχεῖν, εἴπερ ἐβούλετο τῷ συστήματι. In altera autem Oratione, ubi diversis Ecclesiæ Constantinopolitanæ ordinibus ultimum vale discessurus dixit: *Valete*, ait, *Nazaræorum Chori, Psalmodiarum concentus, nocturnæ stationes, virginum sanctimonia, mulierum modestia &c.* Χαίρετε

Tertull. de Præs. cap. IV.

Exercitatores seu exercitati

μονάζοντες solitarie degentes

Epiphan. Hæres. XLII.

Dissert. I. art. 3. num. 135.

Catech. IV. n. 24 & XII. n. 33. & XVI. n. 23.

Orat. XX. p. 336. Orat. XXXII. p. 527. & in carmine de virtute, seu humilitate, aliisque in locis.

ρετε Ναζαραίων χοροστασίαι, ψαλμῳδιῶν ἁρμονίαι, στάσεις πάννυχοι, παρθένων σεμνότης, γυναικῶν εὐκοσμία. Ubi notandum est, quod S. Doctor jungit Ascetas cum Virginibus. Nam quem locum, & vitæ professionem tenebant inter fœminas virgines, habebant inter viros Ascetæ, ut sæpius indicavimus. At vero Ascetas non solum μονάζοντας solitarie agentes & Nazaræos, sed etiam Monachos μοναχοὺς appellatos fuisse testatur Dionysius Areopagita, seu alius antiquissimus Auctor sub hoc nomine; neque enim nostrum est hanc controversiam definire; imò vero ab eodem Auctore Ascetæ etiam Therapeutarum nomine donantur, eosque in suis operibus, ut plurimum hoc nomine vocat. Utroque nomine cur Ascetæ dicti sint, rationem hanc reddit: *Sancti Præceptores nostri Divinis eos appellationibus sunt prosecuti; alii quidem Therapeutas, alii vero Monachos, cum a sincero Dei famulatu, atque cultu, tum ab individua, & singulari vita denominantes, quippe quæ sanctis rerum dividuarum conjunctionibus ipsos ad Deiformem quamdam unitatem, Deoque gratam perfectionem adducant.* Cum autem Therapeutarum nomen, ut supra relatum est, reperiatur quoque in libris Philonis, fortasse ab Ægyptiis ad Græcos, ut plura alia derivatum est. Et Pachimeres in paraphrastica verborum Dionysii expositione Therapeutas quidem, hoc est, cultores dictos scribit, ut qui Divinum Numen sincere colerent; Monachos vero, ut qui ad individuam, & singularem vitam aspirarent. Μοναχοὺς δὲ, ὡς πρὸς ἀμέριστον καὶ ἑνιαίαν ζωὴν, καταντῶντας. Sed de Monachorum nomine, quo priscis temporibus donatos fuisse Ascetas asserimus, ad testimonium Dionysii alius locuples, atque antiquissimus testis accedit Symmachus, qui versiculum Psalmi LXVII. *qui inhabitare facit unius moris in domo* in hunc modum græce reddidit: δίδωσιν οἰκεῖν μοναχοῖς οἰκίαν: *dat inhabitandam Monachis domum.* Nam eo tempore Symmachus versionem suam adornavit, scilicet Septimio Severo, ut verior fert opinio, imperante, Monasticum Institutum, & Monachi, quales hoc nomine designare posterior ætas consuevit, nulla orbis terrarum parte reperiebatur. Ab Eusebio quoque Cæsariensi existimo Monachos vocatos fuisse Ascetas in commentario ad eumdem Psalmi locum. Nam pluribus annis, postquam commentaria in Psalmos scripsit, Monasticus ordo in Syria exordia habuisse videtur. Eusebius autem post versionem Symmachi subjicit verba aliarum versionum inquiens: *Secundum Aquilam: sedere facit Unigenitos domi; secundum quintam editionem: inhabitare facit una zona præcinctos domi:* Deinde post pauca verba ita prosequitur: *Primus itaque ordo eorum, qui in Christo proficiunt, est Monachorum. Sed rari sunt illi; quare secundum Aquilam Unigeniti vocati sunt, similes facti Unigenito Filio Dei. Secundum LXX. autem unius, non diversi moris sunt, neque subinde morem variant, sed unum colunt, qui ad virtutis cacumen advenit. Ipsos vero unius zonæ quinta editio vocavit, utpote qui solitarii, & per se ipsos præcincti sint. Tales autem sunt, quotquot Monasticam, (seu solitariam) castamque vitam agunt, quorum primi fuere Salvatoris nostri discipuli.* Κατὰ τὸν Ἀκύλαν· καθίζει μονογενεῖς οἰκόνδε· κατὰ δὲ τὴν ε. ἔκδοσιν, κατοικίζει μονοζώνους ἐν οἴκῳ. Τὸ γοῦν πρῶτον τάγμα τῶν ἐν Χριστῷ προκοπτόντων, τὸ τῶν μοναχῶν τυγχάνει· σπάνιοι δέ εἰσι οὗτοι· διὸ κατὰ τὸν Ἀκύλαν μονογενεῖς ὠνομάσθησαν ἀφωμοιωμένοι τῷ μονογενεῖ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ· κατὰ δὲ τοὺς ο. μονότροποι τυγχάνουσιν, ἀλλ' οὐ πολύτροποι· οὐδὲ ἄλλό τε ἄλλως τὸν ἑαυτῶν μεταβάλλοντες τρόπον· ἕνα δὲ μόνον κατορθοῦντες, τὸν εἰς ἄκρον ἥκοντα ἀρετῆς· μονοζώνους δὲ αὐτοὺς ἡ ε. ἔκδοσις ὠνόμασεν· ὡς ἂν μονήρεις καὶ καθ' ἑαυτοὺς ἀνεζωσμένους τοιοῦτοι δὲ πάντες εἰσὶν οἱ τὸν μονήρη καὶ ἁγνὸν κατορθοῦντες βίον, ὧν πρῶτοι γεγόνασιν οἱ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν μαθηταί. Ex his autem quatuor, vel quinque nobis innotescunt. Primum, Ascetas Monachos nuncupatos fuisse. Secundum, zona præcinctos incedere solitos esse. Tertium, Eusebii ætate in Syria saltem, aliisque vicinis regionibus raros esse Ascetas. Quartum, Ascetarum primos fuisse Discipulos Christi Domini. Quin-

Dionys. Areop. de Eccl. Hier. cap. VI. §. 3. pag. 386.

Ap. Euseb. in comm in Psalm. Tom. I. Nova Collect. PP p. 348.

Quintum, Ascetas castitatem servasse. Qua de re latius paulo post agam. Quod ad nomen attinet, ex eadem ratione, qua Monachos μοναχὺς, etiam Monastas μοναςὰς, quia solitariam vitam agebant, appellatos fuisse Ascetas a Patribus Græcis, Gregorio Nazianzeno, Basilio, aliisque legimus.

Ascetæ etiam Philosophi dicti.

§. 2. At enim præter ea nomina, quæ hactenus recensui, Philosophos quoque, quia diligenter Christianam virtutem, quam Philosophiam Chrysostomus passim vocat, excolerent, nuncupatos fuisse Ascetas, testimonio esse possunt, quæ mox attuli, & quæ literis tradidit Sozomenus; qui, posteaquam recensuit antiquissimos illos, ac sanctissimos Monachos, qui in diversis regionibus, ac populis Monasticæ disciplinæ auctores, ac Patres fuerunt, institutum sermonem ita prosequitur: *Thraces autem, & Illyrii, & quicumque Europam incolunt, quamvis Monasticarum Congregationum adhuc expertes essent, viris tamen Philosophis non erant penitus destituti. Nam tunc temporis celebris apud illos fuit Martinus, qui Sabariæ, quod oppidum est Pannoniæ, nobili genere ortus primum quidem splendide militavit, & ordines duxit. Sed cum Dei cultum omnibus rebus prætulisset, philosophicam vitam sectatus est. Habitavit autem initio quidem apud Illyrios.* Θρᾴκιοι δὲ καὶ Ἰλλυριοὶ, καὶ ὅσοι τὴν καλουμένην Εὐρώπην οἰκοῦσιν, εἰ καὶ ἀπείρατοι ἔτι Μοναχικῶν συνοικιῶν ἦσαν, ἀλλ' οὐ παντελῶς φιλοσόφων ἀνδρῶν ἠτύχουν· ἐγνωρίζετο δὲ τότε παρ' αὐτοῖς Μαρτῖνος, ὃς ἀπὸ Σαβαρίας τῆς Παννονίας ἐπίσημος ἦν τὸ γένος· ἐν ὅπλοις δὲ λαμπρῶς στρατευσάμενος, καὶ συνταγματάρχης γενόμενος· προτιμήσας δὲ τὸ Θεῖον, τὸν φιλόσοφον μετῄει βίον· διέτριβε δὲ τὰ πρῶτα παρ' Ἰλλυριοῖς. Ita Sozomenus *cap. XIV. lib. III.* Historiæ suæ Ecclesiasticæ: Capite autem *XVI.* ejusdem libri relatis præclaris gestis, & virtutibus S. Ephrem Syri, qui, ut ipse ait, in Monastica Philosophia ab ineunte adolescentia se exercuit, ad Ascetas transit, qui mediis in urbibus Christianæ Philosophiæ, vel in solitariis locis operam dabant. De primis ita inquit: *Alii vero, licet in media Civitatum turba vixerint, viles, & abjecti, nec a vulgo ullatenus discrepantes videri voluerunt; virtutem quidem sedulo excolentes, veram tamen hominum de ipsis existimationem subterfugientes, ne ab aliis laudarentur. Nam cum ad mercedem futurorum bonorum mentis suæ aciem intenderent, testem operum suorum Deum solum constituebant; externæ vero gloriæ nulla ipsis fuit cura.* Οἱ μὲν γὰρ ἀνὰ τὰς ἐρήμους ἐλάνθανον. οἱ δὲ καὶ ἐν ὁμίλῳ πόλεων διατρίβοντες, εὐτελεῖς σφᾶς παρεῖχον φαίνεσθαι, καὶ τῶν πολλῶν μηδὲν διαφέροντας· ἀρετὴν μὲν ἐργαζόμενοι, κλέπτοντες δὲ τὴν ἀληθῆ περὶ αὐτῶν δόκησιν, ὥστε μὴ ἐπαινεῖσθαι παρὰ τῶν ἄλλων· πρὸς γὰρ τὰς ἀμοιβὰς τῶν ἐσομένων ἀγαθῶν τὸν νοῦν τείνοντες, μάρτυρα ὧν ἐπόνουν μόνον τὸν Θεὸν ἐποιοῦντο. τῆς δὲ ἔξωθεν δόξης οὐδεὶς αὐτοῖς λόγος ἦν. Post hæc descendit ad Ecclesiasticos Ascetas, de quibus hæc alia addit: *Sed & qui tunc Ecclesiis præsidebant, omnes propemodum districtam vivendi rationem inibant. Ex quo factum est, ut populi ab hujusmodi Præsulibus gubernati, Christi cultui omni studio incumberent, & religio in dies augeretur, & ardore animi, ac virtute, admirandisque operibus tam Sacerdotum, quàm Ecclesiasticorum Philosophorum Gentiles ad se alliceret, & a Græca superstitione revocaret.* Ὡς ἐπίπαν δὲ καὶ οἱ προεστῶτες τότε τῶν ἐκκλησιῶν, τὸν βίον ἠκρίβωντο· εἰκότως τε ὑπὸ τοιούτοις ἐναγόμενα τὰ πλήθη, σπουδαίως συντέτακτο περὶ τὸ τοῦ Χριστοῦ σέβας· καὶ ἡ θρησκεία ὁσημέραι ἐπεδίδου, ζήλῳ τε καὶ ἀρετῇ, καὶ παραδόξοις πράξεσιν ἱερῶν καὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν φιλοσόφων, ἐθήρα καὶ πρὸς ἑαυτὴν μετῆγε τῆς Ἑλληνικῆς τερθρείας, τοὺς Ἑλληνιστάς. Itaque præclarum, ac venerabile Philosophi nomen, quod mundanæ sapientiæ professores gentiles sophistæ veluti proprium sibi adsciverant, ac usurpaverant, tanquam ab injustis possessoribus ereptum Græci Patres, ac Scriptores Origenes, Basilius, Gregorius Nazianzenus, Gregorius Nyssenus, Joannes Chrysostomus, aliique jure merito Christianis Ascetis tribuerunt.

Duo fuerunt Ascetarum genera, quorum alterum Philosophi vocati sunt.

§. 3. Verum enim hac in re diligenter observandum est, duo fuisse Ascetarum genera, quorum alii ab omni hominum conspectu, quoad fie-

ri

ri poterat, & a sæcularibus rebus sejuncti, vel in locis solitariis, vel domi inclusi vitam castissimam, sanctissimamque agebant, viventes in orationibus, lectionibus, jejuniis, aliisque corporis castigationibus, adeo ut ab ab omni terrena labe purgato, avocatoque animo a rebus sæcularibus, soli Deo inhærentes, beatissimo ejus colloquio perfruebantur: alii verò, contemptis, desertisque mundi hujus illecebris, facultatibus in pauperes distributis, vili tunica, & pallio amicti exemplo Divini sui Magistri oves perditas quærebant, omnesque suas vires, totumque animum ad procurandam proximorum salutem adjiciebant. Quamobrem Ascetæ antiquitus non dissimili gradu, ac statu fuisse videntur, atque in præsens sunt Monachi, seu Viri Religiosi, quorum alios sacris precibus, & Divinarum rerum meditationibus intentos vitam contemplativam agere dicimus, alios verò, qui, voluntaria paupertate, ac Crucis humilitate amplexa, in mediis hominum turbis oculos in solum Deum conversos, ac intentos habentes, prædicando Dei verbo, administrandisque Sacramentis, animisque ægrotis sanandis, sanisque conservandis diligentissimam curam impendunt; vitæ activæ operam præbere affirmamus, ac proinde primos quidem θεωροὺς, alios vero πρακτικοὺς ἢ πραγματικοὺς recte quis nuncupaverit. Hæc autem non arbitratu nostro efficta, vel ex præsenti consuetudine mutuò quodammodo accepta, & antiquis temporibus adscripta quispiam putet, velim. Etenim in hujusmodi Ascetarum discrimine assignando non unum, sed plures gravissimos auctores laudare possum. Hanc enim Ascetarum differentiam inter alios nos docet Magnus Basilius. In epistola, quam ad Maximum Philosophum scribit, sive is Maximus Cynicus fuerit, sive alius hoc nomine, parum enim ad rem nostram pertinet, Sanctissimus Archiepiscopus aperte distinguit inter se, qui, urbe relicta, in solitarium locum secesserat, & Maximum, qui media urbe, & inter turbas Christianam philosophiam profitebatur, ac proinde discrimen ponit inter Ascetam actuosum πρακτικὸν, & Ascetam, ut ita dicam, contemplativum θεωρὸν, & unum ab altero professione, atque exercitatione sejungit, ac separat. Rogans enim eum, ut ad ad se proficisci vellet: *Nos*, inquit, *præ infirmitate fere plantarum in morem eodem semper loco detinemur, prætereaque* ILLUD LATITARE IN VITA, *inter primaria bona ducimus. Tu autem vales, ut audio, & præterea cum te ipsum Orbis terrarum civem feceris, æquum est, ut huc etiam ad nos tanquam ad aliquam tuæ patriæ partem ventites. Nam si vobis actuosis competunt populi, & urbes, quibus rectè facta ostenditis; at nobis ad contemplationem, & mentis meditationem, qua Deo conjungimur, optima adjutrix requies; quam multam, atque abundantem in hoc secessu metimus; quod quidem cum ipso dictum sit, qui illam nobis suppeditat, Deo.* Ἡμεῖς μὲν γὰρ ὑπὸ τῆς ἀρρωστίας, μικροῦ δεῖν, ὥσπερ τὰ φυτὰ ἐπὶ τῆς αὐτῆς χώρας ἀεὶ κατεχόμεθα· καὶ ἅμα τὸ, λαθεῖν βιώσαντες, ἐν τοῖς πρώτοις τῶν ἀγαθῶν ἄγομεν· σὺ δὲ ἔρρωσαί τε, ὥς φασι, καὶ ἅμα πολίτην σεαυτὸν τῆς οἰκουμένης ποιήσας, δίκαιος ἂν εἴης καὶ δεῦρο φοιτᾷν, ὡς εἰς μέρος τῆς σεαυτοῦ· εἰ γὰρ καὶ τοῖς πρακτικοῖς ὑμῖν πρέπουσι δῆμοι καὶ πόλεις, αἷς τὰς κατ' ἀρετὴν πράξεις ἐνεπιδείκνυσθε, ἀλλά γε πρὸς θεωρίαν καὶ τὴν κατὰ νοῦν ἐνέργειαν, δι' ἧς συναπτόμεθα τῷ Θεῷ, ἀγαθὴ συνεργὸς ἡ ἡσυχία· ἣν πολλὴν ἐπὶ τῆς ἐσχατιᾶς καὶ ἄφθονον γεωργοῦμεν, σὺν αὐτῷ γε εἰπεῖν τῷ παρεχομένῳ ἡμῖν Θεῷ. Hujusmodi autem actuosis Ascetis Philosophi nomen adscriptum fuisse videtur, eisque proprie illud attributum, quod aliis quoque Ascetis quandoque improprie quodammodo datum haud inficior. Porro actuosi Ascetæ fuerunt Serapion Episcopus, Pierius Presbyter, Lucianus, & Pamphilus Martyres, Justinus, Aristides, Quadratus, Athenagoras, Tertullianus, celebres Apologiarum pro Christiano nomine Scriptores: Pantænus, Clemens, Origenes, Heraclas illustres Alexandrinæ scholæ Rectores, aliique, quorum ego superius, & veteres Scriptores sæpius meminerunt, & quos rursus hoc loco recensere, supervacaneum est. Ascetæ autem

Epist. IX. aliàs XLI. pag. 91. §. 3.

autem Philosophi vivis eloquentiæ coloribus depictam expressamque imaginem, si lectori lubet aspicere, Gregorium Nazianzenum non pigeat adire. Nam præclarissime eam nobis exhibet in ea Oratione, qua, ut plurimi putant, impostorem illum Maximum Cynicum, qui non qualis erat, sed qualis esse debuisset, se vaferrima calliditate extrinsecus effingens, & componens, Sanctissimum Doctorem, aliosque claros Episcopos illusit, sub nomine Heronis in publico Fidelium conventu impense laudavit. Præterea in Oratione *XXVIII. pag.* 479. robur animi, ac fortitudinem Christiani Philosophi, quem comparat arbori illi fabulosæ, quæ, cum cæditur, viret, & cum absumitur, crescit, paucis ita complectitur: *Mihi quidem*, inquit, *hujusmodi quiddam plane esse vir philosophus videtur, floret enim inter cruciatus, ac vitæ molestias virtutis segetem existimat, atque in adversis gestit & gloriatur; sic nimirum se comparans, ut nec ob dextra justitiæ arma efferatur, nec ob sinistra inflectatur, sed in diversis rebus idem semper, suique similis permaneat, atque adeo probatior tanquam aurum in fornace reperiatur?* Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ σαφὲς τοιοῦτον εἶναί τι ὁ φιλόσοφος· εὐδοκιμεῖ τοῖς πάθεσι, καὶ ὕλην ἀρετῆς ποιεῖται τὰ λυπηρὰ, καὶ τοῖς ἐναντίοις ἐγκαλλωπίζεται, μήτε τοῖς δεξιοῖς ὅπλοις τῆς δικαιοσύνης αἰρόμενος, μήτε τοῖς ἀριστεροῖς καμπτόμενος, ἀλλ' ὁ αὐτὸς ὢν ἐν τοῖς αὐτοῖς ἀεὶ διαμένων, ἢ καὶ δοκιμώτερος, ὥσπερ ἐν καμίνῳ χρυσὸς εὑρισκόμενος. Post hæc progreditur ad omnium statuum, & ordinum gradus, & officia, qualiterque se in iis gerat, exponit: Et demum affirmans in omnibus invictum, ac insuperabilem se philosophum præstare, ita sermonem concludit. *Ut in summa dicam, duo hæc teneri, ac superari nequeunt: Deus, & Angelus: tertium est Philosophus: In materia expers materiæ, in corpore incircumscriptus, in terra cælestis, in passionibus impatibilis, omnibus rebus vinci se facile ferens, præterquam animi magnitudine, eo ipso, quod vinci se patitur, eos, qui superiores sibi esse videntur, devincens.* Εἴπω τί κεφάλαιον· δύο ταῦτα δυσκράτητα, Θεὸς καὶ ἄγγελος, καὶ τὸ τρίτον φιλόσοφος, ἄϋλος ἐν ὕλῃ, ἐν σώματι ἀπερίγραπτος, ἐπὶ γῆς οὐράνιος, ἐν πάθεσιν ἀπαθής· πάντα ἡττώμενος, πλὴν φρονήματος, νικῶν τῷ νικᾶσθαι, τοὺς κρατεῖν νομίζοντας.

§. 4. Profecto Ascetæ isti, qui non in sola contemplatione, & mundanarum rerum abjectione sistebant, sed in rebus agendis pro Dei gloria, & proximorum salute versabantur; ideoque philosophi nuncupati sunt, maxime si ad morum sanctitatem, & sæcularium rerum contemptum, externarum literarum scientiam, & Divinarum rerum cognitionem adjungebant, aliis etiam nominibus donati reperiuntur. Nempe μιγάδες, κοινωνικοὶ, πρακτικοὶ permixti, seu populares, sociales, actuosi; contra cæteri Ascetæ ἄζυγοι, μοναδικοὶ, ἐρημικοὶ, cælibes, seu sejuncti, & segreges, solitarii, eremitæ. Nam idem Gregorius in carmine de vita sua, ubi ex duobus Ascetarum generibus, quorum alii contemplationi, alii actioni animum suum adjungebant, narrant dubium diu hæsisse, utrum potissimum sequeretur:

Ascetæ Philosophi dicti, quibus aliis nominibus nuncupati reperiuntur.

Αὐτὰρ δέ μοι σκοποῦντι τὴν θείων ὁδῶν
Οὐ ῥᾷστον εὑρεῖν τὴν ἀμείνω καὶ λείαν.
Ἄλλων γὰρ εἵνεκ' ἄλλο καλὸν ἢ κακὸν
Ἐφαίνεθ', ὥσπερ πολλαχοῦ τῶν πρακτέων.
Τοιοῦτο τοὐμὸν, ὥς τινι προσεικάσαι,
Μακρὰν τιν' οἷον ἐννοοῦν ἐκδημίαν,
Πλοῦν μὲν παρεῖναι, καὶ πόνους θαλασσίους,
Ὁδὸν δὲ ἀνιχνεύειν ἥ τις εὐπορωτέρα.
Ἠλίαν εἶχον ἐν λόγῳ τὸν Θεσβίτην,
Καὶ τὸν μέγαν Κάρμηλον, ἢ ξένην τροφὴν,
Τοῦ προδρόμου τὸ κτῆμα τὴν ἐρημίαν,
Παίδων Ἰωναδὰβ τὸν ἄσκευον βίον.
Θείων τε βίβλων αὖθις ἐκράτει πόθος,
Καὶ πνεύματος φαὶς ἐν λόγου θεωρίᾳ,
Πρᾶγμ' οὐκ ἐρήμης ἔργον, οὐδ' ἡσυχίας.

Consideranti mihi illas, quæ ad Deum ferunt vias, haud facile erat meliorem, & planiorem reperire. Nam diversis ex causis aliud in singulis, bonum, aut malum apparebat, ut sæpissime in rebus agendis contingere solet. Ut igitur hac in mea re similitudine aliqua utar, perinde eram, ac qui longam peregrinationem cogitans, navigationem, & maritimos labores effugere vult, scrutatur autem, si quæ via sit facilior, atque expeditior. Eliam Thesbitem in mente habebam, & magnum Carme-

melum, aut inusitatum cibum, & eremum divitias Præcursoris, & simplicem vitam filiorum Jonadab: sed rursus recurrebat amor sacrorum librorum, & lux spiritus menti in meditatione sacri eloquii effulgens: Quod opus in solitudine, & in otio effici nequit. Subjicit deinde dissidentium inter se cogitationum turbas, ac tumultum mediam vitam eligendo composuisse, ut scilicet & rerum cælestium contemplationi in solitudine, & sacrarum literarum studiis, omnium mortalium consortio, & societate haud penitus abdicata, sine quorum institutione, & colloquio haud facile rerum sacrarum scientia comparari posse videbatur, vacaret, simulque officiis potissimum fovendæ Parentum senectutis non deesset.

Ἕως ἐπ' ἄμφω πολλάκις μετακλιθεὶς
Τέλος διαιτῶ τοῖς πόθοις τοῦτον τρόπον,
Καὶ τὴν πλάνην ἔστησα τοῦ νοῦ μετρίως.
Ὁρῶν γάρ οὓς μὲν πρακτικὸς τέρπει βίος,
Ἄλλοις μὲν ὄντας χρησίμους τοῖς ἐν μέσῳ,
Αὐτοῖς δ' ἀχρήστους, καὶ κακοῖς στροβουμένους,
Ἐξ ὧν τὸ λεῖον ἦθος ἐκκυμαίνεται,
Τοὺς δ' ἐκτὸς ὄντας εὐσταθεῖς μέν πως πλέον
Καὶ πρὸς Θεὸν βλέποντας ἡσύχῳ νοΐ,
Αὐτοῖς μόνοις δὲ χρησίμους, φίλτρῳ στενῷ,
Καὶ ζῶντας ἔξαλλόν τε καὶ τραχὺν βίον,
Μέσην τιν' ἦλθον ἀζύγων καὶ μιγάδων,
Τῶν μὲν τὸ συννοῦν, τῶν δὲ τὸ χρηστὸν φέρων.
Προσῆν δὲ μεῖζον καὶ χάρις τῶν τιμίων
Λέγω δὲ τοὺς φύσαντας οἷς ὑπόχρεως.

In alterutram sæpius partèm inclinatus tandem tamquam arbiter inter me, & cogitationem litem dirimo, & menti huc illuc discurrenti hunc modum statuo. Videns enim, quos actuosa vita delectat, aliis quidem, qui in medio hominum sunt, utiles esse, minus autem sibi; malisque exagitari, quibus ingenium mite perturbatur: Qui vero foris sunt, tranquillius quidem navigare, & quieta mente Deum cernere, sed sibi solis amore quidem angusto utiles esse, vitamque asperam, & ab hominum moribus alienam degere, mediam ingressus sum viam inter segregem, ac solitariam vitam, & inter popularem, & hominibus permixtam agentes. Horum quidem meditationem, illorum autem beneficentiam æmulans. Major mihi causa aderat gratia carissimis reddenda parentibus, inquam, quibus debitor eram. Et paulo post de Ascetis actuosis, præsertim iis, qui instituendo populo in via Domini, sacrisque mysteriis peragendis sunt occupati, quique in ordinem Ecclesiasticum adlecti communi Clericorum nomine censentur, hæc alia adjungit:

Τοῦτ' ἦν μέρος μοι φιλοσόφου παιδεύσεων,
Τὸ μὴ δοκεῖν τὸν πρῶτον ἐκπονεῖν βίον,
Εἶναι δὲ μᾶλλον, ἢ δοκεῖν Θεοῦ φίλον.
Στέργειν μὲν οὖν δεῖν ᾠόμην καὶ πρακτικοὺς,
Ὅσοι λελόγχασ', ἐκ Θεοῦ τιμήν τινα,
Λαοὺς ἄγοντες ἐνθέοις τελέσμασι.

Philosophicæ institutionis hæc mihi pars erat, ne viderer eximiam VITAM *excolere; esse autem potius, quàm videri, Dei amicum. Putabam quidem diligendos esse actuosos Ascetas, maxime qui a Deo honorem aliquem sortiti in sacris mysteriis duces sunt populi*. Hic autem opportune addi debet, quod inter Ascetas, cum alii essent Clerici, ut ex carminibus mox adductis constat; alii verò laici, exercitationem laicorum Ascetarum idem Nazianzenus pedestrem philosophiam vocat. Nam in epistola, quam ad Magnum Basilium amicum suum, qui forte ei significaverat, se ad Sacerdotium promotum fuisse, rescribit: *Ac tu*, inquit, *captus es, quemadmodum nos quoque circumscripti, quandoquidem ad Presbyteri gradum pertracti sumus, nec enim id a nobis expetebatur. Nam uterque alteri, si alii quiquam locupletes esse testes possumus, quàm nobis cordi esset pedestris philosophia, humique depressa*. Καὶ σὺ ἑάλως ὥσπερ καὶ ἡμεῖς γεγραφότες· ἐπειδή γε εἰς τὸν πρεσβυτέρου βαθμὸν ἐβιάσθημεν· καὶ τοί γε, οὐ τοῦτο ἡμῖν ἐσπουδάζετο· ἀλλήλοις γὰρ ἐσμὲν, εἴπερ ἄλλοί τινες ἀξιόπιστοι μάρτυρες τοῦ τὴν πεζὴν στέργειν φιλοσοφίαν καὶ κάτω μένουσαν. Cœterum Sanctissimus Doctor Nazianzenus aliis etiam in locis agit de Ascetis istis migadibus, seu popularibus, & multitudini permixtis, eosque tanquam genere ab aliis omnino diversos distinguit. Ita in Orat. I. pag. 13. *Quod si accuratius rem expendas, quantum intervallum inter conjugatos, & cælibes interjectum reperies? ex his rursus, quantum inter solitudinis amantes, & eos, qui sodalitio, vitæque societate gaudeat, discri-*

Ep. XI. pag. 774.

criminis erit? Κἂν ἔτι ἀκριβῶς ἐξετάσῃς, ὅσον τὸ μέσον τῶν ἐν συζυγίαις πρὸς τοὺς ἀγάμους; κἂν τούτοις πάλιν, τῶν τῆς ἐρημίας πρὸς τοὺς κοινωνικοὺς καὶ μιγάδας. Et rursus in Oratione XXI. *p.* 379. loquens de B. Athanasio: *Laudent eum*, inquit, *qui solitariam vitam agunt, ut excitatorem, & Rectorem, qui permixti vivunt, legislatorem*. Οἱ τῆς ἐρημίας τὸν πτερωτήν· οἱ τῆς ἐπιμιξίας τὸν νομοθέτην. Et paulo supra enumerans diversos hominum gradus: *Sacerdotes*, inquit, *& populus, solitarii, & migades, qui simplicitatis, & exactioris vitæ studiosi estis, quotquot in contemplatione, vel in rebus gerendis versamini*. Ἱερεῖς, καὶ λαὸς, οἱ μοναδικοὶ, καὶ μιγάδες, οἱ τῆς ἁπλότητος καὶ τῆς ἀκριβείας, ὅσοι τῆς θεωρίας, καὶ ὅσοι τῆς πράξεως.

Ascetæ contemplativi simul, & actuosi.

§. 5. Utramque vitæ rationem, & solitariam, seu contemplativam, & actuosam, seu practicam mire in se conjungebant Ascetæ Ecclesiæ Nazianzenæ, teste ipso Gregorio. Referens enim Ascetarum exercitationes, mores, ac virtutes, inter cætera: *Modus*, inquit, *tum in comune prodeundi, tum secedendi, illud ad alios instituendos, hoc ut ipsi spiritus mysteriis imbuantur, atque ita utrumque, & in comuni solitudinem servent, & in solitudine fraternam benevolentiam & charitatem*. Μέτρα τῆς εἰς τὸ κοινὸν ἐπιμιξίας καὶ ὑποχωρήσεως, τῆς μὲν τοὺς ἄλλους παιδαγωγούσης, τῆς δὲ τῷ πνεύματι μυσταγωγούσης· καὶ τῆς μὲν ἐν τῷ κοινῷ τὸ ἄκοινον φυλαττούσης, τῆς δὲ ἐν τῷ ἀμίκτῳ τὸ φιλάδελφον, καὶ φιλάνθρωπον. Utramque etiam in se ipso conjunxisse B. Athanasium, refert idem Gregorius: *Solitariam quoque vitam, inquit, cum sociali conciliat, illud nimirum ostendens, & Episcopatum philosophiæ minime expertem esse, & philosophiam sacrorum Institutione opus habere. Sic enim hæc duo, hoc est tranquillam actionem, & actuosam tranquillitatem consociavit, & copulavit, ut persuasum omnibus redderet solitariæ vitæ professionem, morum potius gravitate & constantia, quàm corporis secessione exprimi, atque insigniri*. Τὸν ἐρημικὸν βίον τῷ κοινωνικῷ καταλλάττει· δεικνὺς ὅτι ἔστι καὶ ἱερωσύνη φιλόσοφος, καὶ φιλοσοφία δεομένη μυσταγωγίας· οὕτω γὰρ ἀμφότερα συνηρμόσατο, καὶ εἰς ἓν ἤγαγε καὶ πρᾶξιν ἡσύχιον, καὶ ἡσυχίαν ἔμπρακτον, ὥστε πεῖσαι τὸ μονάζειν, ἐν τῇ εὐσταθείᾳ τοῦ τρόπου μᾶλλον, ἢ τῇ τοῦ σώματος ἀναχωρήσει χαρακτηρίζεσθαι. Nec alia quidem ratio fuit, quam secutus est Magnus Basilius in fundandis Monasteriis, Regulisque præscribendis, ut scilicet in communi ita viverent, ut societatem actuosorum Ascetarum, seu Migadum ex parte servarent; alienationem verò ab omnibus rebus humanis, ac solitariorum secessum ita æmularentur, ut charitatem erga alios fratres in societate exercerent, & contemplationem in solitudine cum animi puritate custodirent. *Cum igitur*, scribit Nazianzenus ejus amicus ac sodalis, *solitaria vita, & ea, quæ societate gaudet, ut plurimum inter se dissiderent, ac pugnarent, neutraque omnino vel commoda, vel incommoda sua pura & immixta haberet, verum illa magis quidem tranquilla, & composita esset, ac Deo animos copularet; cæterum ob eam causam fastu non careret, quod virtus non exploraretur, nec in comparationem veniret: Hæc autem magis quidem actuosa, & utilis esset, verùm a tumultibus minime libera, præclare eas inter se reconciliavit, ac permiscuit, pietatis nimirum gymnasia, & Monasteria extruens, non admodum ab iis, qui in sodalitio vivunt, neque veluti quodam muro interjecto ea distinguens, atque a se invicem separans; verum prope conjungens, ac dirimens, ut nec contemplatio comunicationis expers esset, nec actio contemplatione careret, sed quemadmodum terra, & mare, ita etiam hæ duæ vitæ commoda sua inter se communicantes ad unicam Dei gloriam concurrerent*. Sed melius, clariusque res tota exprimitur in Græco Textu, qui est hujusmodi: Τοῦ τοίνυν ἐρημικοῦ βίου καὶ τοῦ μιγάδος μαχομένων πρὸς ἀλλήλους ὡς τὰ πολλὰ, καὶ διϊσταμένων, καὶ οὐδετέρου πάντως ἢ τὸν καλὸν, ἢ τὸ φαῦλον ἀνεπίμικτον ἔχοντος· ἀλλὰ τοῦ μὲν ἡσυχίου μὲν ὄντος μᾶλλον, καὶ καθεστηκότος, καὶ Θεῷ συνάγοντος· οὐκ ἀτύφου δὲ διὰ τὸ τῆς ἀρετῆς ἀβασάνιστον καὶ ἀσύγκριτον, τοῦ δὲ πρακτικωτέρου μὲν μᾶλλον καὶ χρησιμωτέρου, τὸ θορυβῶδες οὐ φεύγοντος, καὶ τούτους ἄριστα κατήλλαξεν ἀλλήλοις καὶ συνεκέρασε· ἀσκητήρια καὶ μοναστή-

Orat. XII. pag. 191.

Orat. XXI. pag. 384.

Orat. XX. pag. 358.

ναστήρια δειμάμενος μὲν, ὐ πόῤῥω δὲ τῶν κοινωνικῶν καὶ μιγάδων, ὐδὲ ὥσπερ τειχίῳ τινὶ μέσῳ ταῦτα διαλαβὼν, καὶ ἀπ' ἀλλήλων χωρίσας, ἀλλὰ πλησίον συνάψας καὶ διαζεύξας· ἵνα μήτε τὸ φιλόσοφον ἀκοινώνητον ᾖ, μήτε τὸ πρακτικὸν ἀφιλόσοφον· ὥσπερ δὲ γῆ καὶ θάλασσα τὰ παρ' ἑαυτῶν ἀλλήλοις ἀντιδιδόντες, εἰς μίαν δόξαν Θεοῦ συντρέχωσι. Reprehendit P. Julianus Garnierus, ſeu alius auctor vitæ S. Baſilii Tillemontium, quia ex verbis mox allatis minus accurate in latinum verſis putavit, Anachoretarum ædes prope cœnobia a Baſilio fuiſſe extructas, non autem diverſas vivendi rationes Aſcetarum actuoſorum, & ſolitariorum in cœnobiis fundandis, ac cœnobitis inſtituendis fuiſſe ab eo conjunctas: *Refellitur*, inquit, *hæc interpretatio ex tota Baſilii hiſtoria, quem Cænobitis præfuiſſe conſtat, non Anachoretis prope Cænobitas conſtitutis. Deinde verò Migadum nomine non Cænobitæ, ſed Aſcetæ actioni dediti, ut in ſuperioribus locis, deſignantur: nec Anachoretas Baſilius prope Migades conſtituit; ſed utrumque inſtitutum nullo prorſus muro diremptum eſſe voluit, ſicque utrumque Cænobiis extruendis conjunxit, ut nec Anachoretarum deeſſet ſolitudo, nec Migadum officioſa caritas, primorum autem abeſſet faſtus periculum, & poſteriorum tumultus*. A Philoſophica autem Aſceſi, ſeu Chriſtiana exercitatione ſacras peregrinationes minime alienas eſſe cenſebat Nazianzenus; de Magno enim Baſilio, in oratione, qua eum poſt obitum merito ſummis laudibus extulit: *Ille*, inquit, *a Cæſarienſi civitate, ut alter quiſpiam conditor, & conſervator retinetur; ac deinde, quoniam me carebat, neceſſarias quaſdam peregrinationes, minimeque a propoſitæ ſibi philoſophiæ ſcopo alienas inivit*. Τὸν μὲν γὰρ ἡ Καισαρέων κατέχει πόλις, ὥς τινα δεύτερον οἰκιστήν τε καὶ πολιοῦχον· ἔπειτα ἐκδημίαι τινὲς, ἐπειδή γε ἡμᾶς οὐκ εἶχε, τῶν ἀναγκαίων ὑπολαμβάνουσι· καὶ οὐκ ἀπὸ σκοποῦ τῆς προκειμένης φιλοσοφίας. Et quidem ſacras peregrinationes a philoſophico propoſito neutiquam diſſidere exemplo ſuo comprobarunt Pantænus, qui in Indias ad Evangelium Dei prædicandum profectus eſt, Juſtinus, Origenes, Pierius, qui Romam venerunt, aliique, qui in diverſis Orbis partibus, Deo placere, ac proximorum ſaluti conſulere ſtudentes peregrinati ſunt. Serapio Sindonita, ita dictus, quia unica ſindone indutus incedebat, cum eſſet Aſceta, neque ob paupertatem, quæ tanta erat, ut nihil præter ſindonem ſuam poſſideret, neque ob ſtudium ſacrarum Scripturarum, quas literarum imperitus memoriter recitabat: *Potuit*, ut de eo ſcribit Palladius, *in cella quieſcere: non quod traheretur a terrena materia, ſed quod Apoſtolicam vitam ſectabatur, orbem terræ obiens exactiſſimam paupertatis virtutem præferebat*. Is genere Ægyptius ſemel, atque iterum ſe ipſum vendidit: Primum quidem quibuſdam gentilibus hiſtrionibus, deinde hæretico Manichæo, ut dominos ſuos Chriſto lucrifaceret. Multis autem Orbis partibus peragratis, *cum Romam veniſſet*, inquit idem Palladius, *curioſe indagavit quis eſſet in civitate magnus exercitator, aut exercitatrix*. ἀσκητὴς, ἢ ἀσκήτρια. Etenim Aſcetæ, qui ſolitarii erant, ſæpe ſuadente charitate, & rebus Eccleſiæ exigentibus, e ſuis cellis, ac ſeceſſu egrediebantur, ut vel proximorum ſaluti, vel Eccleſiæ laboranti ſuppetias ferrent; & e diverſo qui in hominum luce, atque inter turbas verſabantur, interdum ſeceſſum, ac ſolitudinem quærebant, ut ſe colligerent, ac animum ſecum ſtare, & liberius Deo vacare cogerent; Quod exemplo Chriſti Domini, Eliæ, & Joannis faciendum identidem nobis Nazianzenus ſuadet his verbis: *Nam & Helias libenter in Carmelo philoſophabatur, & Joannes in deſerto, & Jeſus ipſe, ut actiones multitudini, hominumque frequentiæ, ita preces quieti, locisque ab hominum commercio ſemotis fere tribuebat: quid per hoc ſanciens, ac velut lata lege ſtatuens? nempe nobis quoque nonnihil quieſcendum eſſe, ut animo minime turbido cum Deo verſemur, mentemque a rebus vagis, & incertis paulum reducamus. Neque enim ipſe ſeceſſione opus habebat (quid enim erat, in quod Deus, qui omnia implet, colligi, ac contrahi poſſet?) verum ut & actio-*

Vit. S. Baſil. Tom. III. §. 5. pag. 49.

Orat. XX. p. 334.

Pallad. ap. Roſweid. vit. PP. lib. VIII. p. 761.

Orat. XXVIII. pag. 477.

& actionis, & sublimioris otii tempus esse disceremus. Ἐπειδὴ καὶ Ἡλίας ἡδέως ἐνεφιλοσόφει τῷ Καρμήλῳ, καὶ Ἰωάννης τῇ ἐρήμῳ· καὶ Ἰησοῦς αὐτὸς τὰς μὲν πράξεις τοῖς ὄχλοις, τὰς εὐχὰς δὲ τῇ σχολῇ, καὶ ταῖς ἐρημίαις ὡς τὰ πολλὰ προσένειμε· τί νομοθετῶν; ὡς οἶμαι, τὸ χρῆναί τι καὶ ἡσυχάζειν, ὥστε ἀθολώτως προσομιλεῖν τῷ Θεῷ, καὶ μικρὸν ἐπανάγειν τὸν νοῦν ἀπὸ τῶν πλανωμένων· οὐ γὰρ αὐτὸς ἐδεῖτο ἀναχωρήσεως· οὐδὲ γὰρ εἶχεν εἰς ὅ, τι συσταλῇ; Θεὸς ὤν, καὶ πάντα πληρῶν, ἀλλ' ἵν' ἡμεῖς μάθωμεν καὶ πράξεως καιρὸν, καὶ ἀσχολίας ὑψηλοτέρας. Quamobrem hinc fiebat, ut sæpe Ascetæ, qui μοναδικοὶ, & ἐρημιτικοὶ solitarii erant, φιλόσοφοι, καὶ μιγάδες, philosophi, & populares efficerentur; atque ita e contrario Philosophi μονάζοντες solitarii, seu solitarie degentes evaderent. Postremo quod ad Ascetarum nomen attinet, addi potest, quod Ascetæ, ut mortalium omnium societatem fugerent, & longius ab hominum consortio, omnique mundanarum rerum tumultu, imo aspectu ipso abessent, in solitudines, ac inaccessos montes secedebant, ut paulo ante memoratum est, qui ἀναχωρηταὶ Anachoritæ, hoc est secessores, ut vertit Cassianus, nominati sunt. Postmodum verò, exorto Monastico Ordine, seu Instituto, nomen istud illis datum est, qui inter diversa Monachorum genera secundum locum tenuerunt, juxta B. Hieronymi divisionem in epistola

Ep. XXII. cap. 15. ad Eustochium: *Tria sunt in Ægypto genera Monachorum: Primum Cœnobitæ, secundum Anachoritæ, quod soli habitant per deserta, & ab eo, quod procul ab hominibus recesserint, nuncupantur.* Gregorius Nazianzenus in ea Oratione, qua, ut plurimi putant, Maximum Cinicum sub nomine Heronis, ejus fraude, & calliditate illusus, laudavit, inducit eum deliberantem de statu vitæ eligendo; & primum cum secum constituisset philosophiam perturbationum animi dominam sequi, strenueque ad virtutem contendere, narrat, nulla interposita deliberationis mora, Christianam philosophiam prophanæ, veram simulatæ, atque apparenti prætulisse: *Quod, inquit, posteaquam semel in animum induxit, ne in deliberationem quidem admisit,*

Orat. XXIII. pag. 411.

utram potius philosophiam sequeretur, externam ne, ac profanam, atque in philosophiæ habitu & obtentu veritatis umbras assimulantem; an verò nostram, humilem illam quidem in speciem & abjectam, cæterum in occulto sublimem, atque ad Deum ducentem: verum nostram omnibus, ut ita dicam, suffragiis statim eligit, nequaquam passus mentem suam ad deteriora transversam agi, aut comptæ orationis elegantia distrahi, ob quam ii, qui placita Gentilium profitentur, animos attollunt: Ἐπειδὰν οὕτω διενοήθη, τοῦτο μὲν οὐδὲ βουλῆς ἠξίωσε, ποτέραν δεῖ τῶν φιλοσοφιῶν ἑλέσθαι μᾶλλον, τὴν ἔξω καὶ παίζουσαν τὰς τῆς ἀληθείας σκιὰς ἐν τῷ τῆς φιλοσοφίας σχήματι καὶ προβλήματι, τὴν ἡμετέραν, καὶ ταπεινὴν μὲν τῷ φαινομένῳ, ὑψηλὴν δὲ τῷ κρυπτομένῳ, καὶ πρὸς Θεὸν ἄγουσαν, ἀλλὰ πάσαις ψήφοις αἱρεῖται τὴν ἡμετέραν, μηδὲν ὅλως ἐπὶ τὰ χείρω παραξαντεὶς τὴν διάνοιαν, μηδὲ ὑπὸ τῆς τῶν λόγων κομψείας παρασυρεὶς, ᾗ φρονοῦσιν οἱ τὰ Ἑλλήνων φιλοσοφοῦντες. Deinde quoniam duo erant Ascetarum genera, alii nempe actuosi, alii vero solitarii, dubius utrum eorum sequeretur, secum deliberatione habita, actuosam vitam amplecti, retento gentilium philosophorum habitu, decrevisse: *Hoc autem primum philosophatur, ut ex duobus nostris vitæ generibus utrum præstantius sit, atque & sibi, & omnibus Christianis fructuosius intelligat: quod perfectissimi animi, ac sapientissimi esse judicaret, privatæ utilitatis cum publicis commodis conjunctam habere rationem; neque enim quemquam nostrum sibi soli natum esse, sed omnibus etiam, qui ejusdem naturæ participes sunt, atque ab eodem & in iisdem procreati sunt. Cum autem privatam vitam & solitariam, atque a vulgi commercio semotam, & alienam magnam quidem & præclaram, atque humanis rebus sublimiorem esse videret, cæterum intra eos, qui hoc vitæ genere cum laude fungerentur, defixam esse, atque charitatis communionem, & humanitatem repudiare, idque præterea incommodi habere, quod eorum virtus, qui sic viverent, explorari non posset, quippe, quæ nec in rebus gerendis exerceretur, nec cum*

aliis in comparationem veniret: eam contra, quæ hominum societate, & frequentia gaudet, præterquam quod multa quotidie occurrunt, in quibus virtutis suæ periculum facere queat, ad multorum utilitatem etiam esse diffusam, atque ad divinam dispensationem prope accedere. Paucis deinde interjectis ita prosequitur: *Hæc, inquam, cum animo volveret, ac perpenderet, simulque Græcorum, qui pallio & promissa barba gravitatis speciem præseferunt, fastum, atque insolentiam reprimere operæ pretium esse censeret: quidnam facit? & quonam pacto philosophiam tractat? medius quodammodo inter illorum vanitatem, & nostram sapientiam incedit, atque illorum quidem habitum, & larvam, nostrorum autem veritatem, & sublimitatem profitetur*. Ἐκεῖνο δὲ πρῶτον φιλοσοφεῖ, γνῶναι ἡμετέρων ὁδῶν τὴν αἱρετωτέραν τε καὶ λυσιτελεστέραν, ἐπίσης αὐτῷ τε, καὶ πᾶσι Χριστιανοῖς. Πανταχοῦ γὰρ τό τε καθ' ἑαυτὸν καὶ τὸ κοινὸν συλλαμβάνειν, ψυχῆς εἶναι τελειωτάτης τε καὶ φιλοσοφωτάτης ἐνόμιζεν· οὐδὲ γὰρ ἑαυτῷ γεγενῆσθαι μόνον ἕκαστον ἡμῶν, ἀλλὰ καὶ πᾶσιν, ὅσοι τῆς αὐτῆς μετέχουσι φύσεως, καὶ παρὰ τοῦ αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς γεγόνασιν. Ὁρῶν δὲ τὸν μὲν ἐρημικὸν βίον, καὶ ἰδιάζοντα, καὶ τῶν πολλῶν ἔκφυλον καὶ ἀλλότριον, μέγαν μὲν καὶ ὑψηλὸν, καὶ ὑπὲρ τὰ ἀνθρώπινα, μέχρις αὐτῶν δὲ μόνων τῶν κατορθούντων ἱστάμενον· καὶ τὸ τῆς ἀγάπης κοινωνικὸν καὶ φιλάνθρωπον ἀπηρνημένον, ἣν ἐν πρώτοις εἶναι τῶν ἐπηγγελμένων ἐγίνωσκε, πρὸς δὲ καὶ ἀδοκίμαστον, ὡς οὔτε ἐν τοῖς πράγμασι γυμναζόμενον, οὔτε ἄλλοις παραμιγνύμενον· τὸ δὲ κοινωνικὸν καὶ ἐπίμικτον, πρὸς τῇ βασάνῳ τῆς ἀρετῆς, ἔτι καὶ εἰς τοὺς πολλοὺς διατεῖνον, καὶ θείας οἰκονομίας ἐγγὺς, ἣ καὶ πεποίηκε τὸ πᾶν, καὶ φιλίᾳ συνέδησε, καὶ τὸ ἡμέτερον γένος ἐκπεσὸν τοῦ καλοῦ, διὰ τὴν ἐπεισελθοῦσαν κακίαν, ἐκ τῆς πρὸς ἡμᾶς ἐπιμιξίας καὶ ὁμιλίας, πάλιν ἀνεκαλέσατο. Ταῦτα διανοηθείς τε καὶ ἀνελόμενος, καὶ ἅμα τὸν Ἑλληνικὸν τῦφον κολάσαι τῶν καλῶν εἶναι νομίσας, οἳ τῷ τρίβωνι καὶ τῇ ὑπήνῃ τὸ σεμνὸν ὑποδύονται· τί ποιεῖ; καὶ πῶς τὴν φιλοσοφίαν μεταχειρίζεται; μέσην τινὰ χωρεῖ τῆς τε ἐκείνων ἀλαζονείας, καὶ τῆς ἡμετέρας σοφίας, καὶ τῶν μὲν τὸ σχῆμα καὶ τὴν σκηνὴν, ἡμῶν δὲ τὴν ἀλήθειαν καὶ τὸ ὕψος φιλοσοφεῖ.

CAPUT IV.

De Ascetarum Ordine in Dei Ecclesia, eorumque a Monachis discrimine.

Virginum Deo dedicatarum in Catholica Ecclesia duo antiquis temporibus genera fuisse, indubium est; harum autem vetustissimæ fuerunt, ac ipsius fidei nascentis exordiis æquales, quæ in propriis, ac privatis ædibus degebant, quæque a Sozomeno Virgines Ecclesiasticæ παρθένοι ἐκκλησιασικαὶ nuncupantur, ab illis prorsus distinctæ, ac diversæ, quæ intra septa Monasteriorum, quorum fundatio, vel sæculo IV. ineunte, vel certe sæculo III. evolvente, cœpta est, commorabantur. Ecclesiasticas autem vocatas fuisse puto, quia albo, seu canoni, & matriculæ Ecclesiæ adscriptæ erant, ejusque sumptibus ut plurimum, quæ erant propriis facultatibus destitutæ, alebantur. Ex hoc numero extiterunt nobilissimæ fœminæ Marcella, Eustochium, Principia, Demetrias, Asella, aliæque plures, & subsequentibus temporibus inter cæteras fuerunt tres Sancti Gregorii Magni amitæ Tharsilla, Æmiliana, & Gordiana, de quibus ita Smus Pontifex homilia XXXVIII. in Evangelium: *Uno omnes ardore conversæ, uno eodemque tempore sacratæ sunt sub districtione regulari degentes in domo propria socialem vitam ducebant*. Hæ autem Virgines nullis Monasteriorum claustris inclusæ suam domum Monasterium sibi faciebant, ubi, vel separatim, vel conjunctim cum aliis sacris Virginibus, quas sibi ejusdem professionis socias adsciverant, vitam omnem castissimam, & ab omni virorum commercio semotam agebant, & jejuniis, laboribus, operique manuum, sacrarum Scripturarum lectioni, & orationi intentæ cælestibus meditationibus, & delitiis fruebantur æternis. Ad Ecclesiam vero cum reliquo populo conveniebant, & solummodo e cellis suis, quas sibi domi constituerant, egrediebantur, ut Martyrum memorias venerarentur, ut verbum Dei audirent, ut sacras Deo preces

In Dei Ecclesia duo Virginum genera fuerunt.

Sozom. Hist. lib. VIII. cap. XXIII.

Sozom. lib. I. cap. XIII. Sozom. lib. V. cap. V.

Hieron. ad Marcellam de laud. Asellæ, & ad Eustoch. de custod. Virginit. & alibi tum ipse, tum alii antiquiss. Scriptores.

Albasp. not. in Concil. Illiber. can. XIII. Valef. not. in Sozom. lib. VIII. cap. XXIII. Coteler. not. in Constit. Apost. lib. VIII. cap. XIII. Thomass. de Eccles. Discipl. tom. I. part. I. lib. III. cap. XLII. Cabasut. Notit. Eccles. Hist. & Concil. Dissert. III. ad sacul. II.

ces offerrent, ut divina participarent mysteria. Erat autem locus peculiaris in Dei templo eis destinatus, non modo enim in media illa templi parte sexui fœmineo assignata, quæque viris inaccessa erat, manebant, sed insuper ejus partis honoratiorem locum, penitiorem scilicet, & sanctuario viciniorem, sæculares fœminas a tergo habentes, occupabant, ab omnibus fidelibus, ligneo septo interposito, sejunctæ, ut ex B. Ambrosii epistola ad virginem lapsam *cap. VI.*, *& ex cap. XXV. Conc. Triburien.*, aliisque antiquis monumentis aperte colligitur.

Ascetæ inter viros fuerunt, sicut sacræ virgines inter fœminas.

§. 2. Quod autem hactenus dictum est de Ecclesiasticis Virginibus, id ipsum de Ascetis affirmari posse existimo, eo dumtaxat discrimine, quod sacrarum Virginum nomen illustrius, celebriusque fuit, longius, latiusque per universas terras mire, ac subito propagatum: Ascetarum vero obscurius, non modo quia longe minores numero, & paucioribus in locis fuerunt, sed etiam quia Ascetæ sub aliis nominibus, ut dictum est, censebantur. Nam ut plurimum Ascetæ in Clericalem ordinem, ac gradum transeuntes nobilioris ordinis nuncupatione, prima relicta, donabantur. Insuper quia falsi Ascetæ religiosum Ascetarum nomen a primævis fere Ecclesiæ sæculis infamarunt; præterea quia splendor, & fama Monasticæ professionis paulo post exortæ, & per omnes orbis partes illico diffusæ Ascetarum nomen, atque institutum obscuravit, ac propemodum delevit.

Ascetarum ordo perinde ac sacrarum virginum in Ecclesia antiquitus fuit.

Ep. can. ad Amphil. & alibi.

§. 3. Profecto Ascetæ primis Christianæ Ecclesiæ sæculis, perinde ac Ecclesiasticæ Virgines, (Nam κατάλογον & τάγμα τῶν παρθένων Basilius, aliique veteres non semel memorant) sin minus in Occidente, in Oriente certè ordinem quemdam τάγμα, qui medius erat inter Clericos, & Laicos in populo Dei constituebant; eosque in Ecclesiam ad verbum Dei audiendum seorsum a reliquo populo, non secus ac virgines, convenisse, testimonio esse possunt, quæ scribit S. Cyrillus Episcopus Hierosolymitanus, qui ex Ascetarum numero fuit. Nam Sanctissimus Episcopus in sua Catechesi IV. *num.* 24. ordinem Virginum, & μοναζόντων, hoc est Ascetarum memorat, eosque ad castitatem, de qua verba faciebat, separatim a reliqua Dei plebe his verbis hortatur: *At eum, qui de castitate est, sermonem præcipue quidem auscultet Solitariorum, & Virginum ordo, qui vitam in mundo parem Angelis instituunt, deinde vero reliquus Ecclesiæ populus.* Καὶ τὸν περὶ σωφροσύνης λόγον, προηγουμένως μὲν ἀκουέτω τῶν μοναζόντων, καὶ τῶν παρθένων τάγμα, τῶν τὸν ἰσάγγελον βίον ἐν κόσμῳ κατορθούντων· ἑπομένως δὲ καὶ ὁ λοιπὸς τῆς Ἐκκλησίας λαός. Et in Catechesi XII. *num.* 33. iterum in hunc modum: *Agnoscat & solitarie agentium, seu Ascetarum ordo puritatis gloriam &c.* Γνωριζέτω καὶ τῶν μοναζόντων τὸ τάγμα τῆς ἁγνείας τὸ ἐπίδοξον &c. Et in Catechesi XVI. *num.* 23. enumerans Beatissimus Doctor uniuscujusque Ecclesiæ Catholicæ ordines, divino Spiritu dirigente, constitutos, solitarie agentes, seu Ascetas inter Subdiaconos, & Virgines ita recenset: *Conspice cujusque gentis Episcopos, Presbyteros, Diaconos*, (& Subdiaconos addunt nonnulli Codices) *solitariè agentes, Virgines, & reliquos laicos.* Βλέπε μοι ἑκάστου ἔθνους ἐπισκόπους, πρεσβυτέρους, διακόνους, ὑποδιακόνους, μονάζοντας, παρθένους, καὶ λοιποὺς λαϊκούς.

Ascetæ in sacro Templo eodem loco, ac gradu inter viros stabant, quo sacræ virgines inter fœminas.

§. 4. Ascetæ igitur sicut dignitate proximi erant Clericis, ita etiam loco, & ordine. Itaque cum in Ecclesiam ad sacram Synaxim cum reliquo populo conveniebant, prope Clericos, & secundum eos supra laicos, & a vulgo seorsum manebant; perinde ac sacræ virgines in ea templi parte, qua fœminæ colligebantur, separatim ab aliis, ordine superiori consistebant, functionesque sacras loco suo obibant. Id nobis certum, probatumque fit ex Constitutionibus Apostolicis, quas ante sæculum quartum, vel eo ineunte scriptas fuisse inter omnes fere eruditos constat. In his enim, ubi præscribitur series, ac ordo, quo post sacram oblationem tam Clerici, quàm Laici, quisque loco suo, communicare debent, Ascetæ post Cantores ponuntur ante Diaconissas, virgines, & viduas, & pueros. Ver-

Constit. Ap. lib. VIII. cap. XIII.

Verba autem ipsa talia sunt: Καὶ μετὰ τοῦτο μεταλαμβανέτω ὁ ἐπίσκοπος, ἔπειτα οἱ πρεσβύτεροι, καὶ οἱ διάκονοι, καὶ ὑποδιάκονοι, καὶ οἱ ἀναγνῶσται, καὶ οἱ ψάλται, καὶ οἱ ἀσκηταὶ, καὶ ἐν ταῖς γυναιξὶν αἱ διακόνισσαι, καὶ αἱ παρθένοι, καὶ αἱ χῆραι, εἶτα τὰ παιδία, καὶ τότε πᾶς ὁ λαὸς κατὰ τάξιν μετὰ αἰδοῦς καὶ εὐλαβείας ἄνευ θορύβου. *Post hoc sumat, & communicet Episcopus, deinde Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, Lectores, Cantores, & Ascetæ, & in fœminis Diaconissæ, Virgines, & viduæ, postea pueri, tuncque omnis populus ordine, cum pudore, & reverentia absque strepitu*. Et ad verbum illud *Ascetæ* notat Cotelerius: *Non Monachi Ascetæ, sed laici in severioribus pietatis officiis sese exercentes; quales semper inter Christianos extitisse, dubitari non debet*. Postea temporis, cum Monachi Ascetis successissent, & primis suæ institutionis exordiis cum reliquo populo in Dei Ecclesiam ad sacra celebranda mysteria convenire interdum solerent, Ascetarum locum in Dei Ecclesia, & Ecclesiasticis conventibus ipsi obtinuerunt. Nam Monachos in Ecclesia proximos Clericis manere consuevisse colligi putant ex iis, quæ scribit Magnus Athanasius in apologia de fuga sua, ubi narrat, quomodo manus militum, qui in Dei Templum irruperant, evasit, abductus a Clericis, & Monachis, (si tamen illi Monachi fuerunt, ut plurimi existimant, quales nos hoc nomine intelligimus; & non potius Ascetæ, ut ego puto, Monachorum nomine sæpius nuncupati) qui, cætero populo è sacra æde egresso, ultimi cum Episcopo, cui loco proximi erant, remanserant, eumque è Throno, ubi sedebat, vi quodammodo facta, abstraxerunt. Refert enim S. Episcopus Alexandrinus nocte, cum vigiliæ agerentur in Ecclesia, Ducem Syrianum cum exercitu Ecclesiam, militibus undequaque collocatis, obsedisse; ratus autem Athanasius, trepidantem populum deserere in tanto tumultu non oportere, satiusque esse se discrimini objicere, in Throno sedens jussit Diacono, ut psalmum legeret. Verum, cum Dux armatis stipatus vi in Templum irrupisset, ut eum comprehenderet, populus, ac Clerus clamare cœpit, ut se subduceret: Contra Athanasius negabat se recessurum; surgens igitur, ac injuncta oratione, *id enixe rogabam*, sunt verba Sanctissimi Episcopi loco laudato, *ut omnes prius discederent, satius esse me periclitari, quàm lædi quempiam è populo. Egressis ergo pluribus, cæterisque subsequentibus, qui nobiscum illic aderant, Monachi, & ex Clericis quidam ascendentes nos pertraxere*. Ἐγὼ δὲ μᾶλλον ἀντέλεγον, μὴ πρότερον ἀναχωρήσειν, εἰ μὴ πάντες καθ' ἕκαστον ὑπεξέλθοιεν· ἀναστὰς γοῦν καὶ προσευξάμενος, ἠξίουν, ὅπως ἀντηξίουν ἀπιέναι πρότερον αὐτοὺς πάντας, βέλτιον εἶναι λέγων ἐμὲ κινδυνεύειν, ἢ βλαβῆναί τινας ἐξ ὑμῶν· ἐξελθόντων τοίνυν τῶν πλείστων, καὶ τῶν λοιπῶν ἐπακολουθέντων, οἱ σὺν ἡμῖν ὄντες ἐκεῖ μοναχοὶ καί τινες τῶν κληρικῶν, ἀνελθόντες εἵλκυσαν ἡμᾶς. Profecto solitos fuisse Ascetas æque ac Virgines cum sancta Dei plebe sacris conventibus in publica Ecclesia adesse, eosque peculiarem quemdam ordinem, ac personarum genus constituisse, aperte nobis indicat B. Gregorii Nazianzeni oratio, quæ inscribitur: Εἰρηνικὸς ά. ἐπὶ τῇ ἑνώσει τῶν μοναζόντων μετὰ τὴν σιωπὴν ἐπὶ παρουσίᾳ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. *Oratio de pace prima, quæ in reconciliatione solitarie degentium habita est, præsente patre*. Etenim Ariani hæretica calliditate, & solitis dolis usi Gregorium, Gregorii Theologi patrem, & Nazianzi Episcopum circumvenerant, ejusque simplicitati illudentes adegerant, ut Ariminensi fidei formulæ subscriberet, eorumque pravæ societati fraude deceptus adhæreret. Qua re offensi Ascetæ, qui pro sua pietate, ac religione acriores erant recti dogmatis, ac fidei puritatis vindices, ideoque idem Nazianzenus eos vocat: *Ferventiorem Ecclesiæ partem*: παρὰ τοῦ θερμοτέρου μέρους τῆς Ἐκκλησίας κατεσπάσθημεν: ab ejus communione discesserant, & separatione facta, Præsbyteros, qui sibi sacramenta administrarent, ordinari curaverant. Redintegrata deinde benignissimi, ac præpotentis Dei ope, & auxilio, pace, & membris cum capite, & nobilioribus ovibus cum Pastore reconciliatis, in Ecclesia, Gregorio Episcopo patre cum universo populo præsen-

Athanas. in epist. de fuga sua n. 24.

Orat. XIX.

sente, Gregorius Nazianzenus filius post diuturnum silentium, quo præ nimio dolore usus fuerat, illam orationem habuit, quæ hac de causa pacifica *εἰρηνικὸς λόγος* dicta est. In ea autem ita eos alloquitur: *Ob eam causam cum aliis rebus jucundis sermonem quoque abjeci: quoniam dilecti recalcitrarunt, & verterunt ad me terga, & non facies, factique sunt ovile pastore liberius, ne dicam audacius: quoniam vinea illa vera, atque a bono agricola optime purgata, & quæ pulchram segetem in Divina horrea inferre solebat, in amaritudinem mihi versa est: quoniam amici mei, & proximi mei adversum me appropinquaverunt, & steterunt, & qui juxta me erant, a longe steterunt: quoniam qui Deum, & Christum majorem in modum amabamus, Christum divisimus, ob veritatem mendaciis nos ipsos mutuo incessivimus, ob charitatem odia exercuimus &c.* Διὰ ταῦτα μετὰ τῶν ἄλλων τερπνῶν, καὶ τὸν λόγον ἀπεσεισάμην, ὅτι ἀπελάκτισαν οἱ ἠγαπημένοι, καὶ ἔστρεψαν ἐπ' ἐμὲ νῶτα αὐτῶν καὶ οὐ πρόσωπον, καὶ γεγόνασι ποίμνιον ἐλευθεριώτερον τοῦ ποιμαίνοντος· ἵνα μὴ εἴπω νεανικώτερον, ὅτι ἐστράφη εἰς πικρίαν ἐμοὶ ἡ ἄμπελος ἡ ἀληθινὴ, καὶ τοῦ καλοῦ γεωργοῦ κάλλιστα κεκαθαρμένη, καὶ ταῖς θείαις ληνοῖς γεωργοῦσα τὸ καλὸν γεώργιον· ὅτι οἱ φίλοι μου καὶ οἱ πλησίον μου ἐξ ἐναντίας ἤγγισαν· καὶ ἔστησαν, καὶ οἱ ἔγγιστά μου ἀπὸ μακρόθεν ἔστησαν. ὅτι διειλόμεθα τὸν Χριστὸν οἱ λίαν φιλόθεοι καὶ φιλόχριστοι, καὶ ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ἀλλήλων κατεψευσάμεθα, καὶ διὰ τὴν ἀγάπην μῖσος ἐμελετήσαμεν. Et in fine ejusdem orationis, sermonem convertens ad Gregorium Episcopum patrem suum, qui populo præsidebat: *En omnes*, inquit, *ad te venerunt, ac sub pennis tuis requiescunt, suumque Altare cingunt, cum lacrymis illi quidem egressi, cum gaudio autem recurrentes. Gaude, & oblectare, Patrum optime, ac indulgentissime, quoniam his omnibus non secus ac sponsa mundo suo, indutus & amictus es. Loquere tu quoque ad nos: Ecce ego, & filii mei, quos dedit mihi Dominus.* Ἰδοὺ πάντες ἥκασι πρὸς σὲ, καὶ ὑπὸ τὰς σὰς ἀναπαύονται πτέρυγας, καὶ τὸ ἑαυτῶν κυκλοῦσι θυσιαστήριον, μετὰ δακρύων ἀποφοιτήσαντες, καὶ μετ' εὐφροσύνης προστρέχοντες· χαῖρε καὶ κατατέρπου πατέρων ἄριστε καὶ φιλοτεκνότατε, ὅτι πάντας αὐτοὺς ἐνδέδυσαι, καὶ περιβέβλησαι, ὡς κόσμον νύμφη· φθέγξαι καὶ σὺ πρὸς ἡμᾶς· ἰδοὺ ἐγὼ καὶ τὰ παιδία, ἅ μοι ἔδωκεν ὁ Θεός. Hos autem solitarios *μοναστὰς*, seu *μονάζοντας* Ascetas non autem Monachos in cœnobiis degentes fuisse primum colligo ex eo, quod in eorum numerum Sanctissimus Doctor Nazianzenus seipsum adscribit, ipse autem Asceta erat, & non Monachus cœnobita: Secundo quia hæc oratio, ut putat Tillemontius dicta est circa annum 364, quo tempore Magnus Basilius non adhuc, vel vix Monasterium aliquod Cæsareæ fundaverat, Monachosque cœnobitas instituerat; quapropter Nazianzi Monasteria longe ante esse nequibant, cum in Cappadocia, aliisque finitimis regionibus primus Monasticæ professionis institutor, ac Pater fuerit Basilius: Tertio ex ratione vitæ, quam isti solitarii tenebant, quæ apprime quidem Ascetis convenit, cœnobitis Monachis nequaquam; eam autem qualis fuerit, summatim nobis exhibet Gregorius, & in hac eadem oratione, & in carmine 47. ad Hellenium *pag.* 110. *tom.* 2. Quarto demum ex vita ejusdem Sancti Gregorii Nazianzeni, quam græce scripsit Gregorius Presbyter, cujus verba talia sunt: *Quod illius factum* (hoc est Gregorii Patris) *cum provinciales solitarii ferre non possent, ab ipsius communione se separant, simulque abscedit cum illis pars populi non exigua, Ascetarum auctoritatem aperte secuta.* Τοῦτον οἱ τῆς χώρας μονασταὶ μὴ ἀναγχόμενοι, τῆς κοινωνίας αὐτοῦ ἀποτέμνονται, συναπέστη δὲ αὐτοῖς καὶ τοῦ λαοῦ μέρος οὐ τὸ βραχύτατον, τῇ ἀξιοπιστίᾳ τῶν ἀσκητῶν, ἀπεχθῶς ἐξακολουθήσαντες. In egregia illa oratione, quam Constantinopoli discessurus in principali totius Ecclesiæ templo, præsentibus centumquinque Episcopis, ac universo populo, idem Gregorius habuit, ac novissimum Ecclesiæ suæ, ac populo vale dixit, referens diversa Ecclesiæ membra, ordines, ac gradus, quibus veluti gemmis Constantinopolitana Ecclesia distinguebatur, inter eos Ascetas recenset, quos, ut etiam

Orat. XII.

Tillemont. mem Eccles. tom. IX. art. XXIV. pag. 364.

etiam alibi facere solet, Philosophos vocat: *Vide*, inquit, *Presbyterorum Concilium canitie, & prudentia ornatorum; Diaconorum modestiam, non procul ab eodem spiritu remotorum; Lectorum concinnitatem; plebis discendi studium tam in viris, quàm in fœminis virtutis honore paribus: ac rursus virorum tam in philosophis, quàm in simplicioribus, omnibus Divinarum rerum sapientia præditis; tam in præfectis, quàm in subditis, hic videlicet omnibus recte subjectis; tam in militibus, quàm in nobilibus; tam in studiosis, & literatis; omnibus Dei militibus, cætera quidem placidis, & mansuetis, pro spiritu autem bellicosis, omnibus superiorem Senatum honore afficientibus &c.* Ἴδε πρεσβυτέρων συνέδριον, πολιᾷ καὶ συνέσει τετιμημένων, διακόνων εὐταξίαν, οὐ πόῤῥω τοῦ αὐτοῦ πνεύματος, ἀναγνωστῶν εὐκοσμίαν, λαοῦ φιλομάθειαν, ὅσον ἐν ἀνδράσιν, ὅσον ἐν γυναιξὶ, τὴν ἀρετὴν ὁμοτίμοις, καὶ ἀνδρῶν, ὅσον ἐν φιλοσόφοις, ὅσον ἐν ἁπλουστέροις, πᾶσι σοφοῖς τὰ θεῖα· ὅσον ἐν ἄρχουσιν, ὅσον ἐν ἀρχομένοις, ἐνταῦθα πᾶσι καλῶς ἀρχομένοις, ὅσον ἐν στρατιώταις, ὅσον ἐν εὐγενέσιν, ὅσον ἐν λόγοις καὶ περὶ λόγους, πᾶσι Θεοῦ στρατιώταις, ἡμέροις τἄλλα, πολεμικοῖς ὑπὲρ πνεύματος, πᾶσι τὴν ἄνω τιμῶσι σύγκλητον. Et in eadem Oratione *pag.* 527. finem dicendi facturus Templum, in quo verba faciebat, cæterasque ædes sacras Urbis, Cathedram Episcopalem, Episcoporum Concilium, ministros sacro altari inservientes, universam denique Christianam plebem, singulatim ejus diversos ordines recensens, supremo salutat. Ascetas autem, quos Nazaræos, quia Deo erant dedicati, nuncupat, inter Ecclesiasticos ministros, & virgines collocat: *Vale*, inquit, *Cathedra, invidiosum hoc, & periculosum fastigium, Pontificum Concilium, Sacerdotum non minus Majestate, quàm ætate ornatorum, & quicumque tandem alii circa sacrosanctam mensam Deo ministratis, atque ad appropinquantem Deum appropinquatis. Valete Nazaræorum Chori, Psalmodiarum concentus, nocturnæ stationes, virginum sanctimonia, mulierum modestia, viduarum, & orphanorum cœtus, pauperum oculi in Deum, & in nos intuentes &c.* Χαῖρέ μοι, ὦ καθέδρα, τὸ ἐπίφθονον ὕψος τοῦτο καὶ ἐπικίνδυνον, ἀρχιερέων συνέδριον, ἱερέων αἰδοῖ καὶ χρόνῳ τετιμημένων, ὅσοι τε ἄλλοι περὶ τὴν ἱερὰν τράπεζαν λειτουργικὸν Θεοῦ, καὶ ἐγγίζον Θεῷ τῷ ἐγγίζοντι· χαίρετε Ναζαραίων χοροστασίαι, ψαλμῳδιῶν ἁρμονίαι, στάσεις πάννυχοι, παρθένων σεμνότης, γυναικῶν εὐκοσμία, χηρῶν, καὶ ὀρφανῶν συστήματα, πτωχῶν ὀφθαλμοὶ πρὸς Θεὸν, καὶ πρὸς ἡμᾶς βλέποντες. Ascetas quidem cum sacris Virginibus, & viris, ac fœminis matrimonio junctis, & cum omni populo sacris interfuisse conventibus, præter alia ex Cyrillo Jerosolymitano, Gregorio Nazianzeno, aliisque paulo ante relata testimonia, comprobant etiam illi Tractatus Ascetici prævii, qui inter moralia S. Basilii, ejusque nomine inscripta circumferuntur. Nam hos sermones dictos fuisse in Ecclesiastico cœtu, ubi aderant virgines, & viri, ac mulieres conjuges, haud dubie ostendunt plura loca eorumdem tractatuum. Hujusmodi sunt verba illa, quæ leguntur in primo opusculo, seu prævia institutione Ascetica: *Neque vero ad solos viros spectat oratio: militat enim apud Christum, & muliebre genus &c.* Διαλέγεται δὲ οὐκ ἀνδράσι μόνοις ὁ λόγος· στρατεύεται γὰρ καὶ τὸ θῆλυ παρὰ Χριστῷ &c. tum etiam illa alia, quæ in secundo tractatu habentur. *Propterea benignissimus Deus saluti nostræ providens vitam hominum divisit in duplex vitæ genus, conjugium dico, ac virginitatem, ut qui virginitatis certamen subire non valeret, hic sibi adjungeret uxorem &c.* Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ὁ φιλάνθρωπος Θεὸς κηδόμενος τῆς ἡμῶν σωτηρίας εἰς δύο διεῖλε βίους τὴν τῶν ἀνθρώπων διαγωγὴν, συζυγίαν λέγω καὶ παρθενίαν, ἵνα ὁ μὴ δυνάμενος ὑπενεγκεῖν τὸν τῆς παρθενίας ἆθλον, ἔλθοι ἐπὶ συνοίκησιν γυναικός. Et non multo post conjuges ita monet: *Ne igitur deses exsistas, o tu, qui elegisti uxoris societatem, quasi mundum amplecti penes te sit. Nam pluribus laboribus, & custodia majore tibi opus est ad obtinendam salutem.* Μὴ τοίνυν ἀναπέσῃς, ὦ οὗτος, ὁ πρὸς κοινωνίαν γυναικὸς προῃρημένος, ὡς ἐπ' ἐξουσίας ἔχων τὸν κόσμον περιβάλλεσθαι· πλειόνων γάρ σοι πόνων, καὶ φυλακῆς χρεία πρὸς τὴν τῆς σωτηρίας ἐπιτυ-

συ-

Orat. XXXII. pag. 527.

συχίαν. Hos autem tractatus ad Ascetas pertinere, non autem ad Monachos, quales apud nos hoc nomine significari solent, abundè declarant, quæ in eis continentur. Nec multum refert eos, ad quos sermo est, Monachos nominari: primum quia Ascetas sæpius Monachos dictos fuisse constat; secundo quia haud ex levibus conjecturis, ac rationibus affirmari potest, hos tractatus nonnullis in locis a Monachis interpolatos fuisse, ut sibi, suæque cœnobiticæ vitæ institutis, quoad fieri poterat, accomodarent.

Tres tractatus Ascetici prævii operibus moralibus S. Basilii, utrum ejusdem Basilii sint, an potius Eustathii Sebasteni.

§. 5. Sed quoniam de hisce tractatibus sermo incidit, haud inopportunum, neque a re, qua de agitur, alienum erit, si aliquantum exquiramus, cuinam auctori tria illa Ascetica opuscula, quæ moralibus S. Basilii præmittuntur, tribui debeant, Basilione, ut fere omnes putant, an potius Eustathio Sebasteno Episcopo, ut ego non sine aliqua dubitatione existimo, qui Ascetas in Armeniam, vicinasque regiones primus introduxit, ac propagavit. Nam quæ sint ascetica opera, quæ magnum Basilium auctorem, ac parentem habent, disertis verbis nos docet Photius in sua Bibliotheca *Cod. CXLIV. pag.* 318. *Legimus*, inquit, *ascetica, hoc est Monasticæ vitæ præceptiones, ex quarum quidem præcepto qui vixerit, cælesti certe regno aliquando potiatur.* Ἀνεγνώσθη καὶ τὰ ἀσκητικὰ, ἤγουν ἀσκητικῆς πολιτείας ὑποθῆκαι, καθ᾽ ἃς τις βιοὺς τὴν οὐράνιον οἰκήσει βασιλείαν. His autem verbis nihil aliud indicari, nisi regulas Monasticas fusius, breviusque tractatas, & si mavis etiam Constitutiones, quisque per se facile intelligit. Rursus in eadem Bibliotheca *Cod. CXCI.* scribit: *Legimus B. Basilii Episcopi Cæsareæ Cappadociæ, qui vocantur Asceticorum, Libros duos. Utile sane hoc opus, si quod aliud pietatis studiosis, quique æterna illa bona consectantur: maxime vero iis, qui in Monasteriis ad pietatem veram exercentur.* Ἀνεγνώσθη τοῦ ἐν ἁγίοις Βασιλείου, ἐπισκόπου Καισαρείας Καππαδοκίας, τὰ λεγόμενα ἀσκητικὰ, ἐν δυσὶ λόγοις· χρήσιμον μὲν τὸ βιβλίον, εἴπερ τι ἄλλο, ἑκάστῳ τῶν εὐσεβεῖν αἱρουμένων, καὶ τυχεῖν τῶν ἀγαθῶν· μάλιστα δὲ τοῖς ἐν κοινοβίῳ τὸν ἀσκητικὸν διαθλοῦσιν ἀγῶνα. Quid autem his libris contineretur, nobis postea, nonnullis interjectis, exponit in hunc modum: *Igitur primus ejus liber continet: quæ sit causa, quantumque periculum hujusmodi cum Ecclesiarum Dei, tum singulorum hominum inter ipsos dissensionis, atque dissidii: Deinde quod omnis præcepti Divini transgressio vehementer, ac terribiliter punitur; idque è Scripturis sacris demonstratum. Tertio de fide nostra Catholica, sive de pura nostra, & sincera confessione Sanctissimæ Trinitatis. Liber vero secundus, Christiani hominis quamdam veluti descriptionem per summa capita, breviterque proponit: similemque rursus descriptionem eorum, qui docendo Evangelio præfecti sunt. Deinde quasi regulas quasdam asceticas interrogando, ac respondendo propositas exponit, numero quinquaginta quinque: iterumque breviores alias trecentas tredecim.* Ὁ μὲν οὖν πρῶτος αὐτῷ λόγος διεξέρχεται, τίς ἡ αἰτία καὶ ὁ κίνδυνος τῆς τοσαύτης τῶν ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἑκάστου πρὸς τὸν ἕτερον διαφωνίας τε καὶ διαστάσεως; δεύτερον, ὅτι πάσης ἐντολῆς Θεοῦ παράβασις σφοδρῶς καὶ φοβερῶς ἐκδικεῖται· καὶ ἡ ἀπόδειξις ἐκ τῶν γραφῶν· τρίτον, περὶ τῆς εὐσεβοῦς πίστεως ἡμῶν, ἤτοι τῆς εἰς τὴν τριάδα καθαρᾶς ἡμῶν καὶ εἰλικρινοῦς ὁμολογίας· ὁ δεύτερος οἷον χαρακτῆρα χριστιανοῦ κεφαλαιώδη καὶ σύντομον παρατίθεται, καὶ χαρακτῆρα πάλιν παραπλήσιον τῶν προεστώτων τοῦ λόγου· εἶτα οἷον ὅρους τινὰς ἀσκητικοὺς, ὡς ἐν ἐρωτήσει καὶ ἀποκρίσει προηγμένους, ἐκτίθεται τὸν ἀριθμὸν πεντήκοντα (πέντε) καὶ πάλιν συντομώτερον ἑτέρους ὅρους τιγ΄. Ex accurata hujusmodi descriptione aperte nobis innotescit, quod in Asceticis Basilii nihil aliud continebatur, quàm sermo de judicio Dei, & alius de fide, nec non & moralia; tres autem illos prævios tractatus nullatenus in Basilianis asceticis comprehensos fuisse. Quare è diverso cum ex testimonio Sozomeni nobis compertum sit, Eustathium Sebastenum de asceticæ exercitationis disciplina præcepta dedisse, ejusque asceticum librum Basilii nomine inscriptum, ut quidam affirmabant, circumferri; hinc necessario consequi videtur, librum illum, quo

Sozom. lib. III. cap. XIV. pag. 113

quo tres illi tractatus continentur, non Magno Basilio, sed potius Eustathio adscribendum esse. Ad hæc accedit, quod in eo non solum viri, sed etiam mulieres in ascetica conver-

Sozom. lib. III. cap. XIV. & in Concilio Gangr.

satione institui videntur; Eustathio autem, ejusque discipulis crimini datum est, quod mulieres sub exercitationis prætextu ad viriles vestes sumendas, tondendas comas, & a maritis discedendum induxerint. Præterea Ascetæ illi, qui ibi Monachi vocantur, in Ecclesia cum reliquo populo, tum viris, tum fœminis sive nuptis, sive virginibus, conveniebant. Monachi autem a Basilio instituti in suis Monasteriis seorsum a cœtibus Virginum degebant. Demum in illis libellis innui videtur, Ascetas, ad quos sermones illi directi sunt, neque in eremis, ut Anachoretæ, neque in Monasteriis, ut solebant cœnobitæ, vitam egisse; fertur autem, Eustathium instituisse, ut Ascetæ in frigidis illis regionibus per contubernia habitarent: & junior quisque seniori, & Ascetica exercitatione, & virtute provectiori se instituendum, ut ei magis libuisset, traderet. Sed eo revertor, unde paulo ante digressus sum.

Quo gradu, & ordine starent Ascetæ in Ecclesia, ex Dionysio Areopagita ostenditur.

§. 6. Profecto de ordine Ascetarum, deque eorum in Ecclesia Dei loco, ac gradu nobis testimonium perhibet Dionysius Areopagita, qui Ascetas Therapeutas, ac Monachos vocat. Nam Sñus iste Scriptor *cap. VI. de Ecclesiastica Hierarchia*, posteaquam anteriori capite de sacrorum Ordinum consecrationibus egit, in sequenti loquitur *de Ordinibus, qui initiantur*. Περὶ τῶν τελουμένων τάξεων. Triplex autem genus Ordinum initiandorum distinguit: In primo ordine collocat *turbas illas, quæ a sacris functionibus, & consecrationibus segregantur*. αἱ τῶν ἱερουργιῶν, καὶ τελουργιῶν ἀποδιαστελλόμεναι πληθύες. In horum numero recenset Catechumenos, peccatores, energumenos, pœnitentes, qui omnes expiatione indigent: In altero ordine ponit sanctam plebem, *quæ per omnem expiationem eò pervenit, ut sacrosancto præstantissimorum Sacramentorum aspectu, & communione, quantum fas est, digna sit habita*. ὡς διὰ πάσης ἐληλυθυῖαν καθάρσεως, ἐ τῆς ἱερᾶς τῶν φανοτάτων τελετῶν ἐποψίας καὶ κοινωνίας, ὡς θεμιτὸν, ἠξιωμένην. Sed supremum horum omnium ordinum Ascetis assignat, quem ordinem reliquis duobus celsiorem, & perfectiorem esse affirmat, nempe tum ordine eorum, qui purgatione adhuc opus habent, tales sunt Catechumeni, qui purgantur ad Baptismum per Catechesim; peccatores, qui purgantur per doctrinam sacrarum Scripturarum, ut a peccatis discedant; Energumeni, qui purgantur exorcismis, ut fortiter resistant diabolo, & ejus terriculamentis; Pœnitentes, qui purgantur pœnitentia, ne ad peccatum revertantur: tum etiam ordine sanctæ plebis, hoc est Christianorum, qui Sacerdotum doctrinis illuminantur, & Sacramentorum participatione perficiuntur. Verba Sanctissimi Martyris, vel si magis placet, alterius antiquissimi scriptoris, qui vel proximis Dionysii Areopagitæ temporibus floruit, vel ante exortum Monachatum, qualem nos hac denominatione intelligimus; ideoque vel unius, vel alterius haud multum ad rem nostram refert, verba, inquam, talia sunt: *Summus vero eorum omnium, qui perficiuntur, est ordo sacer Monachorum, cum & omni piaculo, tota vi, omnique actionum suarum sanctimonia sit expiatus, & omnis mysterii, quod quidem ei fas sit, aspicere, spectator, particepsque sit factus, traditusque perficienti Pontificum Ordini, cujus Divinis illustrationibus, Pontificiisque institutis sacrorum ad se spectantium mysteriorum consecrationes eruditus, ab eorumdem sacra scientia ad perfectissimam pro suo modulo perfectionem evehatur*. Ἡ δὲ τῶν τελουμένων ἁπασῶν ὑψηλοτέρα τάξις, ἡ τῶν Μοναχῶν ἐστιν ἱερὰ διακόσμησις, πᾶσαν μὲν ἀποκεκαθαρμένη κάθαρσιν, ὁλικῇ δυνάμει καὶ παντελεῖ τῶν οἰκείων ἐνεργειῶν ἁγνότητι, πάσης δὲ, ὅσης θεμιτὸν αὐτῇ, θεωρῶν ἱερουργίας, ἐν νοερᾷ θεωρίᾳ καὶ κοινωνίᾳ γεγονημένη, καὶ ταῖς τῶν Ἱεραρχῶν τελειωτικαῖς δυνάμεσιν ἐγχειριζομένη, καὶ ταῖς ἐνθέοις αὐτῶν ἐλλάμψεσι καὶ ἱεραρχικαῖς παραδόσεσιν ἐκδιδασκομένη τὰς ἐποπτευθείσας τῶν κατ' αὐτὴν ἱερῶν τελετῶν ἱερουργίας, καὶ πρὸς τῆς ἱερᾶς αὐτῶν ἐπιστήμης ἀναλόγως εἰς τελειοτάτην ἀναγομέ-

Cap. VI. de Eccles. Hierarch. §. 3. pag. 386.

γνώμην πλείωσιν. Hunc præterea Therapeutarum, seu Ascetarum ordinem, cum medius esset inter Christianam plebem, & sacros Altaris Ministros, medium etiam inter utrosque locum obtinuisse, nempe supra populum, infra tamen sacros Ministros prope Sancta Sanctorum ad portam Sanctuarii, quemadmodum in Ecclesia Alexandrina fieri consuevisse, ex epistola Athanasii superius ostensum est, diserte nos docet idem Dionysius in epistola ad Demophilum Therapeutam, quem acriter reprehendit, quia injuriose Sacerdotem suum tractaverat, eique exprobat, quàm temerario ausu manus in Sacerdotem intulerat, cui gradu, & dignitate adeo inferior erat. *Sacerdotes*, inquit, *Angeli sunt*, *& post Antistites Divinorum Interpretes Judiciorum*, *ab iis ordine*, *prout te decet*, *mediantibus Ministris*, *dum erit opportunum*, *Divina disce*, *per quos etiam*, *ut Therapeuta esses*, *habuisti*. *An vero non id ipsum sacra signa proclamant? Neque enim simpliciter Sancta Sanctorum ab omnibus segregata sunt*; *verùm ad hæc proximè accedit Ordo Pontificum*, *deinde distinctio Sacerdotum*, *quos deinceps Ministrorum gradus sequitur*: *Ordinatis autem Therapeutis adytorum postes sunt assignatæ*, *juxta quas etiam initiantur*, *& adstant non ad custodiam earumdem*, *sed ut agnoscant tam se*, *quàm Ordinem suum magis populo præ Sacerdotibus propinquare*. Οἱ δὲ Ἱερεῖς ἄγγελοι, καὶ ὑποφῆται μετὰ τοὺς Ἱεράρχας εἰσὶ τῶν θείων κριμάτων, παρ' ὧν αὐτῶν τὰ θεῖα προσηκόντως σοὶ διὰ μέσων τῶν λειτουργῶν, ὅταν ᾖ καιρὸς, ἐκδιδάσκου, δι' ὧν καὶ τὸ εἶναι θεραπευτὴς ἠξιώθης. Ἢ οὐχὶ καὶ τὰ ἱερὰ σύμβολα τοῦτο βοᾷ; καὶ γὰρ οὐχ ἁπλῶς ἁπάντων μὲν ἐξῄρηται τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων· πλησιάζει δὲ μᾶλλον αὐτοῖς ὁ τῶν ἱεροτελεστῶν διάκοσμος, εἶτα τῶν ἱερέων ἡ διακόσμησις, ἑπομένως δὲ τούτοις, ἡ τῶν λειτουργῶν· τοῖς δὲ τεταγμένοις θεραπευταῖς αἱ πύλαι τῶν ἀδύτων εἰσὶν ἀφωρισμέναι, καθ' ἃς καὶ τελοῦνται καὶ παριστᾶσιν, οὐ πρὸς φυλακὴν αὐτῶν, ἀλλὰ πρὸς τάξιν καὶ ἐπίγνωσιν ἑαυτῶν μᾶλλον τοῦ λαοῦ παρὰ τοὺς ἱερατικοὺς πλησιάζοντας. Sed quæ de Demophilo Monacho, seu Asceta ex epistola ad eum a S. Dionysio scripta attuli, in ejus vita, quam ex antiquioribus monumentis Simeon Metaphrastes adornavit, fusius narrantur p. 195. in hunc modum: *Plures quidem erant Dionysio Therapeutæ*, *è quibus unus erat etiam Demophilus*, *qui civis erat Provinciæ Atheniensis*, *habituque*, *& vita Monachus*. *Monachatum autem ei imposuerant puræ*, *quæ ipsum sacris initiarant*, *manus Dionysii*: *ordo hic*, *& Ministerium viro isti a Dionysio concreditum*, *ut præesset janius Templi*. *Hic ergo Demophilus cum aliquando vidisset suum Presbyterum*, *quemdam impium*, *atque peccatorem ad pœnitentiam conversum*, *illique procidentem*, *misericorditer excepisse*, *minime leviter ferens*, *at exacerbatus*, *& intra Sacrarii adyta existens*, *quæ ingredi nequaquam tutum*, *neque attingere Sanctum*, *sancta Sanctorum publice ludibrio haberi fecit*, *bonum autem illum Sacerdotem*, *& mansuetum plagis intolerabilibus subjicit*, *atque in faciem percutiens obnititur*, *& cum magna reverentia accedentem audacter calcibus repellit*, *impium ac scelestum dicens eum*, *qui ex misericordia populi ignorantias despicere statuisset*; *& Dionysio Episcopo*, *atque Pastorum Principi*, *quasi magnum quid ad virtutem effecisset*, *describit quod acciderat*, *susque deque jactans in illa audaci epistola*, *quod non tam se ipsum*, *quàm Deum ultus esset*. Διονυσίῳ θεραπευταὶ μὲν καὶ ἕτεροι, εἷς δέ τις αὐτῶν καὶ Δημόφιλος. Δημοφίλῳ δὲ πόλις ἡ τῶν Ἀθηνῶν ἐπαρχία, σχῆμά τε καὶ βίος μονήρης. Τὸ δὲ μονῆρες τούτῳ αἱ καθαραὶ καὶ ἱεροτελεστικαὶ Διονυσίου χεῖρες ἐπέθεσαν· τάξις αὕτη παρὰ Διονυσίου, καὶ λειτουργία τῷ ἀνδρὶ, ταῖς τοῦ ναοῦ πύλαις ἐφεστάναι *&c.* Ita insanus iste improvido zelo, seu potius furore abreptus sacrilegas manus in Sacerdotem suum intulit.

Epist. VIII. Tom. II. Oper. S. Dionys. pag. 105.

§. 7. At vero etiam in Ecclesia Latina, (quæ enim ex vita Dionysii Areopagitæ retuli, licet Parisiis facta fuisse scribat Simeon Metaphrastes, potius ad Ecclesiæ Græcæ mores, quàm ad Latinæ pertinere dicendum est) eodem loco, ac gradu, quo in Ecclesia Græca, Ascetas constitutos fuisse, non inverisimili prorsus conjectura inferri posse videtur ex oratione, quæ Feria VI. majoris hebdomadæ extat in Gelasiano, & in omnibus vetu-

Quo loco, & gradu apud Græcos, eodem fuerunt apud Latinos Ascetæ, quos, haud inverisimile videtur, Confessores dictos fuisse.

 stissi-

stissimis Sacramentariis Gregorianis. In ea enim Sacerdos orat pro omnibus Ecclesiasticis ordinibus, eisque adjungit Confessores, Virgines, viduas &c. in hunc modum: *Oremus & pro omnibus Episcopis, Presbyteris, Diaconibus, Subdiaconibus, Acolythis, Exorcistis, Lectoribus, Ostiariis*, Confessoribus, *Virginibus*, *Viduis*, *& pro omni populo sancto Dei*. Confessores hoc loco, putat Menardus, esse Cantores, & Psalmistas in inferiori Clericorum gradu constitutos juxta Canonem Concilii Chartaginensis IV.; ita autem dictos fuisse, quia confiteri passim in Sacra Scriptura, idem est, ac Dei laudes decantare. Clarissimi Menardi, aliorumque, qui eum sequuntur, sententiam improbare non ausim. Verum enim affirmo, non inverisimiliter quempiam conjicere posse, Confessorum nomine non Cantores, & Psalmistas, sed Ascetas ibi significatos fuisse: Primum quia, quemadmodum in Constitutionibus Apostolicis, & in aliis Græcorum Scriptorum libris, enumeratis omnibus Clericorum Ordinibus, ante Diaconissas, Virgines, & Viduas, Ascetæ recensentur; ita verisimillimum est, in hac oratione, recensitis omnium Clericorum gradibus, positos fuisse Ascetas, eosque latino nomine Confessores nuncupatos: Secundo, quia in Ecclesia Romana sæculo IV., aut V., quo certe oratio illa dici cœpta est, inter minores Ordines, præter Ostiarios, Acolythos, Exorcistas, Lectores, fuisse etiam Ordines Cantorum, & Psalmistarum, eosque Confessores dictos fuisse, nullis monumentis, ac testimoniis probari potest, imo potius contrarium suaderi ex antiquissimis Romanis Ordinibus, in quibus solum quatuor illi minores Ordines mox nominati recensentur; e diverso per ea tempora fuisse Romæ, ac in Italia multos, qui Asceticam vitam profitebantur, pluribus exemplis ostendere, haud difficile esset: Tertio quia Confessoris nomen postea proprium remansit eorum, qui vitam pie, sancteque peractam sancto fine absolventes, in osculo Domini quieverunt; & deinde ab Ecclesia in Sanctorum Canonem relati sunt: quare verisimile admodum est, antea Confessores dictos fuisse Ascetas, qui in pietatis, aliarumque virtutum officiis præ aliis Christifidelibus sese exercentes, ad severiores Christianæ philosophiæ regulas vitam suam exigebant; maxime quia primus, qui relatus est in Sanctorum numerum, quos, ut discerneret a Martyribus, Ecclesia Latina Confessores vocavit, fuisse videtur B. Martinus Turonensis, qui ab initio suæ conversionis Asceta, ac deinde Monachorum institutor in Galliis fuit. Nam ante Martini ætatem, & priusquam ab Imperatore Constantino pax Ecclesiæ redderetur, apud Latinos Confessores, ut omnibus notissimum est, dicti sunt, qui Christi nomen coram Tyranno, fideique hostibus confessi fuerant, sive martyrii coronam postea adepti, sive in pace è vita deinde discessissent: Quarto, quia quemadmodum apud Græcos Monachi, qui Ascetis successerunt, & in eorum locum substituti sunt, Ascetæ nonnunquam nominati occurrunt; ita apud Latinos Monachi in nonnullis antiquis monumentis ideo Confessores vocati videntur, quia, cum successerint Ascetis, qui a Latinis Confessores dicebantur, veluti hæredes ipsorum locum, & nomen simul obtinuerunt. In Canone autem VI. Concilii Toletani, quo prohibetur, ne *puella Dei*, *aut familiaritatem habeat cum Confessore*, *aut cum quolibet laico*; neutiquam videtur per Confessores significatos fuisse Psalmistas, aut Cantores, ut censet idem Menardus; cur enim horum solummodo, non autem aliorum Clericorum minorum, seu majorum Ordinum Toletani Patres interdicerent Virginibus familiaritatem? Præterea Psalmistæ, & Cantores in Clerum adscripti erant, ut laudatus Menardus, ejusque sequaces putant: At vero Patres Confessoris nomine hominem conditione laica designare voluisse, indicant verba, quæ subsequuutur, nempe, *aut cum quolibet laico*. Contra autem Confessoris nomine denotari voluisse a Toletanis Patribus Ascetam, seu solitarium, suadetur, quia Ascetæ non solum laici, seu medii inter Clericos, & laicos erant, quale hominum genus Confessoris nomine indicari videtur in laudato

Du-Fresne Gloss. med. & infim. lat. in verb. Confess.

dato Canone; sed ulterius, quia ea ætate etiam per Occidentem pravus ille mos irrepserat, ut pietatis, ac religionis studio Asceticam, ac religiosiorem vitam sequi se velle prætendentes viri simul, ac virgines sub eodem tecto habitarent, vel familiarem consuetudinem haberent, quam improbitatem, morumque corruptelam a Toletana Synodo decreto suo notari, ac prohiberi voluisse, existimo. Et quidem Canone IX. ejusdem Concilii Toletani I. mulieri, quæ asceticam conversationem professa ex consensu viri voverat castitatem, contraponitur Confessor suus; viduæ verò servus suus in hunc modum: *Nulla professa, vel vidua, absente Episcopo, vel Presbytero, in domo sua antiphonas cum Confessore, vel servo suo faciat.* Quibus verbis haud obscure indicari videntur uxor, & maritus, qui ex mutuo consensu ex conjugali consuetudine ad Asceticam conversationem transeuntes, quod sæpe fieri consuevisse, antiqua exempla ostendunt, castimoniam professi sunt, quorum altera professa, alter vero confessor appellantur. Sed quia Confessores isti sæpe, relictis suis uxoribus, divertebant ad alienas professas, seu virgines sacras, ab iisque recipiebantur in contubernium, aut familiaritatem; ideo superiori Canone VI. ejusdem Concilii mox a me allato cavetur, ne puella Dei ullam familiaritatem cum Confessore, aut cum ullo laico sibi sanguinis alieni habeat. Insuper eodem Canone sacræ Virgines a profanis conviviis arcentur, iisque solum interesse permittuntur, in quibus Confessor honeste versari poterat; atque ita aperte innuitur, Confessorem, ac Dei ancillam ejusdem Ordinis, ac professionis fuisse, cum in utrisque eadem morum gravitas, eadem conversationis honestas, ac vitæ sanctitas a Toletanis Patribus desideretur. Verba Canonis talia sunt: *Item neque puella Dei &c. convivium sola adeat, nisi ubi sit seniorum frequentia, aut honestorum, aut viduarum, honestarumque, ubi honeste Confessor quilibet cum plurimorum testimonio convivio interesse poterit.* Inverisimile autem omnino est,

Conc. Tolet. I. Can. IX.

quod indicat Cabasutius, in hoc Canone agi de Confessore excipiente confessiones sacramentales Monialium; ideoque hanc sententiam pluribus refellere, superfluum est. At vero haud temere quispiam affirmaret, forsan ad hujusmodi Ascetas, Confessores nuncupatos, Ascetas inquam, non veros tamen, & probos, sed falsos, atque impostores, & circumvagos, referenda esse verba Canonis XXV. Concilii Eliberitani: *Omnis, qui attulerit Literas Confessionis* (alii legunt *confessorias*) *sublato nomine Confessoris, eo quod sub hac nominis gloria passim concutiant simplices, communicatoriæ ei dandæ sunt literæ*: cui concinit Can. IX. Arelatensis I. *De his, qui Confessorum literas afferunt, placuit, ut, sublatis his literis, alias accipiant communicatorias.* Albaspinæus in notis ad Canones Eliberitanos pluribus probat contra Emum Cardinalem Baronium, Garziam Loaysam, Bernardinum Ferrarium, aliosque, hìc non esse sermonem de epistolis, quas lapsi a martyribus extorquebant: Hæ enim reddebantur Episcopis, ut ab ipsis lapsi absolverentur, non ut Episcopi concuterentur, & gravarentur hospitii, aliisque impensis. Et præterea quis credat, Episcopos a Patribus Eliberitanis indicatos fuisse sub nomine *simplicium*? Ulterius si impostores isti gloriabantur nomine *Confessionis*, lapsi non erant. Nam isti ad petendam veniam suæ apostasiæ ad Episcopos dirigebantur, & non erat, in quo gloriarentur; Confessionis enim gloria non ipsorum erat, sed Martyrum, qui in angustiis persecutionis firmi in fide, & fortes in prælio Domini steterant. Haud ignoro, laudatum Albaspinæum Canonem Eliberitanum explicasse de peregrinis habentibus literas *commendatitias* a Martyribus, quibus muniti simplices fideles concutiebant. Sed vereor, num idonea ulla auctoritate, & veteri exemplo muniri possit hæc explicatio, & præterea confessio ipsorum Martyrum gloria erat, non autem eorum, qui literas commendatitias afferebant. Itaque verisimilius videtur, peregrinos istos fuisse falsos Ascetas, atque exhibuisse literas datas a suis syncellitis,

Cabas. in not. Eccl. sæcul. V. §. 195. num. 5.

Coll. Concil. Hispan. Tom. I.

tis, aut a Magistris, seu Præfectis ἀσκήσεως, hoc est exercitationis, quibus ducibus, & præceptoribus in pietatis certamine exercebantur, seu potius se exercere simulabant: ab his autem commendatos fuisse tanquam Ascetas, seu Confessores, & sub hoc specioso nomine de pietate turpem quæstum fecisse concutiendo domos fidelium; perinde ac nunc facere solent nonnulli sive laici, sive Monachi, sive in Clericali Ordine constituti, qui sub ementitæ sanctitatis larva, effictis etiam, vel extortis commendatitiis literis, nostras regiones pervagantes, pecunias simplicibus corradunt. Sublatis igitur hujusmodi literis, & falso nomine Ascetæ, seu Confessoris, placuit Episcopis tum Eliberitanis, tum Arelatensibus admonere fideles, ne hujusmodi peregrinos susciperent, nisi redderent epistolas communicatorias suorum Episcoporum. Hæc si quis conferre velit cum eis, quæ contra ementitos Ascetas a Gangrensi Concilio sancita sunt, multo probabiliora, ac verisimiliora videri poterunt.

Ascetæ cur Confessores vocati.

§. 8. Quod vero ad Confessoris nomen attinet, præter ea, quæ superius dicta sunt, hæc alia hic addere juvat, verisimillimum esse, Ascetas hoc nomine nuncupatos fuisse: Primum quia sæpe assumebant munus Doctoris legis Evangelicæ, instruendo fideles, cum quibus contubernium, aut familiaritatem habebant; hinc autem recte vocari poterant Confessores, docendo enim Evangelica præcepta, maxime confitebantur Christi fidem; insuper opportune ad hanc rem observandum est, S. Jacobum in suo sermone inducere Ascetam, qui voto continentiæ conjunctam præ se ferens legis doctrinam, petit a Virgine Ascetria, ut in ejus contubernium admittatur, ac sibi, in iis, quæ ad vitam opus erant, ipsa ministret; inde vero alterius etiam rei nobis indicium haud obscurum suppetit, hujusmodi Ascetas expetitos fuisse in domibus fidelium, ut fungerentur munere instructoris, & spiritualis Patris. πατρὸς πνευματικοῦ: Secundo Ascetas apud Latinos, græco nomine relicto, vel ex eo existimo Confessores denominatos fuisse, quod continentiam statu suæ professionis, ac conditione vitæ, vel voto expresso profiterentur. Etenim in hoc sensu sumitur Confessor in excerptis Egberti Eboracensis Episcopi apud Harduinum *Tom. III. Concil. cap. XXVIII. pag.* 1964. Episcopi enim, & Presbyteri dicuntur Confessores, quia in castitate Deo famulabantur: *S. Patres, quos Confessores nuncupavimus, idest Episcopi, & Presbyteri, qui in castitate servierunt Deo*, S. Basilius *Epist.* 199. *Can. XVIII. & XIX.* propositum, seu votum servandæ castitatis vocat ὁμολογίαν (*Vid. cap. VII. hujus Dissertationis*); verbum autem græcum ὁμολογία a Latinis reddi solet *Confessio*. Cum igitur Ascetæ facto ipso, vel voto, si non expresse, tacite quidem confiterentur, & protestarentur, se ἀγάμους cœlibes velle vivere, mirum minime est, si Confessores vocarentur. Ad hæc accedit, quod Ascetæ, nova vivendi ratione amplexa, animoque a terrenis rebus abalienato, & ab ipso mundanarum rerum aspectu quodammodo secedentes, se mundo, ac sæculi deliciis renunciasse profitebantur. Renunciationes autem, quæ in Baptismo omnibus præscribuntur, de more facere τὰς ἀποταγὰς ὁμολογεῖν dicitur apud Græcos. Nam apud veterem scriptorem Dionysium legitur infantis baptizandi susceptorem juberi, ὁμολογῆσαι τὰς ἀποταγὰς, confiteri, seu profiteri abrenunciationes, & ab Ammonio tres abrenunciationes a baptizandis exigi solitæ tres confessiones, seu professiones vocantur. Loquens enim Ammonius de trina Petri negatione, & de trina Christi interrogatione, & Petri subinde trina responsione, seu confessione: Ἔθος δὲ, inquit, γεγόνεν ἐκ τούτου, τρεῖς ὁμολογίας ἀπαιτεῖσθαι τοὺς μέλλοντας βαπτισθῆναι. Quæ ita vertit Corderius: *Hinc autem orta consuetudo trinam a baptizandis exigendi confessionem*. Insuper apud Græcos Jurisconsultos ὁμολογεῖν idem est, ac spondere, & promittere, & ὁμολογία sponsio, ac promissio, ut videre est in libris τῶν νομικῶν.

Dionys. cap. VII. de Eccles. Hierarch. contemp. III. sect. ult. pag. 362.

Ammon. in Joann. cap. XXI. 15. 16. 17. pag. 470. 471.

Ascetas inter Clerum, & populum dignitate, & gradu constitutos fuisse, confirmatur.

§. 9. Has autem nostras de Confessoris nomine Ascetis jam olim, ut reor, adscripto, conjecturas, Lector, quanti velit, faciat, per me licebit; pau-

pauca quædam de ordine, gradu, ac dignitate Ascetarum, quæque ad rem propositam facere videntur, solùm addam. In Canone XXIV. Concilii Laodiceni Ascetarum, seu exercitatorum ordo disertè memoratur. Nam enumeratis omnibus Clericorum Ordinibus, statim ordo ille subjicitur hoc modo: Ὅτι οὐ δεῖ ἱερατικοὺς ἀπὸ πρεσβυτέρων ἕως διακόνων, καὶ ἑξῆς τῆς ἐκκλησιαστικῆς τάξεως ἕως ὑπηρετῶν, ἢ ἀναγνωστῶν, ἢ ψαλτῶν, ἢ ἐπορκιστῶν, ἢ θυρωρῶν, ἢ τοῦ τάγματος τῶν ἀσκητῶν, εἰς καπηλεῖον εἰσιέναι. *Quod non oportet sacratos a Presbyteris usque ad Diaconos, & deinceps quemlibet Ecclesiastici Ordinis usque ad Ministros, vel Lectores, vel Cantores, vel Exorcistas, vel Ostiarios, vel Ordinis Ascetarum in cauponam ingredi*. Insuper in Canone XXX. ejusdem Concilii Clerici, & Ascetæ conjunguntur, deinde generatim nominantur cæteri omnes Christiani, qui interdicuntur cum mulieribus lavari: Ὅτι οὐ δεῖ ἱερατικοὺς, ἢ κληρικοὺς, ἢ ἀσκητὰς, ἐν βαλανείῳ, μετὰ γυναικῶν ἀπολούεσθαι, μηδὲ πάντα χριστιανὸν, ἢ λαϊκόν. Αὕτη γὰρ πρώτη κατάγνωσις παρὰ τοῖς ἔθνεσιν. Quæ ita latine reddidit Dionysius Exiguus: *Quod non oporteat sacris officiis deditos, aut Clericos, aut continentes, vel omnem laicum Christianum lavacra cum mulieribus celebrare*. Verti etiam posset: *Non oportet Sacerdotes, aut Clericos, aut Ascetas in balneo cum mulieribus lavari, neque ullum Christianum etiam laicum*. Ubi manifestum est, Ascetas, seu continentes inter Clericos, & reliquum Christianum populum medios constitui, cum inter Clericos non recenseantur, & a reliquo populo separatim nominentur.

Can. XXX. Conc. Laod.

Ascetæ a Monachis, in quibus differebant.

§. 10. Nunc superest, ut aliquid dicamus de discrimine, quòd inter Monachos, & Ascetas intercedebat, quorum conditio cum dissimilis fuerit, nomina tamen indistinctè, ac promiscue usurpata occasionem, & causam præbuere, ut doctissimi homines nominum ambiguitate, & status, ac professionis similitudine decepti, in errores haud leves inciderint. Primum Ascetæ longe antiquiores Monachis sunt, cum ab initio in Ecclesia Dei fuerint. Asceticæ professionis exordia, causam, & occasionem luculenter nobis ita describit Cassianus: *Hi autem, quibus adhuc Apostolicus inerat fervor, memores illius pristinæ perfectionis, discedentes a Civitatibus suis, illorumque consortio, qui sibi, vel Ecclesiæ Dei remissioris vitæ negligentiam licitam esse credebant, in locis suburbanis, & secretioribus commanere, & ea, quæ ab Apostolis per universum corpus Ecclesiæ generaliter meminerant instituta, privatim, ac peculiariter exercere cœperunt: atque ita coaluit ista, quam diximus, discipulorum, qui se ab illorum contagio sequestraverant, disciplina: Qui paulatim, tempore procedente, segregati a credentium turbis, ab eo, quod conjugiis abstinerent, & a Parentum se consortio, mundique istius conversatione secernerent, Monachi, sive Monazontes singularis, ac solitariæ vitæ districtione nominati sunt*. In eo fortè labitur Cassianus, quod Ascetas cum Monachis Cœnobitis ibi confundere videatur, a quibus omnino discriminabantur. Nam ut rectè animadvertit Thomassinus: *Ascetæ isti priorum trium sæculorum nec discipulos instituerunt, nec fundarunt scholas, nec regulam condiderunt ullam, nec veste a vulgo discriminari, nec cœtus Religiosos adgregare ullos studuerunt*. Etenim Christianarum virtutum officia, ad Christianæ disciplinæ regulas severius, sanctiusque obire liberum omnibus fuit; ideoque id commune fuisse conspicitur, & Monachis, & primis Ascetis, tum etiam Clericis, fidelibus quoque laicis, & ipsis Testamenti veteris discipulis, qui studio, & amore Angelicæ cujusdam vitæ flagrantius exarserunt. Verùm hæc ad Monachum Cœnobitam constituendum haud satis sunt. Nam ad cœnobiticam vitam insuper necessaria est communis cujusdam vivendi modi, ac instituti regula, & professio, congregatio, & parendi quidem uni totius congregationis capiti, aliisque superioribus necessitas, & intra Monasterii claustra, vel designatos fines permanendi, ac perseverandi, donec aliter Abbati, vel alteri totius cœtus principi visum fuerit obligatio; insuper, habitatio, vestis, status, & conditio omnino a Clericis

Cass. Collect. XVIII. c. V.

Thomass. de Benef. part. I. lib. III. cap. XII. §. 10.

ricis, & Laicis dissimilis, exercitia quædam, atque officia ad certas horas constituta, suique semper simillima, & ad sanctam societatem servandam inventa, & excogitata; scholæ insuper, & coloniæ, cæteraque hujusmodi, quæ pro communibus sodalitiis custodiendis necessaria censentur. Itaque Monachorum, præsertim Cœnobitarum institutum multo serius, & non nisi post magnum Antonium cœpit, quibus Ascetæ, ut ita dicam, quodammodo præluserunt. Nam Anachoretæ Ascetis potius, si de primis Anachoretis sermo sit, quàm Monachis Cœnobitis consociandi videntur. Et quemadmodum priusquam fundarentur Virginum Monasteria, in Ecclesia Dei puellæ Virgines fuerunt; ita priusquam extruerentur Monasteria, & formarentur Monachorum sodalitia, fuerunt Ascetæ, seu continentes, solitarii, & exercitati, quibus variis nominibus a Latinis Ascetæ vocati sunt. Insuper omnes Monachi Ascetæ fuerunt, ideo in antiquis Græcis Scriptoribus frequenter Monachi, Ascetæ Ἀσκηταὶ dicuntur, Monasteria, Asceteria Ἀσκητήρια, Moniales autem, Ascetriæ Ἀσκήτριαι, & Monastica vita Ascesis Ἄσκησις. Non autem è diverso Ascetæ fuerunt Monachi, licet quandoque Monazontes, & Monachi, seu solitarii dicti sint. Præterea Ascetæ non in Monasteriis, & cellis conjunctim, vel in eremis, & desertis terris, pauperibus casis, & habitationibus divisi sub uno Rectore, vel Abbate, cui obedientiam voverant, sed seorsum ab aliis hominibus, vel soli in locis solitariis, atque etiam in propriis domibus in suburbanis, in locis Urbis infrequentibus, & a populari tumultu, ac strepitu remotioribus, & quandoque, vel duo, vel tres, vel etiam plures simul habitabant. Siquidem de Paphnutio Episcopo, & Christianæ fidei Confessore tradit Socrates *lib. I. cap. XI. pag. 39.* a pueritia in Asceterio educatum fuisse. Ἐκ παιδὸς γὰρ ἐν ἀσκητηρίῳ ἐνετέθρεπτο. Et de Eutychiano Asceta, qui tamen sectâ erat Novatianus, scribit idem Socrates, quod solitariam vitam agens, in Ascetica disciplina Auxanonem, qui postea presbyter ejusdem sectæ fuit, erudiebat. *eod. lib. I. cap.* 13. Et Eustathius in Armenia, ut supra dictum est, quia cælum in ea regione frigidius erat, instituit, ut Ascetæ per contubernia habitarent. Et Augustini ætate Romæ, & Mediolani erant quoque nonnulli Ascetarum cœtus, qui in concordi societate, & sancta charitate degentes operibus manuum suarum se sustentabant, quibus unus, vel Presbyter, vel laicus scientia, & virtute præcellens, ut omnia ordine, rite, sanctèque gererentur, præfectus erat: *Vidi ego*, ait, *diversoria Sanctorum Mediolani non paucorum hominum, quibus unus Presbyter præerat, vir optimus, & doctissimus. Romæ etiam plura cognovi, in quibus singuli gravitate, atque prudentia, & Divina scientia præpollentes cæteris secum habitantibus præsunt, Christiana pietate, sanctitate, & libertate viventibus, ne ipsi quidem cuiquam onerosi sunt, sed Orientis more, & Pauli Apostoli auctoritate manibus suis se transigunt.* Loqui enim Augustinum hoc loco de Ascetarum sodalitiis, haud obscure innui, ac denotari videtur. Ut enim reprimeret, ac coerceret Manichæorum jactantiam de falsa, & fallaci continentia, qua ad imperitos decipiendos veris Christianis, quibus comparandi non erant, se superbe præferebant, de moribus Catholicæ Ecclesiæ librum S. Doctor composuit. In eo autem postquam ex utroque testamento Christianas virtutes exposuit; deinde mores, & continentiam variorum Ordinum, ac statuum Christianorum falsæ Manichæorum virtuti opponit; primum de Anachoretis verba facit, hinc transit ad Monachos Cœnobitas, quibus Sanctimoniales subjungit; deinde Episcopos, Presbyteros, Diaconos, aliosque Ministros Divinorum Sacramentorum recenset, mox verba facere de Ascetis indubitatum videtur, cum statim talia subjiciat: *Nec ideo tamen laudabile Christianorum genus contempserim, eorum scilicet, qui in Civitatibus degunt a vulgari vita remotissimi.* Post hæc sequuntur, quæ superius attuli. Et deinde sermonem prosequens ad viduas, ac virgines, quas non incongruè

Aug. de mor. Ec. lib. I. c. XXXIII.

grue Græco nomine Ascetrias nominaverim, descendit hoc modo: *Neque hoc* (nempe incredibilium jejuniorum observantia, sanctæque vitæ societas) *in viris tantum, sed etiam in fœminis: quibus item multis viduis, & virginibus simul habitantibus, & lana, ac tela victum quæritantibus præsunt singulæ gravissimæ, probatissimæque non tantum in instituendis, componendisque moribus, sed etiam instruendis mentibus peritæ, ac paratæ*. Præter autem Anachoretas, Monachos Cœnobitas, Sanctimoniales, & Clericos majorum, minorumque graduum in Ecclesia Catholica, Augustini ætate, nullus alius erat hominum ordo a vulgari vita remotus, nisi Ascetarum, quorum per id tempus, ut puto, sodalitia erant Romæ, ac Mediolani instituta, quæ deinde etiam Augustinus cum suis sociis per aliquod tempus in Africam reversus imitatus est. Hæc de Ascetarum sodalitiis. Sed redeo, unde digressus sum: Ad discriminandos Ascetas a Monachis accedit, quod Ascetæ locum suum, & munus, quod inter Clericos, seu laicos obtinebant, ratione sui instituti, dummodo sanctiori vitæ non adversaretur, deserere non cogebantur: Contra autem Monachos, ut in Monasticam societatem admitterentur, ab aliorum hominum consortio, & sæculari aut Ecclesiastico munere, aut officio abscedere oportebat. Demum Ascetarum nomine non solum laici, qui proprie hujusmodi hominum genus, & ordinem constituebant, comprehendebantur, sed etiam Episcopi, Clerici, Virgines, Viduæ, cæterique omnes, qui severius, arctiusque Christianæ vitæ genus professi, ad exercendas, ut nomen ipsum Ascetæ declarat, Christianas virtutes, præsertim castitatem, paupertatem, abstinentiam, pietatem, & ad liberius vacandum cœlestium rerum contemplationi, Sanctarumque Scripturarum studio, ac meditationi, aliisque hujusmodi se Deo dedicabant. Quin etiam sæpe viri, ac mulieres legitimo matrimonio conjuncti ex pacto inter se convento asceticam professionem sequi constituebant, & vel domiciliis, ac locis non animo separati, vel in eadem domo conjuncti in sancta castitate vitam degebant. Quod tum ex iis, quæ in sermone S. Jacobi leguntur, tum ex pluribus exemplis, quorum nonnulla inferius memorabimus, certò, ac indubitatè omnibus compertum, ac manifestum fieri poterit. Nam inter Ascetas recensendi sunt, ut sæpius attigi, non solum viri, sive laici, sive Clerici, sed etiam fœminæ, quæ vel Virgines, vel Viduæ, juxta diversum vitæ genus, quod duxerant, dicebantur. Sed quoniam illæ alia quodammodo personarum genera constituerunt, nempe Virginum, Viduarum, Diaconissarum, de his agere æque, ac de primis Anachoretis, qui inter Ascetas potius, quàm inter Monachos adnumerandi essent, supersedebo, maxime quia a pluribus, tum antiquis, tum recentioribus Scriptoribus docte æque, ac copiose de illis tractatum est; mihi vero de Ascetis viris dumtaxat agere propositum. Quapropter id solum hoc loco rursus admonere lectorem necesse puto, ne ambiguitate nominum fallatur, Ascetas non modo apud Græcos, sed etiam apud Latinos, præsertim postquam in universo Orbe Christiano Monasticus Ordo passis manibus exceptus est, sæpe Monachos vocatos fuisse; revera autem non Monachi, sed Ascetæ fuerunt, si veris Monachis comparentur, quales nostra, & omnis ætas præterita habuit, quales proprie hoc nomine significari solent. Hinc autem facile conciliari possunt dissentientes doctissimorum hominum sententiæ, cum in quæstionem vertunt, atque acerrime disputant, & altercantur, an Monachi ab initio Ecclesiæ fuerint? an Monastica sodalitia, professio, ac disciplina? an Basilius, Gregorius Nazianzenus, Joannes Chrysostomus, Paulinus, Augustinus, Severus Sulpitius, aliique clarissimi Viri pietate, ac literis, an statim ab initio suæ conversionis, an aliquo tempore post, an unquam Monachi fuerint, nec ne? Nam hæc omnia, quæ in dubium vocantur, si tempora, si nomina, si instituta Ascetarum, ac Monachorum, si utrorumque differentiæ, ac discrimina statuantur, accurateque expendantur, quoad vetustarum rerum, quæ longævo temporis lapsu caligine quadam involvi solent,

lent, obscuritas finit, haud difficile explicari, atque expediri, controversiæque omnes componi posse videntur.

CAPUT V.

De mutatione vestis, & professione asceseos ἀσκήσεως, seu Christianæ exercitationis.

Ascetæ, pretiosis vestibus exutis, viles induebant.

QUæ vestis communis incolis, atque indigenis erat ubique locorum, eam ferebant, ut verisimile est, veteres Christiani, ne externo cultu ab aliis suis civibus tamquam alienigenæ, & hostes discriminarentur. Et Clemens Alexandrinus in suo Pædagogo vestem albam, ut maxime Christianos decentem, commendat. Sed quoniam vestium squallor doloris, ac mæstitiæ indicium est, & *vilis tunica contemptum sæculi probat*; qui asceticam vivendi rationem sibi sequendam constituerant, vestes ut plurimum mutare solebant, & pretiosis, ac splendidis exutis, viles, ac sordidas induere, pallium scilicet, & tunicam, vel saccum, aut tunicam saccineam, vel pullam, & fuscam vestem, vel cilicinam, aut aliam hujusmodi. *Prioris enim*, inquit Dionysius, aut alius auctor sub ejus nomine, *vestis detractio, & alterius assumptio significat a media sancta vita ad perfectiorem traductionem, sicut in Divina illa regeneratione vestis immutatio declarabat expiatæ vitæ ad contemplandi, & intelligendi statum transmigrationem, & evectionem.* Ἡ δὲ τῆς προτέρας ἐσθῆτος ἀποβολὴ, καὶ τῆς ἑτέρας λῆψις, τὴν ἀπὸ μέσης ἱερᾶς ζωῆς ἐπὶ τὴν τελειοτέραν μετάταξιν ἐμφαίνειν, καθάπερ ἐπὶ τῆς ἱερᾶς θεογενεσίας, ἡ τῆς ἐσθῆτος ἄμειψις ἐδήλου τὴν ἀποκαθαιρομένης ζωῆς εἰς θεωρητικὴν καὶ φωτιστικὴν ἕξιν ἀναγωγήν. Et Angelicus Doctor in eamdem sententiam scribit: *Competit Religiosis vilitas vestium, quia Religio est status pœnitentiæ, & contemptus mundanæ gloriæ.*

Lib. III. Pædag. cap. XI.

Hieron. ep. ad Rustic.

Dionys. de Eccl. Hierar. cap. VI. §. 3. num. 4.

S. Thom. 2. 2. qu. 187. art. 6.

Duplex erat sacrarum Virginum professio, altera privata sola vestis mutatione, altera vero solemnis.

§. 2. Duplex erat sacrarum Virginum genus, unum earum, quæ fuscam vestem, seu pullam tunicam, qua a reliquo fœminarum vulgo distinguebantur, induentes, se Deo dicabant, & hæc erat, inquit Thomassinus, irrevocabilis earum professio; alterum verò earum, quibus in publica Ecclesia, solemnibus precibus adhibitis, Episcopus, diebus præsertim Paschæ, velum imponens, Deo consecrabat. Priorum quidem Virginum magna erat multitudo, cum ab anno XII., quo Romano jure puellæ nubere poterant, Christum sibi sponsum eligere, eique se sola vestis mutatione vovere possent: non ita posteriorum, quæ nisi diu probatæ, & ætate perfectiores velo consecrationis non donabantur. Ita Asella, vestibus fuscis per se ipsam indutis, religiosam vitam professa est, teste Hieronymo, qui ad Marcellam ita de ejus laudibus scripsit. *Tunicam fusciorem, quam a matre impetrare non poterat, induta, pio negotiationis auspicio, se repente Domino consecravit, ut intelligeret universa cognatio, non posse aliud ei extorqueri, quæ jam sæculum damnasset in vestibus.* Et in altera epistola ad Gaudentium de Pacatulæ educatione, quia hujusmodi Virgines, vel suis, vel Parentum manibus religioso habitu vestiebantur: *Solent quædam*, inquit, *cum futuram Virginem spoponderunt, pulla tunica eam induere, & fulvo operire pallio.* Et in Canone *IV.* Concilii Vermeriensis hæc habentur: *Ut quolibet modo fœmina velum acceperit, in hoc permaneat, nisi se invitam, aut reclamantem velaverit aliquis.* Et in Concilio Forojuliensi Canone secundo: *Placuit de Puellis, vel Viduis, quæ virginitatis, sive continentiæ propositum spontanee pollicentes Deo emancipatæ fuerint, & ob continentiæ signum nigram vestem, quasi religiosam, sicut antiquus mos fuit in his regionibus, indutæ fuerint, licet non sint a Sacerdote sacratæ; in hoc tamen proposito eas perpetuo perseverare mandamus.* Concilium istud habitum est an. 791., superius vero an. 752., per longum adeo tempus, nempe ab initiis Ecclesiæ Catholicæ mos iste sumendi fuscam, seu nigram vestem, atque hoc modo Deo se dicandi, in virginibus perduravit.

De Eccl. Discipl. circ. Benef. Tom. I par. I. lib. III. cap. XLII. §. 9.

Ita etiam Ascetarum.

§. 2. Non dissimilis fuit Ascetarum dedicatio, qui, quo loco, ac statu, & qua conditione erant virgines inter fœminas, eadem inter viros fuisse

se videntur; licet, ut alibi dixi, valde infrequentiores, præsertim apud Latinos, quia, ut sæpius, in aliquem ex Ecclesiasticis Ordinibus relati, Clericorum nomine continebantur; tum etiam quia, Monasticæ professionis sanctitate statim propagata, ac ubique omnium consensu recepta, Ascetarum institutio obscurata est, & quasi prorsus extincta. Ascetæ igitur non secus, ac Virgines ipsius vestis mutatione, se Deo devovebant, & asceticam vitam profitebantur, nec deerant, qui, solemni prece adhibitâ, per manus Episcopi Deo dedicabantur. Licet hujusmodi Ascetæ rarissimi essent, quia mos iste, ut videtur, non ubique receptus fuerat, tum etiam fortasse, quia hujusmodi solemnis dedicatio, seu consecratio in iis dumtaxat servaretur, qui in Ordines Ecclesiasticos ab Episcopis adlegebantur.

Id testimonio B. Ambrosii, Socratis, aliorumque probatur,

§. 4. Verum quidquid sit de hac solemni Ascetarum consecratione, de qua inferius; quod ad Ascetarum professionem vestis mutatione fieri solitam attinet, præclare eam probat, ac demonstrat epistola B. Ambrosii ad Sabinum Episcopum, quem certiorem facit: nobilem illum æque, ac Sanctum Senatorem Paulinum Christianæ philosophiæ amore ac studio, facultatibus in pauperes distributis, domûi, patriæ, cognationi quoque vale dicto, Nolam secessisse; posthæc addit hinc fore, ut in varias Procerum, ac Gentilium hominum reprehensiones incurreret: *Cum ipsi*, inquiens, *capita*, *&* *supercilia sua radant*, *si quando Isidis suscipiunt sacra*, *si forte Christianus vir adtentior Sacrosanctæ Religioni vestem mutaverit*, *indignum facinus appellant*. His autem verbis aperte innuit Sanctissimus Doctor, non modo Paulinum, relicta domo, ac patria, repudiata sæculi dignitate, vestem mutasse; sed insuper mutationem vestium propriam fuisse omnium, qui religiosiorem conversationem, hoc est ἀσκητικὴν ascesin eligerent. Nam hoc loco phrasi, seu dictione illa, *vir adtentior sacrosanctæ religioni*, Sanctissimus Mediolanensis Episcopus nullum certe alium significare voluit, quam virum religiosum a Græcis Ἀσκητὴν dictum, a Latinis continentem, exercitatum, solitarium, & qualis e Senatore, *quò impensius Deo serviret*, propter Christi amorem evaserat Paulinus. Eodem fere tempore, quo Ambrosius ad Sabinum, ipse Paulinus literas ad Hieronymum dedit, misso ad eum libro, quem in laudem, & defensionem Theodosii Imperatoris scripserat, eumque in iisdem literis deprecatus est, ut modum peragendæ sibi vitæ, quam nuper elegerat, præmonstraret. In epistola autem, quam ad eum Stridoniensis Doctor rescribit: *Tunicam*, inquit, *mutas cum animo*; *nec pleno marsupio*, *gloriosas sordes appetis*; *sed puris mentibus*, *&* *candido pectore*, *pauperem te*, *&* *spiritu*, *&* *operibus gloriaris*. *Nihil est enim grande tristi*, *&* *lurida facie*, *vel simulare*, *vel ostentare jejunia*; *possessionum redditibus abundare*, *&* *vile jactare palliolum*. Et inferius in eadem epistola: *Humilitatem vestium tumenti animo non appetas*, *sæcularium*, *&* *maxime potentium consortia devita*. Et quoniam cum Paulino Therasia ejus uxor, mutata veste, castitatem, & asceticam vitam voverat, hæc alia addit: *Soror præcipue tua*, hoc nomine ejus uxorem ob continentiam inter eos conventam, ac Deo promissam vocat, *matronarum declinet colloquia*, *nec inter sericas vestes*, *&* *gemmas circumsedentium fœminarum se sordidatam aut doleat*, *aut miretur*; *quia alterum propositi pœnitentiæ*; *alterum jactantiæ seminarium est*. Et alibi de se, suisque similibus inquit idem Hieronymus: *Nos*; *quia serica veste non utimur*, *Monachi judicamur*: hoc est Ascetæ, Solitarii: non autem quales hoc nomine communiter accipi solent. Reprehendens alibi Sanctissimus Doctor nonnullos Ascetas, qui mentientes, se sequaces esse Evangelicæ paupertatis, & humilitatis Christi, in ascetica professione delicias sæculi retinebant, scribit, vestis mutatione, & verbis solummodo mundum reliquisse: *Vidi ego quosdam*, *qui postquam renunciavere sæculo*, *vestimentis dumtaxat*, *&* *vocis professione*, *non rebus*, *nihil de pristina conversatione mutarunt*, *res familiaris magis aucta*, *quam imminuta*;

Ambros. ep. LVIII. n. 3. Class. I. Tom. II. par. 1.

Ambros. ibid.

Ep. 13.

Ep. XXIII. p. 93.

Epist. XX. ad Rusticum pag. 20.

ta; eadem ministeria servulorum, idem apparatus convivii &c. E diverso de Pammachio viro generis nobilitate æque, ac sanctitate conspicuo, qui post mortem Paulinæ uxoris suæ, renunciato sæculo, asceticum propositum amplexus fuerat, præ animi admiratione, ac stupore clamat: *Quis hoc crederet, consulum pronepos, & Furiani germinis decus inter purpuras Senatorum furva tunica pullatus incederet, & non erubesceret oculos sodalium, ut deridentes se derideret?* Et paulo post: *Non est parum, virum nobilem, virum disertum, virum locupletem, potentium in plateis vitare comitatum, miscere se turbis, adhærere pauperibus, rusticis copulari, de principe vulgum fieri.* Quibus, sermone ad ipsum Pammachium converso, addit: *Quantumcumque te dejeceris, humilior Christo non eris. Esto, incedas nudis pedibus, fusca tunica vestiaris; æquaris pauperibus &c.* Virum autem Ascetam, quem Ambrosius *sacrosanctæ Religioni attentiorem* vocat, accuratius Christianam vitam agentem τὸν ἀκριβῶς χριστιανίζοντα nominavit Socrates, qui de Silvano hæc posteritatis memoriæ tradidit: Σιλβανὸς ῥήτωρ μὲν ἐγεγόνει πρότερον Τρωΐλου τοῦ Σοφιστοῦ, ἀκριβῶς δὲ χριστιανίζειν ἐσπουδακὼς, καὶ τὸν ἀσκητικὸν βίον ἀσκῶν, τρίβωνα φορεῖν οὐ προῄρητο. *Sylvanus primum in Troili Sophistæ schola Rhetor fuit. Studio autem, & amore captus accuratius instituendi vitam ad Christianæ disciplinæ regulas, & asceticam vitam agens pallium gestare noluit.* Itaque Sylvanus, ascetica conversatione sibi proposita, repudiato pallio, vestem novæ vitæ professioni magis propriam, atque accommodatam elegit.

Epist. XXVI. ad Pamm.

Socrat. Hist. Eccles. lib. VIII. cap. XXXVII.

An Christiani Ascetæ pallium Philosophicum gestarent.

§. 5. Haud insolitum quidem, & inusitatum fuisse inficior, apud primos fideles, qui ex Gentium erroribus ad Christi fidem convertebantur, pallium, quod inter gentiles philosophiam professi gestaverant, eos, qualecumque illud fuerit, retinuisse, præsertim si asceticam vitam agere, & Divinæ Evangelii philosophiæ attentius, diligentiusque operam dare elegissent, quod exemplis, quæ paulo post afferam, manifestum fiet, ut omnibus palam facerent, se amorem sapientiæ abjecisse, sed falsa, & adulterina relicta, veram, & cœlestem sequutos esse. De loco Socratis mox laudato agens Claudius Salmasius: *Ex quo*, inquit, *id colligitur omnes Ascetas ἀκριβῶς χριστιανίζοντας, & attentiores sacrosanctæ disciplinæ vestem mutare olim solitos fuisse, & pallium Philosophi sumere. Quod minime tamen fecisse Silvanum, observat Socrates, & hoc tanquam novum in illo notat.* Sed rectè monet Henricus Valesius, Socratem de pallio Rethorico, non autem Philosophico, quod omnino diversum erat, agere. Præterea licet verum sit, Ascetas vestem mutare solitos fuisse, omnes tamen philosophicum pallium assumpsisse, nemo quidem, ut puto, in animum suum facile inducet. At verò longius ab omni verisimilitudine alienum est, quod idem eruditus vir Salmasius adjungit, Tertulliani ætate, qui Christianæ disciplinæ diligentissimos, & exactissimos cultores præstare se volebant, philosophicum pallium usurpasse; tales autem fuisse Episcopos, Presbyteros, & omnes Clericos. Nam non unius generis erat pallium, ut videre licet apud eos, qui de re vestiaria tractarunt. Quamobrem etiamsi admittatur, Presbyteros, Clericos, & Ascetas pallium gestasse, non inde tamen sequeretur, Philosophicum pallium adhibuisse. Verum enim, ut eruditissimo viro omnino non assentiar, inde moveor primum, quia de nonnullis illustribus Ascetis tanquam aliquid singulare ab antiquis Scriptoribus notatum est, pallium, quod ante induebant, Christianos postea factos retinuisse. Ita de Porphyrio scribit Eusebius, quod habitu philosophico, hoc est, pallio amictus martyrium igne consummavit. Pallio etiam usus traditur Justinus Martyr sub habitu philosophi verbum Dei prædicans ἐν φιλοσόφου σχήματι πρεσβεύων τὸν θεῖον λόγον, & pluribus post annis, quàm ad Evangelicam lucem conversus fuerat, in Ephesini Xysti spatiis deambulantem ex hoc ornatu philosophum esse, Trypho, & alii Judæi suspicati sunt. Aristidem quoque celebrem pro Christiana Fide Apologiæ scriptorem eodem

Salmas. in not. ad. Tertull. de Pallio pag. 67.

Henricus Vales. in not. ad histor. Socrat. lib. VII. cap. XXXVII.

Salmas. in not. ad Tertull. de Pall. p. 65. 66. 74.

Euseb. Hist. Eccles. lib. VII. de Mart. Palæst. cap. XI. pag. 431.

dem

dem pallio, quo antea philosophus Gentilis indutus incesserat, postea Christianum, retinuisse, testatur Hieronymus scribens: *Aristides Atheniensis Philosophus eloquentissimus, & sub pristino habitu* (hoc est pallio philosophico) *discipulus Christi*. Tertullianus vero cum austeriorem, religiosioremque vitam instituere, seque in Christianarum virtutum stadio exercere meditaretur, togam pallio commutavit. Reprehensus autem, & irrisus a suis ob tam improvisam vestis mutationem, pro pallio libellum apologeticum scripsit. Quæri autem solet, quo tempore pallium, togâ dimissâ, sumpserit Tertullianus. Alii putant, cum primum Christianus factus est; alii, cum Presbyter designatus, sed utrique meâ sententia falluntur. Nam tum palliatum prodiisse eum, existimo, cum ascesin ἄσκησιν, quam Christianam philosophiam ipse appellat, professus est, quod non obscure, ut mihi videtur, comperitur ex verbis ultimis suæ Apologiæ, quam pro Pallii defensione elucubravit; suum enim opusculum Africanus Doctor, atque Asceta, postquam Pallium pro se verba faciens, suamque dignitatem supra togam efferens, induxit, ita concludit: *At ego jam illi etiam Divinæ sectæ, ac disciplinæ commercium confero: gaude pallium, & exulta, melior jam te philosophia dignata est, ex quo Christianum vestire cœpisti*.

Neque Christum, neque Apostolos Philosophico pallio usos fuisse, verisimile est.

§. 6. Non ignoro, Apostolos, & Christi Domini discipulos pallio, ac tunica pro corporis indumento usos fuisse, suaderi posse ex iis, quæ in Actis Apostolorum, Petro in carcere detento, ab Angelo dicta fuisse, narrantur: (Act. Cap. XII. 8.) Περίζωσαι, καὶ ὑπόδησαι τὰ σανδάλιά σου. *Præcingere, & calcea te caligas tuas*. Ubi illud περίζωσαι ad tunicam referri potest, quæ præcingitur, unde & ζῶμα, & περίζωμα a Græcis vocatur; Quæ vero postea subdit Angelus, ad Pallium: ait enim περιβαλοῦ τὸ ἱμάτιόν σου. *Circumda tibi vestimentum tuum*. Pallium cujusvis generis græce περιβόλαιον proprie dicitur, quia, ut inquit Tertullianus, totum corpus ambiat. Quin etiam Christum Dominum pallium philosophicum, & tunicam gestasse, contendit Salmasius ex Evangelio Joannis: (Cap. XIX. 23.) *Acceperunt vestimenta ejus, & fecerunt quatuor partes (unicuique militi partem) & tunicam*. Ἔλαβον τὰ ἱμάτια αὐτοῦ (καὶ ἐποίησαν τέσσαρα μέρη, ἑκάστῳ στρατιώτῃ μέρος) καὶ τὸν χιτῶνα. Ego verò contra sentio: Primum quia hujusmodi interpretatio vim manifestam facit verbis Evangelii, volens verbum illud τὸ ἱμάτιον, quod in vulgata vertitur *vestimenta*, intelligi debere pro unico pallio: deinde, quia putat, pallium, quod ferebat Christus Dominus, fuisse quadrangulum, quale erat pallium græcum Philosophorum, & ideo ex quatuor angulis in quatuor partes scissum fuisse, & inter quatuor milites divisum. Sed quis unquam animum suum inducet, ut credat, Christum Dominum, qui in terras venit, ut humilitatem, animique demissionem homines doceret, qui turbis dicebat, *discite a me, quia mitis sum, & humilis corde*, qui adeo omnem fastum, & arrogantiam abhorrebat, qui inter Hebræos natus fuerat, & versabatur, pallium quadrangulum, philosophicum habitum, græcam vestem circumgestasse, & superbam gentilium hominum ostentationem, jactantiam philosophorum, & græcam arrogantiam inter Judæos una cum suis discipulis ostentavisse. Profecto id nedum a Christi, ejusque Apostolorum moribus, sed a quorumvis Christianorum vitæ instituto, ac professione adeo alienum erat, ut S. Cyprianus Martyr inde gloriandi super Philosophos occasionem sumat, quod Christiani sapientiam, non vestis Philosophicæ ostentatione, sed factorum veritate præseferebant: (Cypr. lib. de Bono Patient.) *Nos autem*, inquit, loquens de Philosophorum sapientia æque falsa, ac eorum patientia, *fratres dilectissimi, qui Philosophi non verbis, sed factis sumus, nec vestitu sapientiam, sed veritate præferimus, qui virtutum conscientiam magis, quàm jactantiam novimus, qui non loquimur magna, sed vivimus &c.* Itaque qualia fuerint, & cujus generis, ac formæ vestimenta, quibus usus est Salvator noster, ejusque Apostoli, haud facile est definire; Nam verisimillimum est, ea communia, ac vulgaria fuisse; & quoniam

niam pallium, & tunica, non pallium quidem philosophicum, vulgare erat vestimentum humilis generis personarum, haud inficias iverim, ferre illud in usu habuisse Christum Dominum: & ejus tunicam milites, qui eum crucifixerunt, sortitos fuisse, pallium vero in quatuor partes divisum inter se dispertivisse. Nam id suaderi potest auctoritate S. Cyrilli Hierosolymitani, qui in Catechesi *XIII.* §. 26. *pag.* 195. *Crucifixus est*, inquit, *Jesus: tunica autem una, & pallio uno utebatur. At milites pallium in quatuor partes scissum dispertiti sunt: Tunica vero scissa non est, quia nulli usui scissa profutura foret, deque ea milites inter sors projecta est. Pallium divident, tunicam sortiuntur.* Ἐσταυρώθη ὁ Ἰησοῦς· μονοχίτων δὲ ἦν, καὶ ἑνὶ περιβολαίῳ κεχρημένος· ἀλλ' οἱ στρατιῶται διεμερίσαντο τὸ περιβόλαιον, εἰς τέσσαρα σχισθέν· ὁ δὲ χιτὼν οὐκ ἐσχίσθη· εἰς οὐδὲν γὰρ ἔτι σχισθεὶς ἐχρησίμευσε· καὶ λαχμὸς περὶ τούτου γίνεται τοῖς στρατιώταις. Sed notandum est verbum, quod in Græco Textu legitur, περιβόλαιον, quæ vox significat vestimentum, quo corpus amiciri solet. Et eadem vox in Psalmo 101. *v.* 28. vertitur in versione latina vulgata *opertorium*, & in Epistola ad Hebræos *amictus*. Itaque ex verbis Sanctissimi Episcopi Hierosolymitani neutiquam argui potest, persuasum ei fuisse, Christum Dominum philosophico pallio indutum Evangelicam veritatem annunciasse, & hominibus sedentibus in umbra mortis cælestem lucem attulisse.

Primis Ecclesiæ sæculis Episcoporum, & Presbyterorum vestimentum fuisse pallium philosophicum, & tunicam, falsum esse, ostenditur.

§. 7. Quod autem subinde concludit Salmasius, primis Ecclesiæ temporibus Episcopos, Presbyterosque, qui Apostolis successerunt, cum Christi disciplinæ diligentissimi observatores essent, morem in vestibus sequutos esse; philosophicum proinde pallium præsertim Græciæ, Europæque Antistites usurpasse. At primum Apostolos unica tunica indutos affirmat Chrysostomus, vocans eos μονοχίτωνας. Præterea si pallium philosophicum paucissimos ex Christianis Ascetis, dum adhuc in Laicorum numero essent, gestasse, traditum est; multo magis Episcopos, ac Presbyteros, aut nunquam, aut raro, & præter ordinem, ac morem id fecisse, facile sibi quisque persuadebit. Verum enim ipse Salmasius quàm infirmis sententia sua argumentis niteretur, agnovisse videtur, cum eam aliqua ex parte in eodem libro retractaverit. Nam agens de Tertulliani temporibus, *ne illa quidem ipsa tempestate*, inquit, *perpetuum hoc fuit, aut pro regula observatum, ut omnes Clerici pallium sumerent, aut soli istum habitum usurparent*. Profecto B. Ambrosius loco superius laudato de mutatione vestis, quam Christiani Sacrosanctæ Religioni attentiores facere solebant, loquitur, de pallio ne verbum quidem. Silvanus cum decrevisset ἀκριβῶς χριστιανίζειν, & asceticam vitam ducere, pallium, quod antea gestabat, induere noluisse, observat, ut dixi, Socrates. Heraclam Alexandrinæ Ecclesiæ Presbyterum super omnes ἀσκητικώτατον, asceticæ vitæ studiosissimum, diu in veste cæteris Ascetis communi permansisse, traditum est, & nonnisi serò eam deposuisse, assumpto philosophi habitu præ studio Græcarum Litterarum, ut scilicet disciplinis addiscendis Ammonii, vel alterius Philosophi scholam frequentare posset. Postea Presbyter factus Alexandrinæ Ecclesiæ, pallium, quod habebat, retinuit, quod veluti novum, ac singulare notatum est, teste Origene. Is autem primus est, de quo certe nobis constet, non solum dum laicus erat, sed postquam Christi Sacerdos factus est, palliatum incessisse. De Justino enim Martyre, an philosophicum pallium, ubi Sacerdotio initiatus est, gestaverit, merito dubitari potest. Sed verba Origenis de Presbytero Heracla afferam, quæ talia sunt: Καὶ τὸν νῦν ἐν τῷ πρεσβυτερίῳ καθεζόμενον Ἀλεξανδρέων Ἡρακλᾶν· ὅντινα εὗρον παρὰ τῷ διδασκάλῳ τῶν φιλοσόφων μαθημάτων, ἤδη πέντε ἔτεσιν αὐτῷ προσκαρτερήσαντα, πρὶν ἐμὲ ἄρξασθαι ἀκούειν ἐκείνων τῶν λόγων· διὸ καὶ πρότερον κοινῇ ἐσθῆτι χρώμενος, ἀποδυσάμενος, καὶ φιλόσοφον ἀναλαβὼν σχῆμα, μέχρι τοῦ δεῦρο τηρεῖ. *Et Heraclæ, qui nunc inter Presbyteros Alexandrinæ sedet Ecclesiæ, quem ego apud Magistrum philosophiæ reperi, quintum jam annum ei operam dantem, priusquam ego hujusmodi doctrinam auscultare cœpissem. Atque idcirco cum vulgari veste antea usus*

Orat. I. adv. Jud. pag. 559. Tom. I. nov. ed.

Apud Eusebium Lib. VI. cap. XIX. Hist. Eccles.

Euseb. Hist. Eccles. ibidem.

usus fuisset, eâ depositâ, philosophicum induit habitum, quem etiam nunc retinens, Græcorum libros studiose evolvere non desistit. Insolens quidem, & ab Ecclesiæ institutis alienum fuisse impostoris illius Maximi pallium cynicum, seu vestem candidam, cum fuscam gerere Fideles solerent in ascetica professione se exercentes, notat Gregorius Nazianzenus, qui ejus sanctioris vitæ simulatione, & præstigiis deceptus, quod reprehensione dignum erat, mirabilis suæ eloquentiæ vi vertit in laudem: *Adesdum*, inquiens, *virtute dexter, tam quæ in contemplatione, quàm quæ in actione versatur, qui in alieno habitu nostra profiteris, ac ne in alieno quidem fortasse, siquidem angelicum est, vestitus candor, & splendor, cum corporea forma pinguntur: ad designandam, ut puto, naturalem ipsorum puritatem*. Ὁ περιδέξιος τὴν ἀρετήν, ὅση τε θεωρίας, καὶ ὅση πράξεως, ὁ τὰ ἡμέτερα φιλοσοφῶν ἐν ἀλλοτρίῳ τῷ σχήματι· τάχα δὲ οὐδὲ ἀλλοτρίῳ, εἴπερ ἀγγελικὸν ἡ λαμπροφορία, καὶ ἡ φαιδρότης, ὅταν τυπῶνται σωματικῶς, σύμβολον οἶμαι τοῦτο τῆς κατὰ τὴν φύσιν αὐτῶν καθαρότητος. Orat. *XXIII. p.409.*, & alio loco ejusdem orationis verba faciens de habitu ejusdem Maximi sub nomine Heronis: *Illorum* (hoc est, Philosophorum cynicorum) *arrogantiam habitus similitudine coercens, nonnullorum autem ex nostris rusticitatem, vestis novitate ostendens, neque pietatem in exiguis rebus, nec sapientiam in vultus demissione, verum in animi firmitate, ac mentis puritate, synceraque ad bonum propensione consistere: nihil referre, quo habitu simus, & cum quibus consuetudinem habeamus, modo nos ita comparemus, ut sive soli simus, mentem a sensibus contrahamus, sive cum aliis versemur, in communi hominum cœtu, tamquam in secreto vivamus, atque inter eos, qui minime philosophantur, philosophemur*. Νικῶν τὴν μὲν ἐκείνων αὐθάδειαν, τῇ τοῦ σχήματος ὁμοιότητι, τὴν δὲ παρ' ἡμῖν ἔστιν ὧν τὴν ἀπειροκαλίαν, τῇ καινότητι τοῦ ἐνδύματος, δεικνὺς ὅτι μὴ ἐν μικροῖς τὸ εὐσεβὲς, μηδὲ ἐν τῷ κατηφεῖ τὸ φιλόσοφον, ἀλλ' ἐν ψυχῆς στερρότητι, καὶ διανοίας καθαρότητι, καὶ γνησίᾳ τῇ πρὸς τὸ καλὸν νεύσει· ὅπως ἂν τοῦ σχήματος ἔχωμεν, καὶ οἷς τισιν ἂν ὁμιλῶμεν, εἴτε ἡμῖν αὐτοῖς μόνοις, συστέλλοντες τὸν νοῦν ἀπὸ τῶν αἰσθήσεων· εἴτε τοῖς πολλοῖς τε καὶ ὁμοφύλοις ἐξετάζοντες ἐν τῷ κοινῷ, καὶ φιλοσοφοῦντες ἐν οὐ φιλοσοφοῦσιν.

Romani Pontifices vestem Philosophicam in Sacerdotibus improbāt.

§. 8. Profecto Sanctos Dei Sacerdotes philosophico pallio amictos incedere, adeo a Romanæ Ecclesiæ moribus abhorrebat, ut Damasus Papa habitum Idoli, hujusmodi philosophicum ornatum, vocaverit. Nam cum idem Maximus, ut mox dixi, philosophicum indumentum, Cynicum squallorem, & Stoicam, barbâ, & comâ prolixâ, severitatem turpibus suis moribus prætendens, astu, & dolo in Constantinopolitanam Sedem irrepsisset, Damasus ad Acholium, & alios Macedoniæ Episcopos literas in hæc verba misit: *Decursis Literis dilectionis vestræ, Fratres Carissimi, satis sum contristatus eo tempore, quo, Deo præstante, hæretici iverant abjecti, nescio quos ex Ægypto venientes in postulatione contra regulam Ecclesiasticæ disciplinæ alienum a nostra professione in Constantinopolitana Civitate Cynicum ad Sacerdotium vocare voluisse*: Et nonnullis interpositis: *Sed fortasse dicturi sunt aliqui, Christianus erat. Huic homini, qui in habitu Idoli incedit, nunquam adscribendum nomen est Christiani: quia fieri non potest, ut qui hinc placere gentibus desiderat, ullum nobiscum consortium integræ fidei possit habere*. Ei in altera ad eumdem Acholium: *Ad Literas Sanctitatis Tuæ plene rescripsi, non mihi placuisse, quod nescio quem Maximum ex Ægypto venientes comatum, vel maxime cujus habitus, juxta Apostolum, ignominiosus esset, Constantinopoli Episcopum ordinare voluissent*. Veteris amicitiæ fœdus, & familiaris quædam consuetudo inter Galliarum, & Asiæ Ecclesias a primis Christianæ fidei sæculis intercedebat. Itaque ex Orientalibus partibus facile in Viennensem, ac Narbonensem Provinciam abusus ferendi pallium, quod, ut suspicor, aliqui asceticæ vitæ professores usurpare in Græcia, & Asia cœperant, sensim dimanaverat. Quanta enim conjunctio esset Græcarum Ecclesiarum cum Viennensi, aliisque ejusdem regionis, declarat præclara epistola

Apud Euseb. Hist. Eccl. lib. V. cap. I.

stola nomine servorum Christi, qui apud Viennam, & Lugdunum Galliæ degebant, Fratribus per Asiam, & Phrygiam constitutis, de suorum martyrum passionibus scripta; ex qua etiam discimus, plurimos fuisse in illis Galliæ Ecclesiis, qui ex Græcia originem ducebant. Tales fuerunt Attalus, & Alexander, & Alcibiades Martyres; Irenæus etiam, qui & Polycarpum Smyrnæ audiverat; Potini quoque Episcopi vel nomen ipsum originem designat. Irenæus autem Episcopus Lugduni a Smyrnensi Ecclesia literas de Martyrio S. Polycarpi primus inter Episcopos Occidentales accepisse videtur, quas deinde reliquæ Ecclesiæ ex eo susceperunt, non alia ex causa, nisi quia eorum popularis erat. Pravus igitur mos gestandi philosophici pallii, quod primum a nonnullis Ascetis laicis adhibitum, deinde etiam aliqui Sacerdotes ejusdem instituti prætextu sibi arrogare præsumpserant, ætate S. Cælestini Romani Pontificis hoc nomine I. adeo in Galliis invaluerat, ut initio Epistolæ, quam ad Episcopos Provinciæ Viennensis, & Narbonensis dedit, graviter hoc nomine eos increpet, ac reprehendat: *Didicimus*, ait, *quosdam Domini Sacerdotes superstitioso potius cultui inservire, quàm mentis, vel fidei puritati. Sed non mirum, si contra Ecclesiasticum morem faciunt, qui in Ecclesia non creverunt, sed alio venientes e ritu, secum hæc in Ecclesiam, quæ in alia conversatione habuerunt, intulerunt; amicti pallio, & lumbos præcincti credentes, se Scripturæ fidem, non per spiritum, sed per litteram completuros.* Et paulo post: *Habeant tamen istum forsitan cultum, morem potius, quàm rationem sequentes, qui remotioribus habitant locis, & procul a cæteris degunt. Unde hic habitus in Ecclesiis Gallicanis, ut tot annorum, tantorumque Pontificum in alterum habitum consuetudo vertatur?*

Epist. IV. S. Cælestini pag. 1066. ap. Coustant. coll. Epist. Rom. Pont.

A S. Cælestino I. in quibusdam Sacerdotibus non vestis Monastica, sed pallium philosophicum reprehensum est.

§ 9. Admitti certe nequaquam debet, quod Sanctus Pontifex hoc loco redarguat Sacerdotes, quia Monasticum habitum gestarent, ut doctissimi viri non sine injuria, liceat id mihi dicere, ludibrio, & contemptu sacri Religiosi habitus temerè existimarunt. Primo quia indumentum illud, quo aliqui Galliæ Sacerdotes utebantur, superstitiosum cultum vocat ibidem Sanctus Cælestinus: Secundo, quia dicit illatum fuisse a venientibus ex alio ritu: Tertio, quia ad summum hujusmodi cultus, seu vestis permittitur iis a Sancto Pontifice, qui *remotioribus habitant locis, & procul a cæteris degunt*, quales propriè erant Ascetæ: Quarto, quia affirmat, hujus generis habitu Fidelium mentibus illudi, quod utique in Monasticam vestem non convenit: Quinto, quod tale indumentum novitatis reprehendit; at verò Monasticum amictum jam multo ante in Gallias S. Martinus Turonensis Episcopus induxerat, & tum ipse, tum alii ab eo in Monastica disciplina instituti palam gestaverant. Et quidem de Sancto Martino id clare demonstratur. Nam dum versabatur in Galliis, vacante Turonensi Ecclesia, ipse in Monasterio degebat, ac proinde non secus, ac cæteri Monachi, quorum ipse Pater, Præceptor, ac Institutor erat, Monastica veste induebatur, cum autem è suo Monasterio exire recusaret, astu eum educere necesse fuit. Ita enim in ejus vita Severus Sulpicius: *Sub idem fere tempus ad Episcopatum Turonicæ Ecclesiæ petebatur: sed cum erui a Monasterio suo facile non posset, Ruricius quidam unus è civibus, uxoris languore simulato, ad genua illius provolutus, ut egrederetur, obtinuit.* Cum autem in Civitatem pervenisset, maximo populi consensu Episcopus electus est; verumtamen nonnulli, & inter eos aliqui Episcopi populi voluntati adversabantur, opponentes inter cætera Monasticæ vestis vilitatem: *Pauci tamen, & nonnulli ex Episcopis, qui ad constituendum Antistitem fuerant evocati, impiè repugnabant, dicentes scilicet, contemptibilem esse personam, indignum esse Episcopatu, hominem vultu despicabilem, veste sordidum, crine deformem.* Sed, oppositionibus rejectis, populi voluntas, seu potius Dei consilium vicit, & Episcopus consecratus est B. Martinus, qui in Turonensi Sede collocatus, eamdem vitæ rationem, quam instituerat, idem Monastici indumenti genus, quod gere-

Sev. Sulp. in vit. B. Martini c. IX.

gerebat, retinuit; imo verò etiam in Monasterio, quod prope Civitatem sibi ædificaverat, quoad licebat, habitavit: *Jam verò sumpto Episcopatu, qualem se, quantumque præstiterit, non est nostræ facultatis evolvere. Idem enim constantissime perseverabat, qui prius fuerat. Eadem in corde ejus humilitas, eadem in vestitu ejus vilitas erat: atque ita plenus auctoritatis, & gratiæ, implebat Episcopi dignitatem, ut non tamen propositum Monachi, virtutemque desereret. Aliquandiù ergo adhærente ad Ecclesiam cellula usus est: deinde cum inquietudinem frequentantium ferre non posset, duobus ferè extra Civitatem millibus Monasterium sibi statuit.* Ex discipulis autem, quos B. Martinus Monasticis instruxerat disciplinis, & præclaris Angelicarum virtutum exemplis informaverat, plures creati sunt Episcopi. Hos autem Magistrum suum imitatos fuisse, & Patris, ac Præceptoris sui exemplum sequutos esse, & Monasticum habitum, & vivendi rationem in Episcopatu servasse, quis jure dubitabit? *Discipuli vero*, inquit Sulpicius loco citato, *octoginta erant, qui ad exemplum Beati Magistri instituebantur. Nemo ibi quicquam proprium habebat &c.*, &, nonnullis aliis de Monastica eorum Institutione recensitis, deinde addit: *Pluresque ex his postea Episcopos vidimus. Quæ enim esset Civitas, aut Ecclesia, quæ non se de Martini Monasterio cuperet habere Sacerdotes?*

Sulpic. Sev. ibid. Cap. X.

§. 10. Ad hæc, quod in Sacerdotibus Galliæ non Monastica vestis, sed Philosophicum indumentum a Sede Apostolica reprobatum sit, confirmari potest ex eo, quod non longe ante Cælestini I. ætatem in Oriente gestum est. Eustathius, qui postea, ut traditur, Sebastiæ in Armenia Episcopus fuit, cum adhuc Presbyter esset, ratus mores, errorésque suos austeritate vitæ, & novitate amictus facilius occulere posse, philosophicum habitum induit. Quod cum Eulalius ejus Pater, ac Cæsareæ in Cappadocia Episcopus accepisset, eumque monuisset, ut hujusmodi vestitu, qui Sacerdoti minime conveniebat, abstineret, renuentem damnavit. Id nobis testatum reliquit Socrates in sua historia, inquiens: *A Patre suo Eulalio Cæsareæ Cappadocum Episcopo jam antea depositus fuerat, eo quod vestem Sacerdoti minime convenientem gestasset.* ἐπειδὴ ἀνάρμοστον τῇ ἱερωσύνῃ στολὴν ἠμφίεστο. Quod vero Eustathius tum esset Presbyter dumtaxat, non autem Episcopus, neque Clericus inferioris ordinis, aut Laicus, docet nos disertis verbis Sozomenus. *Eustathius autem depositus est, primum quidem, propterea quod cum Presbyter esset*, ὡς ἤνικα πρεσβύτερος ἦν, *Pater ipsius Eulalius Episcopus Cæsareæ Cappadociæ ipsum prius damnaverat, & a precum communione separaverat.* Pœna autem a Patre inflicta, Eustathius minime resipuit, sed cum plures sibi discipulos aggregasset, eodem profano indumento eos vestiri sivit, qui insuper, vel ipso auctore, vel connivente, falsa etiam dogmata vestis novitati addiderunt. Propterea tum ipse, tum ejus discipuli in Gangrensi Synodo, quæ subinde in Paphlagonia coacta est, damnati sunt. Inter cæteros autem Canones contra falsos Ascetas ab eadem Synodo conditos unus est de amiculo philosophico, & falsorum Ascetarum arrogantia, qui ex eo veluti justitiam haurientes, & sanctitatem, maxime superbiebant, cæterosque fideles aliis vestibus indutos contemnebant: verba Canonis hæc sunt: *Si quis vir propter eam, quæ existimatur, exercitationem, amiculo utitur, & tanquam habens ex eo justitiam eos condemnet, qui cum pietate beros ferunt, & alia communi, & consueta veste utuntur, sit anathema.* Εἴ τις ἀνδρῶν διὰ νομιζομένην ἄσκησιν περιβολαίῳ χρῆται, καὶ ὡς ἂν ἐκ τούτου τὴν δικαιοσύνην ἔχων, καταψηφίσοιτο τῶν μετ' εὐλαβείας τοὺς βήρους φορούντων, καὶ τῇ ἄλλῃ κοινῇ καὶ ἐν συνηθείᾳ οὔσῃ ἐσθῆτι κεχρημένων, ἀνάθεμα ἔστω. At enim Synodus in fine palam protestatur, se vilitatem, ac tenuitatem vestium, quibus veri Ascetæ utebantur, minime reprobare: *Vestium vilitatem*, ajunt Patres Gangrenses, *& tenuitatem propter corporis tantum curam minime curiosam, ac operosam laudamus.* Καὶ λιτότητα καὶ εὐτέλειαν ἀμφιασμάτων, δι' ἐπιμέλειαν μόνον τοῦ σώματος, ἀπεριέργον ἐπαινοῦμεν.

Eustathius, ejusque discipuli Ascetas prætextu amiculum philosophicum ferentes damnati sunt,

Socr. lib. II. cap. XLIII.

Sozom. Hist. Eccles lib. IV. cap. XXIV.

Concil. Gangr. Can. XII.

Concilium Gangrense an contra Eustathium, an potius contra Eutactum habitum sit.

§. 11. Severinus Binius doctissimum Cardinalem Baronium secutus, Gangrense Concilium, non contra Eustathium Sebastiæ, ut putant, in Armenia Episcopum habitum esse, contendit; sed contra quemdam Eutactum Hæresiarcham, qui suas blasphemias partim a Manichæis, & Eunomio haustas, partim è suo cerebro confictas, voce, & scripto vivens, & mortuus per discipulos in Armenia impie disseminavit. Sed primum in hac Synodo nulla mentio est pestiferorum dogmatum, quæ sacrilego ore Eutactum, ejusque discipulos docuisse, narrat Epiphanius. Præterea sententiæ Eminentissimi Baronii, Binii, aliorumque clarorum virorum refragatur fides omnium Codicum, tum Græcorum, tum Latinorum, in quibus concordissime legitur Eustathius, quisquis ille fuerit, non autem Eutactus; tum etiam obstat auctoritas veterum scriptorum Socratis, & Sozomeni, & si placet, etiam Nicephori Callixti, qui id ipsum in suis historiis testati sunt. Argumenta autem, quibus sententiam suam Binius, aliique adstruere conantur, talia sunt: Quod neque Basilius, neque Concilia, quibus non semel damnatus est Eustathius, neque veteres Scriptores, qui de hæresibus tractarunt, Eustathii, ejusque errorum, qui a Synodo Gangrensi proscripti sunt, unquam meminerint; imo quod ipse Eustathius legatione functus apud Liberium Pontificem Romanum, jussusque professionem fidei emittere, nullam aliam, quàm quæ a Patribus Nicænæ Synodi constituta est, ediderit. Verum enim primum hæc omnia argumenta, negativa, ut vocant, seu negantia sunt, quæ aut parvam, aut nullam habent vim, ac momentum contra veterum Codicum, & antiquorum Scriptorum auctoritatem. Deinde in actis Synodi Eustathius accusatur, quod causam, & occasionem erroribus, qui viginti Canonibus improbantur, præbuerit, eos autem docuisse, non tam ipse insimulatur, quàm potius ejus discipuli. Nam in epistola Synodica Episcopi Gangris congregati ita loquuntur: *Quoniam conveniens sancta Synodus Episcoporum &c. invenit, multa fieri indecenter ab his, qui Eustathium secuti sunt, necessario statuit &c.* Ἐπειδὴ συνελθοῦσα ἡ ἁγιωτάτη σύνοδος τῶν ἐπισκόπων &c. εὕρισκεν πολλὰ ἀθέσμως γινόμενα ὑπὸ τούτων αὐτῶν τῶν περὶ Εὐστάθιον· ἀναγκαίως ὥρισεν &c. Prosequitur deinde epistola, & omnes errores, qui anathemate configuntur, non Eustathio, sed ejus discipulis adscribit. Recensitis enim pluribus eorum impiis doctrinis, quibus fidelium mentes subvertebant, talia ibi mox subjiciuntur: *Et multa alia, quæ enumerare nulli possibile est, singulos quoque eorum pro suo arbitrio constituere. Unusquisque enim eorum tales institutiones ab Ecclesiastico Canone recedentes tanquam proprias leges sibimet condidit. Neque enim communis his omnibus, & una sententia est. Singuli enim, prout videtur, & libet, ad accusationem Ecclesiæ nitendo, tanquam Rector non sit, vel addunt decreta, vel minuunt.* Καὶ πολλὰ ἄλλα, ἃ ἀριθμῆσαι οὐδεὶς ἂν δυνηθείη· ἕκαστος γὰρ αὐτῶν, ἐπειδὴ τοῦ κανόνος τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ ἐξῆλθεν, ὥσπερ νόμους ἰδιάζοντας ἔχει· οὔτε γὰρ κοινὴ γνώμη αὐτῶν ἁπάντων ἐγένετο· ἀλλ᾽ ἕκαστος, ὅπερ ἂν ἐνθυμηθῇ, τοῦτο προσέθηκεν ἐπὶ διαβολῇ τῆς ἐκκλησίας, καὶ ἑαυτοῦ βλάβῃ. Quæ autem de Eustathii discipulis ex auctoritate Gangrensis Synodi asserimus, testimonio Sozomeni confirmantur, qui in sua Historia Ecclesiastica de severitate disciplinæ, seu ἀσκήσει Eustathii verba faciens: *Præ nimia*, inquit, *severitate ad absurdas quasdam observationes prolapsus esse dicitur ab Ecclesiasticis legibus plurimum discrepantes: Alii tamen ipsum quidem hac culpa liberant, quosdam vero ex ejus discipulis accusant, qui nuptias damnarent &c., & tunicas quidem, ac vestitum vulgo ab omnibus usurpatum indui detrectarent: peregrina vero, & inusitata veste uterentur, aliaque hujusmodi plura innovarent.* Λέγεται δὲ ὑπὸ πολλῆς ἀκριβείας, εἰς παραλόγους ἐπιτηρήσεις ἐκπεσεῖν, παντελῶς ἀπᾳδούσας τῶν ἐκκλησιαστικῶν νόμων· οἱ δὲ αὐτὸν μὲν τοῦ ἐγκλήματος ἐξαιροῦνται· ἐπαιτιῶνται δέ τινας τῶν αὐτοῦ μαθητῶν, ὡς γάμῳ καταμεμφομένους &c. καὶ χιτῶνας μὲν συνήθεις, καὶ στολὰς μὴ ἀνεχομένους ἀμφιέννυσθαι· ξένῃ δὲ καὶ ἀήθει ἐσθῆτι χρωμένους, καὶ ἄλλα πλεῖστα νεωτε-

Socrat. Hist. Eccles. lib. II. cap. XLIII.
Sozom. Hist. Eccles lib. III cap. XIV & c XXIV.
Niceph. Callixt. Hist. Eccles lib. IX. cap. XVI.

Conc. General. Lab. Tom. 2. pag. 415.

Sozom. Hist. Eccles. lib III cap. XIV. pag. 115.

νεωτερίζοντας. Et quidem Magnus Basilius in epistola, quam adversus Eustathium Sebastenum pluribus annis, postquam Synodus Gangrensis habita est, scripsit, eum, &, quod magis est, ejus discipulos non philosophico habitu, sed ascetico, crassa scilicet veste, indutos, & zona cinctos cum calceamentis è rudi corio exhibet. Ad hæc accedit, quod si qua in re Eustathius erravit, palam errorem suum detestatus est, quæque in Gangrensi Synodo damnata fuerunt, se quoque improbare, omnibus manifestum, ac notum esse voluit, teste eodem Sozomeno, qui postquam retulit, a Gangrensi Synodo decretum fuisse, alienos ab Ecclesia Catholica habendos esse Eustathii discipulos, nisi impia sua dogmata singillatim execrarentur, statim hæc alia subjicit: *Ex eo vero tempore ajunt, Eustathium, ut ostenderet, se non arrogantiæ causa, sed Divinæ disciplinæ studio, ista introduxisse, & exercuisse, mutata veste, eodem, quo cæteros Sacerdotes, cultu deinde in publicum processisse.* Ἐντεῦθεν δὲ λόγος, Εὐστάθιον ἐπιδεικνύμενον ὡς οὐκ αὐθαδείας ἕνεκα, ἀλλὰ τῆς κατὰ Θεὸν ἀσκήσεως εἰσηγεῖτο ταῦτα, καὶ ἐπιτηδεύοι, ἀμεῖψαι τὴν στολὴν, καὶ παραπλησίως τοῖς ἄλλοις ἱερεῦσι τὰς προόδους ποιήσασθαι.

Basilius Epist. CCXXIII. num. 3.

Quæ cum ita sint; & Eustathius Sebastenus Episcopus, errorum, qui a Patribus Gangrensibus anathemate confixi sunt, auctor, ac inventor non fuerit; & insuper si qua in re peccavit, id ipsum a se palam improbatum, ac rejectum esse voluit; quid inde mirum, si qui Eustathii errores, ac crimina recensent, hos etiam, quos nunquam tenuit, aut certe postea detestatus est, non referant? Et si qui de hæresum auctoribus scripserunt, inter hæresiarchas Eustathium Sebastenum non enumerent? Profecto non majoris ponderis, aut momenti est, quod additur, Eustathium neque fuisse Monachum, neque Monasticum ordinem in Armenia instituisse; quapropter ad eum non pertinere Gangrensem Synodum, in qua Pseudo-Monachorum errores damnantur, & Eustathius tanquam ipsorum Pater, atque institutor rejicitur; & insuper errare Sozomenum, qui cum Monasticæ vitæ in Armenia, Ponto, & Paphlagonia auctorem, & propagatorem facit; cum ante Basilium in Armenia, aliisque finitimis regionibus nullum Cœnobiticæ vitæ usum viguisse, neque Monastici instituti nomen auditum esse, ex ejusdem Basilii Literis LXIII. & LXXIX. constet. Etenim ex ipsa nota temporis, quæ Gangrensis Synodi initio adscribitur, aperte ostenditur, non de Monachis Cœnobitis, quorum institutio primum in Ægypto exorta, non adhuc per id tempus in Armenia cœperat, sed de Ascetis, qui per diversas Orbis partes longe ante disseminati vitam ab hominum multitudine, ac frequentia, remotam seorsum agebant, in ea actum esse. Deinde ex ipsius Synodi Epistola, & Canonibus, ubi de Monachis, quales hoc nomine proprie donati sunt, aut de Monachatu ne verbum quidem, bene autem de ascesi, seu continentia, ut eam vocabant Latini, ejusque Professoribus, ubique mentio fit, id ipsum comperitur. In declaratione autem, seu protestatione, quæ in ejusdem Synodi fine post Canones adjicitur, disertis verbis Ascetæ, eorumque instituta ita describuntur: *Hæc autem scripsimus, non, qui in Ecclesia Dei secundum Scripturas sanctum propositum continentiæ eligunt, vituperantes, sed eos, qui abutuntur proposito in superbiam, & extolluntur adversum Scripturas, & Ecclesiasticas Regulas, nova introducunt præcepta.* Ταῦτα δὲ γράφομεν, οὐκ ἐκκόπτοντες τοὺς ἐν ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ κατὰ τὰς γραφὰς ἀσκεῖσθαι βουλομένους· ἀλλὰ τοὺς λαμβάνοντας τὴν ὑπόθεσιν τῆς ἀσκήσεως εἰς ὑπερηφανίαν, καὶ τῶν ἀφελέστερον βιούντων ἐπαιρομένους τε, καὶ παρὰ τὰς γραφὰς, καὶ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς κανόνας, καὶ νεωτερισμοὺς εἰσάγοντας. Et paulo post: *Renunciationem sæcularium negotiorum cum humilitate recipimus.* Καὶ ἀναχώρησιν τῶν ἐγκοσμίων πραγμάτων μετὰ ταπεινοφροσύνης ἀποδεχόμεθα. Sed ne longior sim, reliqua ejusdem Synodi afferre omitto, quæ optimè Ascetis, non autem Monachis Cœnobitis conveniunt. Verba autem Sozomeni hujusmodi sunt, quæ nisi quis durius, quàm oportet, explicare velit, congruam, atque æquam interpretationem habere possunt; sic

 enim

Sozom. Hist. Eccles. lib. III. cap. XIV. pag. 115.

enim scribit: *Apud Armenos, & Paphlagonas, & Accolas Ponti Eustathius Sebaste in Armenia Episcopus Monasticæ Conversationis auctor fuisse dicitur, & de arctioris vitæ disciplina, de cibis, quibus utendum, aut a quibus abstinendum esset, de vestibus, quibus uti oporteret, de moribus denique, & exacta vivendi ratione præcepta tradidisse.* Ἀρμενίοις δὲ καὶ Παφλαγόσι, καὶ τοῖς πρὸς τὸν πόντον οἰκοῦσι, λέγεται Εὐστάθιος ὁ τὴν ἐν Σεβαστείᾳ τῆς Ἀρμενίας ἐκκλησίαν ἐπιτροπεύσας, Μοναχικῆς πολιτείας ἄρξαι· καὶ τῆς ἐν ταύτῃ σπουδαίας ἀγωγῆς, ἐδεσμάτων τε ὧν χρὴ μετέχειν, καὶ ἀπέχεσθαι, καὶ ἐσθῆτος ᾗ δεῖ κεχρῆσθαι, καὶ ἠθῶν, καὶ πολιτείας ἀκριβοῦς εἰσηγητὴν γενόμενον. Primum animadvertendum est, quod de institutione Monasticæ conversationis tradit Sozomenus, non certo, & asseveranter affirmare, sed tanquam vulgari fama acceptum referre. Deinde cum Ascetæ Monachis quodammodo præluserint, & occasionem, ac causam Monasticæ vitæ instituendæ præbuerint, & Patres, & Auctores Monachorum Ascetæ antea fuerint, adeo ut Ascetarum, ac Monachorum nomina promiscue usurpata sint, & insuper plures optimæ vivendi Regulæ, mores, ac consuetudines, quas Sanctissimi Ascetæ, sibi quisque, suisque discipulis ultro præscripserant, postea simul collectæ ad Cœnobiticam, & Monasticam vitam sub uno Capite, & Magistro, seu Abbate in commune agendam usui fuerint, atque ita ab Ascetis ad Monachos, seu Cœnobitas in eadem domo sub uno Præceptore certis legibus degentes derivatæ sint, mirari non oportet, si vulgari fama divulgatum, & posteris traditum fuerit, Eustathium Monasticæ vitæ in Armenia, Ponto, & Paphlagonia prima jecisse fundamenta, & auctorem quodammodo fuisse Regularum, ad quas suam vivendi rationem Monachi postea exegerunt, cum ipse asceticam professionem, si minus in Armeniam primus induxerit, certe quod vehementer auxerit, indubium est, licet sanctissimam vitæ institutionem ex parte tum ipse, tum multo magis ejus discipuli turpibus suis moribus, pestiferisque doctrinis postea deturpaverint.

Ascetæ Nazianzeni, aliique, quibus vestibus uterentur.

§. 12. Sed ad rem propositam revertor, unde paulo ante necessario digressus sum. Quinam esset mos, ac forma, quam in vestibus, externoque corporis cultu tenebant Ascetæ Ecclesiæ Nazianzenæ, & quibus veluti quibusdam signis, atque argumentis sanctioris vitæ studium, cui se dederant, indicarent, nobis exhibet Gregorius Nazianzenus his verbis: *Hæc etiam vitæ Deo gratæ pulchra indicia, & argumenta, tacitique præcones, sordida nimirum, & squallida coma, pedes nudi, & Apostolicos imitantes, nihil mortuum ferentes, apta, & moderata tonsura, amictus fastum coercens, zona ob ornatus neglectum culta, & ornata, tunicam nonnihil restringens; ita ut restringere minime videatur.* Ταῦτα δὴ τὰ καλὰ τοῦ κατὰ Θεὸν βίου προγράμματα καὶ μηνύματα, οἱ σιωπῶντες κήρυκες, αὐχμῶσα, καὶ πιναρὰ κόμη, πόδες γυμνοὶ, καὶ τοῖς ἀποστολικοῖς ἑπόμενοι· μηδὲν νεκρὸν φέροντες, κουρὰ σύμμετρος, περιβολὴ τῦφον κολάζουσα, ζώνη τῇ ἀκοσμίᾳ κοσμία, μικρόν τι τοῦ χιτῶνος ἀναστέλλουσα, καὶ ὅσον μὴ ἀναστέλλειν. Eustathii discipulos, qui asceticam vitam professi, severiorem Christianæ disciplinæ observantiam simulabant, ut velamine affectatæ sanctitatis venenum, quod in animo nutriebant, simplicium oculis obtegerent, crassa veste, & calceamentis rudi corio confectis indutos, relicto, ut reor, Philosophico pallio, nobis repræsentat Basilius in epistola ad ipsum Eustathium Sebastenum: *Quoniam obscura sunt in unoquoque nostrûm, quæ in latebris versantur, arbitrabar satis magna esse argumenta humilitatis humilem vestem, mihique satis erat ad persuasionem vestimentum crassum, & zona, & è rudi corio calceamenta, & cum multi abducerent me ab ipsorum consuetudine, non ferebam: videns eos voluptariæ vitæ laboriosam præferre, & ob insolitum vivendi genus morosus eram illorum laudis defensor.* Ἐπεὶ οὖν ἄδηλα ἑκάστου ἡμῶν τὰ ἐν τῷ κρυπτῷ, ἡγούμην αὐτάρκη μηνύματα εἶναι τῆς ταπεινοφροσύνης τὸ ταπεινὸν τοῦ ἐνδύματος, καὶ ἤρκει μοι πρὸς πληροφορίαν, τὸ παχὺ ἱμάτιον, καὶ ἡ ζώνη, καὶ τῆς ἀδεψήτου βύρσης τὰ ὑποδήματα· καὶ πολλῶν ἀπαγόντων με τῆς πρὸς αὐτοὺς συνηθείας οὐκ ἠνειχόμην, ὁρῶν αὐτοὺς

Orat. XII. p. 191.

Epist. 223. §. 3. pag. 338.

αὐτοὺς τοῦ ἀπολαυστικοῦ βίου τὸν καρτερικὸν προτιμήσαντας· καὶ διὰ τὸ παρηλλαγμένον τῆς πολιτείας, ζηλοτύπως εἶχον πρὸς αὐτούς. Ascetam vero illum, qui in adulterium misere lapsus est, idem Basilius, seu alius auctor, sacco cilicino membra sua

S. Basil. Epist. XLV. pag. 133.

prementem describit, inquiens: *Corpus suum aspero sacco lancinans, & zona dura astringens lumbos tuos patienter ossa tua atterebas.* Σάκκῳ δὲ τραχεῖ τὸ σῶμά σου διανύττων, καὶ ζώνῃ σκληρᾷ τὴν ὀσφύν σου περισφίγγων, καρτερικῶς τὰ ὀστᾶ σου διέθλιβες.

Cujus coloris vestis Ascetarum, ut plurimum, esset.

§. 13. Restat igitur, ut videamus, cujus coloris fuerit vestis, quam, ut plurimum, assumere solebant, qui asceticam vitam sequi profitebantur. Et eam quidem pulli, seu atri, aut fusci coloris fuisse, quisque ex iis, quæ superius a nobis dicta, & allata sunt, intelligere potest; præterea, vel inde etiam facile sibi persuadebit, quod hujusmodi color, non alius decebat eos, qui, mundanis voluptatibus, & sæcularibus pompis, ac deliciis repudiatis, Evangelicam humilitatem sequi elegerant, & vitam in lacrymis, ac mœrore transfigere, ut de commissis delictis pœnitentiam prius agerent, quàm tremendo æterni Judicis Tribunali ad districtam de omnibus rationem reddendam sisterentur. Nemo autem est, qui ignoret, atram vestem, præsertim inter Latinos, mœstitiæ, ac doloris fuisse indicium, & pullatos dici consuevisse pauperrimos, & infimæ plebis homines; sed quod ad Ascetas attinet, præter testimonia veterum Patrum, ac Scriptorum, quæ non multo ante adducta sunt, extra omnem dubitationem rem ponere videtur epistola Synesii ad Joannem, qui asceticam vitam amplexus fuerat, qua de re Ganus quidam eum certiorem fecerat. Ita enim epistolam suam exorditur:

Synes. epist. 148. pag. 283.

Ego te supra votum felicem esse arbitror, qui nos homines derelinquens,

Ates in pratis tenebrosa in nocte vagantes:

& in terrenis curis volutatos, te supra illas erigens, cum hic adhuc esses, recessisti, ac beatum instituisti vitæ genus, nisi amicus tuus Ganus in rebus tuis ad nos perferendis mentiendum nonnihil arbitretur. Οἶμαί σε καὶ πρὸ εὐχῆς σε πράττειν, ὅς γε ἀφεὶς τοὺς ἀνθρώπους ἡμᾶς,

Ἄτης ἐν λειμῶνι κατὰ σκότον ἠλάσκοντας,

καὶ ταῖς χθονίαις ἐγκαλινδουμένοις φροντίσιν, αὐτὸς ὑπὲρ ταύτας στήσας σαυτὸν, ἀνεχώρησας ἔτι δεῦρο ὤν, καὶ μακαρίας ἥψω ζωῆς· εἰ μὴ φίλος ὢν Γάνος, ἐν τῷ λέγειν, καὶ διαγγέλλειν τὰ σὰ πρὸς ἡμᾶς οἴεται δεῖν τι καὶ ψεύδεσθαι. Et paulo post ita prosequitur: *Ganus igitur iste asceticum, sive solitarium tibi vitæ institutum tribuit.*

Οὗτος οὖν ὁ Γάνος ἐπιφήμισέ σοι τὸν μονήρη βίον·.

Et deinde aliquibus interpositis: *Pullo, ait, te insuper amictum esse pallio dicit.*

Καὶ φαιὸν τριβώνιον ἀμπέχεσθαί σε φησίν.

Et rursus post nonnulla: *Sed si pullum ideo colorem probasti, quod id aliorum, qui ante te usurparunt, imitatione feceris, laudo, quidquid Dei causa suscipiatur. Nam illud ipsum, cujus gratia fit, facienti tribuit, ut præclare sit hoc ab eo factum; inestque in voluntate ipsa virtus.* Εἰ δὲ καὶ τὸ μέλαν ἐπήνεσας, ἐπειδὴ ζήλῳ τινῶν προλαβόντων ἐποίησας, ἐπαινῶ πᾶν τὸ ἐπὶ τῷ θείῳ γινόμενον· τὸ γὰρ οὗ χάριν γίνεται, δίδωσι κατορθοῦν τῷ ποιοῦντι, καὶ ἡ προαίρεσις ἔχει τὴν ἀρετήν. Hinc autem duo nobis constant; unum est, quod ab initio posui, solitos fuisse Ascetas vestem mutare, cum solitariam, seu asceticam vitam profitebantur; imo indicium, ac argumentum Christianæ exercitationis vestis mutationem fuisse, & rationem, ac modum asceticam vitam profitendi; perinde ac inter virgines similis mos fuit se Deo dedicandi, vovendique virginitatem, de qua paulo post verba faciam; alterum vero vestes asceticas fuisse, ut plurimum, atri, vel fusci coloris. Et quidem, omissis aliis, quæ supra allata sunt, Synesio adjungam Gregorium Nazianzenum, qui pallorem, gravitatem, zonam, ac pallium, & atrum, vel fuscum colorem proprium, ac peculiarem fuisse Ascetarum, non obscuris verbis affirmat. Reprehendens quosdam invidos, malignos, ac contentiosos, qui furore, ac iracundia, tamquam tempestate aliqua huc illuc delati eosdem homines, modo veluti probos, ac sanctos, laudabant, modò tanquam impios,

pios, ac fceleratos vituperabant, ac traducebant: *Qui heri*, inquit, *Helias, aut Joannes, aut alius quispiam ex his, qui ad Christi partes se adjunxerunt, & eadem zona accincti sunt, atque eodem, vel fusco, vel atro pallio contecti, quale vita sancta, & gravis, mea quidem lege, ac sententia, prætendit. Quin etiam pulchrum illum sublimium virorum florem, hoc est, pallorem, aut compositam, & quietam loquendi rationem, aut incessus gravitatem cum mansuetudine conjunctam, heri philosophiam, hodie inanis gloriæ studium appellamus*, Ὁ χθὲς Ἡλίας, ἢ Ἰωάννης· ἤ τις ἄλλος τῶν μετὰ Χριστοῦ τεταγμένων, καὶ τὴν αὐτὴν ζώνην περικειμένων, καὶ τὸ αὐτὸ ἀμπεχομένων φαιὸν, ἢ μέλαν τριβώνιον, ὃ σεμνότης βίου προβάλλεται, κατά γε τὸν ἐμὸν νόμον καὶ λόγον, καὶ τὸ καλὸν ἄνθος τῶν ὑψηλῶν, τὴν ὠχρότητα, ἢ τὸ τῆς φωνῆς εὔτακτον καὶ ἡσύχιον, ἢ τὸ τοῦ βαδίσματος ἐμβριθές τε καὶ ἥμερον· χθὲς μὲν φιλοσοφίαν, σήμερον δὲ κενοδοξίαν προσηγορεύσαμεν. De Sancto autem Pammachio, qui primus Monachorum fuisse in Romana urbe a Beato Hieronymo dicitur, quia primus Nobilium Romanorum asceticam vitam amplexus est, & Monasticæ, seu solitariæ professionis, atque instituti exordia posuit, idem S. Doctor. *Quis enim crederet, ut consulum pronepos, & Furiani germinis decus inter purpuras Senatorum furva tunica pullatus incederet, & non erubesceret oculos sodalium, ut deridentes se derideret.* Et paulo inferius: *Non est parum virum nobilem, virum disertum, virum locupletem potentium in plateis vitare comitatum, miscere se turbis, adhærere pauperibus, rusticis copulari, de Principe vulgum fieri.* Et in fine epistolæ ipsum Pammachium ita alloquitur: *Esto, incedas nudis pedibus, fusca tunica vestiaris, æqueris pauperibus, inopum cellulas dignanter introeas, cæcorum oculus sis, manus debilium, pes claudorum, ipse aquam portes, ligna concidas, focum extruas.* Ex quibus Hieronymi verbis manifestè innotescit, Pammachium Ascetam fuisse, Monachum autem nominatum, hoc est solitarium, quin hæc duo nomina promiscue usurpari consuevisse, & quæ de Pammachio narrat S. Doctor, bene quidem Ascetæ, non autem Monacho sub regula, & Abbate degenti convenire. In epistola vero ad Rusticum idem Beatus Hieronymus effœminatos quosdam Ascetas carpens, quali amictu, & habitu incederent, his verbis nobis designat: *Videas, nonnullos accinctis renibus, pulla tunica, barba prolixa, a mulieribus non posse discedere.* Narrat Chrysostomus in libro de Sacerdotio, de se, ejusque intimo amico Basilio, cum eos oporteret beatam Monachorum vitam, & veram philosophiam persequi, gravitate vultus, & severitate oris assumpta, pullas vestes induisse, ubi adnotandum est, Monachorum nomen Ascetarum loco adhibitum fuisse; postquam enim, ut pluries notavi, Monasticum institutum cœpit, sæpe Monachorum nomine Ascetæ designantur, neque enim per id tempus Chrysostomus, & Basilius Monasticam professionem emiserant, aut in Monasterio aliquo in commune vivebant; sed in propriis domibus pietatis exercitamentis animum suum ad Christianam virtutem informabant. Ita etiam S. Hilarius Arelatensis Episcopus de Sancto Honorato, qui, repugnante Patre suo, Divinæ servituti se addicere decreverat, scribit: *Rediguntur ad breves capillos luxuriantes comæ, transfertur ad nitorem mentis vestium splendor, cervicis lacteæ decus palliis rigentibus occupatur, transit lætitia in serenitatem, membrorum vigor animi vigore mutatur; virtus corporis in virtutem spiritus migrat; pallescit jejunio speciosa facies, & prius succi plena fit plena gravitatis.* Abbas Hilarion cum ad magnum Antonium profectus esset, ut ab eo asceticam conversationem edisceret, *ut eum vidit*, inquit Hieronymus, *mutato pristino habitu, duobus fere mensibus juxta eum mansit, contemplans ordinem vitæ ejus, morumque gravitatem &c.*, & referens deinde, quomodo reversus ad patriam in solitudinem, quæ septimo milliario a Majoma Gazæ emporio distabat, secessit, hæc alia addit: *Igitur sacco tantum membra coopertus, & pelliceum habens ependyten, quam illi Beatus Antonius proficiscenti dederat, sagumque rusti-*

Epist. ad Pammach. XXVI.

Epist. XXIV. pag. 199.

Epist. IV.

Lib. III. de Sacerd.

Vit. S. Honor. cap. I.

In vita Hilarionis Tom. I. p. 156.

rusticum, inter mare, & paludem vasta, & terribili solitudine fruebatur. Et de Sancto Jacobo, qui priusquam Nisibenæ præficeretur Ecclesiæ, solitariam, & quietam vitam eligens, asceticum propositum amplexus est, tradit in ejus vita Theodoretus: *Usum quoque lanarum supervacaneum ducebat, earumque vicem asperrimi caprarum villi explebant, ex quibus, & tunica illi fiebat, & simplex amiculum, seu pallium.* Ἐκ τούτων αὐτῷ, καὶ χιτὼν ἐγένετο, καὶ τὸ ἁπλοῦν περιβόλαιον.

Theodor. Hist. Relig.

De solemni, ac privata Ascetarum dedicatione, seu professione.

§. 14. Verùm enim Ascetæ initiabantur, non solum mutata veste, & pullo, aut alio vili indumento assumpto; sed insuper, ut supra memini, speciali quadam, solemnique cæremonia, & consecrationis ritu Deo consecrabantur. Hanc autem solemnem dedicationem, aut certe alteram privatam, aut utramque Sanctus Jacobus Nisibenus in sequenti sermone, aliisque locis, modo sanctitatem, modo devotionem appellare solet, non moralem virtutem devotionis nomine significans, sed sacram illam actionem, seu cæremoniam, ac ritum, quo quispiam se Deo devovebat, sive privatim, sive solemniter id faceret. Ascetas vero devotos, seu voto obstrictos, aut votum habentes nuncupat. Hujusmodi autem Ascetarum dedicationem idem S. Episcopus Nisibenus assimilare videtur devotioni, qua Sampson a nativitate Deo devotus fuit, hoc est Nazaræatui perpetuo, quo non solummodo Sampson, verum etiam Moyses, Elias, Elisæus, cæterique Prophetæ Dei cultui, ac famulatui addicti, & consecrati fuerunt. Quinimo ex ritibus, ac cæremoniis, quæ juxta leges a Deo præscriptas per Moysen *Num. VI.* 1. in Nazaræatu servabantur, ut plurima alia ex veteri in novam Evangelii legem, solemnem Ascetarum consecrationem derivatam fuisse, ritibus tamen ad Christianam Religionem, atque instituta aptatis, existimo. An vero hujusmodi solemnis Ascetarum dedicatio, qua multo excellentius, quàm Nazaræatu in Mosaica lege, Deo vovebantur, præter alteram, quæ sola vestis mutatione fiebat, ubique gentium in Catholica Ecclesia recepta fuerit, affirmare non ausim; sed quomodocumque id sit, eam quidem nobis luculenter describit S. Dionysius Areopagita, Apostolorum æqualis, & Martyr in hunc modum: *Sacerdos quidem stat ante Altare, Monasticam sanctè recitans invocationem; is autem, qui consecratur, stat post Sacerdotem, nec utrumque, neque etiam alterum genu flectit, nec supra caput habet Scripturas a Deo traditas, sed tantum adstat sacerdoti supra illum mysticam invocationem prosequenti: quâ finitâ, Sacerdos ad eum accedens, rogat ipsum primum, an omnibus rebus dividuis renuntiet, non solum vitiis, verum etiam imaginationibus. Deinde exponit illi vitam perfectissimam, contestans, illum debere mediam vivendi rationem superare. Quæ ubi omnia is, qui initiatur, continenter professus est, Sacerdos eum signo Crucis consignatum tondet, tres Personas Divinæ Beatitudinis invocando, omnique veste detractâ, eum aliâ induit, & cum aliis viris sacris adstantibus ipsum salutans, participem facit Divinorum Mysteriorum.* Ὁ μὲν Ἱερεὺς ἕστηκεν ἐπίπροσθεν τοῦ θείου θυσιαστηρίου, τὴν Μοναχικὴν ἐπίκλησιν ἱερολογῶν· ὁ δὲ τελούμενος, ὄπισθεν τοῦ Ἱερέως ἕστηκεν, οὐκ ἄμφω τὼ πόδε κλίνων, οὐχ ἕνα τοῖν ποδοῖν, οὐκ ἐπὶ κεφαλῆς ἔχων τὰ θεοπαράδοτα Λόγια, μόνον δὲ τῷ Ἱερεῖ παρεστὼς ἱερολογοῦντι τὴν ἐπ' αὐτῷ μυστικὴν ἐπίκλησιν. Τελέσας δὲ αὐτὴν ὁ Ἱερεὺς, ἐπὶ τὸν τελούμενον ἐλθὼν, ἐπερωτᾷ πρῶτον αὐτὸν, εἰ πάσαις ἀποτάσσεται ταῖς διαιρεταῖς, οὐ μόνον ζωαῖς, ἀλλὰ καὶ φαντασίαις. Εἶτα τὴν τελειοτάτην αὐτῷ ζωὴν ὑφηγεῖται, διαμαρτυρόμενος, ὅτι χρὴ τῆς μέσης αὐτὸν ὑπερανεστηκέναι. Ταῦτα δὲ πάντα τοῦ τελουμένου προσεχῶς ὁμολογήσαντος, τῷ σταυροειδεῖ τύπῳ σφραγισάμενος αὐτὸν ὁ Ἱερεὺς, ἀποκείρει, τὴν τρισσὴν τῆς θείας μακαριότητος ἐπιβοήσας ὑπόστασιν, καὶ τὴν ἐσθῆτα πᾶσαν ἀπαμφιέσας, ἑτέραν ἀμφιέννυσι, καὶ μετὰ τῶν ἄλλων ἱερῶν ἀνδρῶν ὅσοι πάρεισιν, ἀσπασάμενος, αὐτὸν κοινωνὸν ἀποτελεῖ τῶν θεαρχικῶν μυστηρίων. Singillatim deinde exponit sacrorum rituum, & cæremoniarum mysticas significationes. Et primum quod neque genua flectantur, neque sacræ Scripturæ ejus capiti imponantur: *Quod neutrum*, inquit, *genu inflectat, neque capiti impositas habeat divinitus traditas Scripturas, sed assi-*

Dionys. Areop. de Eccl. Hier. cap. VI. n. II. p. 387.

assistat Sacerdoti precationem recitanti, declarat, Ordinis Monastici non esse alios adducere, sed penes semetipsum manentem in solitario, sacroque statu Sacerdotales Ordines sequi, & ab iis, tanquam asseclam eorum, ad Divinam sacrorum, quæ illum attingunt, scientiam facile traduci. Τὸ μηδένα τοῖν ποδοῖν κλίνειν, μηδ' ἐπὶ κεφαλῆς ἔχειν τὰ θεοπαράδοτα Λόγια, παρεστάναι δὲ τῷ Ἱερεῖ τὴν ἐπίκλησιν ἱερολογοῦντι, δηλοῖ, τὴν Μοναχικὴν τάξιν οὐκ εἶναι προσαγωγικὴν ἑτέρων, ἀλλ' ἐφ' ἑαυτῆς ἑστῶσαν ἐν μοναδικῇ, καὶ ἱερᾷ στάσει, ταῖς ἱερατικαῖς ἑπομένην τάξεσι, καὶ πρὸς αὐτὰς ὡς ὀπαδὸν ἐπὶ τὴν θείαν τῶν κατ' αὐτὴν ἱερῶν ἐπιστήμην εὐπειθῶς ἀναγομένην. Post hæc de renunciatione addit: *Divisarum non solum vitarum, verum etiam cogitationum renunciatio perfectissimam illam Monachorum philosophiam declarat, quæ ex unificorum mandatorum scientia conflatur.* Ἡ δὲ τῶν μεριστῶν, οὐ μόνον ζωῶν, ἀλλὰ καὶ φαντασιῶν ἀποταγὴ, τὴν τελειοτάτην ἐμφαίνει τῶν Μοναχῶν φιλοσοφίαν, ἐν ἐπιστήμῃ τῶν ἑνοποιῶν ἐντολῶν ἐνεργουμένην. Descendit deinde ad signum Crucis, & capillorum Tonsuram; de utroque autem hæc habet: *Signum Crucis designat omnium carnalium desideriorum privationem: Tonsura porrò Capillorum vitam omnino indicat, nullatenus fucatam, neque figuris fictis adscitiisve, quibus mentis deformitas tegatur, calamistratam, sed per se ipsam non humanis ornamentis, sed singularibus, ac unificis virtutibus ad Divinam penitus conformitatem evectam.* Ἡ δὲ τοῦ σταυροειδοῦς τύπου σφραγὶς, ὡς ἤδη παρ' ἡμῶν εἴρηται, δηλοῖ τὴν πασῶν ὁμοῦ τῶν σαρκικῶν ὀρέξεων ἀνενεργησίαν. Ἡ δὲ τῶν τριχῶν ἀπόκαρσις, ἐμφαίνει τὴν καθαρὰν, καὶ ἀσχημάτιστον ζωὴν οὐκ ἐπιπλάστοις σχήμασι τὸ κατὰ νοῦν δυσειδὲς ἐπιθετικῶς καλλωπίζουσαν, ἀλλ' αὐτὴν ἐφ' ἑαυτῆς οὐκ ἀνθρωπικοῖς κάλλεσιν, ἀλλ' ἑνιαίοις καὶ Μοναχοῖς εἰς τὸ θεοειδέστατον ἀναγομένην. Quod verò ad vestis detractionem pertinet, initio hujus capitis a me relatum est. De sacra autem communione ultimo loco talia subjungit: *Sub finem denique Sacerdos initiatum invitat ad præcipuam illam Dei communionem, sancte per hoc indicans, eum, qui initiatus est, si vere ad Monasticum illud singulare Institutum pervenerit, non solum eorum, quæ ad ipsum pertinent, sacrorum spectatorem fore, nec ea dumtaxat ratione, qua medius ordo, ad sanctissimorum Sacramentorum communionem accessurum, verùm etiam Divinâ illorum, quæ percepit, Sacramentorum cognitione fretum, alio modo quàm sanctus populus, ad Divinæ communionis participationem promovendum.* Ἐν τέλει δὲ πάντων ὁ Ἱερεὺς ἐπὶ τὴν θεαρχικὴν κοινωνίαν καλεῖ τὸν τετελεσμένον, ἐμφαίνων ἱερῶς, ὡς ὁ τελεσθεὶς, εἴπερ ἀληθῶς ἐπὶ τὴν Μοναχικὴν ἀφίκοιτο καὶ ἑνιαίαν ἀναγωγὴν, οὐ θεωρητικὸς μόνον ἔσται τῶν κατ' αὐτὸν ἱερῶν, οὐδὲ κατὰ μέσην τάξιν ἐπὶ τὴν κοινωνίαν ἥξει τῶν ἱερωτάτων συμβόλων, ἀλλὰ μετὰ θείας τῶν ὑπ' αὐτοῦ μετεχομένων ἱερῶν γνώσεως ἑτέρῳ τρόπῳ παρὰ τὸν ἱερὸν λαὸν, ἐπὶ τὴν μετάληψιν ἥξει τῆς θεαρχικῆς κοινωνίας.

§. 15. Sentio, non defuturos, qui mihi opponant, opera, quæ Dionysii nomine circumferuntur, non Dionysii esse, sed Scriptoris ignoti, & longe ætate posterioris, ac proinde me desipere, ac prorsus insanire, cum ad devotionem, seu consecrationem Ascetarum asserendam testimonio ex illis operibus sumpto, tanquam Dionysii Areopagitæ, utar. Respondeo primum, ab omnibus Scriptoribus tum Græcis, tum Latinis ea opera Dionysio Areopagitæ unanimi fermè consensu per quatuordecim sæcula adscripta, atque addicta fuisse. Insuper hujus solius nomen omnes vetustissimi Codices, quotquot extant, præseferunt. Demum plurimos etiamnum viros esse ingenio, doctrina, rerumque Ecclesiasticarum peritia præstantissimos, qui ea opera S. Dionysio Areopagitæ Martyri, & Apostolorum æquali tribuenda esse, validissimis argumentis, quibus & alia addi possent, tuentur. Verum enim, etiamsi admittatur, opera, de quibus agitur, non esse Dionysii Areopagitæ, sed alterius ignoti Auctoris, qui, ut volunt, sæculo IV. scripsit, quisquis ille sit, certe vir fuit summo ingenio, excellentique doctrina; cum autem opera, quæ composuit, S. Dionysii Areopagitæ, ut ipsi statuunt, credi volebat, & sub Sanctissimi Martyris nomine aliis doctissimis viris obtrudere, ac venditare, quomodo quispiam sibi persuadere

An opera sub nomine Dionysii, S. Dionysii Areopagitæ sint,

dere poterit, eum adeo plumbeum, ac insanum fuisse, ut cum in eis sibi de Therapeutis, quales magni Dionysii ætate erant, agendum esset, hoc est primævæ Ecclesiæ Ascetis, (nam Therapeutarum nomine haud Monachos significare voluisse, quales nos hoc nomine intelligimus, evidens est ex iis ipsis, quæ habentur in libro de Ecclesiastica Hierarchia, & in epistolis ad Cajum, & Demophilum Therapeutas scriptis) referret, inquam, mores, ac ritus Monasticæ professionis, quæ ætate sua exoriebatur, vel quod magis absurdum est, aliquanto post ortum habuit, si illis Scriptoribus assentiri volumus, qui non temere, nec sine causa, immo non contemnendis rationibus inducti censent, exordia Monachatus, qualis hoc nomine significari solet, volvente sæculo quinto, collocanda esse. Itaque parum nostra interest, auctorem Dionysianorum operum, sæculo Ecclesiæ primo, vel quarto exeunte, floruisse, eaque antiquissimi, vel recentioris Scriptoris esse, dummodo antiquissima nobis instituta exhibeat, dummodo ritus, ac mores primis sæculis ante Monachatus initia pro initiandis, seu consecrandis Ascetis nobis exponat.

CAPUT VI.

De Ascetarum secessu, & voluntaria paupertate.

Priusquam eremi habitarentur, Ascetæ in suburbanos agros, vel in alia hujusmodi, aut intra, aut extra Urbes solitaria, & secreta loca secedebant,

Ascetæ, qui, terrenis deliciis, ac sæculi vanitatibus relictis, vitam ab hominum frequentia, & mundanis negotiis sejunctam, ac remotam agendam sibi constituerant, sive μοναδικοὶ, καὶ θεωροὶ, solitarii, & contemplativi essent, sive πρακτικοὶ, καὶ πραγματικοὶ, activi, & operosi, quoad hujus vitæ generis institutum sinebat, in secreta, & solitaria loca intra Urbes ipsas, seu Urbibus, & habitationibus hominum proxima, aut non longe dissita, antequam Eremi, & inviæ solitudines frequentari cœpissent, ut plurimum, secedebant; sin minus, in propriis domibus occulebantur, quò liberius, atque expeditius cœlestibus rebus, & sanctis Dei contemplationibus vacarent. Id utique, & antiquorum Scriptorum testimonio, & pluribus veterum Ascetarum exemplis certum, manifestumque fieri potest. Et quidem Beatissimus Alexandrinæ Ecclesiæ Episcopus Athanasius, consuevisse Dei servos sua, ac superiori ætate, priusquam in deserta, & inhospita loca solitariæ vitæ desiderio se conferrent, si quando Divinæ contemplationis amore capti, a mundano strepitu longius abesse cuperent, in suburbanum agrum secedere, in vita Magni Antonii his verbis posteritati tradidit: *Nondum tam crebra erant in Ægypto Monasteria, neque omnino quisquam aviam solitudinem noverat, sed quicumque in Christi servitute sibimet prodesse cupiebat, haud procul a sua villula separatus instituebatur.* Ita Evagrius vertit verba græca, quæ talia sunt: Οὔπω γὰρ ἦν οὕτως ἐν Αἰγύπτῳ συνεχῆ μοναστήρια, οὐδ᾽ ὅλως ᾔδει μοναχὸς τὴν μακρὰν ἔρημον, ἕκαστοι δὲ τῶν βουλομένων ἑαυτῷ προσέχειν, οὐ μακρὰν τῆς ἰδίας κώμης καταμόνας ἠσκεῖτο.

Tom. I. par. II. Op. S. Athanas. Vit. S. Anton. §. 3. pag. 796.

§. 2. In eodem libro referens Sanctissimus Episcopus, quomodo Magnus Antonius asceticam vitam amplexus fuerit, a qua deinde in eremum se conferens, anachoreticæ vitæ jecit fundamenta, narrat: non multo post Parentum obitum, quadam die ad Ecclesiam, ut solebat, perrexisse, secum animo volventem, quomodo Apostoli, relictis omnibus, secuti sunt Christum, & primi illi fideles, venditis possessionibus suis, earum pretium ad Apostolos afferebant, ut indigentibus distribuerent: Ingressum subinde Ecclesiam audivisse ex Evangelio verba Christi Domini dicentis homini diviti, qui se mandata servasse asserebat, si vellet perfectus esse, venderet, quæ habebat, & pauperibus largiretur, statim hæc pro se dicta arripuisse. Itaque ut primum templo digressus est, prædia omnia, quæ a Majoribus acceperat, vicinis donasse, ne sibi, ejusque sorori negotium, ac molestiam facesserent: Pecuniam autem ex rerum mobilium venditione redactam, partem pauperibus erogasse, partem sibi in futuras sororis indigentias reservasse. Sed altera die cum in Ecclesia audivisset, ne solliciti simus in crastinum, id quo-

Quomodo Magnus Antonius prius Asceta fuit, quàm Anachoreta.

que, quod sibi reliquum fecerat, egenis largitus est: Sorore autem sua fidelibus, ac notis Virginibus commendata, ut in eorum contubernio aleretur: *Ipse deinceps*, inquit Athanasius, *non procul a propria domo asceticæ vitæ vacavit, & sibi ipsi attendens, asperum, atque arduum vitæ genus instituit.* Αὐτὸς περὶ τῆς οἰκίας ἐσχόλαζε λοιπὸν τῇ ἀσκήσει, προσέχων ἑαυτῷ, καὶ καρτερικῶς ἑαυτὸν ἄγων. Cum autem postea accepisset, sanctum quemdam senem, qui asceticam vitam profitebatur, prope abesse, illuc commigravit: *Erat tunc temporis in vicino pago senex homo, qui a juventute solitariam vitam exercuerat; hunc videns Antonius, probo ejus imitandi studio incensus est, & tum primum cœpit ipse in locis pago vicinis commorari:* Ἦν τοίνυν ἐν τῇ πλησίον κώμῃ τότε γέρων, ἐκ νεότητος τὸν μονήρη βίον ἀσκήσας· τοῦτον ἰδὼν Ἀντώνιος, ἐζήλωσεν ἐν καλῷ· καὶ πρῶτον μὲν ἤρξατο καὶ αὐτὸς μένειν ἐν τοῖς περὶ τῆς κώμης τόποις. Addit præterea sanctissimus Antonii vitæ Scriptor, solitum eum fuisse, ubicumque Ascetam aliquem habitare intelligeret, illuc proficisci, ut ab eo in sanctis virtutibus, divinisque rebus institueretur. Unde nobis apertissime innotescit, priusquam Antonius anachoreticæ vitæ exordia poneret, plures per Ægyptum in locis a popularibus turbis, & Civitatum tumultu sejunctis disseminatos Ascetas fuisse: *Atque hinc*, prosequitur Athanasius, *si quem audiret alicubi degere ad virtutem strenuum, hunc prudentis apis more perquirebat, neque ante ad sedes suas remigrabat, quàm hominem vidisset, atque hinc accepto, ceu viatico ad virtutis iter instituendum revertebatur.* Κἀκεῖθεν εἴπου τινὰ σπουδαῖον ἤκουεν, περιερχόμενος ἐζήτει τοῦτον, ὡς ἡ σοφὴ μέλισσα· καὶ οὐ πρότερον εἰς τὸν ἴδιον τόπον ἀνέκαμπτεν, εἰ μὴ τοῦτον ἑωράκει, καὶ ὥσπερ ἐφόδιόν τι τῆς εἰς ἀρετὴν ὁδοῦ παρ' αὐτοῦ λαβὼν, ἐπανήει. Profecto Eusebius de Therapeutis, qui vel Ascetæ fuerunt, vel certe Ascetarum mores, atque instituta æmulati sunt, in sua historia ex Philone Hebræo tradit: *Simul atque ad hoc philosophandi genus se contulerint, omnibus eos bonis ad propinquos suos translatis cedere. Deinde abjecta omni rerum humanarum cura extra Urbem progressos in hortis, agellisque deviis degere: Quippe qui intelligant dissimilis propositi hominum contubernia, & commercia plurimum obesse philosophiæ.* Ἀρχομένους φιλοσοφεῖν, ἐξίστασθαι τοῖς προσήκουσι τῶν ὑπαρχόντων· ἔπειτα πάσαις ἀποταξαμένους ταῖς τοῦ βίου φροντίσιν, ἔξω τειχῶν προελθόντας, ἐν μοναγρίοις, καὶ κήποις τὰς διατριβὰς ποιεῖσθαι, τὰς ἐκ τῶν ἀνομοίων ἐπιμιξίας, ἀλυσιτελεῖς καὶ βλαβερὰς εὖ εἰδότας.

Athanas. ibid. pag. 797.

Hist. Eccl lib. II. cap. XVII pag. 67.

§. 3. Justinus cum Romam venisset, ibique Sedem suam collocasset, ita domi occlusus manebat, & adeo ab omni sæculari negotio, & turba remotus, solique rerum Divinarum considerationi deditus, ut nullum alium Urbis locum, præter domum suam, agnosceret. Præfecto enim Urbis eum interroganti, quo loco conveniret, respondit: *Ego prope domum Martii cujusdam ad balneum cognomento Timothinum hactenus mansi. Veni autem in Urbem Romam secundo, neque alium quempiam locum, nisi quem dixi, cognosco.* Pantænus celebris Alexandrinæ scholæ Rector, & in Indiis Evangelii Prædicator, qui Stoicæ sectæ antea philosophus, deinde Christianæ philosophiæ professor, ita occultus in Ægypto morabatur, ut Clementi Alexandrino, ubi eum latentem inveniret, summopere laborandum fuerit. Ἀνεπαυσάμην, ἐν Αἰγύπτῳ θηράσας λεληθότα. *Conquievi, cum ipsum in Ægypto latentem indagassem.* Λαθεῖν βιώσαντες ἐν τοῖς πρώτοις τῶν ἀγαθῶν ἄγομεν. *Latitare in vita inter primaria bona ducimus*: ajebat Basilius. Auctor epistolæ ad Chilonem: *Non amator*, inquit, *sis turbæ, non ruris, non civitatum, sed solitudinis: apud temetipsum manens semper citra ullam mentis aberrationem, precationem, & psalmodiam opus tuum esse existimans.* Μὴ ἔσο ὀχλοχαρὴς, μὴ φιλόχωρος, μὴ φιλόπολις· ἀλλὰ φιλέρημος, ἐφ' ἑαυτοῦ μένων ἀεὶ ἀμετεωρίστως, τὴν εὐχὴν καὶ τὴν ψαλμῳδίαν ἔργον ἡγούμενος. Amantissimus erat solitudinis Magnus Asceta Gregorius Nazianzenus, & non uno in loco suarum Orationum hunc amorem suum flagrantissimum declarat: *Solitudinem*, in-

Ascetas secretum solitudinis quærere solitos fuisse, exemplo Justini, Pantæni, aliorumque ostenditur.

In Act. Martyr. S. Justini.

Euseb. Hist. Eccles. lib. V. cap. 11.

Epist. IX.

Epist. XLII. §. 3. int. epist. Basil.

Orat. V. pag. 134.
Orat. VII. p. 147.
Orat. IX. p. 149.
Orat. XIX. p. 312.
Orat. XXV. p. 436.
& XXVII. p. 468.

inquit in Oratione secunda in principio, *ex omnibus rebus maxime complexus eram, ac velut sociam, & administram, Divinæque Ascensionis matrem, ac Deum ex homine efficientem mirifice suspexeram, totiusque vitæ ducem, & moderatricem mihi statueram.* Τὴν ἐρημίαν ἐγὼ πάντων μάλιστα ἠσπασάμην, καὶ ὡς συνεργὸν, καὶ μητέρα τῆς θείας ἀναβάσεως, καὶ θεοποιὸν, διαφερόντως ἠγάπησα τε, καὶ παντὸς τοῦ βίου προεστησάμην. Quare in Oratione vigesimanona *pag.* 486. & animi sui desiderium de Christiana Philosophia consectanda aperit, & præstantiam, ac felicitatem hominis a terrenis rebus secedentis disertissimis his verbis merito extollit: *Philosophiæ supremæ desiderio teneor, ac juxta Jeremiam extremum quemdam secessum requiro, mecumque ipse solus vitæ consuetudinem habere concupisco. Neque enim mihi quidquam cum ejus hominis vivendi ratione comparandum videtur, qui, clausis compressisque sensibus, atque extra carnem, mundumque positus, nihilque rerum humanarum, nisi summa necessitate impellente, contingens, secumque ipse, & cum Deo commercium habens, sublimiorem iis rebus, quæ aspectu sentiuntur, vitam traducit, ac Divinas rerum species, & imagines puras semper, atque ab omnibus terrenis, & vagis simulacris liberas, atque immunes in se circumfert, velut purissimum quoddam speculum Dei, rerumque Divinarum existens, subindeque effectus: atque ita se comparat, ut per lumen lumen insuper assumat, per obscurius nimirum, clarius, & illustrius: quousque ad radiorum futuræ vitæ fontem tandem pervenerit, ac solutis per veritatem speculis, beati finis compos extiterit.* Ποθῶ τὴν ἀνωτάτω φιλοσοφίαν, καὶ σταθμὸν ἔσχατον ἐπιζητῶ κατὰ τὸν Ἱερεμίαν, καὶ ἐμαυτῷ μόνῳ συγγενέσθαι βούλομαι· οὐδὲν γάρ μοι δοκεῖ τοιοῦτο, οἷον μύσαντα τὰς αἰσθήσεις, ἔξω σαρκὸς καὶ κόσμου γενόμενον, μηδενὸς τῶν ἀνθρωπίνων προσαπτόμενον, ὅτι, μὴ πᾶσα ἀνάγκη, ἑαυτῷ προσλαλοῦντα καὶ τῷ Θεῷ, ζῆν ὑπὲρ τὰ ὁρώμενα, καὶ ἀεὶ τὰς θείας ἐμφάσεις καθαρὰς ἐν ἑαυτῷ φέρειν, ἀμιγεῖς τῶν κάτω χαρακτήρων, καὶ πλανωμένων, οἷον ἔσοπτρον ἀκηλίδωτον Θεοῦ καὶ τῶν θείων καὶ ὂν, καὶ ἀεὶ γινόμενον, φωτὶ προσλαμβάνοντα φῶς, καὶ ἀμαυροτέρῳ τρανότερον, μέχρις ἂν πρὸς τὴν πηγὴν ἔλθωμεν τῶν τῇδε ἀπαυγασμάτων, καὶ τύχωμεν τοῦ μακαρίου τέλους, λυθέντων τῶν ἐσόπτρων τῇ ἀληθείᾳ.

§. 4. Profecto Ascetæ habitationem quidem ab hominum frequentia, & populari tumultu, animum autem a divitiis sæculi, terrenisque opibus, qnoad fieri poterat, arcebant; ut non solum in secretissimo secessu, sed etiam in continentissima paupertate vitam agerent. S. Basilius interrogatus ab Heraclida respondit: Ascetam unica tunica contentum esse oportere: *In summa autem de paupertate hunc dixit esse modum, ut extrema tunica suam quisque possessionem definiat.* Ὡς ἐν κεφαλαίῳ δὲ περὶ τῆς ἀκτημοσύνης, ἐκεῖνο ἔφη τὸ μέτρον εἶναι, ὥστε εἰς τὸν ἔσχατον χιτῶνα ἕκαστον ἑαυτῷ περιϊστάναι τὴν κτῆσιν.

Solitudini summam paupertatem adjungebant Ascetæ.

His autem adjungebat ex Evangelio, quod si Asceta ad perfectionis culmen pertingere vellet, necesse esse, ut, venditis omnibus suis substantiis, pauperibus pretium distribueret. Huc enim pertinere margaritæ parabolam, quam Mercator, venditis bonis omnibus, emit. Distributionem autem suarum pecuniarum non sibi Asceta crederet, sed illi committeret, cui munus administrandi res pauperum, eisque subveniendi commissum esset. Et quidem Olympium amicum suum, qui pretiosa aliqua ad eum dona miserat, perurbanè incusat, quod paupertatem asceticæ solitudinis comitem ab eo expulisset: *Ecquid agis, præclare, qui nobis paupertatem, & Philosophiæ nutricem solitudine expellis? Arbitror enim fore, ut ipsa tibi judicium intenderet vnde vi, si qua ei loquendi facultas accederet.* Οἷα ποιεῖς, ὦ θαυμάσιε, τὴν φίλην ἡμῖν πενίαν, καὶ φιλοσοφίας τροφὸν, τῆς ἐσχατιᾶς ἀπελαύνων; οἶμαι γὰρ ἄν σε καὶ ἐξούλης γραφὴν ὑπ' αὐτῆς φεύγειν, εἴ τις αὐτῇ προσγένοιτο λόγος. Itaque Pierium Ecclesiæ Alexandrinæ Presbyterum, & simul Ascetam, qui post persecutionem per omne vitæ suæ tempus Romæ versatus est, *appetitorem voluntariæ paupertatis* vocat Hieronymus. Cyprianum verò, statim, ac sacro fonte ablutus est, asceticam vitam secutum esse, suadere videntur, quæ gessit, priusquam Sacer-

Matth. XIX. 21.

Epist. CL. p. 240.

Epist. IV. pag. 76.

Hier. de Script. Eccl. cap. LXXVI.

 do-

dotio initiaretur, tum ea, quæ in ejus vita refert Pontius Diaconus, narrans inter cætera *mirum in modum exercitata virtute illicò profecisse*: Quibus verbis haud obscurè expressit, latinèque reddidit sensum græcæ dictionis ἀσκήσεως. De sanctissimi autem Martyris, & Carthaginensis Episcopi præclaris Christianæ vitæ post susceptum lavacrum exordiis idem Pontius memoriæ tradidit: *Cum de lectione Divina quædam jam, non pro conditione novitatis, sed pro fidei festinatione didicisset, statim rapuit quod invenit promerendo Deo profuturum: Distractis rebus suis ad indigentiam pauperum sustentandam, tota prædia pretio dispensans, dùo bona simul junxit, ut & ambitionem sæculi sperneret, qua perniciosius nihil est, & misericordiam, quam Deus etiam sacrificiis suis prætulit, quam nec ille, qui legis omnia mandata servasse se dixerat, fecit, impleret*. Ex hujusmodi verò bonorum alienatione, & rei familiaris dispendiis, Cypriani pietas nulla damna sensit. Nam *domus ejus*, inquit laudatus scriptor, *patuit cuicumque venienti; nulla vidua reversa est sinu vacuo; nullus indigens lumine, non illo comite directus est; nullus debilis gressu, non illo bajulo vectus est; nullus nudus auxilio de potentioris manu, non illo tutore protectus est*. Gregorius autem cognomento Thaumaturgus Christianæ exercitationis, seu ἀσκήσεως rudimenta ponens: *Cum sese a turbis forensibus, & ab urbana vita penitus sejunxisset, in solitudine quadam secum solus, ac per sese cum Deo versabatur, universi mundi, rerumque mundanarum parvam curam gerens*. Καὶ τῶν κατ' ἀγορὰν θορύβων, καὶ καθόλου τῆς ἐν ἄστει διαγωγῆς ἑαυτὸν χωρίσας, ἐν ἐσχατιᾷ τινι ἑαυτῷ μόνῳ συνῆν, καὶ δι' ἑαυτοῦ τῷ Θεῷ, μικρὸν παντὸς τοῦ κόσμου, καὶ τῶν ἐν αὐτῷ λόγον ποιούμενος. Præclarum est in hac re elogium illustris Ascetæ, & Martyris Pamphili, quod apud Eusebium in hæc verba legitur: Ἀνὴρ καὶ παρ' ὅλον αὐτοῦ τὸν βίον πάσῃ διαπρέψας ἀρετῇ ἀποτάξει, καὶ καταφρονήσει βίου, τῇ τῆς οὐσίας εἰς ἐνδεεῖς κοινωνίᾳ· κοσμικῶν ἐλπίδων ὀλιγωρίᾳ· φιλοσόφῳ πολιτείᾳ, καὶ ἀσκήσει. *Vir toto vitæ suæ tempore in omni virtutis genere spectatissimus; seu fugam, & contemptum sæculi, consideres, seu bonorum largam in pauperes erogationem, seu sæcularium honorum, ad quos adspirare poterat, despicientiam, seu denique arctioris, & philosophiæ cujusdam vitæ exercitationem*. Et paulo amplius apud Surium ex Metaphraste: *Tota sua vita fuit maxime insignis virtute; multum quidem jubens valere delicias, & copiam divitiarum, cum totum se dedicasset Dei verbo; renuncians quidm iis, quæ ad ipsum redibant a majoribus, nudis, mancis, & pauperibus omnia distribuit. Ipse autem degit in vita, quæ nihil possidebat; per valentissimam exercitationem Divinam persequens philosophiam*. B. Hilarion ad magnum Antonium profectus, cum apud eum Christianæ philosophiæ ediscendæ operam dedisset, in Palæstinam rediens, illico Asceticam professionem, & angelicum vivendi genus, quod in Magistro suo Antonio miratus fuerat, sequi constituit. Itaque *domum reversus*, ut narrat Sozomenus, *cum parentes mortuos invenisset, fratribus suis, ac pauperibus bona sua distribuit. Nec ex illis quidquam sibi reservans, mansit in loco quodam deserto juxta mare, qui viginti circiter stadiis a patrio vico distabat. Habitaculum ejus erat casa ex lateribus, paleis, & confractis tegulis extructa: tantum latitudinis habens, & altitudinis, ac longitudinis, ut stans quidem caput inclinare, jacens vero pedes colligere necesse haberet. Omnibus enim modis sese assuefaciebat ad laborum tolerantiam, & ad mollitiem vincendam*. Καταλαβὼν δὲ τελευτήσαντας τοὺς πατέρας, εἰς τοὺς ἀδελφοὺς καὶ τοὺς δεομένους τὴν οὐσίαν διένειμε· οὐδὲν δὲ παντάπασι καταλιπὼν ἑαυτῷ, διέτριβεν ἐν ἐρήμῳ τόπῳ παρὰ θάλασσαν, ἀμφὶ τὰ εἴκοσι στάδια τῆς αὐτοῦ κώμης διεστῶτι· οἴκησις δὲ ἦν αὐτῷ, δωμάτιον μικρὸν, ἐκ πλίνθου καὶ φορυτοῦ καὶ κεράμων κατεαγότων κατεσκευασμένον· εὖρος τε, καὶ ὕψος, καὶ μῆκος τοσοῦτον, ὅσον ἑστῶτα μὲν κεκυφέναι τὴν κεφαλήν· κείμενον δὲ τοὺς πόδας συλλέγειν ἐπάναγκες εἶναι· διαπαντὸς γὰρ εἴθιζεν ἑαυτὸν ταλαιπωρεῖν, καὶ ῥᾳστώνης κρατεῖν. Asceticum propositum amplexus primùm Hilarion, postea cum plures ad eum acces-

Pont. in vita S. Cypriani.

Greg. Nysseni in ejus vita Tom. III. pag. 541.

Euseb. de Martyr. Palæst. cap. XI. pag. 428. post lib. VIII. Hist. Eccles.

Metaph. ap. Sur. prima Jun.

Sozom. lib. III. cap. XIV. pag. 114.

Hieron. in vita Hilarionis.

cessissent, Monasteria fundavit, & Monachorum in Palæstina, ac in insula Cypro, ubi mortuus est, ut alibi dixi, Pater fuit.

Qualis erat locus, in quem Naucratius, & alter, in quem Basilius secesserat, & quanta utrorumque paupertas.

Greg. Nyss. vit. S. Macrinæ Tom. II. Oper. pag. 182.

§. 5. Naucratii, ejusque famuli secessum, voluntariamque paupertatem literis consignatam reliquit ejus frater Gregorius Nyssenus his verbis: *Cum ad secundum supra vigesimum ætatis annum pervenisset &c. Divina quadam providentia magno mentis impetu ductus, spretis omnibus, quæ in manibus habebat, ad solitariam, & inopem vitam se contulit, nihil secum, præter se ipsum ferens. Sequutus est eum è domesticis unus Chrysaphius nomine, qui & illum diligebat, & eodem vitæ studio tenebatur. Inveniens igitur secessum quemdam propter Iridem &c. Apud hunc fluvium nactus adolescens locum quemdam densis nemoribus consitum, & collem dorso præcelsi montis superextenso reconditum, in eo procul ab urbanis tumultibus, omnibusque tum militiæ, tum judiciorum perturbationibus, & strepitu constitutus vitam agebat.* Θείᾳ τινὶ προμηθείᾳ τῶν ἐν χερσὶν ἁπάντων ὑπεριδὼν, πρὸς τὸν μονήρη, καὶ ἀκτήμονα βίον ἀπῆλθεν ἐν μεγάλῃ τινὶ τῆς διανοίας ὁρμῇ, οὐδὲν ἐπαγόμενος μεθ' ἑαυτοῦ, πλὴν ἑαυτοῦ· εἵπετο δέ τις αὐτῷ, καὶ τῶν οἰκετῶν Χρυσάφιος τοὔνομα, τῷ τε πρὸς αὐτὸν ἔχειν ἐκεῖνον ἐπιτηδείως, καὶ τῷ τὴν αὐτὴν προαίρεσιν περὶ τὸν βίον ἐνστήσασθαι· διῆγε τοίνυν καθ' ἑαυτὸν ἐσχατιάν τινα καταλαβὼν, πρὸς τῷ Ἴριδι &c. περὶ τοῦτον εὑρὼν τινα τόπον ὁ νεανίας ὕλῃ βαθείᾳ κομῶντα, καὶ λόφον τινὰ τῆς ὑπερτεταμένης τοῦ ὄρους ῥαχίας ἐγκεκρυμμένον, ἐν αὐτῷ διῆγε, τῶν ἀστικῶν θορύβων, καὶ τῶν ἀπὸ στρατείας τε καὶ τῶν ἐν δικαστηρίοις ῥητορικῆς ἀσχολημάτων πόρρω γενόμενος· καὶ πάντων τῶν περὶ τὸν βίον περιηχούντων τὴν ἀνθρωπίνην ζωὴν ἑαυτὸν ἐλευθερώσας. Postquam Basilius Naucratii, Gregoriique Nysseni Frater ex peregrinatione, quam ad cælestem Evangelii doctrinam melius addiscendam susceperat, in patriam reversus est, Ascetas, quos in Ægypto viderat, imitari studuit; ideo erogatis omnibus facultatibus in egenos, ad se in stadio pietatis exercendum, locum prope ripam ejusdem Iridis fluvii, qui ex Armenia ortus, Ponto irrigato, in mare Euxinum se exonerat, elegit. Ad alteram autem fluvii ripam erat Pagus nomine Annesus Basilii familiæ hæreditarius, in quo ipse a puero educatus fuerat. Qualis locus ille fuerit, ex ipsius Basilii epistola, qua, ut Gregorium Nazianzenum sodalem suum ad se adduceret, ejus situm, & amœnitatem magnis laudibus effert, audiamus. *Mons enim est altus, densa sylva contectus, frigidis, ac limpidis aquis septentrionem versus irriguus: Hujus ad radices supinus campus substernitur, humoribus ex monte defluentibus jugiter pinguescens. Huic autem sylva sponte circumfusa variarum, omnisque generis arborum ei est propemodum septi loco, ac valli.* Ὄρος γάρ ἐστιν ὑψηλὸν, βαθείᾳ ὕλῃ κεκαλυμμένον, ψυχροῖς ὕδασι καὶ διαφανέσιν εἰς τὸ κατ' ἄρκτον καταῤῥυτον· τούτου ταῖς ὑπωρείαις πεδίον ὕπτιον ὑποστόρεσται, ταῖς ἐκ τοῦ ὄρους νοτίσι διηνεκῶς πιαινόμενον· ὕλη δὲ τοῦτο αὐτομάτως περιφυεῖσα ποικίλων καὶ παντοδαπῶν δένδρων, μικροῦ δεῖν, ἀντὶ ἕρκους αὐτῷ γίνεται. Et post pauca: *Parum abest, quin insula sit, quatenus septis in orbem undelibet clauditur. Nam profundis voraginibus ex duabus partibus præruptus est: a latere verò amnis è præcipiti labens, est & ipse murus continuus, ascensuque difficilis. Mons autem utrinque extentus, & per curvatos anfractus voraginibus junctus, pervias montis infimas partes intercludit. Habent enim infimæ illæ partes aditum unum, cujus nos domini sumus. Porro habitationem alia quædam fauces excipiunt, altam quamdam cervicem in vertice erigentes, sic ut campus ob oculos expassus pateat, liceatque è sublimi fluvium etiam circumfluentem intueri.* Καὶ γὰρ οὐδὲ πολὺ ἀποδεῖ τοῦ νῆσος εἶναι, ἕνεκά γε τοῦ πανταχόθεν ἐρύμασι περιείργεσθαι· φάραγγες μὲν γὰρ αὐτῷ βαθεῖαι κατὰ δύο μέρη περιερρώγασι· κατὰ πλευρὰν δὲ ἀπὸ κρημνοῦ ὁ ποταμὸς ὑπορρέων, τεῖχός ἐστι καὶ αὐτὸς διηνεκὲς καὶ δυσέμβατον· ἐκ δὲ τοῦ ἐπὶ θάτερα τεταμένον εἶναι τὸ ὄρος, δι' ἀγκώνων μηνοειδῶν ταῖς φάραγξιν ἐπιζευγνύμενον, τὰ βάσιμα τῆς ὑπωρείας ἀποτειχίζει· μία δέ τις εἴσοδος ἐπ' αὐτῆς, ἧς ἡμεῖς ἐσμὲν κύριοι· τήν γε μὴν οἴκησιν αὐχήν τις ἕτερος ὑποδέχεται, ὑψηλόν τινα ἐπὶ τῆς ἄκρας ἀνέχων τένοντα·

Epist. Basil. XIV. pag. 93.

ὥστε

ὥστε τὸ πεδίον τοῦτο ὑφηπλῶσθαι ταῖς ὄψεσι, καὶ ἐκ τοῦ μετεώρου ἐξεῖναι καὶ τὸν ποταμὸν περιῤῥέοντα καθορᾷν. Et nonnullis interjectis ita prosequitur: *Quod autem maximum de hoc loco dicere possumus, illud est, quod cum ob situs opportunitatem ad omnes fructus proferendos idoneus sit, unum omnium mihi jucundissimum, quietem, ac tranquillitatem alit, non solum quatenus ab urbanis tumultibus liber est, sed etiam quia ne viatorem quidem ullum ad nos transmittit, si eos excipias, qui inter venandum nobiscum miscentur.* Ὃ δὲ μέγιστον εἰπεῖν ἔχομεν τοῦ χωρίου, ὅτι πρὸς πᾶσαν ὑπάρχον καρπῶν φορὰν ἐπιτήδειον διὰ εὐκαιρίαν τῆς θέσεως, ἥδιστον ἐμοὶ πάντων καρπῶν τὴν ἡσυχίαν τρέφει· οὐ μόνον καθότι τῶν ἀστικῶν θορύβων ἀπήλλακται· ἀλλ' ὅτι οὔτε ὁδίτην τινὰ παραπέμπει πλὴν τῶν κατὰ θήραν ἐπιμιγνυμένων ἡμῖν. Sed quoniam Basilius Tiberinam regionem Cappadociæ, ubi erat Arianzum Gregorii Patria, amice irriserat; rescribit ad eum Gregorius amœnitatem loci ab amico amplificatam facete deprimens, ac urbane contemnens: *Ego vero*, inquit, *Pontum tuum admirabor, & Ponticam caliginem, ac dignam exilio sedem, & tumulos capiti imminentes, & feras, fidem vestram explorantes, & subjectam solitudinem, imo murium cavernam cum speciosis gymnasii, & Monasterii, ac scholæ nominibus, & agrestium stirpium sylvas, & præruptorum montium coronam, qua non tam coronamini, quàm coercemini; aerem etiam ad certum modum dimensum, & desideratum solem, quo velut per caminum irradiamini &c.* Ἐγὼ δέ σου τὸν Πόντον θαυμάσομαι, καὶ τὴν Ποντικὴν ζοφοφορίαν, καὶ τὴν φυγῆς ἀξίαν μονὴν, τούς τε ὑπὲρ κεφαλῆς λόφους, καὶ θῆρας, οἳ τὴν πίστιν ἡμῶν δοκιμάζουσι, καὶ τὴν ὑποκειμένην ἐσχατιὰν, εἴτ' οὖν μυωξίαν μετὰ τῶν σεμνῶν ὀνομάτων τοῦ φροντιστηρίου, καὶ τοῦ μοναστηρίου, καὶ τῆς σχολῆς, λόχμας τε ἀγρίων φυτῶν, καὶ βαθυκρημνῶν ὀρῶν στέφανον, ὑφ' οὗ μὴ στεφανοῦσθε, ἀλλὰ συγκλείεσθε, τὸν δὲ μετρούμενον ἀέρα, καὶ τὸν ποθούμενον ἥλιον, ὃν ὡς διὰ κάπνης αὐγάζεσθε. Sequitur deinde plura jocose in contemptum exaggeratæ amœnitatis addens, quæ ego prætermitto, ne tædio afficiam lectorem, qui ea per se, si velit, legere poterit. Magnus autem Basilius, ut liberior esset ad currendum in via Domini, nec terrenarum rerum cogitationibus ad amorem, & contemplationem cælestium avolans animus impediretur, omnibus se spoliaverat, adeo ut nihil ei superesset, præter necessaria corporis integumina, tenuissimo contentus victu, & lecto humi strato, ut testatur idem Gregorius Nazianzenus in Oratione, quam in ejus laudem habuit: *Inopiam*, inquit, *quisquam laudat, vitamque supellectilis expertem, & supervacaneis rebus vacuam, illi vero, quid unquam fuit, præter corpus, ac necessaria carnis integumenta? Divitiæ autem illi erant nihil habere, & Crux, cum qua sola ipsius vita versabatur, & quam majore in pretio habebat, quàm ingentes pecuniæ acervos.* Ἀκτημοσύνην τίς ἐπαινεῖ, καὶ βίον ἄσκευον, καὶ ἀπέριττον; ἐκείνῳ δὲ, τί ποτε πλέον τοῦ σώματος, καὶ τῶν ἀναγκαίων τῆς σαρκὸς καλυμμάτων; πλοῦτος δὲ, τὸ μηδὲν ἔχειν καὶ ὁ σταυρὸς ᾧ συνέζη μόνῳ, ὃν πολλῶν χρημάτων ἐνόμιζεν ἑαυτῷ τιμιώτερον. Et inferius: *Hinc illi tunica una, & pallium unum, & stratus humi lectulus, & illuvies, & vigiliæ (illa ejus decora, & ornamenta) & suavissima cœna, & obsonium, panis & sal, novum inquam illud condimentum, & potio sobria, & uberrima, quam nobis nihil laborantibus fontes profundunt.* Ἐντεῦθεν αὐτῷ τὸ ἓν χιτώνιον καὶ τριβώνιον, ἡ χαμευνία, καὶ ἡ ἀγρυπνία, καὶ ἡ ἀλουσία, τὰ ἐκείνου σεμνολογήματα, καὶ τὸ ἥδιστον δεῖπνον καὶ ὄψον, ὁ ἄρτος καὶ οἱ ἅλες, ἡ καινὴ καρυκεία, καὶ ποτὸν νηφάλιόν τε καὶ ἄφθονον, ὃ γεωργοῦσι πηγαὶ μηδὲν πονουμένοις.

Greg. epist. VII. pag. 771.

Orat. XX. pag. 357.

§. 6. Gregorius autem, qui primum asceticam vitam in paterna domo excoluerat, postea in eamdem solitudinem, ubi erat Basilius, uti idem Basilius in epistola ad Eustathium testimonium præbet, profectus est: *Percontare*, inquit Basilius ad Eustathium, *te ipse, quotiens me invisisti in secessu, seu solitaria mansione ad Iridem fluvium, cum mecum una adesset Religiosissimus Frater Gregorius, idem, ac ego, vitæ institutum sequens.* Ἐρώτησον σεαυτὸν· ποσάκις ἡμᾶς ἐπεσκέψω ἐπὶ τῆς μονῆς τῆς ἐπὶ τῷ Ἴριδι ποταμῷ, ὅτε δὲ συμ-

De secessu SS. Gregorii Nazianzeni, Jo. Chrysostomi, Augustini, aliorumque.

Basil. epist. 223. §. 5.

Greg. epist. VIII. §. 2.

συμπαρεῖν μοι ὁ θεοφιλέστατος ἀδελφὸς Γρηγόριος, τὸν αὐτόν μοι τοῦ βίου σκοπὸν διανύων. Posteaquam vero Constantinopolitanæ Ecclesiæ, e qua adeo inique pulsus est, Gregorius vale dixit, ac subinde impetravit, ut alter Episcopus Nazianzi Ecclesiæ præficeretur, ad asceticam vitam reversus, rus se contulit, ubi reliquum vitæ tempus in sanctis meditationibus, piisque operibus transegit; ideoque de eo Hieronymus scribit: *Ruri vitam Monachi exercuit*. Monachi vitam egit, non Monachus fuit, qualem hoc nomine nos intelligere solemus; erat enim Asceta, pluresque in eodem loco erant, qui idem vitæ genus sequebantur: qua de re fidem nobis facit, & ipse in suis carminibus, & Facundus Hermianensis, qui scribit: *Gregorium, relicta sua Civitate, cum Monachis ruri vixisse, ubi etiam defunctus est*. Monachos autem Scriptor iste Ascetas nominavit, quorum nomina promiscue accipi, & sæpius confundi, alibi adnotavi; quin imo apud Latinos Monachorum nomine frequenter vocatos fuisse Ascetas, quisque in veterum Scriptorum monumentis observare poterit, cum apud eos Monachorum, quàm Ascetarum nomen notius esset. Secessus autem Gregorii Nazianzeni qualis esset, ipse manifestum facit in carmine suo contra falsos Ascetas, seu solitariam vitam agentes, *μονάζοντας*, non autem Monachos, ut fert carminum latina inscriptio, nisi Monachorum nomine Ascetæ intelligantur, in quem sensum nomen illud in hoc eodem carmine Gregorius usurpat. Refert igitur habuisse hortum, fontem, & arborem opacam, quæ umbram præbebat.

Hier. de Script. Eccles.

In vit. Gregor. Nazianz., & in Carm 59. contra falsos Monachos pag. 138.

Ἡμεῖς δ' ἂν πηγὴν ἢ κήπιον, ἢ μικρὰν
αὔραν,
Ἢ σκιὴν ἐκ δένδρων, κτήματα ἐλαφρότατα,
Σχῶμεν· ἔπειτα τρυφὴν τόδε φάσκετε &c.

At fontes nobis si sint, hortique,
vel auræ,
Exiguæ, aut umbras arbor opaca ferat,
Delicias istud libet appellare &c.

Priusquam Romæ sacrarum Virginum Monasteria extruerentur, cum asceticum propositum Sancta Marcella cum Principia Virgine exequi vellet, rus secessit; ideoque ad Principiam scribit in epitaphio Marcellæ Hieronymus: *Suburbanus ager vobis pro Monasterio fuit, & rus electum pro solitudine*. Asceticæ disciplinæ per aliquod tempus in paterna domo operam præbuit Joannes Chrysostomus, & ne matrem viduam id orantem, ac deprecantem desereret, morabatur domi absconditus, hominum consortium, & aspectum fugiens, tempusque omne in lectione, & sacrarum Scripturarum meditatione insumebat. Magnus autem Augustinus, ejuratis Manichæorum erroribus, & sacro fonte renovatus, reversus in Africam, omnibus suis facultatibus in pauperes distributis, in agris, qui Thagasta prope aberant, per triennium in asceticæ vitæ stadio cum sociis se exercuit. In ejus enim vita his verbis testimonium hac de re perhibet Possidius: *Ac placuit ei perceptâ gratiâ cum aliis civibus, & amicis suis Deo pariter servientibus ad Africam, & propriam domum, agrosque remeare. Ad quos veniens, & in quibus constitutus ferme triennio, & a se jam alienatis curis sæcularibus, cum iis, qui eidem adhærebant, Deo vivebat, jejuniis, orationibus, bonisque operibus in lege Domini meditans die, ac nocte*.

Hier. ep. XVI.

Jo. Chrysostom. de Sacerd. lib. I. cap. II. & IV. Tom. IV

Lib. Confess. lib V. cap. XIII.

In vit. Aug. cap III.

§. 7. Avito genere nobilis, sed Christiana pietate nobilior Paulinus cum totum se Deo cum illustri conjuge Therasia, bonis omnibus in pauperes erogatis, dedicare decrevisset; ne virtutis studium negotiis sæcularibus perturbaretur, hominum oculos latere cupiens, secretum Nolæ quæsivit, ut ibi asceticum propositum obiret: *Paulinum*, inquit Sanctus Ambrosius in epistola ad Sabinum, *splendore generis in partibus Aquitaniæ nulli secundum, venditis facultatibus tam suis, quàm etiam conjugalibus, in hos se induisse cultus ad fidem comperi, ut ea in pauperes conferat, quæ redegit in pecuniam; & ipse pauper ex divite factus, tanquam deoneratus gravi sarcina, domui, patriæ, cognationi quoque valedicat, quò impensius Deo serviat: elegisse secretum affirmatur Nolanæ Urbis, ubi tumultum fugitans, ævum exigat, Matrona quoque virtuti, & stu-*

De B. Paulino, & quibusdam aliis, qui una cum uxoribus asceticam vitam amplexi sunt.

studio ejus proxime accedit, neque a proposito viri discrepat. Denique transcriptis in aliorum jura suis prædiis virum sequitur: & exiguo illic conjugis contenta cespite, solabitur se religionis, & charitatis divitiis. Soboles eis nulla, & ideo meritorum posteritas desiderata. Ad eumdem Paulinum, qui eum per literas rogaverat, ut sibi recte instituendæ asceticæ vitæ præcepta daret, rescribit Hieronymus: *Tu audita sententia Salvatoris: si vis perfectus esse, vade, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & veni sequere me: verba vertis in opera, & nudam crucem nudus sequens, expeditior & levior scandis scalam Jacob. Tunicam mutas cum animo: nec, pleno marsupio, gloriosas sordes appetis, sed puris manibus, & candido pectore pauperem te, & spiritu, & operibus gloriaris. Nihil est enim grande tristi, & lurida facie vel simulare, vel ostentare jejunia, possessionum redditibus abundare, & vile jactare palliolum.* Et post nonnulla alia: *Considerans*, inquit, *& propositum tuum & ardorem, quo sæculo renunciasti, differentias in locis arbitror, si urbibus, & frequentia urbium derelictâ, in agello habites, & Christum quæras in solitudine, & ores solus in monte cum Jesu, sanctorumque tantum locorum vicinitatibus perfruaris, idest & ut urbe careas, & propositum Monachi non amittas.* Et paulo inferius: *Obsecro itaque te, ut, quoniam sanctæ sororis tuæ ligatus es vinculo, & non penitus expedito pergis gradu, sive hic, sive ibi, multitudines hominum, & officia, & salutationes, & convivia, veluti quasdam catenas fugias voluptatum.* Et demum: *Sæcularium & maxime potentium consortium devita. Quid tibi necesse est ea videre crebrius, quorum contemptu Monachus esse cœpisti? Soror præcipue tua Matronarum declinet consortia.* Sororis enim nomine uxorem Paulini, quia cum ea continentiam Deo voverat, ut alibi notavi, nominat. Pammachius Generis claritate, & virtutis præstantia Paulino similis, Monasticam, seu Asceticam vitam, quam, viva adhuc Paulina uxore, inchoaverat, ea defuncta, primus, ut videtur, inter Romanos Patricios post redditam a Constantino Ecclesiæ pacem, professus est, ideoque eum vocat Hieronymus ἀρχιστράτηγον primarium ducem Mona- *Epist. XXVI. ad Pammach.*
chorum, seu Ascetarum. Vivente adhuc Paulina, xenodochium, conjunctis cum ea studiis, ac pecuniis in portu Romano extruxerat. *Hieron. ep. XXVI. ad Pammach.* Illuc autem magna hominum multitudo confluebat; scribit enim Hieronymus, & qui ad Romanum litus appellebant, & qui inde discessuri erant, illic refocillatos fuisse: *Adducunt maria, quos in gremio* *Epist. XXX. ad Ocean.*
suo terra suscipiat, mittit Roma properantes, quos navigaturos littus molle confoveat. Postquam autem Conjux Paulina hac mortali vita defuncta est, Pammachius totum se, suaque omnia Deo vovens, uxoris pietatis, ac bonorum hæres, suas, suæque uxoris opes in pauperes effudit, adeo ut, teste Hieronymo, fores, quæ prius salutantium turbas vomebant, tunc a miseris obsiderentur, ipse autem exemplo Patriarchæ Abraham hospitibus, ac pauperibus inserviebat. Siquidem idem Hieronymus, qui Bethlehem Monasterium, & diversorium propter extruxerat, ut de toto orbe confluentes Monachorum turbas exciperet, scribit: *Euge nostra* *Epist. XXVI. ad Pammach.*
initia transgrederis: statum summum tenes; de radice pervenis ad cacumen; primus inter Monachos, in prima urbe, primum sequeris Patriarcham: & paulo infra narrat: solitum fuisse Pammachium cellulas inopum introire, portare aquam, ligna concidere, focum extruere: Sicut Abraham non per servos, sed per se ipsum *pinguem vitulum portavit humeris de armento, stetit, ut servus, peregrinis prandentibus; & Saræ manibus coctos cibos jejunaturus apposuit.* His autem non dissimilia, quæ de duobus aliis nobilibus æque, ac Sanctis Conjugibus Severiano scilicet, ejusque uxore Bosphoria scripta sunt, quos memoriæ tradidit Palla- *Pallad. in Hist. Lausiaca p. 771.*
dius, omnes suorum prædiorum redditus in pauperes alendos insumere consuevisse, sperantes eorum precibus vitam æternam sibi, suisque filiis comparari posse. Cum autem maxima fames, ac rerum omnium penuria contigisset, in suis prædiis pauperum, atque egentium

tium commoditati frumenti horrea reseraſſe, raro autem hoc ſingulari charitatis, ac liberalitatis exemplo plurimos hæreticos ad Catholicæ Eccleſiæ gremium reduxiſſe. Addit præterea laudatus Scriptor de eorum veſtitu, atque habitatione: *Veſtis eorum habitus erat maxime venerandus, & parcus, eratque in eis magna, & quæ dici nequit victus tenuitas: erant valde modici ſumptus, alimentorum frugalitate contenti, quantam vita requirebat; pietatem in Deum mirandum in modum exercentes: in agris degentes plurimo tempore ſemper fugientes civitates, & vitia, quæ ex eis oriuntur, ne ex jucunda cum turbis converſatione tumultus civiles attraherent, & exciderent a Dei propoſito*. Heraclidas quidam, qui voluntatem ſuam vivendi in aſcetica exercitatione firmaverat, cum Cæſaream veniſſet, ut a Magno Baſilio in ea palæſtra inſtitueretur, noluit in ipſa urbe commorari, ſed ad proximum pauperum hoſpitium ſe contulit, ibique, ut ipſe Amphilochio ſignificavit, degebat. Lucinium Bæticum cum Theodora uxore, pacto inter ſe ſervandæ continentiæ inito, ad aſceticam vitam degendam, largis in pauperes eleemoſynis diſtributis, in ſolitaria loca ſe recepiſſe, innui videtur ex verbis B. Hieronymi, qui ita ad eum reſcribit: *Reliquiſti amaros fluctus, ſalſos gurgites, fiſſuras montium, & Leviathan regnantem in aquis, cum Jeſu deſerta expetens contempſiſti, ut poſſis illud propheticum canere: In terra deſerta, & in invio, & inaquoſo, ſic in ſancto apparui tibi. Et iterum: Ecce elongavi fugiens, & manſi in ſolitudine*. Melania, & Pinianus, ſervata inter ſe caſtitate, rebus, prædiiſque diſtractis, eorumque pretio in pauperes, ac egentes diſtributo, Roma diſceſſerunt, ac primum in Italia, deinde in Africa, demum in Palæſtina ad Loca Sancta peregrinati ſunt. Abraham vero, relicta uxore, quam cogentibus parentibus in matrimonium invitus duxerat, clam domo aufugiens, ſe anguſtiſſima cella abdidit, quam duobus ferme millibus paſſuum procul a domo ſua vacantem invenit. Ibi autem poſt aliquos dies orans a ſuis repertus eſt, quos rogavit, ne ſibi ulterius moleſtiam faceſſerent, ſed ſinerent Deo in aſceticæ vitæ propoſito, quod jam antea ſequi in votis habebat, deſervire: *Quo impetrato, aditum cellulæ ſuæ obſtruxit, & concludens ſemetipſum intrinſecus parviſſimum feneſtræ foramen reliquit, per quod alimenta die conſueta reciperet*. Duodecimo deinde anno exacto, contigit, ut parentes ejus ex hac vita decederent, eique opulentiſſimam relinquerent hæreditatem, quam, ut egentibus, ac pupillis diſtribueret, amico commiſit, ne hujuſmodi cura ab oratione animus avocaretur: *Hoc enim*, inquit Scriptor ejus vitæ, *bono viro maximum ſtudium erat, ut cor ejus nullis terrenis negotiis vinceretur, & idcirco ſuper terram nihil aliud poſſidebat, excepto uno ſago, unaque nihilominus tunica cilicina, qua utebatur; caucum quoque permodicum, in quo edere, ſeu bibere ſolitus erat, habebat; nec non & unum pſiathium, in quo cubitare conſueverat*. Multo ante B. Paulini, aliorumque, quos hactenus memini, ætatem, Ammon Ægyptius cum uxorem duxiſſet, ut aliorum voluntati obſequeretur, eam remotis arbitris exhortatus gravi ſermone, perſuaſit, ut unanimi conſenſu virginitatem ſervarent, & ſæculo vale dicerent: *Itaque, conventione facta, ad Montem, qui Nitriæ dicitur, ſe conferunt. Ibi in tugurio degentes ad modicum tempus commune habuerunt Aſceterium, ſine ulla virilis, ac muliebris ſexus diſcrimine, cum unum eſſent in Chriſto, ſicut ait Apoſtolus*. Καὶ ταύτας ἄμφω τὰς συνθήκας θέμενοι, ἐπὶ τὸ ὄρος τῆς καλουμένης Νιτρίας χωροῦσιν· ἐκεῖ τε βραχὺν χρόνον καλύβῃ διάγοντες, ἀσκητήριον εἶχον κοινὸν, οὐκ ἔχοντες διάκρισιν θηλείας τε καὶ ἄρρενος· ἀλλ' ὄντες ἓν κατὰ τὸν Ἀπόστολον ἐν Χριστῷ. Ita teſtatur Socrates *lib. IV. Hiſt. Eccl. cap. XXIII.* At vero Sozomenus non modico temporis ſpatio, ſed decem, & octo annis ſimul cum ſua uxore aſceticam vitam Ammonem duxiſſe, memoriæ tradidit his verbis: *Sed cum mulier ſermonem quidem de virginitate approbaret, verum ſejungi ab illo moleſte ferret, ipſe ſeorſum cubans octodecim annis cum ea manſit, ne ſic qui-*

Epiſt. CL. p. 239. int. Baſil.

Epiſt. XXVIII. XXIX.

Baron. in Annal. Eccl.

Ephrem Diaconus ap. Roſweid. vit. Patrum lib. I. pag. 144.

Sozom. lib. I. Hiſt. Eccl. cap. XIV.

quidem Monasticæ abstinentiæ leges negligens. Tanto temporis spatio cum virtutem viri mulier imitata esset, injustum esse censuit, ut tantus vir, sui causa occultaretur domi, satiusque esse, ut ambo separatim degentes philosophiæ incumberent. Ἀλλ᾽ ἐπειδὴ τοὺς περὶ παρθενίας λόγους ἐπῄνει ἡ γυνὴ, χωρισθῆναι δὲ αὐτοῦ χαλεπῶς ἔφερεν, ἰδίᾳ καθεύδων ἐπὶ δέκα, καὶ ὀκτὼ ἔτεσι συνῆν αὐτῇ, μὴ δὲ οὕτω Μοναχικῆς ἀσκήσεως ἀμελῶν· ἐν τοσούτῳ δὲ χρόνῳ ζηλώσασα τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἀρετὴν ἡ γυνὴ, ἐλογίσατο μὴ δίκαιον εἶναι, τηλικοῦτον ὄντα οἴκοι κρύπτεσθαι δι᾽ αὐτὴν, καὶ χρῆναι ἑκάτερον κεχωρισμένως οἰκοῦντα φιλοσοφεῖν. Fuit postea Ammon in illis partibus Monasteriorum fundator, atque Institutor, ac multos, atque illustres discipulos habuit. Cum in eremo Chalcidos aliquanto tempore Malchus inter Solitarios mansisset, diabolico astu circumventus, solandæ matris suæ desiderio, quam mortuo marito viduam remansisse acceperat, solitudine relictâ, in patriam reverti secum constituit; verum dum iter faceret, supervenientibus ex improviso Saracenis in captivitatem cum aliis pluribus abductus est. A Domino autem, qui latronibus illis imperabat, ovibus pascendis primum præpositus, deinde, ut ex eo prolem susciperet, coactus est uxorem ducere: Ipse verò, quia ab ineunte juventute, ne Virginitatis florem amitteret, domo a parentibus, qui ad nuptias adigebant, clam discesserat, ad nuptiarum nomen exhorruit. Sed feri, & implacabilis Domini voluntati, qui, evaginato gladio, mortem intentabat, cedendum fuit. Itaque accepta uxore, quod supererat consilium, castitatem in matrimonio cum ea servare paciscitur: postea occasione capta, se cum sua uxore per noctem celeri fuga subtraxit, & præsenti Dei ope, è manibus sævientis Domini, qui eum furibundus persequebatur, mirabiliter ereptus, tandem ad Romanorum terras pervenit: ibi Maroniæ, qui viculus erat Antiochia triginta fere millia passuum distans, cum sua uxore, puritate integerrime custoditâ, reliquum ætatis sanctissime egit. Nam Beatus Hieronymus in vita ejusdem Malchi, quam litteris consignavit, cum Maroniam venisset, dum adolescentulus morabatur in Syria: *Erat illic, inquit, quidam Senex nomine Malchus, quam nos latine Regem possumus dicere, Syrus natione, & lingua, & revera* αὐτόχθων: *anus quoque in ejus contubernio valde decrepita, & jam morti proxima videbatur: tam studiose ambo religiosi, & sic Ecclesiæ limen terentes, ut Zachariam, & Helisabet de Evangelio crederes, nisi quod Joannes in medio non erat. De his cum curiose ab accolis quærerem, quænam esset eorum copula, matrimonii, sanguinis, an spiritus; omnes voce consona, Sanctos, & Deo placitos, & mira nescio quæ respondebant.*

§. 8. Sed non unum erat, ut dixi, Ascetarum genus, alii quidem in solitaria loca proficiscebantur, alii in suburbanis agris delitescebant. Hujus generis, ac conditionis fuisse, omni procul dubio existimandum est, Ascetas illos, qui in hortis apud Treveros habitabant, in quorum casas cum forte fortuna incidissent duo viri nobiles, qui in Palatio Imperatoris militabant, & eorum unus, arrepto codice, quem ibi invenerat, cum vitam B. Antonii in eo descriptam legisset, amore statim incensus est talem vitam arripiendi, & re cum socio communicata, ambo concorditer, relicta militia sæculari, asceticam conversationem amplecti, ac in ea servire Deo decreverunt. Sed præstat hoc loco narrationem totam, quam Augustinus a Pontitiano cive suo, qui præsens aderat, audivit, quoniam egregia est, & asceticam Institutionem, de qua agitur, liquido demonstrat, ejusdem Sanctissimi Doctoris verbis, licet longiuscula festinanti videri poterint, legentium oculis subjicere: *Incidit*, inquit Augustinus loquens de Pontitiano, *ut diceret nescio quando se, & tres alios contubernales suos nimirum apud Treveros, cum Imperator pomeridiano Circensium spectaculo teneretur, exisse deambulatum in hortos muris contiguos, atque illic ut forte combinati spatiabantur, unum secum seorsum, & alios duos itidem seorsum pariterque digressos: sed illos vagabundos irruisse in quamdam casam, ubi habitabant quidam servi tui, spi-*

Varii, ac diversi erant secessus, quos eligebant Ascetæ.

August. Confess. lib. VIII. cap. XIII §. 15. pag. 150.

spiritu pauperes, qualium est Regnum Cælorum, & invenisse ibi codicem, in quo scripta erat vita Antonii. Quam legere cœpit unus eorum, & mirari, & accendi, & inter legendum meditari arripere talem vitam, & relicta militia sæculari, servire tibi: erant autem ex eis, quos dicunt agentes in rebus. Tunc subito repletus amore sancto, & sobrio pudore, iratus sibi conjecit oculos in amicum, & ait illi; dic, quæso te, omnibus istis laboribus nostris quò ambimus pervenire? quid quærimus? cujus rei causa militamus? major ne esse poterit spes nostra in Palatio, quàm ut amici Imperatoris simus? & ibi quid non fragile, plenumque periculis? & per quot pericula pervenitur ad grandius periculum? & quando istuc erit? amicus autem Dei si voluero, ecce nunc fio. Dixit hoc, & turbidus parturitione novæ vitæ, reddidit oculos paginis, & legebat, & mutabatur intus, ubi tu videbas, & exsuebatur mundo mens ejus, ut mox apparuit. Namque dum legit, & volvit, fluctus cordis sui, infremuit aliquando; & discrevit, decrevitque meliora, jamque tuus ait amico suo; ego jam abrupi me ab illa spe nostra, & Deo servire statui, & hoc ex hora hac in hoc loco aggredior. Te si piget imitari, noli adversari. Respondit ille, adhærere se socium tantæ mercedis, tantæque militiæ. Et ambo jam tui ædificabant turrim sumtu idoneo relinquendi omnia sua, & sequendi te. Tum Pontitianus, & qui cum eo per alias horti partes deambulabant, quærentes eos devenerunt in eumdem locum, & invenientes admonuerunt, ut redirent, quod declinasset dies. At illi, narrato placito, & proposito suo, quoquo modo in eis talis voluntas orta esset, atque firmata, petiverunt, ne sibi molesti essent, si adjungi recusarent. Isti autem nihilo mutati a pristinis, fleverunt se tamen, ut dicebat, atque illi piè congratulati sunt, & commendaverunt se orationibus eorum, & trahentes cor in terra, abierunt in Palatium, illi autem affigentes cor Cælo, manserunt in casa. Et ambo habebant sponsas; quæ posteaquam hoc audierunt, dicaverunt etiam ipsæ virginitatem tibi. Alii vero in urbibus ipsis, seu oppidis secretum quærebant, domi occulti, & ab hominum turba remoti, quoad sinebant officia charitatis, quibus eos perfungi oportebat. Tales erant Ascetæ omnes, qui, ut superius dixi, philosophi, seu actuosi πρακτικοὶ dicebantur, & de quibus ajebant Basilius, & Gregorius Nazianzenus, Orbis terrarum se cives fecisse, tum etiam qui inter Clericos ascripti populorum saluti per sacra mysteria, verbi prædicatione, & bonorum operum exemplis procurandæ inservire debebant. Silvanus autem Episcopus, dimissa Philippopolis Ecclesia, quia illud Cœlum ob nimium aeris algorem ejus corporis saluti noxium erat, in media Constantinopolitana Urbe philosophabatur, adeo autem paupertatis amans erat, ut sæpe sparteis calceis in publicum prodiret: *Silvanus*, scribit in sua historia Socrates, *Constantinopoli permansit, Monasticam disciplinam* (in Textu Græco τὸν ἀσκητικὸν βίον asceticam vitam) *sedulo excolens. Adeo verò a deliciis alienus erat, ut in Urbe frequentissima sæpenumero sparteis sandaliis calceatus prodiret in publicum.* Ἔμεινεν ὁ Σιλβανὸς ἐν τῇ Κωνσταντίνου πόλει, τὸν ἀσκητικὸν βίον ἄκρως μετερχόμενος· τοσοῦτον δὲ ἄτρυφος ἦν, ὡς τὰ πολλὰ ἐν τοσούτῳ πλήθει τῆς τηλικαύτης πόλεως, ἀπὸ χορτίνων σανδαλίων περιέρχεσθαι. Fuerunt etiam inter Ascetas nonnulli, qui in Ascetica disciplina cum per aliquod tempus in desertis locis se exercuissent, postea ut aliis, vel verbis, vel opere prodessent, prope urbem, vel in ipsa urbe asceticum, quod amplexi fuerant, propositum, excoluerunt. Id de quodam sene Elia in sua Ecclesiastica historia his verbis memoriæ mandavit Sozomenus: *Elias vero tunc quidem haud procul ab urbe Antinoo philosophabatur, annos natus decem circiter supra centum. Antea vero dicebat, se in desertis locis solitarium mansisse annis septuaginta. Ac licet adeo provecta esset ætate, nihilo tamen minus in jejuniis, & districta vivendi ratione perseveravit.* Ἠλίας δὲ τότε μὲν οὐ πόρρω τῆς Ἀντινόου πόλεως ἐφιλοσόφει, ἀμφὶ τὸν ἑκατὸν, καὶ δέκα ἄγων ἐνιαυτούς. Πρὸ τούτου δὲ ἔλεγεν ἐπὶ ἑβδομήκοντα ἔτεσι μό-

Basil. Epist. IX. pag. 91.
Greg. Naz. Orat. XXIII. pag. 411.
Socr. lib. VII. Hist. Eccl. cap. 37.
Sozom. lib. VI. cap. XXVIII.

νοις ἐν ἐρημίαις οἰκοῦσι· ἐπὶ τοσοῦτον δὲ γηραλέος γεγονὼς, διετέλεσε νηστεύων καὶ ἀνδρείως πολιτευόμενος. Alii verò soli, alii autem uno, vel pluribus in societatem adscitis, in suis asceteriis morabantur. In Galatia, & Cappadocia, quia illarum regionum Cœlum frigidum erat, vel quia adhuc huic solitario vivendi mori non assueverant, Ascetas per contubernia habitasse, tradit Sozomenus: *Galatas etiam, & Cappadoces, eorumque finitimos multis aliis Ecclesiasticis philosophis abundasse existimo; quippe qui jampridem Christianam Religionem studiose colerent. Eorum autem plerique per contubernia in urbibus, & pagis simul degebant. Neque enim superiorum traditioni adhuc assueverant, neque præ frigoris acerbitate, quæ illic ob naturam loci sæpissime solet evenire, fieri poterat, ut in solitudine morarentur.* Καὶ Γαλάτας δὲ καὶ Καππαδόκας, καὶ τοὺς τούτων ὁμόρους, συμβάλλω πολλοὺς μὲν καὶ ἄλλους ἐσχηκέναι τότε ἐκκλησιαστικοὺς φιλοσόφους, οἷά γε πάλαι τὸ δόγμα σπουδαίως πρεσβεύοντας· κατὰ συνοικίας δὲ ἐν πόλεσιν ἢ κώμαις οἱ πλείους ᾤκουν· οὔτε γὰρ παραδόσει τῶν προηγησαμένων εἰθίσθησαν· οὔτε ὑπὸ χαλεπότητος χειμῶνος· φύσει τοῦ τῆδε χώρου ἑκάστοτε συμβαίνοντος, δυνατὸν ἴσως, κατεφαίνετο ἐν ἐρημίαις διατρίβειν.

Soz. lib. VI. cap. XXXIV. pag. 269.

Heliodorus Monachus, seu potius Asceta, & deinde Episcopus cum Hieronymo per aliquod tempus in eremo commoratus, nescio qua de causa paulo post discessit; subinde illuc beatissimus Doctor adhuc juvenis, elegantissimis, ac eloquentissimis litteris scriptis, frustra revocare studuit: ex ipsis autem Hieronymi litteris compertum manifestumque fit, tunc temporis Heliodorum in propria domo cum matre, sorore, ac nepotibus, inter servos, & ancillas habitasse. Nepotianus autem Heliodori nepos, relicto Palatinæ militiæ cingulo, Asceticam vitam professus, manebat apud avunculum, qui jam Episcopus renunciatus fuerat. Ideoque ad eum scribit Hieronymus: *Scio quidem ab avunculo tuo Beato Heliodoro, qui nunc Pontifex Christi est, te & didicisse, quæ sancta sunt, & quotidie discere, normamque vitæ ejus exemplum habere virtutum.* Et quoniam Clericus postea factus ascetici instituti studium non deseruerat, sed labores, ac munia utriusque status obibat, propterea ita prosequitur: *Sed & nostra, qualiacumque sunt, suscipe, & libellum hunc libello illius copulato, ut cum ille te Monachum erudierit, hic Clericum doceat esse perfectum.* Similiter de Eleemone Asceta, quem, Sacerdotii dignitate humiliter repudiata, tradit Palladius in historia Lausiaca, apud Episcopum Civitatis virum sanctissimum manere consuevisse. Non autem otiosus ibi manebat, sed quantum in Christianis virtutibus se exerceret, ita idem Scriptor nobis exponit: *Est autem adeo benignus, & misericors, ut etiam Urbes circumeat, & misereatur eorum, qui indigent. Is non negligit custodiam, non Nosocomium, non ptochium, non divitem, non pauperem; sed fert opem omnibus: apud divites quidem, ut immites, & immisericordes, verba faciens de misericordia; unicuique autem ex indigentibus providens, quæ sunt necessaria, eos, qui pugnant, pacificans, nudis suppeditans indumenta, ægrotis medicamenta afferens ad curationem &c.* Sozomenus in sua Historia Ecclesiastica inter illustriores Ascetas recenset, Melanem Rinocoruræ Episcopum, Dionysium, & Solonem Melanis fratrem, qui post eum Rinocorurensem Ecclesiam administravit. *Ex iis vero*, inquit, *quos illic philosophatos esse accepi, præstantissimum fuisse comperi Melanem, qui tunc temporis Ecclesiam illius loci administrabat, & Dionysium, qui ad Borealem Urbis partem domicilium habuit; & Solonem Melanis fratrem, qui eidem in Episcopatu successit.* Ὧν δὲ ἐνθάδε φιλοσοφεῖν ἐπυθόμην ἀρίστους ἔγνων, τόν τε Μέλανα τὸν κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τὴν ἐκκλησίαν ἐπιτροπεύοντα· καὶ Διονύσιον, ὃς πρὸς Βορέαν τῆς πόλεως τὸ φροντιστήριον εἶχε· καὶ Σόλωνα τὸν Μέλανος ἀδελφὸν, καὶ τῆς ἐπισκοπῆς διάδοχον. Narrat deinde de Melane Episcopo, cum ad eum Arianorum satellites è sede sua Episcopali deturbandum profecti essent, reperisse obeuntem munia infimi ministerii, aptantem scilicet Ecclesiæ lucernas, & vili, ac ascetica veste indutum, non autem Sacerdotali habitu, adeo ut eum non agnoverint: *Ajunt eos*, sunt verba So-

Epist. I. Hieron.

Epist. II. & III. Hieron.

Hieron. Epist. IV.

Apud Rosweid. vit. PP. pag. 771.

Sozomeni, *qui ad Melanem exturbandum venerant, deprehendisse illum tanquam infimum Ministrum lucernas Ecclesiæ præparantem, supra pallium oleo sordidatum habentem zonam, & ellychnia importantem*. Λέγεται καταλαβεῖν Μέλανα τοὺς ἐπ' αὐτὸν ἐλθόντας, τοὺς λύχνους τῆς ἐκκλησίας παρασκευάζοντα, οἷά γε ὑπηρέτην ἔσχατον, ἐπίρρυπον τοῦ ἱματίῳ ὑπὸ τοῦ ἐλαίου τὴν ζώνην ἔχοντα, καὶ τὰς θρυαλλίδας ἐπιφερόμενον. Post nonnulla alia de eodem Melane Episcopo subjicit: *Omnes porro virtutes Monasticæ* (hoc est asceticæ) *disciplinæ sibi comparaverat, utpote ab ineunte ætate hoc philosophandi genus sectatus*. Πᾶσαν δὲ, οἷα γε ἐκ νέου φιλοσοφήσας, μοναχικὴν ἀρετὴν ἐξήσκητο. De Solone autem Melanis fratre, ejusque in eadem Episcopali Sede Successore.

Sozom. Hist. Eccles. lib. VI. cap. XXXI.

Solon vero, inquit, *ex Mercatore Monachus* (seu potius Asceta) *effectus, ipse quoque haud parum emolumenti inde percepit. Nam & fratris sui, & aliorum, qui illic philosophabantur, magisterio institutus, & in iis, quæ ad Dei cultum pertinent, studiosus fuit in primis, & erga proximum benignus*. Ὁ δὲ Σόλων ἀπὸ ἐμπόρου εἰς μοναχὸν μεταβαλὼν, οὐ δὲ αὐτὸς ὀλίγον ἀπώνατο τῆς ἐνθένδε ὠφελείας· ὑπὸ διδασκάλῳ γὰρ τῷ ἀδελφῷ, καὶ τοῖς τῇδε φιλοσοφοῦσιν ἐπιμελῶς παιδευθεὶς καὶ περὶ τὸ θεῖον ὅτι μάλιστα προθύμως ἐσπούδαζε, καὶ πρὸς τοὺς πέλας ἀγαθὸς ἐτύγχανεν. Rusticum natione Gallum professione Ascetam hortatur B. Hieronymus, ut Matrem religiosam fœminam multorum annorum viduam, quæ eum aluerat, ac erudiverat infantem, non deserat, & aliarum mulierum consortia non quærat. Gregorio Nazianzeno deliberanti, ut superius dixi, quodnam vitæ genus sequeretur, ut Deo placeret, an solitudinem Eliæ, & Joannis Baptistæ, an potius simplicem vitam filiorum Jonadab, placuit in paterna domo asceticæ disciplinæ animum adjicere. Ita scilicet semotus a civicis turbis, ut Divinarum rerum meditationi vacare posset, ita præsens senibus parentibus, ut suam opem, & auxilium minime desiderarent. Sic enim ipse Gregorius de vitæ suæ institutione inter alia superius relata cecinit:

Hier. Epist. IV. ad Rustic.

Μέσην τιν' ἦλθον ἀζύγων καὶ μιγάδων,
Τῶν μὲν τὸ συννοῦν, τῶν δὲ τὸ χρηστὸν φέρων.
Gradior solutos inter, atque migades,
Meditari ut hi, prodesse ut illi, cogitans.

Ad hæc autem Nanzianzeni carmina recte observatur in vita S. Basilii, quæ tomo tertio novæ editionis Operum ejusdem Sancti legitur: *Cum ex his, quæ præcedunt, & sequuntur, tum ex pluribus aliis Gregorii locis demonstratum nobis est*, ἀζύγους *illos, id est solutos, & jugi expertes, Anachoretas fuisse, sive homines contemplationi deditos, Migades vero, Ascetas in agendis rebus occupatos: nec Gregorium deliberasse, utrum Monasticam vitam; an sæculares tumultus amplecteretur, sed ex duobus Ascetarum generibus, quorum alii contemplationi, alii actioni totos se dabant, utrum sequeretur. Luce clarius est*, ἀζύγους, *& Migades duo fuisse instituta hominum Deo consecratorum*.

In vit. Basil. §. 4. cap. IV. Tom. III. Oper. S. Basil. ult. edit.

§. 9. Sæpe disputatum est, an expediret, ut Ascetæ in urbibus, & locis hominum multitudine frequentatis, an potius in solitariis degerent. Idcirco Hieronymus rogatus a Paulino, ut præcepta ascetici instituti ei traderet, ita rescribit: *Quia igitur fraterne interrogas, per quam viam incedere debeas, revelatâ tecum facie loquar. Si officium vis exercere Presbyteri, si Episcopatus te, vel opus, vel honor forte delectat, vive in urbibus, & castellis, & aliorum salutem fac lucrum animæ tuæ; sin autem cupis esse, quod diceris, Monachus, idest solus, quid facis in Urbibus, quæ utique non sunt solorum habitacula, sed multorum?* Quapropter consilium deinde ei præbet, ut potius in agro commoretur, atque ita fiet, ut fruens solitudine ascetæ vitæ propositum servet, sanctorumque locorum commodo, ac vicinitate omnino non careat: *Revera, ut simpliciter motus mentis meæ fatear, considerans & propositum tuum, & ardorem, quo sæculo renunciasti, differentias in locis arbitror, si urbibus, & frequentia urbium derelictâ, in agello habites, & Christum quæras in solitudine, & ores solus in monte cum Jesu, san-*

Utrum melius sit, Ascetam in civitate, an vero in solitudine habitare.

Epist. XIII.

sanctorumque tantum locorum vicinitatibus perfruaris, id est, & urbe careas, & propositum Monachi non amittas. Et quoniam plures ex Ascetis in Clericalem ordinem referebantur, ideo subjungit: *Quod loquor non de Episcopis, non de Presbyteris, non de Clericis loquor, quorum aliud officium est, sed de Monacho, & Monacho quondam apud sæculum Nobili, qui idcirco pretium possessionum suarum ad pedes Apostolorum posuit, docens, pecuniam esse calcandam, ut humiliter, & secreto victitans semper contemnat, quod semel contempsit*. Et in aliis litteris, quibus Rustico Monacho, hoc est Ascetæ vivendi formam præscribit: Epist. IV. *Filii Prophetarum*, inquit, *quos Monachos in veteri Testamento legimus, ædificabant sibi casulas propter fluenta Jordanis, & turbis Urbium derelictis, polenta, & herbis agrestibus victitabant. Quandiu in patria tua es, habeto cellulam pro Paradiso, varia scripturarum poma decerpe, his utere deliciis, harum fruere complexu*. At verò Heraclidas, qui, relicta populari vita, asceticam secutus fuerat, & Cæsaream profectus, prope Civitatem in domo pauperum, ut alibi dixi, habitabat, accusatus ab Amphilochio, quicum convenerat in solitudine vitam agere, promissis non stetisse, respondet ipse, vel alius scriptor ejus nomine: suburbanum domicilium solitudini prætulisse, quia duce, ac magistro opus habebat, cujus doctrina in via Domini instrueretur, quo subsidio frui non posset in solitudine, neque iis remediis, quibus animi sui morbos curaret: *Indigere me*, inquit, *perspicio; primum quidem fræno adversus juventutem, deinde stimulis ad pietatis cursum: rursus indigeo remediis aliis, ut sordes ex consuetudine contractas eluam . . . . . vincimur autem & honore, nec facile nobis ipsis magni aliquid sentire desinimus; adversus hæc magno mihi opus esse, & perito arbitror magistro*. Χρήζειν γὰρ ἐμαυτὸν λογίζομαι, πρῶτον μὲν, χαλινοῦ πρὸς τὴν νεότητα· ἔπειτα κέντρων πρὸς τὸν δρόμον τῆς εὐσεβείας· πάλιν μοι χρεία φαρμάκων ἑτέρων, ὥστε τὸν ἐκ τῆς συνηθείας ἀποπλύνασθαι ῥύπον . . . . . Ἡττήμεθα δὲ τιμῆς· καὶ τὸ ἐφ' ἑαυτοῖς τι φρονεῖν οὐ ῥαδίως ἀποτιθέμεθα· πρὸς ταῦτα μεγάλου μοι δεῖν καὶ ἐμπείρου λογίζομαι διδασκάλου. Et in fine ejusdem epistolæ, & præceptore, quem præstantissimum nactus fuerat, nempe Magno Basilio, tum etiam aliorum hominum virtutum, ac recte factorum exemplis, quibus ædificari, ac instrui posset, haud facile carere posse affirmans, ita epistolam suam claudit: *Mihi autem in optatis est tecum aliquando illum adire, ut & memoria accurate dicta retinens, tua etiam ipsius prudentia, quæ defuerint, invenias*. Epist. CL. inter epist. Basil. *Illud enim memini ex multis, quæ audivi, doctrinam illam quomodo Christianum vivere oporteat, non tantum indigere sermone, quantum exemplo quotidiano. Scio autem, nisi te detineret vinculum fovendæ patris senectutis, nec te quidquam aliud antepositurum Episcopi colloquio, nec mihi auctorem futurum, ut, eo relicto, in desertis locis vager. Speluncæ enim, & saxa expectant nos, sed hominum subsidia nobis non semper adsunt*. Ηὐχόμην δὲ μετὰ σοῦ ποτε καταλαβεῖν αὐτὸν, ἵνα καὶ τῇ μνήμῃ ἀκριβῶς φυλάξας τὰ λεχθέντα, καὶ τῇ σεαυτοῦ συνέσει προσεξεύρῃς τὰ λείποντα· ἐκεῖνο γὰρ μέμνημαι ἐκ τῶν πολλῶν ὧν ἤκουσα, ὅτι ἡ περὶ τοῦ πῶς χρὴ ζῆν τὸν Χριστιανὸν διδασκαλία, οὐ τοσοῦτον δεῖται λόγου, ὅσον τοῦ καθημερινοῦ ὑποδείγματος· καὶ οἶδα, ὅτι εἰ μή σε κατεῖχεν ὁ δεσμὸς τῆς γηροκομίας τοῦ πατρὸς, οὐκ ἂν οὔτε αὐτὸς ἄλλό τι προετίμησας τῆς συντυχίας τοῦ ἐπισκόπου, οὔτ' ἂν ἐμοὶ συνεβούλευσας καταλιπόντι τοῦτον εἰς ἐρημίας πλανᾶσθαι· τὰ μὲν γὰρ σπήλαια, καὶ αἱ πέτραι ἀναμένουσιν ἡμᾶς, αἱ δὲ παρὰ τῶν ἀνδρῶν ὠφέλειαι οὐκ ἀεὶ ἡμῖν παραμένουσιν. Verum sive in agro, sive in eremo, sive ruri, sive in urbe Asceta habitare vellet, illuc certum ac indubitatum apud Hieronymum fuisse videtur, Ascetam, si ad Evangelicam perfectionem pertingere vellet, patriam suam deserere oportere; in litteris enim ad Heliodorum, facta quadam supputatione malorum, quæ ex commoratione in patria oriri solent, ita concludit: *Ex hac supputatione illa summa nascitur, Monachum perfectum in patria sua esse non posse. Perfectum autem esse nolle, delinquere est. Sed de hoc gradu pulsus provocabis ad Clericos, an de his aliquid audeam dicere, qui certe in suis urbibus commoran-* Epist. I. ad Heliod.

ran-

rantur? Absit, ut de his quidquam sinistrum loquar, qui Apostolico gradui succedentes, Christi corpus sacro ore conficiunt &c.

Quare Ascetæ adeo studiose solitudinem quærebant.

§. 10. Cur autem solitudinem, quoad vitæ, seu charitatis officia ferebant, Ascetæ maxime adamarent, eloquenter æque ac sapienter rationem ita reddit Magnus Basilius, cujus verba, licet longiora sint, haud ingrata tamen fore Lectori existimo: *Quemadmodum enim oculus continenter circumactus, & nunc quidem in obliqua deflexus, nunc vero sursum, ac deorsum frequenter contortus, clare, ac perspicue rem objectam cernere non potest; sed aciem in rem visam defigi oportet, si modo perspicua futura est visio: ita & humana mens sexcentis mundi curis distracta, veritatem clare conspicere non potest. Sed eum quidem, qui nondum nuptiarum vinculis constrictus est, rabidæ cupiditates, ac impetus non facile superabiles, & amores perditissimi conturbant: Conjugio autem illigatum alius curarum tumultus excipit, in orbitate desiderium prolis, susceptis liberis, de his educandis sollicitudo: uxoris custodia, domus cura, servorum gubernatio, accepta contractis in rebus damna, contentiones cum vicinis, forenses concertationes, negotiationis alea, agriculturæ labores. Unaquæque dies oritur suam ferens animi caliginem; quin & noctes diurnas curas excipientes iisdem rerum speciebus mentem fallunt. Horum autem una vitatio est, secessus a toto mundo. Verum secessus a mundo non est corpore extra ipsum esse, sed animam ab affectionum cum corpore consensione avellere, ac sine civitate esse, sine domo, sine propriis rebus, sine amicorum societate, sine possessionibus, sine rebus ad victum necessariis, sine negotiis, nullas res contrahentem, humanarum disciplinarum expertem, paratum ad suscipiendas corde informationes, quæ ex doctrina Divina ducuntur.*

Basil Epist. II.

CAPUT VII.

De Ascetarum continentiæ proposito, seu Castitatis voto.

SEcreto solitudinis, & voluntariæ paupertati adjungebant Ascetæ votum, seu propositum, ut illud vocant Dionysius Exiguus, & Isidorus Mercator, continentiæ, præcipue a sensuum illecebris, & omni carnali concubitu. Eos autem non conceptis, ac solemnibus verbis, reor, ut plurimum, continentiam Deo vovisse, sed re, ac facto ipso, mutatione scilicet vestis, & asceticæ vitæ professione. Et quemadmodum qui sacris Ordinibus initiantur, in ipsius Ordinis susceptione ad continentiam servandam voto, seu lege Ecclesiastica, ut Theologi docent, adstringuntur, ita Ascetæ, simul atque asceticam vitam mutatione vestis professi fuerant, se ad Castitatem custodiendam tacite obstrinxisse, existimo. Quod etiam adstrui, & confirmari potest ex eo, quod apud Monachos, qui Ascetis successerunt, primis Ecclesiæ sæculis servabatur, qui, etiam nulla Castitatis servandæ sponsione emissa, nullaque solemni, ac legitima voti formula pronunciata, tamen ad continentiam præstandam tacito ex Monastici status professione Castitatis voto, ut aliqui putant, constringebantur. Profecto Ascetas Monachorum, ut ita dicam, præcursores, & antiquos Solitarios, seu Anachoretas, Monachos etiam vocatos, nullis expressis verbis, sed tacite, & facto ipso continentiam profiteri consuevisse, ex locupletissimo Magni Basilii testimonio, compertum nobis, certumque fieri videtur. Is enim in Epistola Canonica ad Amphilochium, postquam egit de Virginibus, quæ castitatem professæ, postea lapsæ, virginalem pudicitiam contaminaverant, & irritam promissionem suam fecerant, talia deinceps de viris subjicit: *Virorum*, inquit, *professiones non novimus, præterquam si qui se ipsi vitam solitariam agentium ordini adscripserint; qui quidem tacite vitam cælibem videantur suscepisse.* Ἀνδρῶν δὲ ὁμολογίας οὐκ ἔγνωμεν, πλὴν εἰ μή

Ascetæ Castitatis servandæ voto se obstringebant.

Dionys. & Isid. in vers. lat. Conc. Gangren.

Thomass. de Benef. seu Eccl. Discipl., aliique.

Basil. Epist. CIC. Can. XIX.

εἰ μή τινες ἑαυτοὺς τῷ τάγματι τῶν μοναζόντων ἐγκατηρίθμησαν· οἱ καὶ τὸ σιωπώμενον δοκοῦσι παραδεδέχθαι τὴν ἀγαμίαν. Ubi μοναζόντων, solitarie viventium, quorum cœtum, seu corpus ordinem vocat, nomine significat Ascetas, & Solitarios seu Anachoretas, non autem Monachos Cœnobitas, qualesque insequens ætas toto ferme orbe propagatos vidit, qui tum rari, vel nulli in partibus illis erant, ideo non istos, sed illos omni procul dubio Smus Doctor verbis suis indicavit.

Id confirmatur ex nominibus, quibus vocari solebant Ascetæ, ex Can Apostol., ex Concil. Gangr., & exemplo Therapeutarum.

§. 2. Porro quod Ascetæ abstinentiam profiterentur, non solum a carnibus, aliisque cibis, & a sæculi voluptatibus, mundanisque deliciis, sed a legitimis quoque nuptiis, nomen ipsum declarat. Nam in antiquo Glossario Latino-Græco pro nominibus synonimis habentur Asceta, & innuptus; ibi enim legitur: Cælibes Ἄγαμοι ἀσκηταὶ, innupti Ascetæ, & veteres Latini Scriptores, ubi apud Græcos ἀσκηταὶ nominantur, reddunt latinè *continentes*. Et quidem superiori capite, ubi actum est de variis Ascetarum nominibus, ostensum est, non solum eos ἀσκητὰς, μοναδικοὺς, μονάζοντας, ἐρημικοὺς, sed ἀγάμους quoque nominari consuevisse, tum etiam Nazaræos, quia cælibatus servandi, atque ab aliis hujus sæculi voluptatibus abstinendi voto, perinde ac veteris testamenti Nazaræi legum Nazaræatus implendarum promissione tenebantur. Hinc autem est, quod Socrates in sua Ecclesiastica Historia, cum asseruisset, S. Paphnutium, non modo nullam uxorem duxisse, sed insuper se castum, atque immaculatum ab omni muliebri contactu servasse, ut id posteritati suaderet, probaretque, hanc rationem affert, quia scilicet a puero inter Ascetas educatus fuerat. Verba Socratis talia sunt: *Ipse* (hoc est Paphnutius) *non modo conjugii, sed muliebris congressus penitus expers; quippe qui a puero in asceterio educatus fuisset, & ob singularem castimoniam ab omnibus celebratus*: Ἐκ παιδὸς γὰρ ἐν ἀσκητηρίῳ ἀνετέθραπτο. Insuper id etiam ostenditur ex Canone Apostolico inter Græcos Canones XLIII. aliis LI., quo pœna depositionis decernitur contra Clericos abstinentes a nuptiis, carnibus, aliisque cibis, non propter exercitationem οὐ διὰ ἄσκησιν ascesin, sed propter abominationem. Melius quoque, ac manifestius ex Concilio Gangrensi, in quo contra falsos Ascetas Eustathii discipulos Can. IX. juxta Dionysii versionem statuitur: *Quicumque virginitatem custodiens, aut continentiæ studens, velut horrescens nuptias temerat, nec propter hoc, quod bonum, & & sanctum est, nomen virginitatis assumit, anathema sit*. Et Can. X. *Si quis ex his, qui virginitatem propter Dominum servant, extollitur adversum Conjugatos, anathema sit*: Εἴτις παρθενεύοι, ἢ ἐγκρατεύοιτο, ὡς ἂν βδελύττων, τὸν γάμον ἀναχωρήσας, καὶ μὴ δι' αὐτὸ τὸ καλὸν, καὶ ἅγιον τῆς παρθενίας, ἀνάθεμα ἔστω. Et in fine Concilii Patres mentem suam de custodia castitatis in hunc sensum declarant. *Nos autem & virginitatem cum humilitate admiramur, & continentiam, quæ cum gravitate, & pietate suscipitur, approbamus, & renunciationem sæcularium negotiorum cum humilitate recipimus*. Ἡμεῖς τοιγαροῦν καὶ παρθενίαν μετὰ ταπεινοφροσύνης θαυμάζομεν, καὶ ἐγκράτειαν μετὰ σεμνότητος, καὶ θεοσεβείας γινομένην ἀποδεχόμεθα, καὶ ἀναχώρησιν τῶν ἐγκοσμίων πραγμάτων μετὰ ταπεινοφροσύνης ἀποδεχόμεθα. Præterea de Therapeutis, in quibus Ascetarum mores, teste Eusebio, nobis delineati sunt, refert Philo Hebræus, adeo continentiam excoluisse, ut in eorum secessu, tametsi una cum viris etiam fœminæ eodem asceticæ vitæ studio ductæ habitarent, ipsæ tamen in virginitate solius sapientiæ amore incensæ consenescerent. *Ait igitur Philo*, sunt verba Eusebii Cæsariensis, *cum his viris, de quibus jam diximus, versari etiam fæminas quasdam, quarum plurimæ ad extremam usque senectutem virgines manent. Quæ quidem non coactæ necessitate, ut pleræque apud Græcos Sacerdotes, sed sua sponte castitatem corporis, custodierunt, illectæ amore, ac desiderio sapientiæ, in cujus complexu, ac contubernio, dum vitam omnem traducere cupiunt, sprevere corporis voluptates*. Φησὶ γὰρ τοῖς περὶ ὧν ὁ λόγος, καὶ γυναῖκας συνεῖναι· ὧν αἱ πλεῖσται γηραλέαι τυγχάνουσι παρθένοι, τὴν ἁγνείαν οὐκ

Euseb. lib. II. Hist. Eccles. cap. XVII. pag. 69.

οὐκ ἀνάγκῃ, καθάπερ ἔνιαι τῶν παρ' Ἕλλησιν ἱερειῶν, φυλάξασαι μᾶλλον, ἢ καθ' ἑκούσιον γνώμην, διὰ ζῆλον καὶ πόθον σοφίας· ᾗ συμβιοῦν σπουδάσασαι, τῶν περὶ τὸ σῶμα ἡδονῶν ἠλόγησαν. Convenit cum eloquentissimo Philone Flavius Josephus, tum etiam Ethnici Scriptores in laudanda Essenorum castitate, qui sive iidem, ac Therapeutæ, sive ab illis diversi fuerint, eos certe Christianos fuisse, vel Christianam fidem amplexos esse, putat Emus Baronius; & insuper scribit Philastrius, Monachorum vitam ipsos exercuisse, Ascetarum potius dixerim, cum ea tempestate Monasticus Ordo, qualem posterior ætas novit, & nos hoc nomine intelligimus, non adhuc institutus esset. De his igitur tradit laudatus Josephus: *Isti a voluptatibus tanquam a scelere abhorrent, continentiam verò servare, & cupiditatibus non succumbere pro virtute maxima ducunt. Et ipsis quidem despectui habentur nuptiæ, alienos verò liberos, dum ad capessendas disciplinas molles adhuc sunt, suscipientes, pro cognatis suis reputant, suisque moribus informant; non tamen matrimonium, & legitimam ex eo successionem tollentes, sed sibimet a procaci mulierum petulantia caventes, nullamque earum uni viro fidem servare posse persuasum habentes.* Οὗτοι τὰς μὲν ἡδονὰς ὡς κακίαν ἀποστρέφονται, τὴν δὲ ἐγκράτειαν, καὶ τὸ μὴ τοῖς πάθεσιν ὑποπίπτειν, ἀρετὴν ὑπολαμβάνουσι· καὶ γάμου μὲν ὑπεροψία παρ' αὐτοῖς, τοὺς δ' ἀλλοτρίους παῖδας ἐκλαμβάνοντες, ἁπαλοὺς ἔτι πρὸς τὰ μαθήματα, συγγενεῖς ἡγοῦνται, καὶ τοῖς ἤθεσι τοῖς ἑαυτῶν ἐντυποῦσι· τὸν μὲν γάμον, καὶ τὴν ἐξ αὐτοῦ διαδοχὴν, οὐκ ἀναιροῦντες, τὰς δὲ τῶν γυναικῶν ἀσελγείας φυλαττόμενοι, καὶ μηδεμίαν τηρεῖν πεπεισμένοι τὴν πρὸς ἕνα πίστιν. Consonant Hebræo Historico Ethnici Scriptores Plinius, & Solinus, quorum primus: *Ab Occidente*, inquit, *littora Esseni fugitant, usquequa nocent, gens sola, & in toto Orbe præter cæteras mira, sine ulla fœmina, omni venere abdicata, sine pecunia, socia palmarum.* Alter verò: *Interiora Judææ*, ait, *quæ Occidente continentur, Esseni tenent, qui præditi memorabili disciplina recesserunt a ritu gentium universarum, majestatis, ut reor, providentia ad hunc morem destinati. Nullæ ibi fœminæ, venere se penitus abdicarunt, pecuniam nesciunt, palmis victitant, nemo ibi nascitur, nec tamen deficit hominum multitudo, locus ipse addictus pudicitiæ est.*

Baron. in Annal. Eccl. ad an. LXIV. num. 9.
Philastr. de hæres. num. 9.
Joseph. de Bell. Judaic. lib. II. cap. VIII. & Antiquit. Judaic. lib. XVIII. cap. I. § 5.
Plin. Hist. natur. lib. V. cap. XVII.
Jul. Solin. Polyhist. cap. XXXVI.

§. 3. Magnus Asceta, & nobilitate, & doctrina, & eloquentia vir præstantissimus, B. Nilus, qui Constantinopolitanæ Urbis patriæ suæ Præfectus *potentia, & opibus affluens asceticam illis prætulit vitam.* πλούτῳ δὲ βαθεῖ, καὶ δυναστείᾳ περιῤῥεόμενος ἀσκητικὴν ἀντηλλάττετο ἀγαγωγήν. Is, inquam, qui asceticæ conversationis, quam philosophiam vocat, a Gentilibus Philosophis, a quibus informis quædam ejus imago adumbrata leviter, non veritas expressa est, rudia prima initia repetenda esse, ut ego superius indicavi, existimat: *Philosophiam*, ait, *multi Gentilium professi sunt, & ex Judæis non pauci; soli autem Christi discipuli veram sectati sunt philosophiam: Quia & soli magistram habuere sapientiam, quæ convenientem huic instituto vivendi rationem opere demonstravit. Etenim priores illi, velut in scena fabulam agentes aliena se persona exornarunt, vacuum nomen induentes vera philosophia orbatum. In pallio, atque barba, & baculo philosophos sese ostentantes, curantes corpus, & cupiditatibus tanquam dominabus famulantes, ventris extitere servi, & comites ventris voluptates, velut opus naturæ admiserunt.* Φιλοσοφεῖν ἐπετήδευσαν μὲν καὶ ἑλλήνων πολλοὶ, καὶ Ἰουδαίων δὲ οὐκ ὀλίγοι· μόνοι δὲ τὴν ἀληθῆ φιλοσοφίαν ἐζήλωσαν οἱ τοῦ Χριστοῦ μαθηταὶ, ἐπεὶ καὶ μόνοι τὴν σοφίαν αὐτὴν ἔσχον διδάσκαλον, ἔργῳ ἐπιδεικνύουσαν τὴν πρέπουσαν τῷ τοιούτῳ ἐπιτηδεύματι ἀγωγήν. Οἱ μὲν γὰρ πρότεροι, καθάπερ ἐν σκηνῇ δρᾶμα ὑποκρινάμενοι, ἀλλοτρίῳ ἑαυτοὺς κατεκόσμησαν προσωπείῳ, ὄνομα κενὸν ὑποδύντες, φιλοσοφίας ἀληθοῦς ἐστερημένοι. Ἐν τῷ τρίβωνι, καὶ τῇ ὑπήνῃ, καὶ τῇ βακτηρίᾳ, τὸ φιλοσοφεῖν ἐπιδεικνύμενοι, περιέποντες δὲ τὸ σῶμα, καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις ὡς δεσποίναις ὑπηρετούμενοι, γαστρὸς ὄντες δοῦλοι, καὶ τὰς ὑπογαστρίους ἡδονὰς ὡς φύσεως ἔργον ἀποδεχόμενοι. Prosequitur post hæc, & latius philosophorum vitia,

Ascetarum Christianorum æmulatione, etiam Gentiles Philosophi castitatem profitebantur, sed valde diversa utrorumque castitas.
Niceph Callist. Hist. Eccles lib. XIX. cap. LIV.
Nil. Tract. de Monast. exercit. cap. I. pag. 1.

tia, inanem jactantiam, & superbum tumorem exponit; quapropter ethnicum philosophum Sanctus Doctor Hieronymus merito vocavit: *Gloriæ animal, & popularis auræ, atque rumorum venale mancipium*. Sapientibus autem hujus mundi adjungit Nilus recentiores Hebræos, qui post Christum natum in virtutum stadio excellenter se exercere profitebantur, sed quantum a veterum suorum Patrum optimis institutis, & a recta virtutis via declinarint, his verbis declarat: *Judæorum autem quotquot hoc vivendi genus amplexi, posteri Jonadab hi sunt, omnesque sic vivere volentes excipiendo ad suum traducunt institutum, in Tabernaculis habitant semper, vino, & omni delicatiori cibo abstinentes, victu tenui utuntur, eumque necessitate corporis metiuntur, valde vero student moribus componendis, & ut plurimum contemplationi vacant, unde Jessæi etiam dicuntur, nomine demonstrante, ipsos eruditos esse, & penitus omnes vitæ suæ actiones ad scopum philosophiæ dirigunt, nec unquam illæ ipsorum professioni repugnant. Cæterum quis fructus certaminum ipsis, & laboriosæ pugnæ hisce, qui Christum certaminum præsidem sustulerunt? & istis similiter merces laborum perit; qui negant distributorem præmiorum, & a vera vita, ideoque a philosophia exerrant. Est quippe philosophia morum emendatio, cum laude veræ cognitionis illius, qui est. Ab illa verò utrique aberrarunt, qua Judæi, quà Gentiles, qui sapientiam, quæ è Cælo descenderat, repudiarunt, & sine Christo philosophari conati sunt, qui solus opere, ac sermone veram philosophiam demonstravit*. Ἰουδαίων δὲ ὅσοι τοῦτον ἐτίμησαν τὸν βίον, εἰσὶ μὲν τοῦ Ἰωναδὰβ ἀπόγονοι, πάντας δὲ σὺν αὐτοῖς βιοῦν ἐθέλοντας προσιέμενοι, εἰς τὴν αὐτὴν εἰσάγουσι πολιτείαν, ἐν σκηναῖς κατοικοῦντες διαπαντὸς, οἴνου τε, καὶ πάντων τῶν πρὸς τὸ ἁβροδίαιτον ἀπεχόμενοι, καὶ δίαιταν ἔχοντας εὐτελῆ, καὶ τῇ χρείᾳ συμμεμετρημένην τοῦ σώματος· σφόδρα μὲν οὖν ἐπιμελοῦνται τῆς ἠθικῆς ἕξεως, θεωρίᾳ δὲ τὰ πολλὰ παραμένουσι, ὅθεν καὶ Ἰεσσαῖοι καλοῦνται· αὐτοὺς λογίους δηλοῦντος τοῦ ὀνόματος, καὶ ἁπλῶς ἐστὶν αὐτοῖς πάντοθεν κατορθωμένος ὁ τῆς φιλοσοφίας σκοπὸς, οὐδαμοῦ τῶν πραγμάτων διαμαχομένων τῷ ἐπαγγέλματι· ἀλλὰ τί τῶν ἀγώνων ὄφελος αὐτοῖς καὶ τῆς ἐπιπόνου ἀθλήσεως τὸν ἀγωνοθέτην ἀνῃρηκόσι Χριστὸν; καὶ τούτοις γὰρ ὁμοίως ὁ τῶν πόνων οἴχεται μισθὸς, ἀρνησαμένοις τὸν τῶν ἐπάθλων διανομέα, καὶ τῆς ἀληθοῦς ζωῆς, καὶ διὰ τοῦτο τῆς φιλοσοφίας ἀποσφαλεῖσι. Φιλοσοφία γάρ ἐστιν ἠθῶν κατόρθωσις μετὰ δόξης τῆς περὶ τοῦ ὄντος γνώσεως ἀληθοῦς· ταύτης δὲ ἀπεσφάλησαν ἄμφω καὶ Ἰουδαῖοι, καὶ Ἕλληνες, τὴν ἀπ᾽ οὐρανοῦ παραγενομένην σοφίαν παραιτησάμενοι, καὶ χωρὶς Χριστοῦ φιλοσοφεῖν ἐπιχειρήσαντες, τοῦ μόνου παραδείξαντος ἔργῳ, καὶ λόγῳ τὴν ἀληθῆ φιλοσοφίαν. Quare subinde affirmat, solos superesse Christianos, qui Divino magisterio edocti, & exemplo, ac doctrina Christi Domini Salvatoris Nostri instructi veram, non simulatam philosophiam, & asceticum, ac cæleste vivendi genus in se exhibuerunt. Propterea institutam orationem prosequens, ita primum de Christo Domino, ejusque Apostolis, ac Discipulis loquitur: *Ipse namque* (hoc est Christus Dominus) *vita sua primus hujus viam aperuit, exhibens puram conversationem, & animam semper efferens superiorem passionibus corporis, ad extremum verò, & ipsam despiciens, quando salus hominum ab ipso dispensata mortem exposcebat, docens hoc ipso debere eum, qui recte ad philosophandum exsursum se accingit, omnes vitæ suavitates repudiare, laboribus verò incumbere, atque passionibus validè dominari, corpus contemnendo, neque animam pretiosam habere, sed & ipsam libenter profundere, ubi virtutis approbandæ causa deponenda est. Atque hanc vivendi rationem suscipientes imitati sunt Sancti Apostoli, qui simul atque vocati sunt, vitæ valedicentes, despicientes verò patriam, & genus, & opes statim ad laboriosam, & duram vivendi rationem transierunt, omnino sectantes aspera, attriti, vexati, exagitati, denudati, ipsarum rerum necessariarum indigi. Demum autem mortem constanter subierunt, magistrum egregie in omnibus imitati, & ita vivendo imaginem præclarissimæ conversationis reliquerunt*. Οὕτω γὰρ πρῶτος ἔτεμε τῷ βίῳ τὴν ταύ-

Epist. XXVI. ad Pammach.

Id. cap. III. p. 2.

Id. cap. IV. p. 3.

της

της ὁδὸν, πολιτείας ἐπιδειξάμενος καθαρὰν· καὶ ἀνωτέραν ἀεὶ φέρων τὴν ψυχὴν τῶν τοῦ σώματος παθῶν, ἔσχατον δὲ καὶ ταύτης καταφρονήσας, ὅτε ἡ παρ' αὐτοῦ οἰκονομουμένη σωτηρία τῶν ἀνθρώπων ἀπῄτει τὸν θάνατον, διδάσκων διὰ τούτων, ὅτι δεῖ τὸν φιλοσοφεῖν ὀρθῶς ἄνωθεν προαιρούμενον, ἀρνεῖσθαι μὲν πάντα τὰ τοῦ βίου ἡδέα· πονεῖν δὲ, καὶ παθῶν εὖ μάλα ἐπικρατεῖν καταφρονοῦντα τοῦ σώματος· ἔχειν δὲ μηδὲ τὴν ψυχὴν τιμίαν· ἀλλὰ καὶ ταύτην ἑτοίμως προΐεσθαι, ὅταν δὴ ἀρετῆς ἐπίδειξιν ταύτην ἀποθέσθαι δέοι· καὶ ταύτην παραλαβόντες ἐμιμήσαντο τὴν διαγωγὴν, οἱ ἅγιοι Ἀπόστολοι, ἅμα τῷ κληθῆναι, ἀποταξάμενοι μὲν τῷ βίῳ, ὑπεριδόντες δὲ πατρίδα, καὶ γένος, καὶ ὕπαρξιν, καὶ πρὸς τὸν σκληρὸν, καὶ ἐπίπονον εὐθὺς μετετάξαντο βίον, διὰ πάντων χωρήσαντες τῶν δυσχερῶν, θλιβόμενοι, κακουχούμενοι, ἐλαυνόμενοι, γυμνιτεύοντες, αὐτῶν τῶν ἀναγκαίων ἐνδεεῖς ὄντες· ὕστερον δὲ καὶ θανάτου κατετόλμησαν. Καλῶς διὰ πάντων τὸν διδάσκαλον μιμησάμενοι· καὶ τῷ βίῳ καταλιπόντες πολιτείας ἀρίστης εἰκόνα. Deinde verba faciens de Christianis, qui post Apostolica tempora deinceps successerunt, hæc alia subjicit: *Sed posteaquam Christiani omnes, qui vitam suam ad hoc exemplum delineare debebant, aut noluerunt, aut elanguerunt: quidam autem pauci potuerunt mundanas turbas superare, & fugere illam, quæ in urbibus est, fluctuationem; atque ita a tumultibus exempti solitariam amplecti vitam; hi soli vita sua expresserunt Apostolicæ virtutis simulacrum, præferentes possessionibus possessionum abdicationem, ne distraherentur; cibis verò exquisitè conditis præponentes victum tumultuarium ad passionum rebelles motus cohibendos, obvioque alimento necessitatem corporis explentes; mollia autem indumenta præter usum, velut humani luxus commentum negligentes, simplici, nec exquisita usi sunt veste, quæ sufficeret ad corporis necessitatem, contemnentesque delicias, cum existimarent, neutiquam philosophi convenire instituto, abjecta rerum cælestium cura, iis, quæ humi posita sunt, & animantibus passim exposita, occupari animo.* Ἀλλ' ἐπειδὴ χρῆσθαι ἀπὸ τῆς αὐτῆς εἰκόνος πάντες χριστιανοὶ τὸν ἑαυτὸν βίον ὀφείλοντες ἢ οὐκ ἠβουλήθησαν, ἢ ἠτόνησαν πρὸς τὴν μίμησιν, ὀλίγοι δέ τινες ἠδυνήθησαν τὰς κοσμικὰς ὑπερκύψαι ταραχὰς, καὶ φυγεῖν τὸν ἐν ταῖς πόλεσι σάλον, καὶ οὕτως τῶν θορύβων ἔξω γενόμενοι τὸν μοναδικὸν ἀσπάσασθαι βίον, οὗτοι μόνοι τὸν ἑαυτῶν βίον ἐκμαγεῖον τῆς ἀποστολικῆς ἐποιήσαντο ἀρετῆς, τοῦ μὲν κεκτῆσθαι τὴν ἀκτημοσύνην προκρίναντες διὰ τὸ ἀπερίσπαστον, τροφῆς δὲ κεκαρυκευμένης τὴν ἐσχεδιασμένην προτιμήσαντες, διὰ τὰς τῶν παθῶν ἐπαναστάσεις τῇ παρατυχούσῃ τροφῇ τὴν χρείαν ἐκπληροῦντες τοῦ σώματος· ἐνδυμάτων δὲ μαλακῶν, καὶ τῆς χρείας ἔξω ὡς ἀνθρωπίνης χλιδῆς ἐπίνοιαν ἀλογήσαντες, λιτῇ καὶ ἀπεριέργῳ ἐχρήσαντο στολῇ διὰ τὴν ἀνάγκην τοῦ σώματος τρυφῆς καταφρονήσαντες, ἀφιλόσοφον εἶναι λογισάμενοι, τὸ περὶ τῶν οὐρανίων ἀφιεμένους φροντίδα, περὶ τὰ χαμαὶ κείμενα, καὶ τοῖς θηρίοις ἐξ αὐτοσχεδίου παραγινόμενα, ἀσχολῆσαι τὸν νοῦν. Veteres igitur Philosophi, præsertim post promulgatum Evangelium, cum a Christianis erroris, impietatis, summæque opinionum perversitatis convincerentur, ut suos asseclas imagine simulatæ sapientiæ fallentes in gentilitatis erroribus, ac sui veneratione retinerent, plurima è Christianorum sive doctrina, sive moribus ea immutantes ac corrumpentes in impias suas sectas, ac doctrinas derivarunt: ita Jamblichus Chalcidensis, Maximus Tyrius, Alexander Aphrodiensis, Porphyrius, Plotinus, aliique. Inter cætera vero ludrica quadam & inani Evangelicæ sapientiæ, Christianarumque virtutum imitatione pudicitiam simulantes, abstinentiam quoque a nuptiis invidi nostrorum Ascetarum æmulatores in sua ascesi affectabant. Nam ultra alios plures de Alexandro Philosopho memoriæ traditum est: Ἀλέξανδρος ὁ φιλόσοφος ἔδοξε τῷ ἐπὶ θανάτῳ κατακεκρίσθαι, καὶ παραιτησάμενος μόλις ἀπολελύσθαι ἀπ' αὐτοῦ τοῦ σταυροῦ· ἔμελε δὲ αὐτῷ ὄντι ἀσκητῇ οὔτε γάμου, οὔτε κοινωνίας, οὔτε πλούτου, οὔτε τῶν ὅσα ὑπὸ σταυροῦ σημαίνεται. *Alexandro Philosopho visum est morte crucis damnari, & id unum postulare, ut ab ipsa cruce dumtaxat liberaretur. Nam cum esset Asceta, & nuptias, & sodalitia, & divitias, & quotquot alia cruce significantur, contemnebat.* Verum enim quantum discriminis intercederet inter continentiam, quam Gentiles Philosophi, &

Artemidorus de somniis conjectandis lib. IV. cap. XXXV.

Ascetæ Christiani exercebant, egregie Clemens Alexandrinus explicat his verbis: *Humana ergo continentia, ea, inquam, quæ est ex sententia Philosophorum Græcorum, profitetur pugnare cum cupiditate, & in factis ei non inservire; quæ est autem ex nostra sententia, continentia, non concupiscere: non ut quis concupiscens se fortiter gerat, sed ut etiam a concupiscendo se contineat. Non potest autem ea aliter comparari continentia, nisi gratia Dei.* Ἡ μὲν ἐν ἀνθρωπίνη ἐγκράτεια, ἡ κατὰ τοὺς φιλοσόφους, λέγω τοὺς Ἑλλήνων, τὸ διαμάχεσθαι τῇ ἐπιθυμίᾳ, καὶ μὴ ἐξυπηρετεῖν αὐτῇ εἰς τὰ ἔργα, ἐπαγγέλλεται· ἡ καθ' ἡμᾶς δὲ, τὸ μὴ ἐπιθυμεῖν, οὐχ ἵνα τις ἐπιθυμῶν καρτερῇ, ἀλλ' ὅπως καὶ τοῦ ἐπιθυμεῖν ἐγκρατεύηται· λαβεῖν δὲ ἄλλως οὐκ ἔστι τὴν ἐγκράτειαν ταύτην, ἢ χάριτι τοῦ Θεοῦ.

Clem. Alex. lib. III. Stromat. §. 7. pag. 537.

§. 4. Profecto de hujusmodi mira prorsus, & Angelica Christianorum Philosophorum, seu Ascetarum continentia, & castitate, pro qua servanda eximium studium, ac cura erat non solum animum ab omni obscœna cogitatione, sed corpus quoque ab omni carnali, etiam legitimo contubernio, purum, ac immunem servare, verba facit Origenes contra Celsum: *Quod si qui hæc, inquit, prudenter recogitans concesserit, nihil boni sine Deo hominibus accidere, quanto fidentius id de Jesu affirmabit, cum eorum, qui Christi doctrinæ adhæserint, pristinos cum novis mores comparabit, animadvertetque, quantis spurcitiis, quantis injustitiis, quantis cupiditatibus dediti illi ante fuerint, quàm decepti, ut Celsus, suique similes loquuntur, fuissent, hancque amplexi essent doctrinam, quæ illorum judicio est humanæ vitæ pernicies; quanto autem ex quo illi doctrinæ se dociles præbuerunt, æquiores, graviores, constantioresque sint redditi, ut eorum quidam eximiæ puritatis amore, & ut castius ad cultum Divinum accedant, venereis voluptatibus etiam lege permissis abstineant.* Εἰ δ' εὐγνωμόνως ταῦτα κατανοῶν συγκαταθήσεταί τις, μηδὲν κρεῖττον ἐν ἀνθρώποις γεγονέναι ἀθεεὶ· πόσῳ πλέον τὸ τοσοῦτον περὶ τοῦ Ἰησοῦ θαῤῥῶν ἀποφανεῖται, συνεξετάζων πολλῶν προσερχομένων αὐτοῦ τῷ λόγῳ ἀρχαιοτέρους βίους μεταγενεστέροις, καὶ κατανοῶν, ἐν ὅσαις μὲν ἀκολασίαις, ὅσαις ἢ ἀδικίαις καὶ πλεονεξίαις ἕκαστος τῶν δὲ ἦν, πρὶν, ὥς φησι Κέλσος καὶ οἱ τὰ αὐτὰ αὐτῷ νομίζοντες, ἀπατηθῶσι, καὶ παραδέξωνται λόγον λυμαινόμενον, ὡς ἐκεῖνοι λέγουσι, τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον· ἐξ οὗ δὴ παρειλήφασι τὸν λόγον, τίνα τρόπον γεγόνασιν ἐπιεικέστεροι καὶ σεμνότεροι καὶ εὐσταθέστεροι, ὥς τινας αὐτῶν διὰ τὸν ἔρωτα τῆς ὑπερβαλλούσης καθαρότητος, καὶ διὰ τὸ καθαρώτερον θρησκεύειν τὸ θεῖον, μηδὲ τῶν συγκεχωρημένων ὑπὸ τοῦ νόμου ἅπτεσθαι ἀφροδισίων. Et *lib. VII. num.* 48. opponens Christifideles Atheniensibus Hierophantis, qui, ut se continerent, cicuta se obliniebant: *Ac apud Athenienses quidem*, inquit, *unus Hierophanta est, qui cum viriles suas concupiscentias continere, ac pro arbitrio domare posse non credatur, virilia membra cicuta oblinit, & sic satis purus existimatur, ut religiosum obeat cultum Atheniensium.* Καὶ εἷς μέν τις παρ' Ἀθηναίοις ἱεροφάντης, οὐδὲ πιστευόμενος ἑαυτοῦ τὰς ἀρσενικὰς ὀρέξεις ὡς κύριος αὐτῶν εἶναι δυνάμενος καὶ κρατεῖν αὐτῶν ἐς ὅσον βούλεται, κωνειαθεὶς τὰ ἀρσενικὰ μέρη, καθαρὸς εἶναι νομίζεται πρὸς τὴν νενομισμένην παρ' Ἀθηναίοις ἁγιστείαν. Deinde statim, subdit quomodo, & qua arte, & cujus pharmaci auxilio se Christiani continerent: *Apud Christianos*, ait, *viri sunt, qui cicuta non opus habent, ut purè Deo deserviant, verbum Dei illis loco cicutæ est, ut, omni concupiscentia ex animo ejectâ, Divinitatem precibus prosequantur.* Ἔστι δ' ἐν Χριστιανοῖς ἰδεῖν ἄνδρας μὴ δεηθέντας κωνείου, ἵνα τὸ θεῖον καθαρῶς θεραπεύσωσιν· ἀλλ' ἀρκουμένους λόγῳ ἀντὶ κωνείου, ὡς πᾶσαν ἐπιθυμίαν ἀπὸ τῆς διανοίας αὐτῶν ἐξελάσαντες τὸ θεῖον εὐχαῖς θεραπεύωσι. Et de eadem admirabili nostrorum Ascetarum puritate Sanctiss. Martyr Justinus *apol.* 1. *num.* 15. *Multi quidem, & multæ annos sexaginta & septuaginta nati, qui a pueris Christi disciplina imbuti sunt, incorrupti perseverant; talesque in omni hominum genere monstraturum me profiteor.* Καὶ πολλοί τινες καὶ πολλαὶ, ἑξηκοντοῦται καὶ ἑβδομηκοντοῦται, οἳ ἐκ παίδων ἐμαθητεύθησαν τῷ Χριστῷ, ἄφθοροι διαμένουσι· καὶ εὔχομαι κατὰ πᾶν γένος ἀνθρώπων τοιούτους δεῖξαι. Et in eadem Apologia *num.* 29. de Christidelibus con-

Veterrimorum scriptorum testimonia de excellenti Ascetarum Christianorum continentia.

Orig. lib. I. num. 26.

contra Gentilium calumnias scribit: *Vel omnino matrimonium non aliter contrahimus, nisi liberorum creandorum, atque educandorum gratia, vel conjugium detrectantes perpetuo nos continemus:* Ἢ τὴν ἀρχὴν οὐκ ἐγαμοῦμεν εἰ μὴ ἐπὶ παίδων ἀνατροφῇ, ἢ παραιτούμενοι τὸ γήμασθαι, τέλεον ἐνεγκρατευόμεθα. Nec dissimilia sunt, quæ affirmantur ab Athenagora in sua legatione pro Christianis *num.* 33. *Invenias autem multos ex nostris in utroque sexu, qui in cælibatu consenescant, quod in hoc statu Deo conjunctiores se futuros sperent.* Εὕροις δ' ἂν πολλοὺς τῶν παρ' ἡμῖν, καὶ ἄνδρας καὶ γυναῖκας, καταγηράσκοντας ἀγάμους, ἐλπίδι τοῦ μᾶλλον συνέσεσθαι τῷ Θεῷ. His autem concinit Minutius Felix in Octavio, & Clemens Alexandrinus *Stromat. lib. III.*; Lactantius autem *lib. VI. Divinar. Instit cap. XXIII. in fin. Nec verò*, inquit, *aliquis existimet, difficile esse frænos imponere voluptati, eamque vagam & errantem castitatis, pudicitiæque limitibus includere; cum propositum sit hominibus etiam vincere, ac plurimi beatam, atque incorruptam corporis integritatem retinuerint, multique sint, qui hoc cælesti genere vitæ felicissime perfruantur.* Adjungitur Tertullianus in Apologetico *cap. IX.*, cujus verba talia sunt: *Nos &c. diligentissima, & fidelissima castitas sepsit, quantumque, & ab omni post matrimonium excessu, tantum & ab incesti casu tuti sumus. Quidam multo securiores totam vim hujus erroris virgine continentia depellunt, senes, pueri.* Et in

Cap. IX. libro de cultu fœminarum ad vanos ornatus abjiciendos ob ævi brevitatem eas

1. ad Corinth. VI. exhortans ex verbis B. Apostoli, deinde subjicit: *Si ergo uxores quoque ipsas sic habendas demonstrat, tanquam non habeantur propter angustias temporum, quid de vanis his instrumentis earum? Non enim & ita multi faciunt, & se spadonatui assignant propter Regnum Dei, tam fortem & utique permissam voluptatem sponte ponentes?* Et demum in eo libro, quem ad uxorem scripsit, ut ei persuaderet, ne post suum obitum alteri nuberet, sed continen-

Lib. I. ad Uxor. cap. VI. tiam, & viduitatem servaret: *Quot enim sunt, qui statim a lavacro carnem suam obsignant? quot item, qui consensu pari inter se Matrimonii debitum tollunt? voluntariis spadonibus pro cupiditate cælesti, salvo matrimonio, abstinentia toleratur.*

§. 5. Hæc autem a Tertulliano procul dubio dicta sunt & de Ascetis, & de iis, qui in Sacerdotalem ordinem adscripti erant, utrique enim vel susceptæ vitæ professione, vel accepti Ordinis lege, aut consuetudine ad servandam continentiam adstringebantur; de ultimis quidem, quorum plures vel Ascetæ erant, vel ratione sublimis sui gradus Ascetarum virtutes, & sanctitatem vitæ præstare tenebantur, hæc habet S. Cyrillus Hierosolymitanus in Catechesi XII. §. 25. loquens de Christi Dñi Nativitate ex Virgine: *Decebat*, inquit, *eum, qui purissimus est, & puritatis magister, ex puris prodire thalamis. Si enim is, qui apud Jesum bene fungitur Sacerdotio, abstinet a muliere; Ipse Jesus quomodo ex viro & muliere proditurus foret?* Ἔπρεπε γὰρ τῷ ἁγνοτάτῳ, καὶ διδασκάλῳ τῆς ἁγνείας, ἐξ ἁγνοῦ ἐξεληλυθέναι παστάδων. Εἰ γὰρ ὁ τῷ Ἰησοῦ καλῶς ἱερατεύων ἀπέχεται γυναικὸς, αὐτὸς ὁ Ἰησοῦς πῶς ἔμελλεν ἐξ ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς ἔρχεσθαι. Concordat cum eo Eusebius, qui lib. 1. demonstrat. Evangel. cap. IX., edisserens de studio priscorum Patrum in procreanda prole, deinde ad novæ legis tempora, & ad Christianæ fidei cultores descendens: *Cum, Deo favente*, ait, *per Evangelicam Salvatoris nostri doctrinam innumerabiles gentes & populos in urbibus, & regionibus, & agris licet nobis oculis intueri eodem animo festinantes, & ad Sanctæ Evangelicæ doctrinæ præcepta concurrentes, quibus permultum est, si Doctores, & Prædicatores Divini Verbi omnibus & vitæ vinculis, & sollicitudinibus liberati sufficere possint. His autem, ut melioribus nunc studiis liberius vacent, sejunctus a re uxoria victus maxime adamatur, veluti qui in Divina, & incorporea sobole propaganda occupati teneantur &c.* Ὅτε σὺν Θεῷ διὰ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Εὐαγγελικῆς διδασκαλίας, μυρία ἔθνη, καὶ λαοὺς, κατά τε πόλεις καὶ χώρας, καὶ ἀγρούς πάρεστιν ἡμῖν ὀφθαλμοῖς ὁρᾷν σπεύδοντα κατὰ τὸ αὐτὸ, καὶ συντρέχοντα ἐπὶ τὴν κατὰ Θεὸν μάθησιν τῆς Εὐαγγελικῆς διδα-

Sacerdotes perinde ac Ascetæ ad castitatem servandā tenebantur.

διδασκαλίας· οἷς ἀγαπητὸν δύνασθαι ἐξαρκεῖν πρὸς Διδασκάλους καὶ Κήρυκας τοῦ τῆς θεοσεβείας λόγου, πάντων ἀπολελυμένους τῶν τοῦ βίου δεσμῶν, καὶ τῶν πολυμερίμνων φροντίδων· μάλιστα δ' οὖν τούτοις ἀναγκαίως τὰ νῦν διὰ τὴν περὶ τὰ κρείττω σχολὴν, ἡ τῶν γάμων ἀναχώρησις σπουδάζεται, ἅτε περὶ τὴν ἔνθεον καὶ ἄσαρκον παιδοποιΐαν ἀσχολουμένοις &c. Et inferius: *Verumtamen eos, qui sacrati sunt, atque in Dei ministerio, cultuque occupati, continere deinceps seipsos a commercio uxoris decet*. Πλὴν ἀλλὰ τοῖς ἱερωμένοις, καὶ περὶ τὴν τοῦ Θεοῦ θεραπείαν ἀσχολουμένοις ἀνέχειν λοιπὸν σφᾶς αὐτοὺς προσήκει τῆς γαμικῆς ὁμιλίας. Cum Cyrillo, & Eusebio in Sacerdotum cælibatu adstruendo, probandoque consentiunt reliqui antiqui Patres, & Catholicæ Ecclesiæ Magistri, S. Epiphanius *Hæres. LIX. Cathar. seu Novat.*, *& in exposit. Fidei Cathol. cap. XXI.*, S. Gregorius Nyssenus *de Virginit. cap. ult.*; Origenes *Homil. XXIII. in lib. Numer.*, S. Hieronymus *Epist. L. & in Apologia ad Pammach.*, *& in lib. adv. Vigilant.*, *& in lib. I. adv. Jovinian. cap. 19.*, *& in comment. Epist. ad Tit. cap. 1.*, S. Siricius *epist. ad Himer. Tarracon.*, S. Innocentius I. *epist. ad Victric. Rothomag.*, *& epist. ad Exuper. Tolosan.*, S. Leo *epist. ad Anastas. Ep. Thessall.*, *& epist. ad Rustic. Narbon.*, tum etiam Canones Conciliorum Illiberitani *Can.* 33., Carthaginensis II. *Can.* 2., Taurinensis *Can.* 8., Carthaginensis V. *Can.* 3., Toletani I. *Can.* 1. Arausicani I. *Can.* 22., Arelatensis II. *Can.* 2. Turonensis I. *Can.* 1., aliorumque, quæ insequentibus temporibus habita sunt.

Ascetas continentiæ voto, seu promissione obstrictos fuisse aliis probationibus, ac argumentis adstruitur.

§. 6. Et quidem quoad licet menti spatium præteriti temporis respicere, & memoriam recordari ultimam ex iis, quæ a majoribus tradita ad nos pervenerunt, non solum Dominos Sacerdotes, sed etiam Ascetas, quos a primis Christianæ fidei initiis extitisse, indubitatum est, certe constat abstinuisse semper a nuptiarum usu, & a venereis etiam legitimis voluptatibus. Profecto præter ea, quæ hactenus allata sunt, id declarant, quæ de Nicolao Diacono narrat S. Ephiphanius; referens enim Nicolaitarum errores, narrat: hujus hæresis auctorem fuisse Nicolaum Diaconum, qui cum ex Judæo Christianus factus esset, eosque, qui Deo se dedicaverant, hoc est Ascetas, quos non dissimili locutione, Christianos viros sacrosanctæ Religioni attentiores, nominavit Ambrosius, imitari decrevisset, ab uxore, quam eleganti forma acceperat, se continere statuit. Sed cum diu in suscepto vitæ proposito permanere nequivisset, non modo indictam sibi continentiæ legem fregit, sed in profundum nefandorum errorum gurgitem prolapsus est, dum incontinentiæ suæ turpitudinem doctrinarum perversitate obtegere studet; *Nam cum uxorem haberet*, inquit Epiphanius, *eleganti specie mulierem, ab ea sibi aliquandiu temperavit, ut eos imitaretur, quos Deo se dedicasse spectabat*. Vertit autem Petavius: *quos Deo penitus addictos cernebat*. Post hæc ita prosequitur Epiphanius: *Sed non intemperantiam suam perpetuo coercere potuit. Quippe canis instar ad vomitum redire cupiens, & malos quosdam colores, excusationesque prætexens, ea ad libidinis suæ patrocinium excogitavit, quæ magis ex usu sibi esse viderentur*. Γυναῖκα γὰρ οὗτος ἔχων εὔμορφον, καὶ ἀπὸ τῆς γυναικὸς ἐγκρατευσάμενος, ὡς κατὰ μίμησιν ὧν ἑώρα Θεῷ προσανεχόντων, μέχρι τινὸς ἐκαρτέρει· οὐ μὴν εἰς τέλος ἤνεγκε κρατεῖν τῆς αὐτοῦ ἀκρασίας, ἀλλὰ βουληθεὶς ὡς κύων ἐπὶ τὸν ἴδιον ἔμετον ἐπιστρέφειν, προφάσεις τινὰς οὐκ ἀγαθὰς ἑαυτῷ θηρώμενος ἐπενόει πρὸς ἀπολογίαν τοῦ ἰδίου τῆς ἀκολασίας πάθους, ἃ συνέφερεν αὐτῷ. De Marcione Pontico posteritatis memoriæ mandavit idem Epiphanius, a prima quidem ineunte juventute virginitatem coluisse, rationemque hanc reddit, quia erat μονάζων solitarius, seu Asceta: Τὸν δὲ πρῶτον αὐτοῦ βίον παρθενίαν δῆθεν ἤσκει· μονάζων γὰρ ὑπῆρχε. *Qui initio quidem vitæ suæ castitatem aliquatenus coluit. Fuit enim solitarius*. Postea vero virginis amore captus, rem cum ipsa habuit, eamque ac se pessumdedit. *Postea cum virginem quamdam adamasset, ac fraudibus pellexisset, ab spe vitæ cælestis illam juxta, ac semetipsum dejecit. Ob hunc igitur incestum Ecclesiâ ab ipso Parente pulsus est*. Ita vertit Clariss. P. Petavius græca verba Epiphanii, quæ talia sunt: Χρόνῳ δὲ προϊόντος προσ-

S. Epiph. Tom. I. hæres. 42.

φθεί-

φθείρεται παρθένῳ τινὶ, καὶ ἐξαπατήσας τὴν παρθένον, ἀπὸ τῆς ἐλπίδος αὐτήν τε καὶ αὐτὸν κατέβαλε, καὶ τὴν φθορὰν ἀπεργασάμενος ἐξεῶται τῆς Ἐκκλησίας ὑπὸ τοῦ ἰδίου πατρός. Observatione autem, ni fallor, dignum videtur verbum illud: φθορὰν, quo Marcionis flagitium exprimitur; hoc enim ab auctoribus Ecclesiasticis, ut vertit Petavius, incestus significari solet, nempe concubitus inter duas personas, quarum una, vel ambæ sint Deo sacræ, adeo ut inter eas legitimæ nuptiæ esse nequeant. Idemque innuere videntur illa alia verba: ἀπὸ τῆς ἐλπίδος αὐτήν τε, καὶ ἑαυτὸν κατέβαλε: *ab omni spe illam æque ac semetipsum dejecit*, nempe ab expectatione æternæ mercedis ob servatam virginitatem; spes enim est, ut ait Clemens Alexandrinus, bonorum expectatio, aut boni absentis fiducia. Ἐλπὶς ἐστὶ προσδοκία ἀγαθῶν, ἢ ἀπόντος ἀγαθοῦ εὔελπις. Et in hunc sensum hic accipi ab Epiphanio videtur. Hæc autem absque dubio in causa fuisse puto, cur postea Marcion rigidum se virginitatis custodem, & amatorem non modo in seipso, sed etiam in suis discipulis ostentaret, ratus impostorum more sub fictæ virtutis larva infracti castitatis propositi infamiam, & incontinentiæ dedecus abolere, aut certe occulere posse. Etenim Marcionitæ a tam præclaro Magistro edocti virginitatem fœtido ore suo commendabant, & inter eos erant, qui eam cum severioris vitæ ratione conjunctam custodire jactabant, & insuper damnabant nuptias, neque ad sacrum lavacrum admittebant, nisi quis esset virgo aut cælebs, ut testatur Tertullianus. Profecto non aliunde ratio petenda videtur, cur viros nobiles Ethnicos, cum Paulinus clarissimo genere natus cum Tharasia conjuge asceticum propositum amplecti decrevisset, crimini ei daturos putaret Ambrosius, ipsius culpa spem successionis in nobilissima familia ademptam fuisse, ut significavit Sabino Episcopo amico suo: *Hæc ubi audierint proceres viri, quæ loquentur? Ex illa familia, illa prosapia, illa indole, tanta præditum eloquentia migrasse a Senatu, interceptam familiæ nobilis successionem: ferri hoc non posse*. Similiter huc pertinent, quæ Sozomenus in historia sua Ecclesiastica memoriæ tradidit de Eustathio Sebasteno, cujus opera in Armenia Ascetica professio propagata est, licet postea a suis discipulis corrupta fuerit: virum, refert, ac mulierem Christianam exercitationem professos, cum juxta veterem Ecclesiæ morem virginitatem servandam sibi proposuissent, diffamatos fuisse turpiter commisceri, Eustathium vero conatum esse ab illegitimo concubitu eos revocare: *Denique*, inquit, *cum vir quidam, & mulier juxta Ecclesiæ Ritum virginitatem profitentes, accusarentur, quod simul cubarent, ipse operam dedit, ut eos ab hujusmodi consuetudine revocaret*. Φασὶ γοῦν αὐτὸν, ἄνδρα τινὰ, καὶ γυναῖκα κατὰ θεσμὸν ἐκκλησίας παρθενίαν προαιρουμένους, καὶ εἰς ταὐτὸν συνιέναι διαβαλλομένους, σπουδάσαι τῆς πρὸς ἀλλήλους ὁμιλίας παῦσαι. Asceticam vitam cum Hieronymo ducere in vasta Eremo, ad quam una simul venerat, Heliodorus constituerat; sed postea, mutato consilio, reversum in patriam, datis ad eum litteris, ab Urbium turbis & hominum frequentia ad solitudinem, ut quæ asceticæ vitæ opportunior, atque aptior esset, retrahere tentavit Hieronymus: inter cætera autem in ejus memoriam revocat perfectionis propositum, & castitatis votum, quod difficilius inter hominum multitudinem, & domesticas divitias, ac mundanas voluptates, quàm inter deserti horrores, ac rupium asperitates custoditur: *Tu autem*, inquit, *perfectum te fore pollicitus es. Nam cum, derelicta militia, te castrasti propter regna cælorum; quid aliud, quàm perfectam secutus es vitam?* More suæ ætatis Monachum illum vocat, fuisse autem Heliodorum Ascetam ex ipsa epistola, ejusque vitæ ratione manifeste apparet. Ad nobilem autem Ascetam Paulinum, qui cum Tharasia ejus uxore humilitatem Crucis, repudiatis vanitatibus sæculi, secutus fuerat, scribens idem Sanctissimus Doctor, Tharasiam non uxorem, sed sororem ejus vocat, quia cum ea perinde, ac cum sorore, ob novæ vitæ professionem castitatem custodire proposuerat: *Obsecro itaque te*, inquit,

Chrysost. de Virginit. cap. III. & VI.
Clem. Alex. Strom. lib. III. pag. 431.
Tertull. lib. I. adv. Marcionem cap. XXIX.
Epist. LVIII. Class. I.
Sozom. Hist. Eccles. lib. III. cap. XIV. pag. 116.
Sozom. lib. III. Hist. Eccl. c. XIV.
Epist. I.
Epist. XIII.

ut

ut quoniam sanctæ sororis tuæ ligatus es vinculo, & non penitus expedito pergis gradu, sive hic, sive ibi multitudines hominum, & officia, & salutationes, & convivia veluti quasdam catenas fugias voluptatum. Et paulo inferius: *Soror præcipue tua Matronarum declinet consortia*. In fine autem epistolæ salutans de more Tharasiam, non Paulini uxorem vocat, sed in Christo conservam, & Deo militantem: *Sanctam conservam tuam, & tecum Domino militantem, per te salutari volo*. Et ad Lucinium Bæticum, qui cum Theodora conjuge eamdem vitam professus fuerat, talia scribit:

Epist. XXVIII. *Habes tecum prius in carne, nunc in spiritu sociam, de conjuge germanam, de fœmina virum, de subjecta parem, quæ sub eodem jugo ad cælestia simul regna festinat*. Et in Epitaphio ejusdem Lucinii Bætici ita Theodoram

Epist. XXIX. ad Theod. uxorem alloquitur: *Ille jam securus, & victor te aspicit; de excelso, & favet laboranti, & juxta se locum præparat, eodem amore, & eadem charitate, qua oblitus officii conjugalis, in terra quoque sororem te habere cœperat, immo tu illum fratrem, quia casta conjunctio sexum non habet nuptialem*. Non dissimili loquendi ratione sacri Canones usi sunt, qui, Sacerdotibus voto, seu lege sui status ad servandam castitatem obstrictis uxorem, quam ante Sacerdotium habebant, tanquam sororem retinendam permittunt. Canone XII. Concilii Turonensis II. *Episcopus*, inquit, *conjugem, ut sororem, habeat*. Itaque ubi erat idem custodiendæ castitatis propositum, eadem nuncupandæ uxoris ratio, ac formula fuit.

Ascetarum cælibatus testimoniis Cyrilli Alexandrini, aliorumque antiquorum Patrum magis magisque ostenditur

§. 7. Sed de Ascetarum cælibatu præclara nobis præbentur testimonia in Catechesibus Cyrilli Hierosolymitani. Nam in Catechesi IV. ita populum alloquitur:

Catech. 4. num. 24. pag. 63. *At eum, qui de castitate est, sermonem, præcipue quidem auscultet solitarie degentium, & virginum ordo, qui vitam in mundo parem Angelis instituunt, deinde vero reliquus Ecclesiæ populus*. Καὶ τὸν περὶ σωφροσύνης λόγον, προηγουμένως μὲν ἀκουέτω τῶν μοναζόντων καὶ τῶν παρθένων τάγμα, τῶν τὸν ἰσάγγελον βίον ἐν κόσμῳ κατορθούντων· ἑπομένως δὲ καὶ ὁ λοιπὸς τῆς ἐκκλησίας λαός. Et paucis interjectis: *In angelicis libris propter puritatis propositum descriptus, vide, ne propter stuprum perpetratum posthac ex eisdem delearis: neque vero si perfectum castitatis officium adimples, efferri te decet adversus illos, qui inferiorem vitæ statum matrimonio copulati sectantur; honorabile enim est connubium, & cubile impollutum, ut ait Apostolus; Et tu, qui castitatis integritatem habes, nonne ex hominibus conjugatis natus es? Non ergo quod aurum possideas, argentum reprobes: verum spei bonæ pleni sint, & ii, qui in conjugio legitime nuptiis utuntur*. Ἐν ταῖς ἀγγελικαῖς βίβλοις λοιπὸν ἐγγραφεὶς, διὰ τὴν πρόθεσιν τῆς σωφροσύνης· βλέπε μὴ πάλιν ἐξαλειφθῇς, διὰ τὴν πορνικὴν ἐργασίαν. Μὴ δ' αὖ πάλιν κατορθῶν τὴν σωφροσύνην, τυφωθῇς κατὰ τῶν ὑποβεβηκότων ἐν γάμῳ. Τίμιος γὰρ ὁ γάμος, καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος, ὥς φησιν ὁ Ἀπόστολος· καὶ σὺ ὁ τὴν ἁγνείαν ἔχων, ἆρα οὐκ ἐκ τῶν γεγαμηκότων ἐγεννήθης; μὴ γὰρ ὅτι χρυσίου κτῆσιν ἔχεις, τὸ ἀργύριον ἀποδοκίμαζε. Ἀλλ' εὐέλπιδες ἔστωσαν καὶ οἱ ἐν γάμῳ νομίμως τῷ γάμῳ χρώμενοι. Et Catechesim XII., Ascetas sui similes ad laudandum Christum hominem Deum exhortans, his verbis exorditur: *Puritatis alumni, & castitatis discipuli Deum ex Virgine natum plenis castitatis labiis celebremus*. Ἁγνείας σώτροφοι, καὶ σωφροσύνης μαθηταὶ, τὸν ἐκ Παρθένου γεννηθέντα Θεὸν, ἁγνείας μεστοῖς χείλεσιν ἀνυμνήσωμεν. Et in fine ejusdem orationis rursus sermonem suum ad pudicitiæ amatores convertens: *Adoretur, inquit, natus ex Virgine Dominus, noverintque virgines proprii instituti decus, & coronam. Agnoscat & solitariam vitam agentium ordo puritatis gloriam: non enim privamur viri dignitate integritatis. In ventre Virginis novem mensium tempus exactum est Salvatori: at vir fuit Dominus tres annos & triginta; adeo ut si gloriatur Virgo propter novimestre tempus, multo nos magis possumus gloriari propter annorum multitudinem. Omnes autem castitatis cursum Dei gratia curramus, juvenes & virgines, senes cum junioribus, non lascivias sectantes, sed laudantes nomen Christi. Non ignoreremus*

Pag. 161.

Num. 33. p. 180.

mus puritatis gloriam, angelica enim hæc excellentia est, & perfectum supra hominem officium. Προσκυνείσθω ὁ ἐκ παρθένου γεννηθεὶς Κύριος, καὶ γνωριζέτωσαν αἱ παρθένοι τῆς οἰκείας πολιτείας τὸν στέφανον. Γνωριζέτω καὶ τῶν μοναζόντων τὸ τάγμα, τῆς ἁγνείας τὸ ἐπίδοξον· οὐ γὰρ ἀπεστερήμεθα τοῦ τῆς ἁγνείας ἀξιώματος. Ἐν γαστρὶ μὲν παρθένου γέγονεν ὁ τοῦ Σωτῆρος ἐννεαμηνιαῖος χρόνος· ἀνὴρ δὲ γέγονεν ὁ Κύριος τριάκοντα καὶ τρία ἔτη· ὥστε εἰ σεμνύνεται παρθένος διὰ τὸν ἐννεαμηνιαῖον χρόνον, πολὺ μᾶλλον ἡμεῖς διὰ τὸ πολυετὲς τῶν χρόνων. Πάντες δὲ τὸν τῆς ἁγνείας δρόμον τοῦ Θεοῦ χάριτι δράμωμεν, νεανίσκοι καὶ παρθένοι, πρεσβύτεροι μετὰ νεωτέρων· οὐκ ἀκολασίας μετιόντες, ἀλλ' αἰνοῦντες τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ. Μὴ ἀγνοήσωμεν τῆς ἁγνείας τὸ ἔνδοξον· ἀγγελικὸς γάρ ἐστιν ὁ στέφανος, καὶ ὑπὲρ ἄνθρωπον τὸ κατόρθωμα. Et post pauca ita prosequitur: *Qui puritatem sectantur, Angeli sunt in terra ambulantes. Virgines cum Maria Virgine partem habent. Eliminetur omnis curiosus ornatus, & omnis nocivus aspectus, & omnis deambulatio dissoluta, & omnis stola, seu promissa vestis, & suffimentum voluptatem pelliciens. Quantum vero ad omnes, suffimentum sit cum boni odoris, tum bonorum operum oratio, & corporum sanctificatio, ut qui ex Virgine natus est Dominus, dicat etiam de nobis tum viris integritatem servantibus, tum fœminis coronatis*: INHABITABO IN ILLIS, ET INAMBULABO: ET ERO ILLORUM DEUS, ET IPSI ERUNT MIHI POPULUS. Ἄγγελοι περιπατοῦντες ἐπὶ γῆς εἰσιν, οἱ τῆς ἁγνείας ἐργάται. Αἱ παρθένοι μετὰ Μαρίας τῆς παρθένου ἔχουσι τὸ μέρος. Ἐξοριζέσθω πᾶς καλλωπισμὸς, καὶ πᾶν ἄτηρον βλέμμα, καὶ πᾶς περίπατος περισσευόμενος, καὶ πᾶσα στολὴ, καὶ θυμίαμα ἡδονῆς δελεαστικόν. Θυμίαμα δὲ ἐν πᾶσιν ἔστω ἡ προσευχὴ τῆς εὐωδίας, καὶ ἡ τῶν ἀγαθῶν πράξεων, καὶ ὁ τῶν σωμάτων ἁγιασμός· ἵνα ὁ ἐκ παρθένου γεννηθεὶς Κύριος εἴπῃ καὶ περὶ ἡμῶν, ἀνδρῶν τε τῶν ἁγνευόντων, καὶ γυναικῶν τῶν στεφανουμένων. „ Ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς καὶ ἐμπεριπατήσω, καὶ „ ἔσομαι αὐτῶν Θεὸς, καὶ αὐτοὶ ἔσονταί μοι „ λαός. Referens in Catechesi XVI. num. 22. Ordines, qui in omnibus Ecclesiis per Orbem dispersis conspiciuntur, Ascetas inter Diaconos, & Virgines collocat, inquiens: *Conspice cujusque gentis Episcopos, Presbyteros, Diaconos, Solitarios, Virgines, & reliquos Laicos*. Βλέπε μοι ἑκάστου ἔθνους ἐπισκόπους, πρεσβυτέρους, διακόνους, μονάζοντας, παρθένους, καὶ λοιποὺς λαϊκούς. Unde non obscure innuitur, Ascetas, qui inter Diaconos, ac Virgines collocantur, pari ac illos castitatis gloria claruisse. Quod autem de Ascetarum cælibatu testatur Cyrillus, plane confirmat Basilius, seu alius Auctor in ep. XLV. ad Ascetam lapsum scripta, quæ inter illas Basilii habetur. Nam quidam, magna divitiarum copia, honoribus, ac domesticis commoditatibus relictis, necnon uxoris consortio, reique familiaris cura dimissa, asceticum propositum secutus, se Deo addixerat, ideoque Auctor laudatæ epistolæ ad eum scribit: *Cum te ad innovandos, acquirendosque honestos mores exerceres, periculosissimam tuam opulentiam nihili faciens, reique familiaris curæ, & uxoris consuetudini renunciasti, quin etiam totus soblimis, velut peregrinus, & erro, agris & Civitatibus peragratis, petiisti Hierosolyma, ubi & ipse tecum commoratus ob athleticos te labores beatum prædicabam, cum per septenarios circulos jejunus perseverans, Deo philosophareris, simulque congressus humanos veluti in fugam conversus devitares, atque tranquillo, ac solitario vivendi genere tibi parato civiles tumultus declinares*. Ἡνίκα ἐγυμνάζου πρὸς μεταβολὴν σεμνοῦ τρόπου, σκυβαλίζων μὲν σὺ τὴν πολυκίνδυνον περιουσίαν, οἴκου τε θεραπείαν καὶ συνοίκου ὁμιλίαν ἀπαρνούμενος· ὅλος δὲ μετάρσιος, ὥσπερ ξένος καὶ ἀλήτης, ἀγροὺς καὶ πόλεις ἐξαμείβων, κατέδραμες ἐπὶ τὰ Ἱεροσόλυμα, ἔνθα σοι καὶ αὐτὸς συνδιατρίβων ἐμακάριζον τῶν ἀθλητικῶν πόνων, ὅτε ἑβδοματικοῖς κύκλοις νῆστις διατελῶν Θεῷ προσεφιλοσόφεις, ὁμοῦ καὶ τὰς τῶν ἀνθρώπων συντυχίας λόγῳ τροπῆς ὑποφεύγων, ἡσυχίαν δὲ καὶ μονοτροπίαν ἑαυτῷ ἐφαρμόσας, τοὺς πολιτικοὺς θορύβους ἐξέκλινας. Postea verò prava cupiditate illectus, & Dæmonis fraude irretitus in adulterium, aliaque scelera inciderat, idcirco eum inter cætera de voto castitatis, quod inique fregerat, in hunc modum reprehendit: *Itaque simul quoque exitiosi perjurii fuisti sponsor, atque instituti ascetici charactere in contemptum adducto*

Z

du-

ducto, ad Apostolos usque, ipsumque Dominum dedecus ac infamiam transmisisti. Dedecorasti castitatis gloriationem: labe aspersisti continentiæ votum, captivorum facti sumus tragœdia, a Judæis, & Gentilibus res nostræ in scenam, & actus deducuntur. Discidisti Monachorum studia; diligentiores, cautioresque in metum formidinemque conjecisti, adhuc diaboli potestatem admirantes, negligentiores verò ad sequendum incontinentiæ exemplum traduxisti. Ὁμοῦ τοίνυν καὶ παροικίας ὀλεθρείου γέγονας ἔγγυος, καὶ φαυλίσας τῆς ἀσκήσεως τὸν χαρακτῆρα, μέχρι τῶν ἀποστόλων καὶ αὐτοῦ τοῦ Κυρίου ἀνέπεμψας τὸ αἶσχος. Κατῄσχυνας τὸ τῆς ἁγνείας καύχημα, ἐμωμήσω τῆς σωφροσύνης τὸ ἐπάγγελμα, ἐγενόμεθα αἰχμαλώτων τραγῳδία, Ἰουδαίοις καὶ Ἕλλησι δραματουργεῖται τὰ ἡμέτερα· διέτεμες φρόνημα μοναχῶν, τοὺς ἀκριβεστέρους εἰς φόβον καὶ δειλίαν ἤγαγες θαυμάζοντας, ἔτι τοῦ διαβόλου τὴν δύναμιν· τοὺς ἀδιαφόρους εἰς ἀκολασίας ζῆλον μετέθηκας. Firminus, relicta ascetica exercitatione, militiæ nomen dederat, quo intellecto, scripsit ad eum Basilius, hortatusque est, ut beatos suos Progenitores mallet patria regenda, quàm paternum avum tractandis armis imitari. Respondit ei Firminus, & ingenue crimen suum fassus est, seque statuisse, libello Imperatori oblato, honestam dimissionem impetrare; sin minus etiam in militia asceticæ vitæ propositum una cum promissa virginitate, quoad liceret, servare: *Persuasum autem habeo in ejusmodi rebus potiorem esse Regiis mandatis voluntatem nostram, quàm si immutatam, ac immotam a proposito vitæ perfecto exhibuero, inexpugnabilis nobis & inviolabilis Dei auxilio virginitatis erit custodia.* Πέπεισμαι δὲ ἐν τοιούτοις μεῖζον τῶν βασιλικῶν προσταγμάτων τὴν προαίρεσιν ἡμῶν ἰσχύειν· ἣν ἐὰν ἄτρεπτον καὶ ἀκλινῆ ἐκ τοῦ κατὰ τὴν ἀκμὴν βίου ἐπιδειξώμεθα, ἀνεπιχείρητος ἡμῖν καὶ ἄσυλος διὰ τῆς τοῦ Θεοῦ βοηθείας τῆς παρθενίας ἡ φυλακὴ εἴη. In asserenda Ascetarum continentia consentit cum Magno Basilio ejus amicus, & asceticæ vitæ socius Gregorius Nazianzenus, qui referens præclaras dotes, ac virtutes Ascetarum Ecclesiæ Nazianzenæ inter eas ita castitatem recenset: *Fœcunditas in cœlibatu, siquidem præstantiores fœtus, illi sunt, qui secundum Deum existunt, quàm qui a carne ortum ducunt, qui deliciis minime studere pro deliciis habent, qui regni cœlestis causa humiles sunt, qui in mundo nihil habent, & supra mundum existunt, qui etiam in carne extra carnem vivunt.* Ἡ ἐν ἀγαμίᾳ καλλιτεκνία, εἴπερ κρείττονα τῶν ἀπὸ σαρκὸς ἀρχομένων, τὰ κατὰ Θεὸν γεννήματα, οἱ τρυφῶντες τῷ μὴ τρυφᾶν, οἱ ταπεινοὶ ὑπὲρ τοῦ οὐρανίων· οἷς μηδὲν ἐν κόσμῳ καὶ ὑπὲρ τὸν κόσμον, οἱ σαρκὸς ἔξω καὶ ἐν σαρκί. Quin etiam de ipso Basilio testatur, cum Christianam exercitationem sibi proposuisset, castitatem in primis adamasse, eamque non solum in se, sed etiam in aliis excolere, ac custodire studuisse. In Oratione enim, quam in ejus laudem post obitum habuit: *Magna*, inquit, *res est virginitas, & cœlibatus, atque in Angelorum, naturæque singularis ordine censeri, vereor enim dicere Christi, qui cum propter nos genitos gignendus esset, ex Virgine gignitur, virginitatem velut lata lege sanciens, ut hinc abducentem, ac mundum contrahentem, vel potius mundum ad mundum transmittentem, præsentem nimirum ad futurum. Quis igitur magis, quàm ille, aut virginitatem in pretio habuit, aut carni leges imposuit, idque non suo tantum exemplo, sed etiam per ea, quibus operam dedit? Cujus sunt Virginum cœnobia? cujus præcepta illa Literis mandata, quibus cum omnes sensus coercebat, tum membra omnia componebat, ac virginitatem vere colere admonebat?* Μέγα παρθενία καὶ ἀζυγία καὶ τὸ μετ' ἀγγέλων τετάχθαι, καὶ τῆς μοναδικῆς φύσεως· ὀκνῶ γὰρ εἰπεῖν Χριστοῦ, ὃς καὶ γεννηθῆναι θελήσας διὰ τοὺς γεννητοὺς ἡμᾶς, ἐκ παρθένου γεννᾶται, παρθενίαν νομοθετῶν, ὡς ἐντεῦθεν μετάγουσαν, καὶ κόσμον συντέμνουσαν, μᾶλλον δὲ κόσμον κόσμῳ παραπέμπουσαν, τὸν ἐνεστῶτα τῷ μέλλοντι· τίς οὖν ἐκείνου μᾶλλον ἢ παρθενίαν ἐτίμησεν, ἢ σαρκὶ ἐνομοθέτησεν, οὐ τῷ καθ' ἑαυτὸν ὑποδείγματι μόνον, ἀλλὰ καὶ οἷς ἐσπούδασε; τίνος οἱ παρθενῶνες, καὶ τὰ ἔγγραφα διατάγματα, οἷς πᾶσαν μὲν αἴσθησιν ἐσωφρόνιζε, πᾶν δὲ μέλος ἐρρύθμιζε, καὶ ὄντως παρθενεύειν ἔπειθεν. Et in Carmine de vir-

Epist. CXVIII. pag. 209.

Orat. XII pag. 191. prope finem.

Orat. XX. pag. 358.

Carm. 18. Iamb. pag. 218.

virtute, seu humilitate generatim affirmat, Ascetas, quos Nazaræos vocat, castitatem corporis Christo vovisse, quos & ipsum cum aliis secutum esse.

Attollo mente lætus effigiem ad Deum,
Per injugatum, liberum & vitæ genus:
Nullam relinquens pellis hic notam meæ,
Inflatum ut utrem quempiam in vita, a Deo
Sed incitatus unico, cum plurimis
Aliis, comitibus optimis sanctæ viæ:
Vitam intuentes jugiter qui cœlitem
Christo dicarunt, non comam, aut opes suas,
Sed castitatem corporis, cui nil habent
Quod comparari possit in bonis suis.
Hos Nazaræos dico, qui novo agmine
Omnes abundant conditis intus bonis:

Χαίρων· ἐπανάγων πρὸς Θεὸν τὴν εἰκόνα
Ἐλευθέρῳ τε καὶ ἀσυνδέτῳ βίῳ
Μηδὲν λελοιπὼς τῆς ἐμῆς ἴχνος δορᾶς
Ἀσκόν τιν᾽ ἄλλον ἐν βίῳ φυσώμενον·
Ὅλος δ᾽ ὅλῳ τε τῷ Θεῷ κινούμενος;
Πολλῶν μετ᾽ ἄλλων γνησίων συνεμπόρων·
Οἱ πρὸς μόνην βλέποντες ἣν ἐλπίζομεν
Ζωὴν, ἀνῆκαν οὐ κόμας οὐδ᾽ οὐσίας
Θεῷ παρ᾽ οὗ τὰ πάντα· ὧν ἔχουσι δὲ
Τὸ πρῶτον, ἁγνείαν τε καὶ ἀσαρκίαν.
Τὰ Ναζιραίων τῶν νέων συστήματα
Πλήθοντα καὶ στίλβοντα τοῖς ἔνδον καλοῖς.

Et demum Eusebius Cæsariensis in commentariis ad Psalmum LXVII. de Ascetis, quos observat sub Monachorum nomine a Symmacho in sua versione indicatos fuisse, apertissime verba faciens, eos cum solitaria vita castitatem conjunxisse, testatur his verbis: Οἱ τὸν μονήρη, καὶ ἁγνὸν κατορθοῦντες βίον; *Qui vitam solitariam, & castam instituunt.*

Ex Ascetica continentiæ proposito causam, & occasionem sumpserūt hæretici perturbandi legitimas nuptias.

§. 8, Profecto ex proposito, seu voto continentiæ, quam spondebant Ascetæ, occasionem arripuerunt discipuli Eustathii turbandi legitima conjugia, abducendique a viris suis uxores, & invicem ab uxoribus maritos. Quod sane fecerunt, recepto more, & solita hæreticorum pravitate, qui sanctas Catholicæ Ecclesiæ institutiones penitus abolere student, sin minus improbitate sua inficere, ac pervertere conantur. Propterea in Gangrensi Concilio, ex quo alios canones hac de re superius attuli, inter cætera crimina, quorum nomine anathematis sententia in eos prolata est, damnati fuerunt Eustathiani, quod prætextu pietatis, hoc est ἀσκήσεως Ascesis, mulieres a viris suis abstraherent; eisque suaderent, amputatâ comâ, vestem mutare, & virilem Ascetarum amictum sumere, criminantes, nuptias impedimento esse, quominus salutem apud Deum conjuges assequi possent. Ita enim Patres in principio Synodi: *declaratum est ajunt hos eosdem nuptias accusare, & docere, quod nullus in conjugali positus gradu spem habeat apud Deum. Unde factum est, ut multæ mulieres eos secutæ, relictis propriis viris, & viri, uxoribus destitutis, vinculum conjugale dissolverent, continentiam profitentes: quam cum retinere non possent, adulterium commiserunt.* Καὶ γὰρ ἐκ τοῦ καταμέμφεσθαι αὐτοὺς τὸν γάμον, καὶ ὑποτίθεσθαι, ὅτι οὐδεὶς τῶν ἐν γάμῳ ὄντων ἐλπίδα παρὰ Θεῷ ἔχει, πολλαὶ γυναῖκες ὕπανδροι ἀπατηθεῖσαι τῶν ἑαυτῶν ἀνδρῶν ἀνεχώρησαν, καὶ ἄνδρες τῶν ἰδίων γυναικῶν· εἶτα ἐν τῷ μεταξὺ μὴ δυνηθεῖσαι ἐγκρατεῖν ἐμοιχεύθησαν. Et *Can. XIII.* juxta versionem Dionysii Exigui: *Si qua mulier propter continentiam, quæ putatur, habitum mutat, & pro solito muliebri amictum virilem sumit, anathema sit.* Εἴ τις γυνὴ διὰ νομιζομένην ἄσκησιν μεταβάλλοιτο ἀμφίασμα, καὶ ἀντὶ τοῦ εἰωθότος γυναικείου ἀμφιάσματος, ἀνδρεῖον ἀναλάβοι, ἀνάθεμα ἔστω. Et Canone sequenti: *Si qua mulier relinquit maritum, & vult recedere, matrimonium abhorrens, sit anathema.* Εἴ τις γυνὴ καταλιμπάνοι τὸν ἄνδρα, καὶ ἀναχωρεῖν ἐθέλει βδελυττομένη τὸν γάμον, ἀνάθεμα ἔστω. Et *Can. XVII. Si qua mulier propter Divinum cultum* (in Græco propter ascesim legitur) *ut æstimat, crines attondeat, quos ei Deus ad subjectionis materiam tribuit, tanquam præceptum dissolvens obedientiæ, anathema sit.* Εἴ τις γυναικῶν διὰ τὴν νομιζομένην ἄσκησιν ἀποκείροιτο τὰς κόμας, ἃς ἔδωκεν ὁ Θεὸς εἰς ὑπόμνησιν τῆς ὑποταγῆς, ὡς ἀναλύουσα τὸ πρόσταγμα τῆς

ὑποταγῆς, ἀνάθεμα ἔστω. Demum ad hæc præclarum de Ascetarum continentia testimonium Origenis addam, qui in Homilia XIX. in Jeremiam: *Ut vero melius intelligas*, inquit, *quid sit* MISERIAM INVOCABO, *describam quod fieri solet ab Ascetis. Est enim sæpe qui, cum sit ei liberum nubere, sicque vitare molestiam insurgentis adversus spiritum carnis, eligit non abuti nubendi potestate, sed affligi, & tolerare, jejuniis corpus domare, ipsum in servitutem redigere, talium ciborum abstinentia, & omnimodo spiritu facta carnis. Nonne hic miseriam invocavit, cum posset deliciis, voluptatibusque se dare, & miseriam non invocare? Si quis ergo Prophetam imitari potest, prævaricationem, ut exposuimus, & miseriam in piis exercitationibus invocet. Id autem vere etiam in Jeremia contigit, cum cælebs caste vixerit: dixit enim illi Deus*: NON ACCIPIES MULIEREM, NEQUE FACIES LIBEROS, *& in castitate vixit*: Ἵνα δὲ μᾶλλον νοήσῃς τὸ· ταλαιπωρίαν ἐπικαλέσομαι, διαγράψω ὅ, τι γινόμενον τοῖς Ἀσκηταῖς· πολλάκις γὰρ παρακειμένου τοῦ γῆμαι, καὶ μὴ ἔχειν πρᾶγμα ἐπανισταμένης τῆς σαρκὸς τῷ πνεύματι, αἱρεῖταί τις οὐ καταχρήσασθαι τῇ τοῦ γαμεῖν ἐξουσίᾳ, ἀλλὰ ταλαιπωρεῖν καὶ κάμνειν, ὑποπιάζειν τὸ σῶμα νηστείαις, καὶ δουλαγωγεῖν αὐτὸ ἀποχαῖς τοιῶνδε βρωμάτων, καὶ παντὶ τρόπῳ τῷ πνεύματι τὰς πράξεις τοῦ σώματος θανατοῦν· ἆρ' ὁ τοιοῦτος οὐ τὴν ταλαιπωρίαν ἐπεκαλέσατο, παρὸν ἐπιδοῦναι ἑαυτὸν τρυφῇ καὶ ἡδονῇ, καὶ μὴ ἐπικαλεῖσθαι τὴν ταλαιπωρίαν; Εἴτις οὖν δύναται μιμεῖσθαι τὸν προφήτην, καὶ ἀθεσίαν, ὡς διηγησάμεθα, ἐπικαλείσθω, καὶ ταλαιπωρίαν δὲ ἐν ταῖς ἀσκήσεσι ἐπικαλείσθω· ἔτυχε δὲ τὴν ἱστορίαν εἶναι ἀληθῆ καὶ περὶ Ἱερεμίου, ὅτι καὶ ἐν ἁγνείᾳ ἔζησεν. Εἶπε γὰρ αὐτῷ ὁ κύριος, οὐ μὴ λάβῃς γυναῖκα, οὐδ' οὐ μὴ ποιήσῃς τέκνα, καὶ ἐν ἁγνείᾳ ἔζησε. Primos, ac vetustiores Ascetas fuisse Prophetas, certum, ac indubitatum est. Horum enim secessum, paupertatem, rerum mundanarum contemptum, cæterasque virtutes Christiani Ascetæ æmulati sunt; sed præcipue virginitatem, quam qui in veteri testamento custodiverint, rarissimi fuerunt, nostros Ascetas eorum exemplo coluisse, docet nos præter alios plurimos hoc loco Origenes. Florem autem castitatis, ut ab eodem Origine innuitur, ne ab immundis animalibus, a carnalibus scilicet cogitationibus, conteri posset, jejuniis, aliisque voluntariis corporis castigationibus, veluti spinis sepiebant Ascetæ, sed de his in sequenti Sermone breviter agam.

Homil. XIX. n. 7. pag. 272.

CAPUT VIII.

De Ascetarum jejuniis, aliisque corporis castigationibus.

PRofecto apud veteres Gentiles, ut ab initio monui, Athletæ, dicti sunt Ascetæ, ab exercitatione, qua se ad certamina exercebant. Ideoque Hesychius in suo Lexico, inquit, Ἀσκητής Ἀθλητής. *Asceta Athleta.* Et Svidas scribit, quod Ascetas Antiqui vocabant Athletas, idest certatores, & pugiles Ἀσκητὰς καὶ Ἀθλητὰς λέγουσι. Athletas autem non modo profanos, sed multo magis sacros, atque Christianos consuevisse, imo prorsus necessarium eis fuisse, abstinere ab omnibus, quæ proposito certamini officere possunt, ita præclarè monet B. Apostolus Paulus: *Omnis autem, qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet, & illi quidem, ut corruptibilem coronam accipiant: nos autem incorruptam.* Πᾶς δὲ ὁ ἀγωνιζόμενος πάντα ἐγκρατεύεται. Ἐκεῖνοι μὲν οὖν ἵνα φθαρτὸν στέφανον λάβωσι· ἡμεῖς δὲ ἄφθαρτον. Et quidem, ut recte animadvertit Clemens Alexandrinus. *Non oportet considerare continentiam in uno solum genere, nempe in rebus venereis, sed etiam in quibuscumque aliis, quæ luxuriosa concupiscit anima, non contenta necessariis, sed sollicita de delitiis. Continentia est pecuniam despicere, voluptatem, possessionem, spectaculum magno, & excelso animo contemnere; os continere, ratione, quæ sunt mala vincere.* Οὐ μόνον περί τι ἓν εἶδος τὴν ἐγκράτειαν συνορᾶν προσήκει, τουτέστι τὰ ἀφροδίσια· ἀλλὰ γὰρ καὶ περὶ τὰ ἄλλα, ὅσα σπαταλῶσα ἐπιθυμεῖ ἡ ψυχὴ ἡμῶν, οὐκ ἀρκουμένη τοῖς ἀναγκαίοις, περιεργαζομένη δὲ τὴν χλιδήν· ἐγκράτεια ἐστιν ἀργυρίου καταφρονεῖν· τρυφῆς, κτήσεως, θέας καταμεγαλοφρονεῖν· στόματος κρατεῖν, κυριεύειν λογισμῷ τῶν πονηρῶν. Itaque cum hactenus de Ascetarum castitate, & a rebus vene-

Continentia non in sola abstinentia a rebus venereis posita est.

Strom. lib. III. pag. 450. & nov. edit. 538.

venereis continentia verba fecerim, operis argumento consentaneum erit, deinceps exponere, quanta cura, studio, ac diligentia Ascetæ se ab omnibus mundanis oblectamentis, sæculique illecebris, & falsis mundi deliciis continerent, & qua severitate, quibusque corporis afflictationibus carnem suam ad obedientiam cogerent, ne spiritui rebellis, & contumax rationis imperium detrectaret. Sed quoniam de his plura superius necessaria quadam rerum connexione obiter attigi, ideo hoc loco paucioribus me expediam, præsertim quia infinita propemodum res esset, si rationes omnes, modos, ac formas referre vellem, quibus Ascetæ in pietatis palæstra se exercebant.

De Ascetarum jejuniis.

§. 2. Ac primum de jejunio, abstinentia scilicet a cibo, & potu sermo nobis sit. Et quidem Christianos Ascetas solitos fuisse severioribus jejuniis corpus suum coercere, & in servitutem redigere, vitam suam vili, & modico cibo sustentantes, ut de se ipse loquebatur Apostolus, testantur veteres Patres, inter quos Origenes in libro contra Celsum, ubi Pythagoricos cum Christianis Ascetis comparat: *Vide autem*, inquit, *quàm dispar sit Pythagoricorum animatis abstinentium, & nostrorum Ascetarum ratio. Illi enim animatis abstinent propter fabulam de migratione animæ in varia corpora:*

. . . . atque aliquis tam stultus & amens,
Ut sacris operans sua pignora mactet ad aras.

Nos vero si quando abstinemus, id a nobis fit, ut castigetur corpus, & in servitutem redigatur. Quippe volumus mortificare membra, quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, affectus, concupiscentiam malam; & nihil non experimur, ut facta carnis mortificemus. Ὅρα δὲ καὶ τὴν διαφορὰν τῆς αἰτίας τῆς τῶν ἐμψύχων ἀποχῆς, τῶν ἀπὸ τοῦ Πυθαγόρου, καὶ τῶν ἐν ἡμῖν ἀσκητῶν· ἐκεῖνοι μὲν γὰρ, διὰ τὸν περὶ ψυχῆς μετενσωματουμένης μῦθον, ἐμψύχων ἀπέχονται·

. . . . καί τις φίλον υἱὸν ἀείρας,
Σφάξει ἐπευχόμενος μέγα νήπιος.

Ἡμεῖς δὲ, κἂν τὸ τοιοῦτο πράττωμεν, ποιοῦμεν αὐτὸ, ἐπεὶ ὑπωπιάζομεν τὸ σῶμα, καὶ δουλαγωγοῦμεν· καὶ βουλόμεθα νεκροῦν τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, πορνείαν, ἀκαθαρσίαν, ἀσέλγειαν, πάθος, ἐπιθυμίαν κακήν· καὶ πάντα γε πράττομεν, ἵνα τὰς πράξεις τοῦ σώματος θανατώσωμεν. Eadem de abstinentia Ascetarum leguntur in ejus Homilia XIX. in Hieremiam num. 7., cujus verba superius a me relata sunt: Cum Origene concors est latinus Scriptor, & æqualis ætatis Tertullianus in referenda Ascetarum continentia a vino, & carnibus. In libro enim de cultu fœminarum *cap. IX. Quidam*, inquit, *ipsam Dei creaturam sibi interdicunt, abstinentes vino, & animalibus exulantes, quorum fructus nulli periculo, aut sollicitudini adjacent; sed humilitatem animæ suæ in victus quoque castigatione Deo immolant*. Et in libro de patientia *pag.* 238. *Quæ igitur negotiatio patientiæ in corpore? In primis adflictatio carnis hostia Domino placatoria per humiliationis sacrificium, quum sordes cum angustia victus Domino libat, contenta simplici pabulo, puroque aquæ potu, quum jejunia conjungit, cum cineri, & sacco inolescit*. Quibuscum convenit S. Cyrillus Hierosolymitanus, qui erudiens Catechumenos de Christiana abstinentia: *Conservetur*, ait, *corpus Domino mundum, ut Dominus etiam corpus respectet. Nutriatur autem alimentis, ut vivat, & absque impedimento famuletur, at non ut deliciis tradatur*: Τετηρήσθω δὲ τὸ σῶμα τῷ Κυρίῳ καθαρὸν, ἵνα καὶ ὁ Κύριος ἐπιβλέψῃ τῷ σώματι. Τρεφέσθω δὲ τὸ σῶμα σιτίοις, ἵνα ζῇ, καὶ ἀνεμποδίστως ὑπηρετῇ· οὐ μὴν ἵνα πρὸς τρυφὰς ἐκδοθῇ. Asserens deinde nonnullos circa ciborum abstinentiam errare: *Alii quidem*, inquit, *Idolis immolata sine discrimine contingunt*, Catech. IV. n. 27. *alii verò* (loquitur de Ascetis, qui ob jejunia in superbiam elati Pharisæorum more reliquos fideles damnabant.) *exercitationis causa secundum asceticæ vitæ institutum abstinent, damnant autem eos, qui manducant*. Ἐπειδὴ πολλοὶ καὶ περὶ τὰ βρώματα πταίουσιν. Οἱ μὲν γὰρ τοῖς εἰδωλοθύτοις ἀδιαφόρως προσέχονται· οἱ δὲ ἀσκοῦσι μὲν, κατακρίνουσι δὲ τοὺς ἐσθίοντας. In Canone autem XVIII. Concilii Gangrensis contra falsos Ascetas,

tas, qui hujusmodi jejuniis in Dei contumeliam abutebantur, decretum est anathema: *Si quis propter continentiam, quæ putatur, aut contumaciam, in die Dominica jejunat*. Εἴ τις διὰ νομιζομένην ἄσκησιν ἐν τῇ κυριακῇ νηστεύοι, ἀνάθεμα ἔστω. Et Canone sequenti, quia pseudo-Ascetæ legitima, & ab Ecclesia præcepta jejunia transgredientes, alia arbitratu suo exercitationis prætextu servanda mandabant, sancitur: *Si quis eorum, qui continentiæ student, absque necessitate corporea tradita in communia jejunia, & ab Ecclesia custodita superbiendo dissolvit*. Εἴ τις τῶν ἀσκουμένων χωρὶς σωματικῆς ἀνάγκης ὑπερηφανεύοιτο, καὶ τὰς παραδιδομένας νηστείας εἰς τὸ κοινὸν, καὶ φυλασσομένας ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας, παραλύοι, ὑποκουροῦντος ἐν αὐτῷ τελείου λογισμοῦ, ἀνάθεμα ἔστω. Ideo in Canone L. Apostolorum abstinentia a nuptiis, carnibus, & vino, quia Ascetarum propria erat, nisi propter exercitationem, seu Ascesin fiat, prohibetur: *Si quis Episcopus* (sunt verba Canonis) *Presbyter, vel Diaconus, vel omnino ex Clericorum numero a nuptiis, carnibus, & vino non propter exercitationem, sed propter detestationem abstinuerit, oblitus, quod omnia sunt valde bona &c., vel corrigat se, vel deponatur, atque ex Ecclesia ejiciatur. Itidem & Laicus*. Εἴ τις Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ, γάμου καὶ κρεῶν καὶ οἴνου, οὐ δι' ἄσκησιν, ἀλλὰ διὰ βδελυρίαν ἀπέχεται, ἐπιλανθανόμενος ὅτι πάντα καλὰ λίαν &c. ἢ διορθούσθω, ἢ καθαιρείσθω καὶ τῆς ἐκκλησίας ἀποβαλλέσθω· ὡσαύτως καὶ λαϊκός.

Ex Ascetis nonnulli per plures dies nihil prorsus cibi sumebant.

§. 3. Profecto Ascetæ non solum a carnium esu, & vini potu se temperabant, sed nonnulli sæpius duos, tresve dies jejuni transigebant, nihil prorsus cibi capientes. De his Irenæus apud Eusebium agens de Paschali jejunio: *Quidam, ait, existimant unico die sibi esse jejunandum, alii duobus, alii pluribus, nonnulli etiam, quadraginta horis diurnis, ac nocturnis computatis diem suum metiuntur*. Οἱ μὲν γὰρ οἴονται μίαν ἡμέραν δεῖν αὐτοὺς νηστεύειν· οἱ δὲ δύο, οἱ δὲ καὶ πλείονας. οἱ δὲ τεσσαράκοντα ὥρας ἡμερινάς τε καὶ νυκτερινὰς συμμετροῦσι τὴν ἡμέραν αὐτῶν. Eadem testatur Dionysius Alexandrinus in epistola ad Basilidem de sex diebus magnæ hebdomadis. Et Epiphanius in expositione fidei Catholicæ de iisdem sex diebus Paschalis jejunii: *Sex autem, inquit, illos dies Paschatis Xerophagiis, hoc est, arido victu transigere populus omnis assuevit: hoc est panem dumtaxat cum aqua sub vesperam adhibere. Imo vero, studiosi* (hoc enim nomine Ascetæ etiam apud S. Basilium vocantur) *biduum, ac triduum, & quatriduum superponunt; & quidam totam hebdomadam usque ad Galli cantum illucescente die Dominico*. Τὰς δὲ ἓξ ἡμέρας τοῦ Πάσχα ἐν ξηροφαγίᾳ διατελοῦσι πάντες οἱ λαοί· φημὶ δὲ ἄρτῳ, καὶ ἁλὶ, καὶ ὕδατι τότε χρώμενοι πρὸς ἑσπέραν· ἀλλὰ καὶ οἱ σπουδαῖοι διπλᾶς, καὶ τριπλᾶς, καὶ τετραπλᾶς ὑπερτίθενται, καὶ ὅλην τὴν ἑβδομάδα τινὲς ἄχρι ἀλεκτρυόνων κλαγγῆς, τῆς Κυριακῆς ἐπιφωσκούσης. Certè ad Ascetarum jejunia pertinent ea quoque, quæ occurrunt in Homilia VII. Antiochi: *Jejunium igitur est non solum tardè comedere, sed & parum comedere; & secundo quoque die non vesci, id Ascesis, seu pietatis exercitium est, verùm etiam parum comedere* (seu ut alii legunt, *non vario cibo uti*). *Est enim Ascesis mensa in unius generis cibo coarctata, & ad modicum redacta*. Νηστεία οὖν ἐστὶ οὐ μόνον τὸ βραδυφαγῆσαι, ἀλλὰ καὶ τὸ βραχυφαγῆσαι· καὶ οὐ διὰ δύο ἐσθίειν, τοῦτο ἄσκησίς ἐστιν, ἀλλὰ τὸ μὴ πολυφαγῆσαι· (seu ut alii legunt ποικιλοφαγῆσαι·) ἄσκησις γάρ ἐστιν ἐν μονοειδῇ τροφῇ συνεσταλμένη τράπεζα. Huc etiam referenda sunt, quæ de jejuniis quorumdam fidelium nempe Ascetarum, qui ætate sua Mediolani, ac Romæ in commune viventes studiose in via Domini se exercebant, narrat Augustinus, mores Catholicæ Ecclesiæ recensens: *Jejunia, inquit, prorsus incredibilia multos exercere didici, non quotidie semel sub noctem reficiendo corpus, quod est usquequaque usitatissimum, sed continuum triduum, vel amplius sæpissime sine cibo, ac potu ducere*. Sed de jejuniis, vigiliis, laboribus, aliisque exercitationibus, quibus ad perfectam virtutem se instituebant Ascetæ, qui in Ægypto, Mesopotamia, Palæstina, aliisque Orientis partibus degebant, digna auditu

Euseb. Hist. Eccles. lib. V. cap. XXIV.

Exposit. Fid. Cathol. n. 22. tom. I. adv. Hæres. in fin.

In Biblioth. Patr. Lib. Græc. Latin. tom. I. pag. 1037.

August. de mor. Eccl. Cath. cap. XXXIII.

ditu sunt, quæ ad Eustathium, ita scribit eloquentissimus Basilius. *Basilius Epist. CCXXIII. n. 2.* *Cum legissem Evangelium, ibique perspexissem plurimum ad perfectionem valere, bona sua divendere, & cum egenis fratribus communicare, ac nulla prorsus hujus vitæ sollicitudine distringi, nec ulla affectione ad res terrenas animo converti; cupiebam invenire aliquem ex Fratribus, qui hanc vitæ viam elegisset, ut una cum ipso brevem hujus vitæ fluctum transirem. Ac multos quidem inveni Alexandriæ, multos etiam in reliqua Ægypto: & in Palæstina, alios, & Cælesyria, ac Mesopotamia: quorum mirabar abstinentiam in victu, mirabar tolerantiam in laboribus, stupebam ad constantiam in precibus, quomodo somnum superarent, naturali nulla necessitate infracti: quomodo excelsam semper, & indomitam animi sententiam servantes in fame, & siti, in frigore, & nuditate, nusquam ad corpus conversi, nec ullam ei curam impendere volentes, sed tanquam in aliena carne viventes, reipsa ostenderent, quid sit in hac vita peregrinari, & quid civitatem in Cœlo habere.* Καὶ τοίνυν ἀναγνοὺς τὸ εὐαγγέλιον, καὶ θεασάμενος ἐκεῖ μεγίστην ἀφορμὴν εἰς τελείωσιν τὴν διάπρασιν τῶν ὑπαρχόντων, καὶ τὴν πρὸς τοὺς ἐνδεεῖς τῶν ἀδελφῶν κοινωνίαν, καὶ ὅλως τὸ ἀφροντίστως ἔχειν τοῦ βίου τούτου, καὶ ὑπὸ μηδεμιᾶς συμπαθείας πρὸς τὰ ὧδε τὴν ψυχὴν ἐπιστρέφεσθαι, ηὐχόμην εὑρεῖν τινὰ τῶν ἀδελφῶν ταύτην ἑλόμενον τὴν ὁδὸν τοῦ βίου, ὥστε αὐτῷ συνδιαπεραιωθῆναι τὸν βραχὺν τοῦτον τοῦ βίου κλύδωνα· καὶ δὴ πολλοὺς μὲν εὗρον κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν· πολλοὺς δὲ κατὰ τὴν λοιπὴν Αἴγυπτον, καὶ ἐπὶ τῆς Παλαιστίνης ἑτέρους, καὶ τῆς κοίλης Συρίας καὶ τῆς Μεσοποταμίας· ὧν ἐθαύμαζον μὲν τὸ περὶ δίαιταν ἐγκρατές· ἐθαύμαζον δὲ τὸ καρτερικὸν ἐν πόνοις· ἐξεπλάγην τὴν ἐν προσευχαῖς εὐτονίαν, ὅπως ὕπνου κατεκράτουν ὑπ' οὐδεμιᾶς φυσικῆς ἀνάγκης κατακαμπτόμενοι, ὑψηλὸν ἀεὶ καὶ ἀδούλωτον τῆς ψυχῆς τὸ φρόνημα διασώζοντες, ἐν λιμῷ καὶ δίψει, ἐν ψύχει καὶ γυμνότητι, μὴ ἐπιστρεφόμενοι πρὸς τὸ σῶμα, μηδὲ καταδεχόμενοι αὐτῷ προσαναλῶσαί τινα φροντίδα, ἀλλ' ὡς ἐν ἀλλοτρίᾳ τῇ σαρκὶ διάγοντες, ἔργῳ ἐδείκνυσαν, τί τὸ παροικεῖν τοῖς ὧδε, καὶ τί τὸ πολίτευμα ἔχειν ἐν οὐρανῷ. Sed plura ac stupenda quidem, imo pene incredibilia Ascetarum, veterumque Monachorum, & Anachoretarum jejunia, & per plures dies nihil prorsus capientium cibi exempla per se quisque legere poterit in vitis Patrum, quas edidit, doctisque suis notis, ac præfationibus illustravit eruditissimus P. Rosweidus, tum etiam in multis, doctisque voluminibus vitarum Sanctorum, quæ a Bollando, ejusque clarissimis sociis ad publicam fidelium omnium utilitatem in lucem edita sunt.

§. 4. Profecto Christiani Ascetæ longissimis jejuniis, & arctissimæ ab omni fere cibo, & potu, abstinentiæ præter alias plurimas corporis afflictationes, humicubationes jungebant. *Jejuniis humicubationes jungebat Ascetæ.* De se ipse enim narrat S. Hieronymus: *Hieron. in Epist. ad Eustoch.* *Horrebant sacco membra deformia, & squallida cutis situm Æthyopicæ carnis obduxerat: quotidie lacrymæ, quotidie gemitus, & si quando repugnantem somnus imminens oppressisset, nuda humo vix ossa hærentia collidebam; de cibis vero, & potu taceo, cum etiam languentes Monachi aqua frigida utantur, & coctum aliquid accepisse luxuria sit.* In epistola autem ad Nepotianum monens in senibus cum ætate etiam virtutes quodammodo deficere, & solam sapientiam augeri. *Omnes pene virtutes*, ait, *corporis mutantur in senibus, & crescente sola sapientia, decrescunt cæteræ virtutes, jejunia, vigiliæ, eleemosynæ, chameuniæ.* Et S. Epiphanius agens de impietate Aerii, ejusque discipulorum, qui fidelium jejunia, aliasque corporis afflictationes, quibus se ad S. Pascha parare solebant, irridebant, ac subsannabant: *Porro*, inquit, *S. Epiph. adv. Hæres. lib. III. tom. I. hæres. 75. pag. 908.* *diebus ipsis Paschatis, quod tempus humi cubando, castimoniam servando, afflictandoque corpore, necnon & aridorum ciborum usu, precibus, vigiliis, jejuniis, ac reliquis id genus saluberrimis corporis cruciatibus celebrare solemus. Illi è contrario &c.* Ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ Πάσχα, ὅτε παρ' ἡμῖν χαμευνίαι, ἁγνεῖαι, κακοπάθειαι, ξηροφαγίαι, εὐχαί, ἀγρυπνίαι τε, καὶ νηστεῖαι, καὶ πᾶσαι τῶν ψυχῶν αἱ σωτηρίαι τῶν ἁγίων παθῶν· αὐτοὶ &c. De humicubationibus, seu chameuniis Monachorum, qui Ascetis successerunt, & quorum nomine præsertim

tim apud Latinos ipsi Monachi Ascetarum successores frequenter vocati sunt, sæpius occurrit mentio apud veteres Scripotores, quæ adeo consuetæ, & usu receptæ erant, ut ipsa Monachorum cubicula chameunæ χαμεῦναι dicerentur. Ab instituta semel ascetica severissimæ vitæ ratione haud facile recedebant Ascetæ, Alcibiades celebris Martyr, atque Asceta Ecclesiæ Lugdunensis, durum vitæ genus, quod amplexus fuerat, etiam in carcere pro causa fidei tuenda positus servabat, utque ab instituta jejunandi severitate recederet, divina revelatione opus fuit, ita testantur Ecclesia Lugdunensis, ac Viennensis in sua epistola ad Fratres per Asiam, & Phrygiam constitutos de iis, qui pro Christi fide martyrium consummaverant. *Alcibiades quidam*, ajunt, *unus ex illorum Martyrum numero durum & squallidum vivendi genus sectabatur: nullumque omnino cibum admittens, solo pane & aqua ad id usque temporis vesci consueverat. cumque in carcere positus eamdem vivendi rationem vellet retinere, Attalo post primum, quod in amphiteatro confecerat certamen, revelatum est, non rectè, neque ordine facere Alcibiadem, qui & creaturis Dei minime uteretur, & aliis exemplum scandali fieret*, Ἀλκιβιάδου γάρ τινος ἐξ αὐτῶν, πάνυ αὐχμηρὸν βιοῦντος βίον, καὶ μηδενὸς ὅλως τὸ πρότερον μεταλαμβάνοντος, ἀλλ' ἢ ἄρτῳ μόνῳ καὶ ὕδατι χρωμένου, πειρωμένου τε καὶ ἐν τῇ εἱρκτῇ οὕτω διάγειν, Ἀττάλῳ μετὰ τὸν πρῶτον ἀγῶνα ὃν ἐν τῷ ἀμφιθεάτρῳ ἤνυσεν, ἀπεκαλύφθη, ὅτι μὴ καλῶς ποιοίη ὁ Ἀλκιβιάδης, μὴ χρώμενος τοῖς κτίσμασι τοῦ Θεοῦ, καὶ ἄλλοις τύπον σκανδάλου ὑπολειπόμενος.

§. 5. Qualis fuerit asceticæ vitæ institutio, quam sequutus est Origenes, rerum scientia, & scriptorum copia apud omnes ætates celebris, ex Eusebio Cæsariensi accepimus, qui eam in sua Ecclesiastica historia litteris in hæc verba consignavit: *Deinde prudenti consilio usus, ne alieno subsidio opus haberet, venditis priscæ doctrinæ voluminibus, quæ penes se habebat elegantissime elaborata, contentus fuit quatuor obolis, qui ab emptore voluminum ipsi in dies singulos pendebantur. Hujusmodi disciplina, & plane Philosophica ratione vivendi pluribus deinceps annis uti perseveravit, omnes juvenilium cupiditatum illecebras undique subtrahens. Ac diurno quidem tempore gravissimos exercitationis labores tolerabat, noctis verò maximam partem Divinarum Scripturarum studiis impendebat, severissimæ, quoad poterat, philosophiæ legibus, institutisque semetipsum coercens. Quippe interdiù quidem jejuniorum exercitationibus insudabat, noctu verò somni spatium dimetiebatur, eumque non in strato, sed super nudo solo capere satagebat; maxime verò Evangelica illa Salvatoris nostri præcepta observanda esse ducebat, quibus monemur, tum ne duas tunicas habeamus, neve calceamentis utamur, tum ne de crastino nimium solliciti nosmetipsos excruciemus. Sed & majore, quàm ætas ferebat, animi ardore, in frigore ac nuditate perstans, & ad summum Evangelicæ paupertatis culmen evectus, familiares suos ingenti admiratione perculit.* Εἶτα λογισμῷ καθήκοντι ὡς ἂν μὴ γένοιτο τῆς παρ' ἑτέρων ἐπικουρίας ἐνδεής, ὅσαπερ ἦν αὐτῷ λόγων ἀρχαίων πρότερον συγγράμματα φιλοκάλως ἐσπουδασμένα μεταδούς, τοῖς ὑπὸ τοῦ ταῦτα ἐωνημένου φερομένοις αὐτῷ τέτταρσιν ὀβολοῖς τῆς ἡμέρας ἠρκεῖτο· πλείστοις τε ἔτεσι τοῦτον φιλοσοφῶν διετέλει τὸν τρόπον, πάσας ὕλας νεωτερικῶν ἐπιθυμιῶν ἑαυτοῦ περιαιρούμενος· καὶ διὰ πάσης μὲν ἡμέρας οὐ σμικροὺς ἀσκήσεως καμάτους ἀνατλῶν· καὶ τῆς νυκτὸς δὲ τὸν πλείονα χρόνον ταῖς τῶν θείων γραφῶν ἑαυτὸν ἀνατιθεὶς μελέταις· βίῳ τε ὡς ἔνι μάλιστα ἐγκαρτερῶν φιλοσοφωτάτῳ· τοτὲ μὲν τοῖς ἐν ἀσιτίαις γυμνασίοις ἐνασκούμενος· τοτὲ δὲ μεμετρημένοις τοῖς κατὰ τὸν ὕπνον καιροῖς· οὗ μεταλαμβάνειν οὐδ' ὅλως ἐπὶ στρωμνῆς, ἀλλ' ἐπὶ τοὐδάφους διὰ σπουδῆς ἐποιεῖτο. Πάντων δὲ μάλιστα τὰς εὐαγγελικὰς τοῦ Σωτῆρος φωνὰς φυλακτέας εἶναι ᾤετο δεῖν, τάς τε περὶ τοῦ μὴ δύο χιτῶνας μηδ' ὑποδήμασι χρῆσθαι παραινούσας, μηδὲ μὴν ταῖς περὶ τοῦ μέλλοντος χρόνου φροντίσι κατατρίβεσθαι· ἀλλὰ καὶ μείζονι τῆς ἡλικίας προθυμίᾳ χρώμενος, ἐν ψύχει καὶ γυμνότητι διακαρτερῶν, εἰς ἄκρον τε ὑπερβαλλούσης ἀκτημοσύνης ἐλαύνων, τοὺς ἀμφ' αὐτὸν εἰς τὰ μάλιστα κατέπληττε. Et post nonnulla alia: *Multos igitur per annos nudis vesti-*

Du Fresne Gloss. med. & infim. Latin. verb. chameunia, & in altero med. & infim. Græcit. χαμεύνη.

Euseb. Hist. Eccl. lib. V. cap. III.

Qualis fuerit Ascetica vitæ ratio, quam Origenes, Magnus Antonius, aliique veteres sequuti sunt.

Euseb. Hist. Eccl. lib. VI. cap. III. pag. 261.

vestigiis ambulasse dicitur, nullo penitus calceamento usus; vino quoque, & aliis rebus, quæ ad victum minus necessariæ sunt, diutissime abstinuit. Λέγεται γοῦν καὶ πλειόνων ἐτῶν γῆν πεπατηκέναι, μηδενὶ μηδαμῶς κεχρημένος ὑποδήματι· ἀλλὰ καὶ οἴνου χρήσεως καὶ τῶν ἄλλων παρὰ τὴν ἀναγκαίαν τροφὴν πλείστοις ἔτεσιν ἀπεσχημένος. Sed præ cæteris dignum est, longeque præstantius, ut hoc loco ea referam, quæ de exercitatione, seu Ascesi magni Antonii, priusquam in eremum abiret, a Beatissimo Athanasio in ejus vita posteritatis memoriæ tradita sunt; & primum quidem de labore manuum, de oratione, & lectione talia scribit: *Laborabat itaque manibus suis: audierat nempe, qui otiosus fuerit, ne manducet; atque hinc partim panem sibi emebat, partim egenis largiebatur. Frequens orabat, quod didicisset, oportere seorsim sine intermissione orare: etenim ita attentus erat lectioni, ut nihil sibi scriptorum excideret, sed retineret omnia; ita ut ipsi deinde memoria librorum loco esset.* Εἰργάζετο γοῦν ταῖς χερσὶν, ἀκούσας, ὁ δὲ ἀργὸς μὴ δὲ ἐσθιέτω· καὶ τὸ μὲν εἰς τὸν ἄρτον, τὸ δὲ εἰς τοὺς δεομένους ἀνήλισκε. Προσηύχετο δὲ συνεχῶς, μαθὼν ὅτι δεῖ κατ' ἰδίαν προσεύχεσθαι ἀδιαλείπτως· καὶ γὰρ προσεῖχεν οὕτως τῇ ἀναγνώσει, ὡς μηδὲν τῶν γεγραμμένων ἀπ' αὐτοῦ πίπτειν χαμαὶ, πάντα δὲ κατέχειν, καὶ λοιπὸν αὐτοῦ τὴν μνήμην ἀντὶ βιβλίων γίνεσθαι. Expositis deinde variis infernalis astutiæ insidiis, quibus sanctissimum Jevenem primum ab ascetico proposito dimovere humani generis hostis aggressus est; ac deinde cum primi ejus conatus in irritum cecidissent, in turpia luxuriæ peccata pertrahere, modo obscœnis suggestionibus, modo nocturnis, diurnisque visibus, hæc alia

Ephes. VI. 11. subjungit: *At Antonius, quod ex scripturis didicisset, multas esse inimici insidias, asceticæ vitæ cum contentione operum dabat, ratus, etsi non potuisset Diabolus voluptate corporis cor decipere, alia sane arte eum insidias paraturum; Dæmon quippe peccatis delectatur. Magis igitur magisque corpus macerabat, & in servitutem redigebat, ne forte in aliis victor, in aliis succumberet. Asperiori igitur vitæ genere assuescere in animum inducit, quod multis admirationi fuit, ipse tamen ejusmodi laborem facile tolerabat; animi enim alacritas, diuturnitate temporis, habitum illi bonum adferebat; ita ut, vel minima oblata ab aliis occasione, permagnum ipse hac in re studium exhiberet. Ita vigilabat, ut totam persæpe noctem insomnem duceret; idque non semel, sed sæpissime observabat, haud sine aliorum admiratione. Cibum semel in die sumebat post Solis occasum: nonnumquam post biduum, imo sæpe post quatriduum edebat. Cibus illi panis cum sale, & aqua sola, potus. Carnium enim & vini meminisse supervacaneum fuerit, cum nec apud alios strenuos Ascetas ejusmodi quidpiam reperiretur. Ad somnum verò capiendum sufficiebat ei storea, ac ut plurimum humi cubabat. Oleo inungi nolebat, ajens, præstare juvenes magna alacritate Asceticam exercere, nec ea quærere, quæ corpus emollirent, quin potius laboribus assuefacere, memores Apostolici hujus dicti:* CUM INFIRMOR, TUNC POTENS SUM. Ὁ δὲ II. Corinth. XII. 10.
Ἀντώνιος μαθὼν ἐκ τῶν γραφῶν πολλὰς εἶναι τὰς μεθοδείας τοῦ ἐχθροῦ, συντόνως ἐπείχετο τῇ ἀσκήσει, λογιζόμενος, ὅτι εἰ καὶ μὴ ἴσχυσε τὴν καρδίαν ἐν ἡδονῇ σώματος ἀπατῆσαι, πειράσει πάντως δι' ἑτέρας ἐνεδρεῦσαι μεθόδους. Ἔστι γὰρ φιλαμαρτήμων ὁ δαίμων· Μᾶλλον οὖν καὶ μᾶλλον ὑπεπίαζε τὸ σῶμα καὶ ἐδουλαγώγει· μήπως ἐν ἄλλοις νικήσας, ἐν ἄλλοις ὑποσυρῇ. Βουλεύεται τοίνυν σκληροτέραις ἀγωγαῖς ἑαυτὸν ἐθίζειν· καὶ πολλοὶ μὲν ἐθαύμαζον, αὐτὸς δὲ ῥᾷον τὸν πόνον ἔφερεν· ἡ γὰρ προθυμία τῆς ψυχῆς πολὺν χρόνον ἐμμείνασα, ἕξιν ἀγαθὴν ἐνειργάζετο ἐν αὐτῷ, ὥστε καὶ μικρὰν πρόφασιν λαμβάνοντα παρ' ἑτέρων, πολλὴν εἰς τοῦτο τὴν σπουδὴν ἐνδείκνυσθαι. Ἠγρύπνει γὰρ τοσοῦτον, ὡς πολλάκις· καὶ ὅλην τὴν νύκτα διατελεῖν αὐτὸν ἄϋπνον· καὶ τοῦτο δὲ οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ πλειστάκις ποιῶν ἐθαυμάζετο. Ἤσθιέν τε ἅπαξ τῆς ἡμέρας μετὰ δύσιν ἡλίου· ἦν δ' ὅτε καὶ διὰ δύο, πολλάκις δὲ καὶ διὰ τεσσάρων μετελάμβανε. Καὶ ἦν αὐτῷ ἡ τροφὴ, ἄρτος, καὶ ἅλας· καὶ τὸ ποτὸν, ὕδωρ μόνον. Περὶ γὰρ κρεῶν καὶ οἴνου περιττόν ἐστι καὶ λέγειν· ὅπουγε οὐδὲ παρὰ τοῖς ἄλλοις σπουδαίοις ηὑρίσκετό τι τοιοῦτον. Εἰς δὲ τὸν ὕπνον ἠρκεῖτο ψιαθίῳ· τὸ δὲ πλεῖστον, καὶ ἐπὶ γῆς μόνης κατέκειτο.

 Ἀλεί-

Ἀλείφεσθαι δὲ ἐλαίῳ παρῃτεῖτο, λέγων· μᾶλλον πρέπειν τοὺς νεωτέρους ἐκ προθυμίας ἔχειν τὴν ἄσκησιν, καὶ μὴ ζητεῖν τὰ χαυνοῦντα τὸ σῶμα· ἀλλὰ καὶ ἐθίζειν αὐτὸ τοῖς πόνοις, λογιζομένους τὸ τοῦ ἀποστόλου ῥητὸν, ὅτ' ἂν ἀσθενῶ, τότε δυνατός εἰμι. Non dissimilia sunt, quæ de eo tradidit Sozomenus, inquiens: *Cibus illi panis tantum erat cum sale, potus autem aqua. Tempus prandii solis occasus. Sæpe etiam biduo, & amplius jejunus permansit. Vigilabat autem integras prope dixerim noctes, & orationibus intentus, ad diem usque perseverabat. Quod si forte somnum delibasset, super storea brevissimo momento cubans dormiebat. Plerumque vero ei nudum solum pro stragulo erat.* Ἦν δὲ αὐτῷ τροφὴ μόνος ἄρτος, καὶ ἅλας, ὕδωρ δὲ ποτόν. Καὶ ἀρίστου καιρὸς, δυόμενος ἥλιος. Πολλάκις δὲ δύο καὶ πλείους ἡμέρας διέμενεν ἄσιτος. Ἠγρύπνει δὲ, ἀεὶ μὲν, ὡς εἰπεῖν, ὁλοκλήρους νύκτας· καὶ εὐχόμενος, τὰς ἡμέρας ἐφήπλετο· εἰ δ' ἄρα καὶ ὕπνου ἐγεύσατο, ἐπὶ ῥιπὸς ἀκαριαῖον ἐκάθευδε. Τὰ πολλὰ δὲ καὶ χαμαὶ κείμενος, αὐτὴν μόνην τὴν γῆν στρωμνὴν ἐποιεῖτο. His autem, quæ de Magno Antonio narrata sunt, maxime consentaneum, & opportunum erit addere, quæ de S. Hilarione ejus discipulo ab eodem Sozomeno referuntur. *Habitaculum ejus*, inquit, *erat casa ex lateribus, paleis, & confractis tegulis exstructa: tantum latitudinis habens, & altitudinis, ac longitudinis, ut stans quidem caput inclinare, jacens verò pedes colligere necesse haberet. Omnibus enim modis sese assuefaciebat ad laborum tolerantiam, & ad mollitiem vincendam. Denique in probata, ac minime fucata continentia, nemini eorum, quos quidem novimus, cessit: adversus inediam, sitim, æstum, frigus, aliasque corporis & animi perturbationes, atque blanditias decertans. Et moribus quidem accuratus: sermone autem gravis erat, & sacrarum litterarum diligens perscrutator.* Οἴκησις δὲ ἦν αὐτῷ, δωμάτιον μικρὸν, ἐκ πλίνθου καὶ φορυτοῦ καὶ κεράμων κατεαγότων κατεσκευασμένον· εὖρος τε καὶ ὕψος καὶ μῆκος τοσοῦτον, ὅσον ἑστῶτα μὲν κεκυφέναι τὴν κεφαλήν· κείμενον δὲ τοὺς πόδας συλλέγειν ἐπάναγκες εἶναι. Διαπάντων γὰρ ἔθιζεν ἑαυτὸν ταλαιπωρεῖν, καὶ ῥᾳστώνης κρατεῖν. Ἀμέλει τοι ὧν ἴσμεν ἐγκρατείας ἀκόμπου καὶ δεδοκιμασμένης, οὐδενὶ κατέλιπεν ὑπερβολὴν, ἀγωνιζόμενος πρὸς ἀσιτίαν καὶ δίψος, καὶ ῥῖγος, καὶ πνῖγος, καὶ πρὸς τὰ ἄλλα πάθη, καὶ θωπείας τοῦ σώματος καὶ τῆς ψυχῆς. Ἦν δὲ τὸ μὲν ἦθος σπουδαῖος. σεμνὸς δὲ τὸν λόγον, καὶ ἐπήβολος ἀκριβὴς τῶν ἱερῶν γραφῶν. Quinam fuerit vivendi modus, ac ratio, quam in suo Pontico secessu tenuerunt Gregorius, ac Basilius, ex literis ipsius Gregorii, qui cum amico ea super re familiariter jocatur, aliqua ex parte nobis innotescit. Nam postea quam in antecedentibus literis ad Basilium datis locum ipsum, ejusque informem situm, cæli asperitatem, & horridam faciem facetis dictis irrisit, deinde in sequenti epistola: *Age*, inquit, *quæ sequuntur, adjiciamus, ab Homero initium ducentes:*

Nunc age progrediens internum concine quæso
Ornatum,

tugurium videlicet tecto, & januis carens, focum ignis, & fumi expertem, parietes igni exsiccatos, ne luti guttis impetamur. Tantalis similes, eademque pœna multati, nimirum in aquis sitientes, jejunas etiam illas, & miseras epulas, ad quas è Cappadocia, non tanquam ad Lotophagorum inopiam, sed velut ad Alcinoi mensam nos novi & ærumnosi naufragi sumus. Memini enim panes illos, & juscula (sic enim nominantur) semperque meminero dentibus circa fragmenta collabescentibus, ac postea sese erigentibus, velutque ex cœno emergentibus. Ἐπειδὴ φέρεις μετρίως τὴν παιδείαν, καὶ τὰ ἑξῆς προσθήσομεν· ἐξ Ὁμήρου δὲ προοίμιον· ἀλλ' ἄγε δὴ μετάβηθι, καὶ τὸν ἔσω κόσμον ἄεισον, τὴν ἄστεγον σκέπην καὶ ἄθυρον, τὴν ἄπυρον ἑστίαν καὶ ἄκαπνον, τοὺς πυρὶ ξηραινομένους τοίχους, ἵνα μὴ ταῖς τοῦ πηλοῦ ῥανίσι βαλλώμεθα, Ταντάλιοί τινες καὶ κατάκριτοι, διψῶντες ἐν ὕδασι, τὴν ἐλεεινὴν ἐκείνην καὶ ἄτροφον πανδαισίαν, ἐφ' ἣν ἀπὸ Καππαδοκίας ἐκλήθημεν, οὐχ ὡς λωτοφάγων πενίαν, ἀλλ' ὡς Ἀλκινόου τράπεζαν ἡμεῖς οἱ νέοι ναυαγοί τε καὶ τλήμονες· μέμνημαι γὰρ τῶν ἄρτων ἐκείνων, καὶ τῶν ζωμῶν. Οὕτω γὰρ ὠνομάζοντο, ἀλλὰ καὶ μεμνήσομαι, καὶ περιολισθαινόντων τοῖς βλωμοῖς ὀδόντων· εἶτα ἀνι-

χο-

Sozom. Hist. Ecclef. lib. I. cap. XIII.

Hist. Eccl. lib. III. cap. XIV.

Greg. ep. VIII.

χορδῶν καὶ ἀντλουμένων, ὥσπερ ἐκ πίλματος. Prosequitur deinde, & nonnullis urbane, æque, ac eleganter dictis interpositis, hæc alia adjungit: *Quisnam porro modo steriles illos hortos, oleribusque carentes præteribo, Augiæque fimum e domo expurgatum, quo eos opplevimus, cum montosum illud plaustrum, & ego vindemiator, & tu facetus homo hac cervice, manibusque his, quæ laborum vestigia etiamnum ferunt, traheremus (ô terra & sol, ô vir & virtus! paulum quiddam more tragico exclamabo) non ut Hellespontum jungeremus, sed ut præruptum, & præcipitem locum exæquaremus.* Πῶς παρέλθω τοὺς ἀκήπους κήπους ἐκείνους, καὶ ἀλαχάνους; καὶ τὴν Αὐγείου κόπρον, ἐκ τῆς οἰκίας ἐκκαθαιρομένην, ἣ τούτους ἀναπληρώσαμεν, ἡνίκα τὴν γεωλόφαν ἅμαξαν. Ἐγώ τε ὁ βοτρύων, καὶ ὁ λάμυρος σὺ, τοῖς αὐχέσι τούτοις καὶ ταῖς χερσὶ ταύταις, αἳ τῶν πόνων ἔτι τὰ ἴχνη φέρουσιν. Ὦ γῆ καὶ ἥλιε ἀνὴρ καὶ ἀρετή. Τραγῳδήσω γάρ τι μικρὸν, οὐχ ἵνα τὸν Ἑλλήσποντον ζεύξωμεν, ἀλλ᾽ ἵνα κρημνὸν ὁμαλίσωμεν. Et in aliis posterioribus litteris, in quibus narrat, se una cum Basilio, aliis Ascetis, & Solitariis, nulla regula aut lege scripta in commune viventibus leges, ac præcepta dedisse: *Quis me, ait, secundum pristinorum illorum dierum statum constituet, in quibus ego tecum afflictionem pro deliciis habebam? (quandoquidem molestia sponte suscepta voluptati minime voluntariæ præstat) Quis psalmodias illas, & vigilias dabit, atque ad Deum per orationem peregrinationes, illamque velut materia vacantem, & incorpoream vitam? Quis fratrum eorum, qui dii a te efficiebantur, atque in altum evehebantur, concordiam, animorumque consensionem? Quis virtutis certamen, & ad eam incitationem, quam scriptis legibus, ac regulis obfirmavimus? Quis divinorum oraculorum studium, lucemque in ipsis ductu, atque auspiciis Spiritus Sancti inventam? Aut, ut minora, & leviora dicam, quis diurnas operum vices, & labores? Quis lignorum comportationes, & lapidicinas? Quis arborum consitiones, & irrigationes? Quis platanum illam auream, & Xerxis platano* (Epist. IX.) *no præstantiorem, in qua non Rex luxu diffluens, sed Solitarius afflictus sedebat, quam ego plantavi, Apollo rigavit, hoc est, tua excellentia, Deus autem in honorem nostrum auxit, ut seduli laboris nostri, & industriæ monumentum apud vos conservetur.* Τίς ἂν μετείη κατὰ μίαν ἡμερῶν τὴν εὐφροσύνην ἐκείνων, ἐν αἷς συνεθρύπτων σοι τῷ κακοπαθεῖν; ἐπειδὴ τὸ ἑκούσιον λυπηρὸν, τοῦ ἀκουσίου τερπνοῦ τιμιώτερον. Τίς δώσει τὰς ψαλμῳδίας ἐκείνας καὶ τὰς ἀγρυπνίας, καὶ τὰς διὰ προσευχῆς πρὸς Θεὸν ἐκδημίας; καὶ τὴν οἱονεὶ ἄϋλον ζωὴν καὶ ἀσώματον; τίς ἀδελφῶν συμφυΐαν καὶ συμψυχίαν, τῶν ὑπὸ σοῦ θεουμένων καὶ ὑψουμένων; τίς ἅμιλλαν ἀρετῆς καὶ παράθηξιν, ἣν ὅροις γραπτοῖς καὶ κανόσιν ἠσφαλισάμεθα; τίς θείων λογίων φιλοπονίαν; καὶ τὸ ἐν αὐτοῖς φῶς εὑρισκόμενον, σὺν ὁδηγίᾳ τοῦ πνεύματος; ἢ ἵνα τὰ μικρότερα λέγω καὶ εὐτελέστερα, τίς ἐφημερίας καὶ αὐτουργίας; τίς ξυληγίας, καὶ λατομίας; τίς δὲ φυτείας καὶ ὀχετηγίας; τίς δὲ πλάτανον τὴν χρυσῆν, καὶ τῆς Ξέρξου τιμιωτέραν, ὑφ᾽ ἧς οὐχὶ βασιλεὺς ἐκαθέζετο τεθρυμμένος, ἀλλὰ μοναστὴς τεθρυχωμένος, ἣν ἐγὼ ἐφύτευσα, Ἀπολλὼς ἐπότισεν, ἡ σὴ τιμιότης. Ἀλλ᾽ ὁ Θεὸς ηὔξησεν, εἰς τιμὴν ἡμετέραν, ἵνα ὑπόμνημα σώζηται παρ᾽ ὑμῖν τῆς ἡμετέρας φιλοπονίας. In prævia ascetica institutione, quæ Sancto Basilio adscribi solet, hæc tanquam asceticæ vitæ fundamentum ad ejus amatores dicuntur: *Age igitur, Christi miles, exempla pauca ex rebus humanis mutuatus de æternis bonis cogita. Propone tibi vitæ genus, quod domo atque civitate, & opibus destituatur. Esto liber, & a mundanis omnibus curis solutus: ne vinciat te uxoris desiderium, aut sollicitudo de sobole.* (Tom. II. Op. S. Basil. pag. 200. prav. Instit. Ascet. num. 1.) Ἄγε δὴ, στρατιῶτα Χριστοῦ, μικρὰ ἐξ ἀνθρωπίνων πραγμάτων λαβὼν παραδείγματα, ἐνθύμησιν λάβε τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν, ἄοικός σοι, καὶ ἄπολις, καὶ ἀκτήμων προκείσθω βίος· ἄνετος ἔσο, λελυμένος ἀπὸ πασῶν κοσμικῶν φροντίδων· μή σε δεσμεύσῃ γυναικὸς ἐπιθυμία· μή σε φροντὶς παιδός. Beatus Hieronymus rogatus a Paulino, ut asceticæ conversationis præcepta, ac leges sibi præscriberet: *Multitudines hominum, inquit, & officia, & salutationes, & convivia veluti quasdam catenas fugias voluptatum. Sit utilis, & vespertinus cibus olera, & lugumina, inter-*

 dum-

dumque pisciculos pro summis ducas deliciis. Qui Christum desiderat, & illo pane vescitur, non quærit magnopere de quàm pretiosis cibis stercus conficiat: quidquid post gulam non sentitur, idem sibi sit, quod panis & legumina. Descendit deinde ad alia, quæ Ascetarum proposito convenientia sunt, lectio scilicet, oratio, vigiliæ, eleemosynæ: *Semper in manu tua sacra sit lectio, frequenter orandum, & flexo corpore mens erigenda ad Dominum: crebræ vigiliæ, & ventre vacuo sæpius dormiendum, rumusculos, & gloriolas, & palpantes adulatores quasi hostes fuge. Pauperibus, & Fratribus refrigeria sumptuum manu propria distribue .... humilitatem vestium tumenti animo non appetas, sæcularium, & maxime potentium consortium devita.* Et ad Lucinium Bæticum, ejusque uxorem Theodoram, qui asceticum propositum elegerant, & quibusdam rebus ipsum muneraverant, ciliciola tanquam eorum instituto consentanea misit, ita ad eos scribens: *Ego insignia paupertatis, & quotidianæ symbola pænitentiæ tibi, & sorori tuæ misi, quatuor ciliciola apta proposito, & usibus vestris.*

Epist. XXVIII.

CAPUT IX.

De Ascetarum studiis, manuumque operibus, corporisque laboribus.

In quiete solitudinis quid agerēt, & curarent Ascetæ.

Tullius de Offic. lib. III. in princ.

MAgnifica, & magno viro, ac sapiente digna, ut eam vocat Tullius, fuit vox illa Publii Scipionis Africani, qui dicere solebat: *Nunquam se minus otiosum esse, quàm cum otiosus: nec minus solum, quàm cum solus esset.* Hæc autem sine dubio a nemine utique, quàm a Christiano Asceta rectius usurpari poterant. Etenim hominum cœtus, ac frequentiam Asceta fugiebat, non ut inerti otio, aut molli desidiæ se traderet, & more pecudum ventri deditus vitam silentio transigeret; sed ut animus a mundanarum cogitationum vinculis liber, ac solutus, charitatis pulcherrimis, ac mirabilibus pennis ad eam cælestem pulchritudinem se erigeret, cujus splendore, sua turpitudine agnita, ad Divinum exemplar, quoad humana imbecillitas finit, se reformaret; & paulatim Divinæ charitatis ardore, omni terrena labe detersâ, humanisque vitiis exustis, Dei colloquio, deliciisque frui mereretur æternis. In hos enim recte conveniunt, quæ de ipsis Ascetis, seu eorum fratribus, aut successoribus, Anachoretis, inquam, scripsit Augustinus: *Nihil*, ait, *de his dicam, quos paulo ante commemoravi, qui secretissimi penitus ab omni hominum conspectu, pane solo, qui eis per certa temporum intervalla affertur, & aqua contenti, desertissimas terras incolunt, perfruentes colloquio Dei, cui puris mentibus inhæserunt, & ejus pulchritudinis contemplatione beatissimi, quæ nisi Sanctorum intellectu percipi non potest. Nihil inquam, de his loquar, videntur enim nonnullis, res humanas, plusquam oporteret, deseruisse, non intelligentibus, quantum nobis eorum animus in orationibus prosit, & vita ad exemplum, quorum corpora videre non sinimur.* Quare cum superiori capite de jejuniis, paupertate, nuditate, humicubationibus, aliisque tractaverim, quibus Ascetæ insurgentem adversus spiritum carnis concupiscentiam coercebant, consentaneum erit hoc loco exponere, quæ fuerint eorum literarum studia, quæve opera, quive labores, quibus defatigaretur corpus, & detineretur animus, ne otio languens ad terrena prolaberetur, & vanis mundanarum rerum cogitationibus a Dei contemplatione mente avocata, paulatim languesceret divinæ charitatis ardor, ac deinceps penitus extingueretur. Sed quoniam Ascetis nulla erat lex posita, nulla regula scripta, non unus Rector, aut Magister præpositus, quisque sibi, quas aptas putabat, leges a se observandas, ut plurimum præstituebat. Itaque non una erat omnium ratio, aut forma vivendi, sed quia omnibus Evangelicæ disciplinæ, & consiliorum Christi Domini diligens observatio proposita erat, communis quidem cunctis fuit, assidua oratio, castissima vita, summa paupertas, & in maxima rerum omnium abstinentia, ac mirabili hujus sæculi contemptu, secretissima a cunctorum mortalium oculis, quatenus charita-

Aug. de mor. Eccles. lib. I. cap. XXXI.

ritatis officia sinebant, solitudo; cætera verò voluntaria, & arbitraria erant, & ideo varia, & diversa.

In Christianis Ascetis quantus esset amor, ac studium Evangelicæ doctrinæ propagandæ, exemplo Sancti Justini Martyris ostenditur.

§. 2. Profectò a pluribus antiquissimis, sanctissimisque Ascetis sacrarum Scripturarum studium, verbi Dei, vel voce, vel scripto propagationem, catholici dogmatis adversus insurgentes hæreses defensionem, rudium, & ignarorum hominum instructionem, seu catechesin, summopere adamata, diligenterque curata fuisse, comperio. Et ut ab antiquioribus, quorum memoria ad nos pervenit, exordiar; Quantus esset amor, ac studium S. Scripturarum in Beatissimo Martyre Justino, ejus opera, quæ prolixis Scripturarum testimoniis, earumque expositionibus plena sunt, manifeste nobis indicant, & ipsemet non uno in loco declarat. Sed præclara sunt, que in dialogo cum Tryphone de se testatur, ubi suæ ad Christum conversionis exordia his verbis refert. *Mihi vero statim*, inquit, *in animo ignis accensus est, meque amor invasit Prophetarum, & hominum illorum, qui Christi sunt amici. Cumque illius sermones apud animum proponerem, hanc solam reperiebam philosophiam, quæ quidem tuta, & utilis foret.* Ἐμοῦ δὲ παραχρῆμα πῦρ ἐν τῇ ψυχῇ ἀνήφθη, καὶ ἔρως ἔχει με τῶν προφητῶν, καὶ τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων, οἵ εἰσι Χριστοῦ φίλοι· διαλογιζόμενός τε πρὸς ἐμαυτὸν τοὺς λόγους αὐτοῦ, ταύτην μόνην εὕρισκον φιλοσοφίαν ἀσφαλῆ τε καὶ σύμφορον. Deinde ejusdem amoris in aliorum animis excitandi desiderium suum, ita exponit: *Vellem equidem, ut omnes rationem meæ similem ineuntes a Salvatoris doctrina non aberrarent; habet enim in se terribilem quamdam Majestatem, & ad eos permovendos idonea est, qui de recta via deflexerunt: His autem, qui eam meditantur, suavissima est requies.* Βουλοίμην δ' ἂν καὶ πάντας ἴσον ἐμοὶ θυμὸν ποιησαμένους, μὴ ἀφίστασθαι τῶν τοῦ σωτῆρος λόγων· δέος γάρ τι ἔχουσιν ἐν ἑαυτοῖς, καὶ ἱκανοὶ δυσωπῆσαι τοὺς ἐκτρεπομένους τῆς ὀρθῆς ὁδοῦ ἀνάπαυσίς τε ἡδίστη γίνεται τοῖς ἐκμελετῶσιν αὐτούς. Quin etiam, ut ipse sanctissimus Martyr fatetur, sacrarum Scripturarum intelligentia cælitus donatus fuerat. Sacram autem, quam è Cælo hauserat, scientiam, ac doctrinam non in se invidus continuit, sed maximo eam disseminandi, propagandique desiderii ardore, quo incendebatur impulsus, eam ubique gentium disseminare studuit. Itaque de eo B. Hieronymus, quicum consentit Eusebius Cæsariensis, tradit: in urbe Roma habuisse διατριβάς. Quo nomine non id dumtaxat significavit Hieronymus, moras Romæ Justinum fecisse: Quid enim in latina narratione ad rem simplicissimam significandam græcum verbum poneret? sed in Urbe, quæ sedes Christianæ Religionis, & Romani Imperii caput erat, scholas habuisse more Philosophorum Græcorum, non ut vanam scientiam ostentaret, & inanem jactaret eloquentiam; sed ut sacrosanctæ Fidei nostræ veritatem doceret, eamque contra Judæorum calumnias, & Gentilium criminationes tueretur. Id enim ex actis ejus martyrii adstrui insuper, ac suaderi videtur. Nam a Præfecto Urbis Rustico interrogatus fuit, quo loco cum discipulis, ut eos doceret, conveniret: *Tunc Præfectus, age inquit, dicas, quem in locum conveniatis, & discipulos tuos congreges.* Ῥουστικὸς ἔπαρχος εἶπεν· εἰπὲ ποῦ συνέρχεσθε, ἢ εἰς ποῖον τόπον ἀθροίζεις τοὺς μαθητάς σου. Justinus autem factum non negavit; sed modestè fassus est, instruere solitum fuisse in cælesti doctrina, qui ad eum ventitabant: *Si quis ad me venire voluit, communicavi cum illo veritatis doctrinam.* Καὶ εἴ τις ἐβούλετο ἀφικνεῖσθαι παρ' ἐμοὶ, ἐκοινώνουν αὐτῷ τῶν τῆς ἀληθείας λόγων. Quin etiam unus ex illis, qui cum Justino passi sunt, Evelpistus nomine, testatur, se *Justini sermones magna cum voluptate audivisse.* Ἰουστίνου μὲν ἡδέως ἤκουον τῶν λόγων. Hujusmodi autem docendi munus non solum in scholis, sed etiam ubique locorum, & voce, & scripto, cum se occasio offerebat, diligenter Justinus obibat, eoque tanto animi ardore, cura, ac diligentia perfungebatur, ut grandis peccati reum se coram Deo fore putaret, si quam docendi occasionem sibi datam neglexisset, suaque culpa factum esset, ut aliquis veritatis luce careret: *Nostrum igitur munus est*, inquit, *ut vitæ, & doctrinæ nostræ inspiciendæ copiam omnibus faciamus*,

Justin. Dialog. cum Tryphone n. 8. pag. 109.

Hieron. de Script. Eccl.

Euseb. Hist. Eccles. lib. IV. cap. 11.

Cic. I. Tusculan.

Apolog. I. num. 3. pag. 45.

mus, ne pro iis, qui res nostras sibi videntur ignorare, pœnam eorum, qui cæcutientes peccaverint, ipsi debeamus. Ἡμέτερον οὖν ἔργον, καὶ βίου καὶ μαθημάτων τὴν ἐπίδειξιν πᾶσι παρέχειν, ὅπως ὑπὲρ τοῦ ἀγνοεῖν τὰ ἡμέτερα νομιζόντων, τὴν τιμωρίαν ὧν ἂν πλημμελῶσι τυφλώττοντες αὐτοὺς, αὐτοῖς ὀφλήσωμεν. Sibi enim perspectum, atque exploratum esse affirmabat: *Quicumque verum possit dicere, nec dicat, eum a Deo judicatum iri.* Πᾶς ὁ δυνάμενος λέγειν τὸ ἀληθὲς καὶ μὴ λέγων, κριθήσεται ὑπὸ τοῦ Θεοῦ. Ideoque ut munus sibi a Deo demandatum explere posset, gratia intelligentiæ Scripturarum se cælitus donatum fuisse, ingenue fatetur: *Scripturas vobis referam* (ita ipse Judæos alloquitur) *nec apparatum verborum ad solam artem ostentare volo, neque enim est mihi ejusmodi facultas, sed tantum gratia mihi a Deo concessa, ut ejus Scripturas intelligam, cujus gratiæ, omnes adhortor, ut gratis & copiose participes fiant, ne vel hac de causa condemner in judicio.* Γραφὰς ὑμῖν ἀνιστορεῖν μέλλω, οὐ κατασκευὴν λόγων ἐν μόνῃ τέχνῃ ἐπιδείκνυσθαι σπεύδω· οὐδὲ γὰρ δύναμις ἐμοὶ τοιαύτη τίς ἐστιν, ἀλλὰ χάρις παρὰ Θεοῦ μόνη εἰς τὸ συνιέναι τὰς γραφὰς αὐτοῦ ἐδόθη μοι· ἧς χάριτος καὶ πάντας κοινωνοὺς ἀμισθωτὶ καὶ ἀφθόνως παρακαλῶ γίνεσθαι, ὅπως μὴ καὶ τούτου χάριν κρίσιν ὀφλήσω. Itaque Sanctissimi Martyris amor, ac zelus pro Christiana veritate non in sola opera erudiendi eos, qui eum adibant, vel quibuscum colloqui eum contingebat, se continuit; sed præterea & Judæos a sua cæcitate, & Gentiles a suis erroribus revocare curavit; duas enim Apologias pro Christiana Religione Imperatoribus obtulit; Dialogum contra Judæos, quem cum Triphone habuit, edidit: Ad hæc hæreticos quoque Evangelicæ doctrinæ corruptores aggressus est; nam contra Marcionem insignia volumina, & alium librum contra omnes hæreses composuit. Quare cum Asceta esset, & insignis Christianæ Religionis Philosophus, & Evangelicæ Doctrinæ Doctor, strenuusque defensor, recte de eo scriptum est. *Eadem tempestate*, nempe Aniceti Papæ tempore, *præ cæteris omnibus florebat Justinus, sub habitu Philosophi verbum Dei prædicans, & scriptis voluminibus pro fide nostra propugnans.* Μάλιστα δὲ ἤκμαζεν ἐπὶ τῶνδε Ἰουστῖνος, ἐν φιλοσόφου σχήματι πρεσβεύων τὸν θεῖον λόγον, καὶ τοῖς ὑπὲρ τῆς πίστεως ἐναγωνιζόμενος συγγράμμασιν.

Dial. contra Triph. num. 82. pag. 179. in fine.

Ibid. num. 58. pag. 154.

S. Hier., & Euseb. Cæsarien. locis supra cit.

Euseb. Hist. Eccles. lib. IV. cap. II. pag. 157.

De aliis Ascetis Divinarum Scripturarum Amatoribus.

§. 3. Longa quidem, ac tædii plena res esset, si omnium Christianorum Philosophorum, seu Ascetarum Serapionis, Pierii, Quadrati, Aristidis, Pantæni, Clementis, Tertulliani, Heraclæ, Cypriani, aliorumque hoc loco referre labores, opera, elucubrationes, quorum indices, seu catalogi apud Hieronymum, Eusebium Cæsariensem, aliosque veteres, tum novos Scriptores legi possunt. Ex his vero nonnulli Christianorum scholis, seu catechesi præfuerunt, alii privatim erudiendis discipulis operam suam insumpserunt, alii ad Evangelicæ veritatis lumen gentibus afferendum insudarunt; alii explanandis sacræ Scripturæ libris, alii fidei adversus Gentiles tuendæ, alii refellendis hæreticis, alii instruendis rudibus curas, cogitationesque suas impenderunt; alii sibi ipsis dumtaxat & Deo vacantes, rebus omnibus abdicatis, ne aliis onerosi essent, opere manuum suarum necessaria sibi ad tenuissimum victum suppeditantes, vitam in oratione, ac sancta Dei contemplatione transegerunt; alii demum hæc omnia complexi sunt, pluribusque voluminibus in publicum evulgatis, notum omnibus, ac testatum fecerunt, quantum eorum otium, & solitudo laboriosa, & Catholicæ Ecclesiæ utilis fuerit. Non defuere etiam qui, uti S. Gregorius Nazianzenus, Paulinus Nolanus, aliique, etiam sacris carminibus pangendis animum adjecerunt exemplo Regis David, aliorumque Prophetarum, ut & sanctorum cantuum dulcedine ad cælestium rerum amorem mortalium animos erigerent, & audientium auribus Evangelicas veritates suavius infunderent. Quantus esset, & quàm ardens sacrarum Scripturarum amor, ac studium in eodem Gregorio, ejusque amico Basilio, cum in Pontico secessu morarentur, posteritatis memoriæ tradidit Ruffinus, referens: Quod præclari isti duo viri, ambo nobiles, ambo Athenis eruditi, ambo collegæ, sæcularibus

bus honoribus, terrenisque opibus relictis, in suo secessu, aut asceterio, *per annos, ut ajunt, tredecim*, sunt verba laudati Ruffini, *omnibus Græcorum sæcularium libris remotis, solis divinæ Scripturæ voluminibus operam dabant, earumque intelligentiam non ex præsumptione, sed ex majorum scriptis, & auctoritate sequebantur: quos & ipsos ex Apostolica successione intelligendi regulam suscepisse constabat: quorum præcipue in Prophetas commentarios discutientes, thesauros sapientiæ, & scientiæ reconditos in vasis fictilibus perquirebant. Verum cum jam ipsi sufficienter instructi, Divina dispensatione ad imbuendos populos vocarentur, & alius alio itinere, ad idem tamen opus uterque traheretur.* Exposita deinde diversa via, ac ratione, quam uterque in opere Dei faciendo, procurandaque hominum salute secutus est, & utriusque diversarum virtutum, & rerum recte gestarum comparatione facta, subjicit: *Sic in utroque diversa gratia unum opus perfectionis explebat.* Verum in eorum secessu non modo Sacr. Scripturarum studium, sed qualis etiam esset manuum labor, & quæ assidua in agriculturæ operibus desudatio, ex literis, quas postea ad Basilium Gregorius misit, ex quibus nonnulla superius retuli, aliqua ex parte intelligimus. Paulinum postulantem præcepta asceticæ vitæ in literis, quas ad eum Beatus Hieronymus rescripsit, pluribus eum ad studia sacrarum Scripturarum incitavit, finem scribendi faciens his verbis: *Magnum habes ingenium, & infinitam sermonis supellectilem, & facile loqueris & pure, facilitasque ipsa, & puritas mixta prudentiæ est; capite quippe sano omnes sensus vigent; huic prudentiæ, & eloquentiæ si accederet vel studium, vel intelligentia Scripturarum: viderem te brevi arcem tenere nostrorum, & ascendentem cum Jacob tecta Syon, canere in domatibus, quod in cubilibus cognovisses. Accingere, quæso te, accingere. Nihil sine magno labore vita dedit mortalibus. Nobilem te Ecclesia habeat, ut prius Senatus habuit. Præpara tibi divitias, quas quotidie eroges, & nunquam deficiant.* Et Rusticum Ascetam in epistola, qua vivendi formam ei præscribit, his vocibus ad laborem, & lectionem Scripturarum, ac orationem hortatur: *Nunquam de manu, & oculis tuis recedat liber, discatur psalterium ad verbum, oratio sine intermissione, vigil sensus sit, nec vanis cogitationibus patens. Corpus pariter, & animus tendatur ad Dominum, iram vince patientia. Ama scientiam Scripturarum, & carnis vitia non amabis.* Paucis interjectis, nominatim recenset opera, quibus faciendis se occupare posset, quæ fortasse hoc loco referre lectori haud injucundam erit. Sanctissimi igitur Doctoris verba talia sunt: *Facito aliquid operis, ut te semper Diabolus inveniat occupatum. Si Apostoli habentes potestatem de Evangelio vivere, laborabant manibus suis, ne quem gravarent, & aliis tribuebant refrigeria, quorum pro spiritualibus debebant metere carnalia, cur tu in usus tuos cessura non præpares? vel fiscellam texe junco, vel canistrum lentis plecte viminibus, sarriatur humus, areolæ æquo limite dividantur, in quibus cum olerum jacta fuerint semina, vel plantæ per ordinem positæ, aquæ ducantur irriguæ, ut pulcherrimorum versuum spectator assistas.*

Ecce supercilio clivosi tramitis undam
Elicit: Illa cadens raucum per lævia murmur
Saxa ciet, scatebrisque arentia temperat arva.

Inserantur infructuosæ arbores, vel gemmis, vel surculis: ut parvo post tempore laboris tui dulcia poma decerpas. Apum fabricare alvearia, ad quas te mittunt Salomonis proverbia, & Monasteriorum ordinem, ac Regiam disciplinam in parvis disce corporibus, texantur & lina capiendis piscibus, scribantur libri, ut & manus operetur cibum, & animus lectione saturetur. In desideriis est omnis otiosus. Ægyptiorum Monasteria hunc morem tenent, ut nullum absque operis labore suscipiant, non tam propter victus necessitatem, quàm propter animæ salutem. Ab amore sacrarum Scripturarum laudat idem Sanctissimus Doctor Lucinium Bæti-

Ruffin. lib. II. Hist. Eccl. cap. IX.

Epist. IX.

Hieronym. epist. XIII.

Epist. IV.

Bæticum Ascetam in ejus Epitaphio, quod ad Theodoram uxorem post Licinii obitum misit: *Ego*, inquit, *in illo magis laudabo fervorem, & studium Scripturarum, quo ille desiderio opuscula nostra flagitavit, & missis sex Notariis, quia in hac provincia latini sermonis, scriptorumque penuria est, describi sibi fecit.* Epist. XXIX.

Quanto studio Ascetæ otium fugerent, & virtutibus comparandis operam darent.

§. 4. In summa id Ascetis omnibus tanquam præcipuum asceticæ vitæ fundamentum propositum erat, ut otium omni conatu aversarentur, ac fugerent: tempus autem vel labore manuum obeundo, vel sacris Scripturis legendis, vel canendis psalmis, & canticis spiritualibus, vel cælestibus rebus meditandis, orandoque Deo beatissime insumerent. De Beato Antonio, qui magnus fuit Ascetarum Pater, ac præstantissimus Magister, hoc traditum est, quod: *Otiari verò nec ipse unquam sustinuit; & eum, qui vitam recte instituere vellet, hortabatur, ut opus faceret, & remotis arbitris, se ipsum examinaret, rationemque exigeret eorum, quæ noctu fecisset, atque interdiu: ac si quidpiam secus commisisset, id in charta perscriberet, quo deinceps a peccatis abstineret, erubescens videlicet, si multa perscripta offenderet, metuensque, ne, chartula ipsius ab aliis deprehensa, cunctis manifesta fieret ipsius improbitas.* Ἀργεῖν δὲ οὔτε αὐτὸς ἠνείχετο· καὶ τὸν μέλλοντα καλῶς βιοῦν, ἐργάζεσθαι παρεκελεύετο, καὶ καθ' ἑαυτὸν ἀνακρίνειν, καὶ λόγον τιθέναι ὧν ἐποίησε νύκτωρ καὶ καθ' ἡμέραν· εἰ δέ τι μὴ δέον πέπραχεν, ἀναγράφεσθαι τοῦτο, ἵνα τοῦ λοιποῦ φείδηται τῶν ἁμαρτημάτων, ἑαυτὸν αἰδούμενος εἰ πολλὰ εὕροι γεγραμμένα· ἅτε δεδιὼς, μὴ φωραθείσης αὐτῷ τῆς γραφῆς, κατάδηλος ἄλλοις γένηται μοχθηρὸς ὤν. Unus quidem scopus, ac finis erat, quem Ascetæ omnes sibi assequendum proponebant, pietatis scilicet, aliarumque virtutum cultus, atque exercitatio, diversæ tamen rationes, ac modi, quibus ad eum pergebant, quare pauca quædam de aliis Ascetis posteritatis memoriæ tradita adjungam, ut unusquiscumque, qui ejusdem vitæ amore tenetur, quæ magis suæ conditioni, ac statui, suæque indoli, atque ingenio, suisque viribus accomodata censuerit, eligere possit. Magni igitur Antonii, qui, priusquam in desertas Ægypti solitudines abiret, Asceticam vitam egit, præcipuum studium, ac cura fuit, quorum Ascetarum ad se fama perveniebat, eos adire, eorumque virtutes diligenter observare, atque ediscere, & ad excellentiora quæque, quæ in singulis spectabat, animum suum informare, & quæ in aliis dispersa videbat, in se collecta, quoad, adjuvante Dei gratia, poterat, accurate exprimere. *Si quem*, inquit S. Athanasius in ejus vita num. 3., *audiret alicubi degere ad virtutem strenuum, hunc prudentis apis more perquirebat, neque ante ad sedes suas remigrabat, quàm hominem vidisset, atque hinc accepto ceu viatico ad virtutis iter institendum revertebatur.* Εἴπου τινὰ σπουδαῖον ἤκουεν, προερχόμενος ἐζήτει τοῦτον, ὡς ἡ σοφὴ μέλισσα· καὶ οὐ πρότερον εἰς τὸν ἴδιον τόπον ἀνέκαμπτεν, εἰ μὴ τοῦτον ἑωράκει, καὶ ὥσπερ ἐφόδιόν τι τῆς εἰς ἀρετὴν ὁδοῦ παρ' αὐτοῦ λαβὼν, ἐπανήει. Post hæc nonnullis de ratione vitæ institutæ ab Antonio interpositis, sermonem hoc modo prosequitur: *Cum ita vitam suam institueret Antonius; diligebatur ab omnibus; ipse verò sedulis, quos adibat, fratribus libenter obsequebatur, addiscebatque, in quo quisque eorum virtutis, & exercitationis genere excelleret: atque hujus suavitatem contemplabatur, illius orandi assiduitatem: illius lenitatem, alius humanitatem cogitabat: huic vigilias agenti, illi lectionis studioso adhibebat animum: hujus perseverantiam, alius jejunia, & humi cubationem mirabatur: hujus mansuetudinem observabat, illius longanimitatem: unaque omnium pietatem erga Christum, ac mutuam dilectionem reputabat secum. Atque ita plenus ad Asceterii sui locum remeabat, atque singulorum dotes animo colligens, curabat in se ipse omnia exprimere. Etenim nullum ipsi cum æqualibus fuit contentionis studium, præter hoc solum, ut ne virtute secundus ab illis esset. Atque illud ita agebat, nemini ut offensioni, imo potius illis ipsis hoc gaudio esset.* Οὕτω μὲν οὖν ἑαυτὸν ἄγων, ἠγαπᾶτο παρὰ πάντων ὁ Ἀντώνιος· αὐτὸς δὲ τοῖς σπουδαίοις, πρὸς οὓς ἀπήρχετο, γνησίως ὑπετάσσετο·

Pag. 797.

Sozom. Hist. Eccl. lib. I. cap. XIII. pag. 28.

πτο· καὶ καθ' ἑαυτὸν ἑκάστου τὸ πλεονέκτημα τῆς σπουδῆς καὶ τῆς ἀσκήσεως κατεμάνθανε· καὶ τοῦ μὲν τὸ χαρίεν, τοῦ δὲ τὸ πρὸς τὰς εὐχὰς σύντονον ἐθεώρει, καὶ ἄλλου μὲν τὸ ἀόργητον, ἄλλου δὲ τὸ φιλάνθρωπον κατενόει, καὶ τῷ μὲν ἀγρυπνοῦντι, τῷ δὲ φιλολογοῦντι προσεῖχε· καὶ τὸν μὲν ἐν καρτερίᾳ, τὸν δὲ ἐν νηστείαις καὶ χαμευνίαις ἐθαύμαζε· καὶ τοῦ μὲν τὴν πραότητα, τοῦ δὲ τὴν μακροθυμίαν παρετηρεῖτο· πάντων δὲ ὁμοῦ τὴν εἰς τὸν Χριστὸν εὐσέβειαν, καὶ τὴν πρὸς ἀλλήλους ἀγάπην ἐσημειοῦτο· καὶ οὕτω πεπληρωμένος, ὑπέστρεφεν εἰς τὸν ἴδιον τῆς ἀσκητικῆς τόπον. Λοιπὸν αὐτὸς τὰ παρ' ἑκάστου συνάγων εἰς ἑαυτὸν, καὶ σπουδάζων ἐν ἑαυτῷ τὰ πάντων δεικνύναι. Καὶ γὰρ πρὸς τοὺς καθ' ἡλικίαν ἴσους οὐκ ἦν φιλόνεικος, ἢ μόνον ἵνα μὴ δεύτερος ἐκείνων ἐν τοῖς βελτίοσι φαίνηται· καὶ τοῦτο ἔπραττεν, ὥστε μηδένα λυπεῖν, ἀλλὰ κἀκείνους ἐπ' αὐτῷ χαίρειν. Fabiola sanguinis vetustate, & divitiarum copia inter Romanas Matronas nobilissima post peractam in Lateranensi Basilica publicam pœnitentiam de illegitimis secundis nuptiis, vivo adhuc primo marito, contractis asceticæ exercitationis humilitatem amplexa est, vestesque induit professioni suæ congruas, ideoque scribit de ea Hieronymus in epistola ad Oceanum: *in condemnationem vestium sericarum, plebejum cultum, & servilia indumenta quæsita*. Censu autem divendito, qui amplissimus erat, & generis nobilitati respondens, pecuniam omnem ex venditione redactam usibus pauperum destinavit. Prima omnium nosocomion νοσοκομεῖον Romæ instituit, in quo diversarum infirmitatum generibus laborantes exciperet, & consumpta morbo, atque inedia miserorum membra refocillaret. Præbebat ipsa cibos propria manu infirmis, lavabat purulentam vulnerum saniem, & spirantia ægrotorum cadavera sorbitiunculis recreabat: tam diligenti cura, ac studio ægrotantes de plateis, ac vicis collectos, & sæpe humeris suis exportatos reficiebat, ut, teste eodem Hieronymo, multi pauperum sani languentibus inviderent. Paulinus nobilis Asceta, præter Hospitalitatis, aliaque plurima charitatis officia, B. Hieronymi præcepta sequutus, hortum Nolæ manibus suis excolebat, quam artem postea etiam in Africa captivus apud barbarum Regem, a quo suam, suorumque Nolanorum civium libertatem impetravit, exercuit. Romanus Consul, hostiumque Romani Imperii victor Gallicanus, cum a consularibus fascibus, & triumphali pompa se ad Crucis humilitatem demisisset, cuidam sancto viro, atque Ascetæ Hilarino, qui Ostiæ manebat, servis bonis ac libertate donatis, & facultatibus omnibus in pauperes distributis, se instituendum in via pietatis dedit. Parvam autem casam, quam sanctus Asceta habitavit, ampliari curavit, ut in ea peregrinantes excipere posset. Itaque omnes peregrinos, & pauperes ad se divertentes omnibus charitatis, & humanitatis officiis prosequebatur. Illustrem Martyrem Gallicanum hac in re æmulatus est Romanus alter nobilis æque ac sanctus, Pammachius inquam, qui, in portu Romano hospitali extructo, terra marique illuc advenientes, omni amore, ac benevolentia, ut alibi dictum est, excipiebat, ac recreabat. Nomen autem S. Gallicani eximio hoc elogio in Romano Martyrologio insignitum est: *Alexandriæ S. Gallicani Martyris viri Consularis, qui triumphalibus infulis sublimatus, & Constantino Augusto carus a Sanctis Joanne & Paulo ad fidem Christi conversus est, qua suscepta, cnm Sancto Hilarino ad Ostia Tiberina secedens, hospitalitati, & infirmorum servitio totum se dedit: cujus rei fama in toto Orbe divulgata, multi undique illuc venientes videbant virum ex Patricio, & Consule lavantem pauperum pedes, ponentem mensam, aquam manibus effundentem, languentibus sollicite ministrantem, & cætera pietatis officia exhibentem.* Martyr. Rom. die 27. Junii.

CAPUT X.

De Asceticæ vitæ instituendæ modo, ac ratione.

OMnium quidem sensuum, qui per corpus varie manant, acutissimus est visus, quo tamen sapientia minime perspicitur, cujus forma, & tanquam facies si oculis cerneretur, mirabiles amores excitaret sui. Ὄψις γὰρ

Si Christianæ philosophiæ facies oculis cerneretur, mirabiles sui amores excitaret.

γὰρ ἡμῖν ὀξυτάτη τῶν διὰ τοῦ σώματος ἔρχεται αἰσθήσεων, ᾗ φρόνησις οὐχ ὁρᾶται· δεινοὺς γὰρ ἂν παρεῖχεν ἔρωτας, εἴ τι τοιοῦτον ἑαυτῆς ἐναργὲς εἴδωλον παρείχετο εἰς ὄψιν ἰόν: inquit Socrates apud Platonem in Phædro, & post eum Tullius in libro I. de Officiis. Quod de veterum Gentilium Philosophorum sapientia dictum est, utique mihi videor verius, propriusque de Christiana philosophia, seu ascetica institutione usurpare posse. Siquidem quæ sit ejus decor, pulchritudo, ac præstantia, ex Gregorio Nanzianzeno, qui Asceta fuit excellentissimus, audire præstat: *Nihil enim mihi*, ait, *tam optandum cuiquam esse videbatur, quàm ut occlusis sensibus, atque extra carnem, mundumque positus, & in se ipsum collectus, nec, nisi quantum necessitas exigit, quicquam humanarum rerum attingens, atque secum ipse, & cum Deo colloquens superiorem iis rebus, quæ in aspectum cadunt, vitam agat, Divinasque species puras semper, nec terrenis ullis, & errantibus formis admixtas in seipso circumferat, Deique, ac rerum divinarum purum omnino speculum sit, in diesque efficiatur, ac lucem per lucem assumat, clariorem videlicet per obscuriorem: jamque futuri ævi bonum spe percipiat, & cum Angelis versetur, ac licet adhuc in terris sit, terram deserat, atque a spiritu sursum collocetur*. Οὐδὲν γὰρ ἐδόκει μοι τοιοῦτον οἷον μύσαντα τὰς αἰσθήσεις, ἔξω σαρκὸς, καὶ κόσμου γενόμενον, καὶ εἰς ἑαυτὸν συστραφέντα, μηδενὸς τῶν ἀνθρωπίνων προσαπτόμενον· ὅτι μὴ πᾶσα ἀνάγκη, ἑαυτῷ προσλαλοῦντα, καὶ τῷ Θεῷ, ζῆν ὑπὲρ τὰ ὁρώμενα, καὶ τὰς θείας ἐμφάσεις ἀεὶ καθαρὰς ἐν ἑαυτῷ φέρειν ἀμιγεῖς τῶν κάτω χαρακτήρων καὶ πλανωμένων, ὄντως ἔσοπτρον ἀκηλίδωτον Θεοῦ, καὶ τῶν θείων, καὶ ὄντα, καὶ ἀεὶ γινόμενον, φωτὶ προσλαμβάνοντα φῶς, καὶ ἀμαυροτέρῳ τρανότερον, ἤδη τὸ μέλλοντος αἰῶνος ἀγαθὸν ταῖς ἐλπίσι καρπούμενον, καὶ συμπεριπολεῖν ἀγγέλοις, ἔτι ὑπὲρ γῆς ὄντα, καταλείποντα τὴν γῆν, καὶ ὑπὸ πνεύματος ἄνω τιθέμενον. Ita in Oratione I. pag. 48., quibus consentanea sunt, quæ leguntur in Oratione XIX. pag. 486.

Ad Christianæ philosophiæ fastigium ascendere difficile est, & donum Spiritus Sancti.

§. 2. Sed ad tantæ virtutis culmen, & fastigium pervenire, non levis res est, neque humanarum virium, atque infirmæ humanæ naturæ, quæ nisi Divina ope adjuta sit, pondere suo ad inferiora semper labens, & ad casum prona, ad sublimia, ac cælestia se erigere nequit. Propterea idem Gregorius: *Philosophari*, ajebat, *ut maximum, ita etiam difficillimum est, & ne quidem aggredi multorum est, sed eorum solum, quos Divinæ mentis magnitudo, quæ probæ hominum voluntati manum porrigere solet, eo advocavit*. Φιλοσοφεῖν μὲν γὰρ ὅσῳ μέγιστον, τοσούτῳ καὶ χαλεπώτατον, καὶ οὐ πολλῶν τὸ ἐγχείρημα, οὐδ' ἄλλων, ἢ τοῖς προηρημένοις καλῶς χεῖρα δίδωσιν. Quamobrem B. Cyrillus Hierosolymitanus inter dona Spiritus Sancti refert, servare castitatem, jejunare, & asceticam vitam agere, res corporeas contemnere; differens enim de Spiritus Sancti donis, seu charismatibus: *Alterius*, inquit, *castitatem corroborat, alium, quæ ad misericordiam pertinent, edocet, alium jejunare, & asceticas exercitationes tolerare docet, alium res corporeas contemnere*. Ἄλλου τὴν σωφροσύνην ἐνισχύει, ἄλλον διδάσκει τὰ περὶ ἐλεημοσύνης, ἄλλον διδάσκει νηστεύειν καὶ ἀσκεῖν, ἄλλον διδάσκει καταφρονεῖν τῶν τοῦ σώματος πραγμάτων.

Orat. X. p. 165.

Catechef. XVI. num. 12. pag. 249.

Quid initio asceticæ vitæ curandum sit.

§. 3. Itaque Basilius, si ipse auctor est epistolæ ad Chilonem discipulum, ei consilium præbet, ne statim ad sublime hujus philosophiæ fastigium assurgere præsumat, sed per inferiores pietatis gradus ad superiores ascendat: *Considera*, ait, *per medios te laqueos transire, & supra excelsum murum ambulare, ex quo periculosus cadenti lapsus. Quapropter ne statim ad vitæ asceticæ apicem temetipsum intendas, maxime verò ne tibi ipse confidas, ut ne ob imperitiam ex summo ascetici instituti labaris. Nam satius fuerit paulatim proficere. Itaque voluptates vitæ sensim subtrahe, tuam omnem consuetudinem delens, ne forte si subito omnes simul voluptates irritaris, tibi ipse turbam tentationum accersas. Cum autem unum voluptatis morbum vi superaveris, accinge te ad voluptatem aliam debellandam; & ita demum voluptates omnes tempestive domabis*. Βλέπε γὰρ ὅτι ἐν μέσῳ παγίδων διαβαίνεις, καὶ ἐπάνω τείχους ὑψηλοῦ περιπατεῖς, ὅθεν οὐκ ἀκίνδυνον τῷ καταπεσόν-

Epist. XLII. inter epist. Basil. Tom. III pag. 126.

τι τὸ

τι τὸ πλάσμα. Μὴ οὖν εὐθέως εἰς ἀκρότητα ἀσκήσεως ἐκτείνῃς σεαυτόν· μάλιστα μηδὲ θαῤῥήσῃς σεαυτῷ, ἵνα μὴ ἐξ ἀπειρίας ἀφ' ὕψους τῆς ἀσκήσεως πέσῃς· κρεῖσσον γὰρ ἡ κατ' ὀλίγον προκοπή. Κατὰ μικρὸν οὖν κλέπτε τὰς ἡδονὰς τοῦ βίου, ἐξαφανίζων σεαυτοῦ πᾶσαν συνήθειαν, μήποτε ἀθρόως πάσας ὁμοῦ ἐρεθίσας τὰς ἡδονὰς, ὄχλον πειρασμῶν σεαυτῷ ἐπαγάγῃς· ἡνίκα δ' ἂν τοῦ ἑνὸς πάθους τῆς ἡδονῆς κατὰ κράτος περιγένῃ πρὸς τὴν ἑτέραν ἡδονὴν παράταξαι, καὶ οὕτω πασῶν τῶν ἡδονῶν εὐκαίρως περιγενήσῃ. Quibus de causis secessum, & solitudinem ei commendat, inquiens: *Ne sis tui ostendendi cupidus, pagos aut domos circumcursans, sed hæc, ut animarum laqueos fuge.* Μὴ ἔσο φιλενδείκτης περιάγων τὰς κώμας ἢ τὰς οἰκίας, φεῦγε δὲ ταύτας ὡς ψυχῶν παγίδας. Et rursus paulò inferius: *Non amator sis turbæ, non ruris, non civitatum, sed solitudinis: apud temetipsum manens semper citra ullam mentis aberrationem. Precationem, & Psalmodiam opus tuum esse existimans, neque etiam lectiones negligas, maxime Testamenti novi.* Μὴ ἔσο ὀχλοχαρὴς· μὴ φιλόχωρος, μὴ φιλοπολίτης· ἀλλὰ φιλέρημος, ἐφ' ἑαυτῷ μένων ἀεὶ ἀμετεώριστος, τὴν εὐχὴν, καὶ τὴν ψαλμῳδίαν ἔργον ἡγούμενος. Μηδὲ τῶν ἀναγνωσμάτων καταλιγωρήσῃς· μάλιστα τῆς νέας διαθήκης. Et antiquissimus auctor sermonis ascetici, & de renuntiatione sæculi, sive S. Basilius, sive alius sit, amatorem asceticæ vitæ, & in Evangelicæ sapientiæ schola rudem, ac tironem in primis hortatur, ut viro probo, ac sapienti, & perfecto in via Domini, & exercitatione virtutum, exemplo magni Antonii, qui Anachoretarum princeps, ac magister fuit, se instituendum, in-
Baf. ep. CCXXIII. pag. 337. formandumque præbeat: *Ex quo rebus terrenis remisisti nuntium, jam honorem apud Christum tibi conciliasti: sed magnopere cura & provide, ut virum tuæ vitæ tutissimum ducem reperias, probe edoctum conducere eos, qui ad eum pergunt, plenum virtutibus; ejus, quæ in Deum est, dilectionis testimonium habentem ex suis ipsius operibus; Divinarum Scripturarum gnarum; animo sedato præditum; pecuniarum non amantem; a negotiis alienum; quietum; Deo acceptum; diligentem pauperes; non iracundum; injuriarum immemorem; ad eorum, qui ipsum adeunt, ædificationem multum laborantem; vanæ gloriæ non cupidum; non superbum; nullis assentationibus flectendum; non obnoxium mutationi; nihil Deo præferentem: Et si quempiam hujusmodi nanciscare, omnem tuam voluntatem exspuens, & foras rejiciens: huic te ipsum trade, ut quasi vas sincerum inveniaris, qui scilicet eas, quæ in te infunduntur virtutes, ad laudem, & gloriam tuam serves.* Ἤδη γὰρ τῇ ἀποταγῇ τῶν γηΐνων πραγμάτων τετίμηκας σεαυτὸν παρὰ Χριστῷ· ἀλλ' ἐν πολλῇ φροντίδι, καὶ περινοίᾳ ποίησαι εὑρεῖν ἄνδρα περίοδον τῆς σῆς πολιτείας ἀπλανῆ, καλῶς ἐπιστάμενον ὁδηγεῖν τοὺς πρὸς Θεὸν πορευομένους, κομῶντα ταῖς ἀρεταῖς, ἐκ τῶν οἰκείων ἔργων τὴν μαρτυρίαν ἔχοντα τῆς πρὸς Θεὸν ἀγάπης, γνῶσιν ἔχοντα τῶν θείων γραφῶν· ἀπερίσπαστον, ἀφιλάργυρον, ἀπράγμονα, ἡσύχιον, θεοφιλῆ, φιλόπτωχον, ἀόργητον, ἀμνησίκακον, πολὺν εἰς οἰκοδομὴν τῶν ἐγγιζόντων αὐτῷ, ἀκενόδοξον, ἀνυπερήφανον, ἀκολάκευτον, ἀπερίτρεπτον, μηδὲν προτιμῶντα τοῦ Θεοῦ· καὶ εἰ εὕροις τοιοῦτον, ἔκδος σεαυτὸν αὐτῷ, ἅπαν θέλημα σὸν ἀποπτύσας, καὶ ἔξω ῥίψας, ἵνα εὑρεθῇς ὡς καθαρὸν ἀγγεῖον, τὰ ἐν σοὶ βαλλόμενα ἀγαθὰ διατηρῶν πρὸς ἔπαινόν σου καὶ δόξαν. Magnus Basilius cum post litterarum studia ad cælestium rerum amorem conversus asceticam vitam aggredi constituisset, scribit de se ipso: *Cupiebam invenire aliquem ex Fratribus, qui hanc vitæ viam elegisset.* Ηὐχόμην εὑρεῖν τινα τῶν ἀδελφῶν, ταύτην ἑλόμενον τὴν ὁδὸν τοῦ βίου. Verum enim multa, atque egregia sunt præcepta, & documenta, quæ nobis ab antiquis Patribus ad hanc vitam recte ineundam, & ad rationem asceticæ vitæ probe instituendam tradita sunt: quæ quidem omnia singillatim recensere longum, ac fastidiosum Lectori esset, maxime quia nonnulla ex iis superius adducta sunt; plurima verò ex asceticis, & epistolis Basilii, & orationibus Gregorii Nazianzeni, ex epistolis Hieronymi, aliisque multis veterum Patrum operibus quisque per se abunde colligere poterit; & præstantius, excellentiusque ex epistolis Beati Pauli, & septem Catholicis, sacrorumque Evangeliorum meditatione,

Divina gratia mentem illustrante, haurire.

Ratio, & modus asceticæ vitæ instituendæ.

§. 4. Quapropter, illis omissis, operæ pretium me facturum existimo, si hoc loco referam modum, ac rationem vitæ ab Asceta in secessu instituendæ, quam nobis ordine suo expositam, & vivissimis eloquentiæ coloribus quodammodo, tanquam in tabula, depictam in epistola ad Gregorium Nazianzenum a Magno Basilio accepimus, dum amico suo charissimo æque ac sanctissimo sciscitanti, quem vitæ modum in solitudine teneret, litteris suis significavit.

Locus qualis esse debeat.

§. 5. Primum quidem nos docet, locum esse debere ab hominum frequentia remotum, & ab omni mundano strepitu sepositum, adeo ut nullis terrenis rebus tenorem virtutis frangentibus, animus cælestibus cogitationibus assidue alatur: *Esto* (1) *igitur*, inquit, *locus ali-* Epist. II. Basil.

(1) Ut vero Lector sub oculos integram Magni Basilii Epistolam habeat, & uno quodammodo intuitu totam aspicere possit, quæ in eadem Epistola, quam Græcam, & Latinam ex versione Gulielmi Budæi dabo, præcedunt, hoc loco adscribam.

ΒΑΣΙΛΕΙΟΣ ΓΡΗΓΟΡΙΩ.

Ἐπέγνων σου τὴν ἐπιστολὴν, ὥσπερ οἱ τοὺς τῶν φίλων παῖδας ἐκ τῆς ἐπιφαινομένης αὐτοῖς ὁμοιότητος πρὸς τοὺς τεκόντας ἐπιγινώσκουσι. τὸ γὰρ μὴ μέγα εἶναι φῆσαι τὴν τοῦ τόπου κατασκευὴν πρὸς τὸ ἐμποιῆσαι ὁρμήν τινα τῇ ψυχῇ σου εἰς τὸν μεθ' ἡμῶν βίον, πρὶν ἂν περὶ τοῦ τρόπου τι μάθῃς καὶ τῆς διαγωγῆς, σὸν ἦν ὄντως τὸ διανόημα καὶ τῆς σῆς ψυχῆς ἄξιον, τῆς πάντα τὰ τῇδε μηδὲν ἡγουμένης, πρὸς τὴν ἐν ἐπαγγελίαις ἡμῖν ἀποκειμένην μακαριότητα. Ἐγὼ δὲ ἃ μὲν ποιῶ αὐτὸς ἐπὶ τῆς ἐσχατιᾶς ταύτης νυκτὸς, καὶ ἡμέρας, γράφειν αἰσχύνομαι· κατέλιπον μὲν γὰρ τὰς ἐν ἄστει διατριβὰς, ὡς μυρίων κακῶν ἀφορμὰς, ἐμαυτὸν δὲ οὔπω ἀπολιπεῖν ἠδυνήθην· ἀλλ' ὅμοιός εἰμι τοῖς ἐν θαλάσσῃ ὑπὸ τῆς κατὰ τὸν πλοῦν ἀηθείας ἀπορουμένοις καὶ ναυτιῶσιν· οἳ τῷ μεγέθει τοῦ πλοίου δυσχεραίνουσιν, ὡς πολὺν τὸν σάλον παρεχομένῳ, κἀκεῖθεν ἐπὶ τὸν λέμβον ἢ τὸ ἀκάτιον μεταβαίνοντες. πανταχοῦ ναυτιῶσι καὶ ἀπορῶνται· συμμετέρχεται γὰρ αὐτοῖς ἡ ἀηδία καὶ ἡ χολή· τοιοῦτον οὖν τι καὶ τὸ ἡμέτερον· τὰ γὰρ ἔνοικα πάθη συμπεριφέροντες πανταχοῦ μετὰ τῶν ὁμοίων θορύβων ἐσμέν· ὥστε οὐδὲν μέγα τῆς ἐρημίας ἀπωνάμεθα ταύτης· ἃ μέντοι ποιεῖν ἔδει, καὶ ὅθεν ὑπῆρξεν ἂν ἡμῖν τῶν ἰχνῶν ἔχεσθαι τοῦ πρὸς σωτηρίαν καθηγησαμένου (εἴ τις γὰρ, φησὶ, θέλει ὀπίσω μου ἐλθεῖν, ἀπαρνησάσθω ἑαυτὸν καὶ ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ καὶ ἀκολουθείτω μοι) ταῦτά ἐστιν. Ἐν ἡσυχίᾳ τὸν νοῦν ἔχειν πειρᾶσθαι προσήκει· ὡς γὰρ ὀφθαλμὸν περιαγόμενον συνεχῶς, καὶ νῦν μὲν ἐπὶ τὰ πλάγια περιφερόμενον, νῦν δὲ πρὸς τὰ ἄνω καὶ κάτω πυκνὰ μεταστρεφόμενον, ἰδεῖν ἐναργῶς τὸ ὑποκείμενον οὐχ οἷόν τε, ἀλλὰ χρὴ προσερηρεῖσθαι τὴν ὄψιν τῷ ὁρωμένῳ, εἰ μέλλοι ἐναργῆ αὐτοῦ ποιεῖσθαι τὴν θέαν· οὕτω δὲ νοῦν ἀνθρώπου ὑπὸ μυρίων τῶν κατὰ τὸν κόσμον φροντίδων περιελκόμενον, ἀμήχανον ἐναργῶς ἐνατενίσαι τῇ ἀληθείᾳ. Ἀλλὰ τὸν μὲν οὔπω τοῖς δεσμοῖς τοῦ γάμου συνεζευγμένον λυσσώδεις ἐπιθυμίαι καὶ ὁρμαὶ δυσκάθεκτοι καὶ ἔρωτές τινες δυσέρωτες ἐκταράσσουσι· τὸν δὲ ἤδη κατειλημμένον ὁμοζύγῳ ἕτερος θόρυβος φροντίδων ἐκδέχεται· ἐν ἀπαιδίᾳ, παίδων ἐπιθυμία· ἐν τῇ κτήσει τῶν παίδων, παιδοτροφίας μέριμνα· γυναικὸς φυλακὴ, οἴκου ἐπιμέλεια, οἰκετῶν προστασίαι, αἱ κατὰ τὰ συμβόλαια βλάβαι, οἱ πρὸς τοὺς γείτονας διαπληκτισμοὶ, αἱ ἐν τοῖς δικαστηρίοις συμπλοκαὶ, τῆς ἐμπορίας οἱ κίνδυνοι, αἱ τῆς γεωργίας διαπονήσεις· πᾶσα ἡμέρα ἰδίαν ἥκει φέρουσα τῆς ψυχῆς ἐπισκότησιν· καὶ αἱ νύκτες τὰς μεθημερινὰς φροντίδας παραλαμβάνουσαι, ἐν ταῖς αὐταῖς φαντασίαις ἐξαπατῶσι τὸν νοῦν. Τούτων δὲ μία φυγὴ, ὁ χωρισμὸς ἀπὸ τοῦ κόσμου παντός· κόσμου δὲ ἀναχώρησις, οὐ τὸ ἔξω αὐτοῦ γενέσθαι σωματικῶς, ἀλλὰ τῆς πρὸς τὸ σῶμα συμπαθείας τὴν ψυχὴν ἀπορρῆξαι, καὶ γενέσθαι ἄπολιν, ἄοικον, ἀνίδιον, ἀφιλέταιρον, ἀκτήμονα, ἄβιον, ἀπράγμονα, ἀσυνάλλακτον, ἀμαθῆ τῶν ἀνθρωπίνων διδαγμάτων· ἕτοιμον ὑποδέξασθαι τῇ καρδίᾳ τὰς ἐκ τῆς θείας διδασκαλίας ἐγγινομένας διατυπώσεις. Ἑτοιμασία δὲ καρδίας, ἡ ἀπομάθησις τῶν ἐκ πονηρᾶς συνηθείας προκατασχόντων αὐτὴν διδαγμάτων· οὔτε γὰρ ἐν κηρῷ γράψαι δυνατὸν μὴ προκαταλεάναντα τοὺς ἐναποκειμένους χαρακτῆρας· οὔτε ψυχῇ δόγματα θεῖα παραδοῦναι, μὴ τὰς ἐκ τοῦ ἔθους προλήψεις αὐτῆς ἐξελόντα· πρὸς δὴ τοῦτο μέγιστον ὄφελος ἡμῖν ἡ ἐρημία παρέχεται, κατευνάζουσα ἡμῶν τὰ πάθη, καὶ σχολὴν διδοῦσα τῷ λόγῳ παντελῶς αὐτὰ τῆς ψυχῆς ἐκτεμεῖν. Ὡς γὰρ τὰ θηρία εὐκαταγώνιστά ἐστι καταψηχθέντα· οὕτως ἐπιθυμίαι καὶ ὀργαὶ καὶ φόβοι

BASILIUS GREGORIO.

SIC tuam epistolam agnovi, ut ii facere solent, qui amicorum liberos ex similitudine in ipsis conspicua agnoscunt. Nam quod existimare te ais, magnopere non referre, habitum, structuramque loci ad ciendum in animo tuo desiderium vitæ nobiscum agendæ, antequam compertum quippiam habeas de modo, & ratione vitæ nostræ: tuus hic est profecto, animique tui sensus, qui hujus mundi bona prorsus nihili esse ducas, præ ut est beatitudo, quam reconditam in Divinis pollicitationibus habemus. Equidem scribere ad te non sustineo præ pudore, quæ in hoc extremorum finium recessu interdiu noctuque agito, tametsi enim urbicas occupationes pro derelicto habui, ut sexcentorum malorum causas, me tamen nondum ipsum etiam habere pro derelicto quivi. Similiterque illis affectus sum, qui navigandi insolentes, nausea perditè affligantur. Namque illi magnitudine navigii offensi tanquam vehementius succutientis, in lembum, aut naviculam cum transilierint, sic quoque non secius a nausea laborant, nimirum molestia ipsos ac bile, quò transierint cumque comitantibus. Hujusmodi igitur quiddam nobis contigit, qui domesticas perturbationes quoquò circumferentes gentium, ubique locorum perinde versamur in tumultu. Quare non magnopere adjuti sumus ab hac solitudine. At vero quæ facta a nobis oportuit, undeque auspicandum fuit ei, qui vestigiis hærere voluit ejus, qui nobis salutis viam præivit (si quis, inquit, pone me venire vult, abjuret semetipsum, & tollat suam ipse crucem, & sequatur me) hæc fere sunt: jam primum mentem pacatam habere conveniebat. Ut enim oculus continuo circumactu versatus, & nunc horsum, illorsumque deflexus, nec sursum, deorsumque erectus, vicissim ac depressus exacte cernere nequit, sed obtutu incumbere in rem visam eum oportet; siquidem conspectum rei perspicuum facturus est: hunc in modum mentem humanam sexcentis mundi curis distractam, evidenter cernere veritatem vix est, ut evenire possit. Atque ei quidem, qui nondum conjugalibus vinculis adstrictus est, rabidæ cupidines, & impetus effrænes, amoresque incessunt perditissimi. Conjugio autem mancipatum curarum agmen excipit, in orbitate desiderium prolis, uxoris custodia, domestica procuratio, servilium officiorum constitutio, damna civilibus in contractibus accepta, digladiationes cum vicinis, forenses concertationes, negotiationis alea, agriculturæ labores: unaquæque dies suam adfert animo caliginem. Jam verò noctes diurnas curas excipientes per easdem rerum species imposturam menti factitant. Quarum rerum una demum cautio est, si ab omni se mundo abdicarit, qui hanc vita-

aliquis hujuſcemodi, qualis hic noſter, ita ab hominum congreſſu liber, ut a nullo extraneorum irrumpente aſſidua interpelletur meditatio; pietatis enim meditatio animum Divinis cogitationibus alit. Ἔστω τοίνυν τὸ χωρίον τοιοῦτον, οἷόν περ ἐστὶ καὶ τὸ ἡμέτερον, ἐπιμιξίας ἀνθρώπων ἀπηλλαγμένον, ὡς ὑπὸ μηδενὸς τῶν ἔξωθεν τὸ συνεχὲς τῆς ἀσκήσεως διακόπτεσθαι· ἄσκησις δὲ εὐσεβείας τὴν ψυχὴν τρέφει τοῖς θείοις διανοήμασι.

Pſalmodia, & oratio matutina; conjunctio precum cum diurnis actionibus.

§. 6. Illuceſcente autem die ad preces Aſceta ſurgat, & pſalmis, ac canticis Creatorem omnium ſalutet. Orto autem Sole, ad opus ſe convertat, ſed operi preces adjungat: *Ecquid igitur beatius, quàm hominem in terra concentum angelorum imitari? ineunte ſtatim die in orationes ire, in hymnis, & canticis Creatorem venerari? exinde Sole jam diluceſcente converti ad opera, nuſquam ſine oratione, denique canticis tanquam ſale condire actiones. Siquidem hilarem, alacremque animæ æquabilitatem hymnica cohortamenta conferunt.* Τί οὖν μακαριώτερον τοῦ τὴν ἀγγέλων χορείαν ἐν τῇ μιμεῖσθαι; εὐθὺς μὲν ἀρχομένης ἡμέρας εἰς εὐχὰς ὁρμᾶν, ὕμνοις τε καὶ ᾠδαῖς γεραίρειν τὸν κτίσαντα; εἶτα ἡλίου καθαρῶς διαλάμψαντος ἐπ' ἔργα τρεπόμενον πανταχοῦ αὐτοῖς τῆς εὐχῆς συμπαρούσης, καὶ τοῖς ὕμνοις, ὥσπερ ἅλατι, παραρτύειν τὰς ἐργασίας; τὸ γὰρ ἱλαρὸν καὶ ἄλυπον τῆς ψυχῆς κατάστημα, αἱ τῶν ὕμνων παρηγορίαι χαρίζονται.

Quies, ſeu ſilentium mentis, & avocatio ſenſuum a mundanis oblectationibus.

§. 7. Ad purgandam animam maxime confert quies, & ſilentium in mente adhibitum, nempe ſi lingua ad humanas res non devolvatur, ſi terrenarum rerum ſpecies, atque imagines oculos non alliciant, ſi cantuum concentus, & ſermones ludrici auribus non obſtrepant: *Quietus igitur ſtatus animæ expiationis auſpicatus eſt, cum nec lingua loquitur, quæ ad homines pertinet, nec oculi colorum nitores circumſpiciunt in corporibus; nec concinne accommodatas membrorum proportiones, cum nec aures animæ intentionem langueſcere faciunt, auſcultandis ipſæ modulamentis diſtentæ ad voluptatem ciendam accommodatis, nec facetorum hominum ridiculis, aut ſcurrilibus dictis, quæ res maxime comparata eſt frangendæ animæ intentioni.* Ἡσυχία οὖν ἀρχὴ καθάρσεως τῇ ψυχῇ, μήτε γλώττης λαλούσης τὰ τῶν ἀνθρώπων, μήτε ὀφθαλμῶν εὐχροίας σωμάτων καὶ συμμετρίας περισκοπούντων, μήτε ἀκοῆς τὸν τόνον τῆς ψυχῆς ἐκλυούσης ἐν ἀκροάμασι μελῶν πρὸς ἡδονὴν πεποιημένων, μήτε ῥήμασιν εὐτραπέλων, καὶ γελοιαστῶν ἀνθρώπων, ὃ μάλιστα λύειν τῆς ψυχῆς τὸν τόνον πέφυκε. Animus enim ad exteriora non diffuſus, ſed ſecum ſtare coactus paulatim ad Deum ſe erigit, & illius pulchritudinis luce circumfuſus, ſuique quodammodo oblitus mundanarum rerum curam omnem abjicit. Silente autem terrenarum cogitationum tumultu, ad aſſequendas virtutes, quæ vera bona ſunt, omne ſuum ſtudium, ac contentionem vertit: *Quippe mens nec extrorſus diſſipata, nec in mundum per ſenſoria diffuſa ad ſeſe ipſa redit, moxque ſuopte nutu ad Dei notionem evadit. Quo fit, ut illo decore illuſtratus undique intellectus, atque ſuperne illuminatus, naturæ quoque ipſius oblivione capiatur, nec ad cibi jam curam demittat animam, nec ad amictus anxietatem. Quippe qui a terrenarum rerum cura immunis & feriatus, omne ſuum ſtudium ad ea bona traducat, quæ magno certamine quæruntur: id enim aſſequi conatur, quo numeros omnes fortitudinis, temperantiæque impleat, quo juſtitiam, pru-*

Abjectis terrenarum rerum cogitationibus animus ad virtutem convertitur.

φόβοι καὶ λῦπαι, τὰ ἰοβόλα τῆς ψυχῆς κακὰ, κατευνασθέντα διὰ τῆς ἡσυχίας, καὶ μὴ ἐξαγριαινόμενα τῷ συνεχεῖ ἐρεθισμῷ εὐκαταγωνιστότερα τῇ δυνάμει τοῦ λόγου γίνεται &c.

vitare moleſtiam inſtituerit. Eſt verò ſeceſſus a mundo, non extra mundum eſſe corpore, cæterum a conſenſu corporis, mutuaque affectatione animum abrumpere, non civem eſſe, non domum poſſidere, non familiam, nihil proprium habere, non ſodalitatis officia, non amicitiæ colere, prædia nulla, nullas facultates habere, negotiis vacare, juris gentium contractus, humanaſque diſciplinas non noſſe, ita ſe comparare, cor ut humanum aptum ſit admittere diſciplinam ex divinis monumentis informatam. Eſt autem hujuſcemodi cordis comparatio, cum eæ doctrinæ dediſcuntur, quæ prava conſuetudine ſedem in ipſo occupaverunt. Nam neque in tabulis cereis ſcribere poſſis, niſi prius literas induxeris, quæ ante ſcriptæ fuerunt, neque animæ prius divina placita accommodaris, quàm anticipatas opiniones ab ea exemeris. Ad id autem aſſequendum ſolitudo grande operæ pretium affert, utpote quæ perturbationes animi conſopire ſolita ſit, ſpatiumque deinde indulgere, vi ratiocinationis ipſas ſtirpitus ex anima elidendi. Ut autem feræ beſtiæ blanda manu permulſæ leni certamine ſuperantur; ita libidines, pavores, mœrores, animæ venefica mala conſuetudine conſopita, nec perpetuo irritamento efferata, eluctabiliora deinde vi rationis fiunt &c.

prudentiam, cæterasque virtutes, absolute excolat, aliasque insuper, quæ sub hæc genera distributæ virum studiosum commonefaciunt, ut cuncta officiosè exequatur, ad vitam recte atque ordine instituendam. Νοῦς μὲν γὰρ μὴ σκεδαννύμενος ἐπὶ τὰ ἔξω, μηδὲ ὑπὸ τῶν αἰσθητηρίων ἐπὶ τὸν κόσμον διαχεόμενος, ἐπάνεισι μὲν πρὸς ἑαυτόν· διὰ ἑαυτοῦ δὲ πρὸς τὴν περὶ Θεοῦ ἔννοιαν ἀναβαίνει. Κἀκείνῳ τῷ κάλλει περιλαμπόμενος, καὶ αὐτῆς τῆς φύσεως λήθην λαμβάνει· μήτε πρὸς τροφῆς φροντίδα, μήτε πρὸς περιβολαίων μέριμναν τὴν ψυχὴν καθελκόμενος, ἀλλὰ σχολὴν ἀπὸ τῶν γηΐνων φροντίδων ἄγων, τὴν πᾶσαν ἑαυτοῦ σπουδὴν ἐπὶ τὴν κτῆσιν τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν μετατίθησι· πῶς μὲν κατορθωθῇ αὐτῷ ἡ σωφροσύνη καὶ ἡ ἀνδρεία· πῶς δὲ ἡ δικαιοσύνη καὶ ἡ φρόνησις, καὶ αἱ λοιπαὶ ἀρεταί, ὅσαι ταῖς γενικαῖς ταύταις ὑποδιαιρούμεναι, καθηκόντως ἕκαστα ἐπιτελεῖν τῷ κατὰ τὸν βίον ὑποβάλλουσι τῷ σπουδαίῳ.

Lectio, & meditatio sacrarũ Scripturarum.

§. 8. Et quoniam virtutum officia, quibus ad Deum accedimus, ab ipso Deo addiscenda sunt, in primis utilissima est Ascetis, imo maxime necessaria sanctarum Scripturarum lectio, ac meditatio. Ex his enim, & nostris malis curandis remedia sumuntur, & ad vitam recte instituendam præclara documenta habentur; & in vitis Sanctorum, quæ, inspirante Deo, scripta sunt, vivas quodammodo virtutum imagines intuemur: *Maxima porro viarum ad veri investigationem ferentium meditatio est Scripturarum divinitus inspiratarum. Quandoquidem in his cum rerum agendarum præcepta reperiuntur, tum beatorum hominum vitæ memoriæ proditæ, ac perscriptæ, tanquam simulacra quædam animata, propositæ sunt vitæ ad normam Divinam institutæ, iis quidem, qui bonorum operum exemplaria imitari cupiunt. Proinde in qua re quisque nostrum senserit, se eo, quod oportet, defici, in illo assidue incumbens, tanquam ab officina quadam medicinæ appositum suæ infirmitati medicamentum invenire poterit.* Μεγίστη δὲ ὁδὸς πρὸς τὴν τοῦ καθήκοντος εὕρεσιν καὶ ἡ μελέτη τῶν θεοπνεύστων γραφῶν. Ἐν ταύταις γὰρ καὶ αἱ τῶν πράξεων ὑποθῆκαι εὑρίσκονται, καὶ οἱ βίοι τῶν μακαρίων ἀνδρῶν ἀνάγραπτοι παραδιδόμενοι, οἷον εἰκόνες τινὲς ἔμψυχοι τῆς κατὰ Θεὸν πολιτείας τῷ μιμήματι τῶν ἀγαθῶν ἔργων πρόκεινται. Καὶ τοίνυν περὶ ὅπερ ἂν ἕκαστος ἐνδεῶς ἔχοντος ἑαυτοῦ αἰσθάνηται, ἐκείνῳ προσδιατρίβων, οἷον ἀπό τινος κοινοῦ ἰατρείου, τὸ πρόσφορον εὑρίσκει τῷ ἀρρωστήματι φάρμακον.

Exempla virtutum e scripturis petenda.

§. 9. Exempla autem virtutum ex Sanctorum in terris conversatione, quam in S. Scripturis relatam habemus, hoc modo petantur: *Ac temperantiæ quidem homo cupidus historiam Josephi assidua lectione evolvat; ab ea enim edidicerit actiones temperantiæ plenas, cum compererit, eum ad habitum virtutis provectum esse, nedum voluptariis in rebus continentia præditum. At verò in fortitudine instituetur Lector ex historia Jobi, qui, vita in contrarium ipsi cedente, ac prorsus immutata, egens ex beato, orbus ex pulchræ prolis parente unius dieculæ momento factus, non idem modo, suique simillimus mansit, celsos animi spiritus ad extremum usque retinens, sed ne amicis quidem ejus, qui ad consolandum eum venerant, tandem ipsi insultantibus dolores ejus exacerbando iracunde irritatus est. Rursus aliquis reputans, quomodo magnanimus idem & clemens esse possit; itaut animo quidem obfirmato adversus peccatum, clementia verò utatur erga homines; illic Davidem inveniet generosum in bellicis facinoribus, clementem & placidum in inimicis ulciscendis. Talis erat Moses, ingenti quidem ille ira insurgens in illos, qui in Deum peccaverant, sed miti animo perferens illos, qui sibi obtrectabant.* Καὶ ὁ μὲν ἐραστὴς τῆς σωφροσύνης τὴν περὶ τοῦ Ἰωσὴφ ἱστορίαν συνεχῶς ἀνελίσσει, καὶ παρ' αὐτῷ τὰς σωφρονικὰς ἐκδιδάσκεται πράξεις, εὑρίσκων αὐτὸν οὐ μόνον ἐγκρατῶς πρὸς ἡδονὰς ἔχοντα, ἀλλὰ καὶ ἑκτικῶς πρὸς ἀρετὴν διακείμενον· ἀνδρίαν δὲ παιδεύεται παρὰ τοῦ Ἰὼβ, ὃς οὐ μόνον πρὸς τὰ ἐναντία τοῦ βίου μεταπεσόντος αὐτῷ, πένης ἐκ πλουσίου καὶ ἄπαις ἀπὸ καλλίπαιδος ἐν μιᾷ καιροῦ ῥοπῇ γενόμενος, διέμεινεν ὁ αὐτός, ἀταπείνωτον πανταχοῦ τὸ τῆς ψυχῆς φρόνημα διασώζων· ἀλλ' οὔτε τῶν φίλων τῶν εἰς παραμυθίαν ἡκόντων, ἐπεμβαινόντων αὐτῷ καὶ συνεπιτεινόντων τὰ ἀλγεινὰ παρωξύνθη· πάλιν σκοπῶν τις πῶς ἂν πρᾷος ἐν ταὐτῷ καὶ μεγαλόθυμος γένοιτο, ὥστε τῷ μὲν θυμῷ κατὰ τῆς ἁμαρτίας κε-

χρῆ-

χρῆσθαι, τῇ δὲ πρᾳότητι πρὸς τοὺς ἀνθρώπους, εὑρήσει τὸν Δαβὶδ γενναῖον μὲν ἐν τοῖς κατὰ πόλεμον ἀνδραγαθήμασι, πρᾷον δὲ καὶ ἀκίνητον ἐν ταῖς τῶν ἐχθρῶν ἀντιδόσεσι. Τοιοῦτος καὶ Μωσῆς, μεγάλῳ μὲν τῷ θυμῷ κατὰ τῶν εἰς Θεὸν ἐξαμαρτανόντων διανιστάμενος, πρᾳείᾳ δὲ τῇ ψυχῇ τὰς καθ' ἑαυτοῦ διαβολὰς ὑποφέρων. In summa oportet, Ascetam in vita sua rectè instituenda, & Sanctorum virtutibus, ac præclare gestis imitandis, & in se exprimendis pictores imitari: *Quemadmodum autem pictores, cum imaginem ex imagine pingunt, exemplar identidem respectantes, lineamenta ejus transferre conantur magno studio ad suum opificium: ita qui sese meditatur omnibus numeris virtutis absolutum reddere, veluti simulacra quædam spirantia, & actuosa, Sanctorum vitas respicere assidue oportet, operaque illorum sua imitando facere.* Καὶ πανταχοῦ, ὥσπερ οἱ ζωγράφοι, ὅταν ἀπὸ εἰκόνων εἰκόνας γράφωσι, πυκνὰ πρὸς τὸ παράδειγμα ἀποβλέποντες, τὸν ἐκεῖθεν χαρακτῆρα πρὸς τὸ ἑαυτῶν σπουδάζουσι μεταθεῖναι φιλοτέχνημα· οὕτω δεῖ καὶ τὸν ἐσπουδακότα ἑαυτὸν πᾶσι τοῖς μέρεσι τῆς ἀρετῆς ἀπεργάσασθαι τέλειον, οἱονεὶ πρὸς ἀγάλματά τινα κινούμενα καὶ ἔμπρακτα τοὺς βίους τῶν ἁγίων ἀποβλέπειν, καὶ τὸ ἐκείνων ἀγαθὸν οἰκεῖον ποιεῖσθαι διὰ μιμήσεως.

Asceta Pictores imitatur.

§. 10. Lectioni, & meditationi Scripturarum oratio invicem succedat, ut menti assidue Dei memoria præsens sit, & nunquam excidat, nec alienis cogitationibus interrumpatur: *Jam verò orationes lectionibus succedentes recentiorem animam, vegetioremque accipiunt, utpote desiderio Dei jam flagrantem. Atqui est Oratio illa bona, quæ compertam Dei notionem in animo ingerat. Est verò Dei inhabitatio insidentem intus Deum memoria complecti. Hacque nos ratione Templum Dei efficimur, quando nec terrenis curis perpetuus tenor memoriæ interpellatur, nec improvisis perturbationibus intellectus tumultuatur. Sed hæc omnia effugiens vir amore Dei præditus, ad Deum ipse secedit, tum affectus foras quatiens, qui ad intemperantiam provocant, tum in iis studiis libenter versans, quæ ad virtutem ducunt.* Εὐχαὶ πάλιν τὰς ἀναγνώσεις διαδεχόμεναι, νεαρωτέραν τὴν ψυχὴν καὶ ἀκμαιοτέραν, τῷ πρὸς Θεὸν πόθῳ κεκινημένην παραλαμβάνουσιν· εὐχὴ δὲ καλὴ ἡ ἐναργῆ ἐμποιοῦσα τοῦ Θεοῦ ἔννοιαν τῇ ψυχῇ· καὶ τοῦτό ἐστι Θεοῦ ἐνοίκησις, τὸ διὰ τῆς μνήμης ἐνιδρυμένον ἔχειν ἐν ἑαυτῷ τὸν Θεόν. Οὕτω γινόμεθα ναὸς Θεοῦ, ὅταν μὴ φροντίσι γηΐναις τὸ συνεχὲς τῆς μνήμης διακόπτηται, μηδὲ τοῖς ἀπροσδοκήτοις πάθεσιν ὁ νοῦς ἐκταράττηται, ἀλλὰ πάντα ἀποφυγὼν ὁ φιλόθεος ἐπὶ Θεὸν ἀναχωρῇ, ἐξελαύνων τὰ προσκαλούμενα αὐτὸν εἰς ἀκρασίαν πάθη, καὶ τοῖς πρὸς ἀρετὴν ἄγουσιν ἐπιτηδεύμασιν ἐνδιατρίβῃ.

Alternatio lectionis, & meditationis Scripturarum cum oratione.

§. 11. Linguam potissimum moderari Ascetam curare necesse est, quod quàm difficillimum sit, Beatus Jacobus Apostolus in sua epistola nos edocet. Præterea opus est minime erubescere exemplo Magni Antonii ab aliis virtutem ediscere, neque in aliis edocendis, quæ didicit, invidum esse, neque in celando, quod ab aliis acceptum est, ingratum: *Atque in primis quidem magno studio id comparandum habemus, scite ut sermocinari possimus, ut nec contentiosius percunctemur, nec affectantius respondeamus, ut differenti non obloquamur, nec interfari, atque interpellare gestiamus, absurda ostentatione, fastumque præseferente, ut modum teneamus, & sermocinandi, & auscultandi. Neque verò ad discendum verecundum esse oportet, nec ad docendum malignum, quod ab alio tute didiceris, nequaquam clam habendum, cujusmodi facere mulieres improbæ solent, quæ ex aliis ipsæ quæsitos liberos viris suis tollendos subjiciunt, patrem ementientes: authorem verò ipsum prodere grata commemoratione decet, verumque ipsius scientiæ parentem.* Καὶ πρῶτόν γε πάντων σπουδάζειν προσήκει περὶ τὴν τοῦ λόγου χρῆσιν μὴ ἀμαθῶς ἔχειν, ἀλλ' ἐρωτᾷν μὲν ἀφιλονείκως, ἀποκρίνεσθαι δὲ καὶ ἀφιλοτίμως, μὴ διακόπτοντα τὸν προσδιαλεγόμενον, ὅταν τι χρήσιμον λέγῃ, μηδὲ ἐπιθυμοῦντα τὸν ἑαυτοῦ λόγον ἐπιδεικτικῶς παρεμβάλλειν, μέτρα ὁρίζοντα λόγῳ καὶ ἀκοῇ· μανθάνειν δὲ ἀνεπαισχύντως, καὶ διδάσκειν ἀνεπιφθόνως· καὶ εἴ τι παρ' ἑτέρου δεδίδακται, μὴ ἐπικρύπτειν ὥσπερ αἱ φαῦλαι τῶν γυναικῶν αἱ τὰ νόθα ὑποβαλλόμεναι· ἀλλὰ κηρύσσειν εὐγνωμόνως τὸν

In congressibus, & colloquiis familiaribus quomodo Asceta se gerere debeat.

πα-

πατρὸς τοῦ λόγου. Sermo autem neque exilitate, neque asperitate vocis offendat, sed lenitatem, mansuetudinem, demissionem animi, & charitatem erga alios præseferat. In corrigendis aliorum erratis Nathan Prophetam imitetur: *Vocis porro intentio mediocritate temperanda est, ut nec exilior fallat aures, nec contentior odiosa vadat offensione. Expendendum prius quid dicturus sis, atque ita demum edendum, & promulgandum. At vero in congressibus comiter appellare oportet, atque in consuetudinem suavem se præbere, non etiam voluptatem facetosis sermonibus aucupari; adhortationum vero benignitate, clementiæ, ac mansuetudinis opinio colligenda est. Nusquam acerbum se præbere convenit, etiam si objurgatione opus sit. Ita enim maxime castigando acceptus eris, si infra fastigium tuum descendens id feceris. Plerumque vero conducibilis nobis erit ea increpandi ratio, quam Propheta secutus est, qui peccati reo Davidi non a semetipso impegit damnationis modum, sed accersita persona utens, judicem illum ipsum in proprio crimine æstimando constituit; adeo præjudicio in sese facto, nihil ille deinde habuit, quod succenseret increpanti.* Τόνος δὲ φωνῆς ὁ μέσος προτιμητέος, ὡς μήτε διαφεύγειν τὴν ἀκοὴν ὑπὸ σμικρότητος, μήτε φορτικὸν εἶναι τῷ μεγέθει τῆς διατάσεως· προεξετάσαντα ἐν ἑαυτῷ τὸ ῥηθησόμενον, οὕτω δημοσιεύειν τὸν λόγον· εὐπροσήγορον ἐν ταῖς ἐντεύξεσι, γλυκὺν ἐν ταῖς ὁμιλίαις· οὐ διὰ τῆς εὐτραπελίας τὸ ἡδὺ θηρώμενον, ἀλλὰ διὰ τῆς εὐμενοῦς παρακλήσεως τὸ προσηνὲς ἔχουσα· πανταχοῦ τὸ τραχὺ κἂν ἐπιτιμῆσαι δέῃ, ἀποτιθέμενον· προκαταβαλὼν γὰρ ἑαυτὸν διὰ ταπεινοφροσύνης, οὕτως εὐπαράδεκτος ἔσῃ τῷ δεομένῳ τῆς θεραπείας· πολλάκις δὲ χρήσιμος ἡμῖν καὶ ὁ τοῦ προφήτου τρόπος τῆς ἐπιπλήξεως· ὅς τῷ Δαβὶδ ἁμαρτάντι, οὐ παρ' ἑαυτοῦ ἐπήγαγε τὸν ὅρον τῆς καταδίκης, ἀλλ' ὑποβολῇ προσώπου χρησάμενος, αὐτὸν ἐκεῖνον τοῦ ἰδίου δικαστὴν ἐκάθισεν ἁμαρτήματος· ὥστε αὐτὸν καθ' ἑαυτοῦ προεξενηνοχότα τὴν κρίσιν, μηδὲν ἔτι μέμψασθαι τὸν ἐλέγξαντα.

Quid in corporis cultu, & vestitu observandum.

§. 12. Animi modestia, Evangelica humilitas, Christianus in pietate vigor, animique constantia, & prudens modestia in corporis habitu, in incessu, in oculis, in vestimento appareat, quod hujusmodi esse debet, ut necessitati consulat, & non ad oblectationem, seu ad ostentationem quæsitum videatur: *Et consentaneus quidem fuerit summissis, atque abjectis animis tristis oculus, atque deorsum vergens, habitus neglectus, squallida coma, vestis sordida, adeo quæ lugentes consulto, meditatoque faciunt, ea suapte animi sponte in nobis, & veluti habitu temerario extitisse videri debent. Tunica cinctu appressa sit corpori, & adstricta; cinctus neque muliebrem in modum ilia exuperet, neque prælaxus fluxam tunicam efficiat. Incessus esto, nec segnis, nec animum dissolutum declaret, nec rursus vehemens insolenterque incitatus, ne consternatos impetus animi significet. Unum modo sit vestitus propositum, operimentum ut existat ab æstus, frigorisque injuria corpus asserere aptum, & idoneum. Colorum amænitates ne exquirantur, nec opificiorum deliciæ prætenues ac molliculæ. Etenim in veste pigmentorum lautitias consectari, perinde est, atque si muliebrem comptum nobis accommodemus, quem magno illæ studio sibi aptare solent, accersitis lenociniis crines, malasque inficientes. Tunica sit eousque crassa, ut alio opus non sit integumento ad calefaciendum corpus ea contectum. Calciarium esto pretio quidem illud vili, sed quod vicem suam implere possit.* Ἔπεται δὲ τῷ ταπεινῷ καὶ καταβεβλημένῳ φρονήματι, ὄμμα στυγνὸν καὶ εἰς γῆν συννενευκός· σχῆμα ἠμελημένον· κόμη αὐχμηρὰ· ἐσθὴς ῥυπῶσα· ὥστε ἃ ποιοῦσιν οἱ πενθοῦντες κατ' ἐπιτήδευσιν, ταῦτα ἐκ τοῦ αὐτομάτου ἡμῖν ἐπιφαίνεσθαι· χιτὼν διὰ ζώνης προσεσταλμένος τῷ σώματι· τὸ μέν τοι ζῶσμα μήτε ἄνω τῶν λαγόνων, γυναικῶδες γάρ· μήτε χαῦνον ὥστε διαρρεῖν τὸν χιτῶνα, βλακικὸν γάρ· καὶ τὸ βάδισμα μήτε νωθρὸν, ὡς ἔκλυσιν τῆς ψυχῆς καταπρογορεῖν· μηδ' αὖ σφοδρὸν καὶ σεσοβημένον, ὡς ἐμπλήκτους αὐτῆς τὰς ὁρμὰς ὑποφαίνειν· σκοπὸς ἐσθῆτος εἷς, κάλυμμα εἶναι σαρκὸς πρὸς χειμῶνα καὶ θέρος αὔταρκες· μήτε δὲ ἐν χρώματι τὸ ἀνθηρὸν διωκέσθω· μήτε ἐν τῇ κατασκευῇ τὸ λεπτὸν καὶ μαλακόν. Τὸ γὰρ τὰς ἐν ἐσθῆτι εὐχροίας περισκοπεῖν, ἴσον ἐστὶ γυναικείῳ καλλωπισμῷ, ὃν ἐκεῖναι ἐπιτηδεύουσιν ἀλλοτρίῳ ἄνθει πα-

παρειὰς καὶ τρίχας ἑαυτῶν καταβάπτουσι· Ἀλλὰ μὴν καὶ παχύτητος οὕτως ἔχειν ὁ χιτὼν ὀφείλει, ὡς μὴ δεῖσθαι κοινωνοῦ πρὸς τὸ θάλπειν τὸν ἐνδυόμενον· ὑπόδημα δὲ τὸ εὐτελὲς μὲν κατὰ τὴν ἀξίαν, ἀνενδεὲς δὲ τὴν χρείαν ἀποπληροῦν.

Cibus vilis, & tennis fit, & orationes conditus.

§. 13. Vestium paupertati cibi vilitas, ac tenuitas respondeat. In eo capiendo indigentiæ consulatur, non inserviatur concupiscentiæ. Neque inter edendum Dei Asceta obliviscatur, sed eum ante & post cibum precibus veneretur: *Et ut semel omnia uno verbo complectar, ut in veste comparanda, rationem in primis constare oportet utilitatis, ita in cibo panis usus expleverit, id quod opus est ad alimentum; aquæ potus sedaverit sitim homini integræ valetudini: quibus accedent ea pulmenta, quæ ex leguminibus ad usus tantum necessarios facta, tuendæ sunt integræ corporis firmitati. Inter epulandum hoc cavere convenit, ne helluantium speciem præbeamus, sed & constantiam, & mansuetudinem ubique retineamus, atque in percipiendis voluptatibus æquabilem continentiam, ne tum quidem porrò ita animis esse feriatis nos oportet, ut commentatione rerum Divinarum vacemus, quippe qui alimentorum naturam, corporisque aliti opificium argumentum habeamus, Divinas laudes exordiendi, utique cum in mentem nobis venit, quo modo varia cibi genera corporum qualitati accommodata, ab eo sint inventa, qui omnia moderatur, & regit. Porro autem orationes, antequam cibum sumimus, pro dignitate Divinarum benignitatum ineundæ sunt, cum earum, quæ in præsenti nobis divinitus conferuntur, tum vero earum, quæ in posterum eisdem recondita sunt. Jam a corporum curatione rursus orationes gratiarum actionem exequantur, jam acceptorum ergo, atque eo amplius eorum flagitationem, quæ Deus nobis pollicitus est. Denique cibi sumendi hora sit unica, & constituta, eademque semper per ambitum revertens, vix hæc ut curando corpori destinata, una sit quatuor & viginti, quam temporis intercapedinem complectitur diei, noctisque vicissitudo. Reliquas autem horas mens commentando occupata sit, hominis quidem certè, qui menti exercendæ in solitudine se addixerit:* Καὶ ἁπαξαπλῶς ὡς ἐν τῷ ἐνδύματι ἡγεῖσθαι προσήκει τὸ χρειῶδες, οὕτω καὶ ἐν τροφῇ ἄρτος ἐκπληρώσει τὴν χρείαν, καὶ ὕδωρ θεραπεύσει τὴν δίψαν τῷ ὑγιαίνοντι, καὶ ὅσα ἐκ σπερμάτων προσοψήματα πρὸς τὰς ἀναγκαίας χρείας τὴν ἰσχὺν τῷ σώματι δύναται διασώσασθαι. Ἐσθίειν δὲ μὴ λυσσώδη γαστριμαργίαν ἐμφαίνοντα, ἀλλὰ πανταχοῦ τὸ εὐσταθὲς καὶ πρᾶον καὶ περὶ τὰς ἡδονὰς ἐγκρατὲς διασώζοντα· μηδὲ τότε τὸν νοῦν ἀργὸν ἐν τῇ περὶ Θεοῦ ἐννοίᾳ ἔχοντα, ἀλλ' αὐτὴν τῶν βρωμάτων τὴν φύσιν, καὶ τὴν τοῦ ὑποδεχομένου σώματος κατασκευὴν, ἀφορμὴν ποιεῖσθαι δοξολογίας· πῶς ποικίλα εἴδη τροφῶν τῇ ἰδιότητι τῶν σωμάτων ἁρμόζοντα παρὰ τοῦ τὰ πάντα οἰκονομοῦντος ἐπινενόηται· εὐχαὶ πρὸ τῆς τροφῆς ἀξίως γινέσθωσαν τῆς τοῦ Θεοῦ παροχῆς, ὧν τε νῦν δίδωσι, καὶ ὧν πρὸς τὸ μέλλον ἐταμιεύσατο· εὐχαὶ μετὰ τροφὴν εὐχαριστίαν τῶν δεδομένων ἔχουσαι καὶ αἴτησιν τῶν ἐπηγγελμένων· ὥρα μία τροφῆς ἀποτεταγμένη, ἡ αὐτὴ κατὰ περίοδον ἀπαντῶσα· ὡς ἐκ τῶν εἴκοσι τεσσάρων ὡρῶν τοῦ ἡμερονυκτίου, μίαν εἶναι μόλις ταύτην τὴν προσαναλισκομένην τῷ σώματι· τὰς δὲ λοιπὰς ἐν τῇ κατὰ νοῦν ἐνεργείᾳ ἀπασχολεῖσθαι τὸν ἀσκητήν.

Somni breves, ac leves, & nox majori ex parte in oratione, ac rerum Divinarum contéplatione insumatur.

§. 14. Somni autem breves sint, & quales Christianum philosophum decent; noctis igitur dimidia aut major pars, quod tempus orando Deo aptissimum est, in precibus, sanctisque meditationibus insumatur: *Somni leves sunto, ejusque modi, qui excuti facile possint, ex naturæ utique præscripto, ad victusque rationem appositi, id verò interim accurandum, studioque assequendum est, ut commentandis rebus arduis ipsi pascantur somni. Nam altiore correptum esse sopore, sicque esse veterno dissoluta hominis contemplatoris membra, ut interim pateat aditus visis absurdis obrepentibus, id certe instar est quotidianæ mortis. Atqui quod aliis diluculum, id nox iis dimidiata est, qui se colendæ pietatis studio devoverint. Tam enim præcipue otium animæ largitur nocturnum conticinium, cum neque oculi aspectus importunos, neque aures auditus obturbatores intro ad cor admittunt. Cæterum mens sola secum, cum Deoque negotium habens, tum peccatorum suorum recordatione se se corrigens, fines ipsa sibi præscri-*

 bit

bit ad vitia aversanda, opem etiam divinitus implorans ad ea adipiscenda, ad quae magno studio incitata est. Ὕπνοι δὲ κοῦφοι καὶ διαπάλλακτοι, φυσικῶς ἀκολουθοῦντες τῇ λεπτότητι τῆς διαίτης· κατ' ἐπιτήδευσιν δὲ ταῖς περὶ τῶν μεγάλων μερίμναις διακοπτόμενοι. Τὸ γὰρ βαθεῖ κάρῳ κατακρατεῖσθαι λυομένων αὐτοῖς τῶν μελῶν, ὥστε σχολὴν ἀλόγοις φαντασίαις παρέχειν ἐν καθημερινῷ θανάτῳ ποιεῖ τοὺς οὕτω καθεύδοντας. Ἀλλ' ὅπερ τοῖς ἄλλοις ὁ ὄρθρος ἐστὶ, τοῦτο τοῖς ἀσκηταῖς τῆς εὐσεβείας τὸ μεσονύκτιον, μάλιστα σχολὴν τῇ ψυχῇ τῆς νυκτερινῆς ἡσυχίας χαριζομένης, οὔτε ὀφθαλμῶν, οὔτε ὤτων βλαβερὰς ἀκοὰς ἢ θέας ἐπὶ καρδίαν παραπεμπόντων, ἀλλὰ μόνου καθ' ἑαυτὸν τοῦ νοῦ τῷ Θεῷ συνόντος, καὶ διορθουμένου μὲν ἑαυτὸν τῇ μνήμῃ τῶν ἡμαρτημένων, ὅρους δὲ ἑαυτῷ τιθέντος πρὸς τὴν ἔκκλισιν τοῦ κακοῦ, καὶ τὴν παρὰ Θεοῦ συνεργίαν, εἰς τὴν τελείωσιν σπουδαζομένων ἐπιζητοῦντος.



ՃԱՌ ՎԵՑԵՐՈՐԴ։

Օրինակ ուխտաւորաց։

Իրաւն է բանս, զոր ասեմս, և ամենայն ընդունելութեան արժանի, զարթնուլ 'ի քնոյ յայսմ ժամանակի, և առնուլ զսիրտ մեր 'ի վերայ բազկաց մերոց, առ ԱԾ յերկինս. գուցէ յանկարծակի գայցէ տանուտէրն. զի յորժամ եկեսցէ, գտցէ զմեզ 'ի զուարթութեան. Պահեսցուք զժամանակ փեսային. զի մտանիցեմք ընդ նմա յառագաստ անդր։ Պատրաստեսցուք իւղ լապտերաց մերոց, զի ելանիցեմք ընդ յառաջ նորա ուրախութբ. Հանդերձեսցուք զպաշար օթևանաց մերոց, նեղ, և նուրբ ճանապարհին. Մերկասցուք 'ի մէնջ զաղտեղութիւն, զի

SERMO SEXTUS,

De Devotis (1).

VErum est verbum hoc, quod dico, & omni acceptione dignum; oportet expergisci hoc tempore a somno, & elevare cor nostrum super brachia nostra ad Deum in Cælis, ne fortè repente veniat Pater Familias, &, cum venerit, non inveniat nos vigilantes. Observemus tempus Sponsi, ut ingrediamur cum eo in thalamum. Præparemus oleum lampadibus nostris, ut occurramus ei in lætitia, Præparemus viaticum mansionibus nostris in angusta, & arcta via. Exuamus nos vestimentis immundis, ut induamur veste nuptiali. Negotiemur talentum, quod accepimus, ut vocemur servi

Exhortatio ad vigilantiam, & bona opera, ad renunciationem sæculi, orationem, & tolerantiam.

(1) Nempe de illis, qui Numini colendo se perpetuò dedicarunt, quo sensu latina illa dictio *Devotus* in antiquis quibusdam Romanis inscriptionibus usurpata legitur *Guth. de Vet. Jur. Pontif. IV.* 15. *Sam. Pitisc. Lex. Rom. Antiquit.* Titulus, seu Inscriptio autem hujus Sermonis in Textu Armeno talis est: Օրինակ ուխտաւորաց, *Orinagh Ugdavoraz*. Exemplum *devotorum*, *seu de devotis*. Vox Armena ուխտաւոր *ugdavor* in recentioribus dictionariis Armenis ita exponitur: *Qui votum facit se offerendi Deo; qui voti nuncupatione, quod desiderat, obtinet; qui voti sponsione orat, ac precatur; qui vovendo paciscitur;* tum etiam *Religiosus*, *Nazaræus*. Itaque extra omnem dubitationem existimo: Sermonem hunc esse de Ascetis, de quibus fusè actum est in superiori Dissertatione, quam ad facilius, planiusque assequendum hujus sermonis sensum, necessario præmittendam esse duxi. Non semel in ea animadverti, monuique Lectorem, antiquos Ascetas diversos omnino fuisse a Monachis, quales ætas posterior, qua S. Jacobus vixit, novit: sed quia eorum simillimi erant, a Scriptoribus tum antiquis, tum recentioribus sæpe confundi, & indiscriminatim Ascetarum, & Monachorum nomina, præsertim prioribus Ecclesiæ sæculis, adhiberi. Ascetæ autem in hujus Sermonis principio, ut dixi, devoti, seu voto obstricti, seu votum habentes dicuntur, quia tacito, aut solemni voto Deo se devovebant, seu voto præcipuæ sanctitatis, & Christianæ pietatis excolendæ suscepto, Deo se consecrabant, perinde ac Nazaræi in veteri lege, non tamen ad aliquod certum temporis spatium, ut illi, sed in perpetuum, donec scilicet hanc mortalem vitam agerent, id spondebant, ut in ea Dissertatione dictum est. Quamobrem ἄσκησις ascesis erat quidam Nazaræatus perpetuus, ut fuit ille Samsonis, & Prophetarum, & Joannis Baptistæ, & Apostolorum, quorum exemplo sacer iste mos, atque institutum, ut alibi dixi, inter primævos Christi fideles receptum fuisse videtur. Ex Ascetarum quidem numero, non autem, ut plures putant, Monachus Cœnobita fuit Eustathius Sebastiæ in Armenia Episcopus, priusquam ad Episcopalem Cathedram ascenderet, quod manifesto indicant verba S. Epiphanii, qui eum ἀσκοῦντα se exercentem fuisse scribit. Nam tractans de Hæresi, quæ auctorem, ac patrem habuit impium Aerium: *Fuit hic*, inquit, *Eustathii Sebastiæ Episcopi, quæ est in Ponti regione, sive Minoris Armeniæ, sodalis; ambo enim exercentes fuerunt.* Οὗτος γίνεται Συσχολαστὴς Εὐσταθίου Σεβαστείας, Πόντου τε χαλυμβῶνος χώρας, ἤτοι μικρᾶς Ἀρμενίας· ὁμοῦ γὰρ ἦσαν ἀσκοῦντες. *Epiph. adv. Hæres. Lib. III. Tom. I. Hæres. LXXV. pag.* 905. Eustathius autem asceticam professionem, quam in Armenia florentem admodum invenerat, infeliciter propagare studuit. Quoniam pravis utentium moribus optima quæque infici solent, itaque superstitiosos indumentorum, aliarumque observantiarum usus, falsa insuper dogmata ipse, vel potius ejus discipuli inferentes, asceticæ vitæ humilitatem, sanctitatemque insolenti arrogantia, & impia doctrina deturparunt. At verò obstitit eorum conatibus Synodus Gangris congregata, in qua Eustathius, ejusque discipuli, utrorumque errores damnati sunt. Quamobrem sicut in Armenia Pseudo-Ascetæ fuerunt, qui sanctissimum Ascetarum ordinem, atque institutum scelestis moribus suis, atque erroribus subvertere tentarunt, ita certissimum est, in eadem regione, aliisque vicinis quarto Ecclesiæ sæculo probos, sanctosque fuisse asceticæ conversationis cultores, qui falsis Fratribus se opposuerunt, eosque apud vicinos Episcopos, & postea in Gangrensi Synodo accusarunt. Sed omni dubitatione procul id constituitur ex ipsis Gangrensis Concilii actis, in quorum fine omnibus notum, ac testatum esse Episcopi voluerunt, se, Pseudo-Ascetis damnatis, probos, ac veros asceticæ vitæ cultores reprobare minime voluisse. Quæ utique protestatio inanis, & frustranea esset, nisi plures in partibus illis ea ætate fuissent, qui, repudiato sæculo, mundanisque voluptatibus, in sancta Christianarum virtutum exercitatione Deo placere studerent. Et quidem Nazianzi in Cappadocia, quæ Armeniæ contermina erat, dum Gregorius Gregorii Nazianzeni pater, eam Ecclesiam gubernaret, plurimi erant Ascetæ, qui se ab ejus communione separarunt, & deinde a Gregorio filio cum Patre reconciliati sunt. *Greg. Naz. Orat. XII.*, & plures etiam erant Cæsareæ, qui Basilii partes adversus Eusebium tuendas susceperunt. *Orat. XX.* Quin etiam idem Basilius cum ab Ægyptiaca, & Asiatica peregrinatione

servi boni, & fideles. Frequenter oremus, ut transeamus loca pavoris, & timoris; mundemus corda nostra ab iniquitate, ut videamus Excelsum in gloria sua. Simus misericordes, sicut & scriptum est, ut misereatur nostri Deus. Sit pax inter nos, ut vocemur fratres Christi. Esuriamus justitiam, ut saturemur in mensa Regni. Simus sal veritatis, ne efficiamur esca serpentis. Expurgemus semina nostra a spinis, ut pro uno centenos fructus reddamus. Collocemus ædificium nostrum super firmam petram, ne commoveatur a fluctibus, & a ventis. Simus vasa utilia Domino Nostro; quæstum faciamus in omnibus, quæ nobis data sunt, & vendamus possessiones nostras, ut emamus margaritam Christum, & ditemur. Reponamus thesauros nostros in Cælo, ut cum iverimus, aperiatur nobis, & lætemur. Visitemus Dominum in infirmis, ut vocet nos, & statuat a dextris suis. Odio prosequamur corpora nostra, & diligamus Christum, sicut & ille dilexit nos, & tra-

Luc. 6.

զի գտցուք զհանդերձն հաւատանեաց· Աճարձեսցուք յարծաթն, զոր ընկալաք, զի կոչիցիմք ծառայք բարիք, և միրք· Հանապազորդ լիցուք յաղօթս, զի անցանիցեմք ընդ տեղիսն ահին, և երկիւղի· Սրբեսցուք զսիրտս մեր յանօրէնութենէ, զի տեսանիցեմք զբարձրեալն փառօք իւրովք· Եղիցուք ողորմածք որպէս և գրեալ է, զի ողորմեսցի մեզ աԾ· Եղիցի խաղաղութիւն 'ի միջի մերում, զի կոչիցիմք եղբարք քի· Եղիցուք քաղցեալք յարդարութիւն, զի լցցուք 'ի սեղանոյ անտի արքայութե· Եղիցուք աղ ճշմարտութե, զի մի՛ լիցուք կերակուր օձին· Սրբեսցուք 'ի փշոյ զսերմանիս մեր, զի տայցեմք զպտուղ ընդ միոյ հարիւր· Դիցուք զշինուածս մեր 'ի վերայ ապառաժ վիմին, զի մի՛ շարժեսցին յալեաց, և 'ի հողմոց· Եղիցուք անօթք պիտանացուք տն մերում. շահեսցուք զամ տուրս մեր. վաճառեսցուք զստացուածս մեր, զի գնեսցեմք զմարգարիտն քն, զի մեծասցուք· Դիցուք զգանձս մեր յերկինս, զի յորժամ երթայցեմք, բացցուք,

tione Cæsaream reversus esset, reperit ibi Eustathii discipulos, quibuscum asceticæ vitæ amore flagrans statim amicitiam iniit, eorum simulata sanctitate, & falsa asceseos, seu exercitationis specie deceptus, qua de re ipse postea gravissime questus est. *Basil. Ep. CCXXIII. al. LXXIX.* Præterea quod ætate magni Jacobi iu Armenia plures reperirentur Ascetæ, adstrui quoque posse videtur ex carmine XLVIII. Gregorii Nazianzeni ad quemdam Hellenium misso, quem Armeniæ decus vocat, Εὖχος Ἀρμενίης Ἑλλήνιε; tum etiam ex iis, quæ S. Epiphanius narrat de cujusdam hæretici Eutacti natione Armeni discipulis, qui, ut tutius se, suamque pravitatem occultarent, & simplicium oculos liberius fallerent, se Ascetarum, seu Solitariorum instituta sequi simulabant. *Alii*, inquit Epiphanius, *ex Eutacti discipulis jejunia simulantes solitariorum, seu solitarium vitam agentium specie simplicioribus illudunt, ac se bonorum omnium abdicatione venditant.* Ἄλλοι δὲ δῆθεν προσποιητὴν νηστείαν ὑποκρίνονται, ἀπατῶσι δὲ τοὺς ἀφελεστέρους ἀνθρώπους σχήματι μοναζόντων, ἀποταξίαν τινὰ σεμνυνόμενοι. Græcum verbum μοναζόντων non bene reddi videtur a doctissimo Petavio *Monachorum*; quia eo vocabulo non Monachi, quales postea instituti sunt, intelliguntur, sed homines, qui ex hoc sæculo si minus corpore, animo certe exeuntes solitariam vitam sive in urbibus, sive in suburbanis agris, sive in locis desertis agebant, hoc est uno nomine Ascetæ, qui subinde desertarum terrarum interiora petentes, vel inaccessos montes habitantes Anachoretæ etiam dicti sunt. Ex horum autem numero fuit quoque S. Jacobus Nisibenus. *Theod. Hist. Relig. Cap. I.* Quapropter nemini mirum esse debet, si hunc tractatum de Ascetis ad Gregorium scripserit, nescio cujus Armeniæ urbis Episcopum, in cujus Diœcesi non mediocrem fuisse Ascetarum numerum, ex hactenus dictis conjici potest. Itaque neque a S. Jacobi vitæ instituto, atque ætate, neque a moribus illorum temporum, neque ab historia illarum regionum aliquid dissentaneum, seu alienum in eo continetur. Cæterum S. Doctor hic nobis præclare exhibet Ascetarum mores, vivendique rationem, & de ascetica conversatione, vitamque instituendi modo ac forma prolixe dixerit. Observandum verò est, a Sancto Episcopo Nisibeno eos non Ascetas, quod nomen Græcum est, & a Græcis Philosophis, ut paulo ante dixi, mutuo acceptum; sed Solitarios, quia soli, & seorsum ab aliis habitabant, & sanctos, & devotos, & votum habentes vocari, quia sanctitatem profitebantur, & quia Deo se vovebant, ac dedicabant. Non dissimili modo verba illa Gangrensis Concili: Τὰ τοὺς ἀσκεῖσθαι βουλομένους *qui exerceri volunt*: quibus Ascetæ designantur, latine vertunt Dionysius Exiguus, & Isidorus Mercator: *Qui sanctum propositum continentiæ eligunt*: & illa alia, τὸ οἱ ἀσκούμενοι, *se exercentes*. Dionysius reddit: *qui continentiæ student*. Et Isidorus: *qui in proposito continentiæ sunt*. Adeo ut quod Sanctus Jacobus votum nominavit, uterque antiquissimus Scriptor Dionysius, & Isidorus *propositum* nuncupasse videantur. Et quod Græci ἄσκησιν *Ascesin*, ἀσκητὰς *Ascetas* vocarunt, ipsi continentiam, & continentes dixerunt. Neque enim Jacobi ætate Nisibi, & in Vicinia Monachi erant, quos Antonius, seu Pacomius in Ægypto, Hilarion in Syria, in Mesopotamia Julianus, & demum in Ponto, Armenia, Cappadocia, ac Paphlagonia Magnus Basilius primi, ut alibi dictum est, instituerunt. Profecto si quæ a Sancto Jacobo in hoc sermone disseruntur, cum iis conferantur, quæ de Ascetis a vetustissimis Scriptoribus literis tradita sunt, apprime convenire reperientur. Copiosus autem Ascetarum numerus, qui ea tempestate, ut paulo supra indicavi, in Armenia, vicinisque regionibus erat, causam præbuisse puto, cur Sanctus Jacobus hunc Sermonem de Ascetis ad Sanctum Gregorium, quicumque fuerit, in Armenia Episcopum, qui inter cætera, de quibus se ab eo instrui volebat, etiam hac de re, ut probabile est, postulaverat, miserit.

ցուք, և ուրախ լիցուք։ Մեծեսցուք զՔրի հին̃ աւանդօք. զի կոչեսցէ զմեզ, և կացուսցէ ընդ աջմէ իւրմէ։ Աշխատեսցուք զմարմինս մեր, և սրբեսցուք զՔրս̃, որպէս և նա սրբեաց զմեզ, և մատնեցաւ վն̃ մեր։ Պատուեսցուք զոգին Քի̃, զի զշնորհս ընկալցուք 'ի նմանէ։ Եղիցուք յաշխարհէ աստի օտար, որպէս և Քս̃ չէր 'ի սմանէ։ Եղիցուք հեզք, և խոնարհք, զի ժառանգեսցուք զերկիրն կենաց։ Եղիցուք հանապազ 'ի պաշտաման նր̃, զի պաշտեսցէ զմեզ 'ի խորանի անդ սրբութե̃։ Կացցուք յաղօթս նր̃ սրբութե̃, զի մտցեն առաջի մեծութեանցն ած̃ութե̃։ Եղիցուք կցորդք չարչարանաց նորա. զի և յարութե̃ անդր նորա կեցցուք։ Առցուք զնշանս նորա 'ի մարմինս մեր, զի ապրեսցուք 'ի բարկութե̃ սրտմտութեան ահաւորէ։

Յորժամ 'ի նմանն խաւարի նմանէ նոցա, նոքա լոյս լինին։ Եւ իբրև սլանայ 'ի վերայ նոցա իբրև զօձ, նոքա աղ լինին, զի մի կարասցէ ուտել 'ի նոցանէ։ Եւ եթէ նմանի նոցա նման իժի, և քարբի, նոքա լինին 'ի նման տղայոց։ Եւ եթէ մտցէ առ նոսա ցանկութ̃ կերակրոց, յաղթեն նմ̃ պահօք, նման փրկչին մերոյ։ Եւ եթէ աչաց ցանկութե̃ կամի մարտնչել ընդ նոսա, ամբառնան զաչս իւրեանց 'ի բարձունս երկնից։ Եւ եթէ պատրանօք կամի վնասել նոցա, ոչ հաստատեն նմա նոքա զլսելիս իւրեանց։ Եւ եթէ յայտնա

traditus est pro nobis. Honorificemus Spiritum Christi, ut gratiam recipiamus ab eo: Simus extranei, & alieni ab hoc mundo, sicut & Christus non erat ex eo. Simus mites, & humiles, ut possideamus terram vitæ. Simus semper in ministerio ejus, ut ministret nobis in tabernaculo illo sanctitatis. Oremus ad eum cum sanctitate, ut preces nostræ intrent ante Majestatem Divinitatis. Simus participes passionis ejus, ut & per Resurrectionem ejus vivamus. Accipiamus signa ejus in corporibus nostris, ut a terribili ira furoris eripiamur.

§. 2. Quando spiritus tenebrarum appropinquat Sanctis, illi efficiuntur lux. Et quando velociter instar jaculi volat, sicut serpens super eos, illi efficiuntur sal (1), ut nullum eorum comedere possit. Et si appareat eis ad instar aspidis, & basilisci, illi efficiuntur (2) similes pueris. Et si ingrediatur ad eos per concupiscentiam escarum, vincunt eum jejuniis exemplo Salvatoris nostri. Et si velit pugnare cum eis concupiscentia oculorum, elevant oculos suos in excelsa Cælorum. Et si velit dolis, ac fallaciis eis nocere, illi aures suas ei occludunt. Et si

Pugna spiritus tenebrarum cum Sanctis Dei Servis,

(1) Sal quidem aptissimum esse pecudi, scribunt Plinius *Hist. Natur. Lib. X. num.* 93., & Columella *de re Rust. Lib. VII.*, inimicum autem esse serpentibus docere nos videtur hoc loco Sanctus Jacobus. Et quidem Plinius *Hist. Nat. Lib. XXXV. n* 59. tradit: Terram Balearem, & Ebusitanam serpentes necare: fortasse quia salibus abundat. Sed verisimilius est, respicere hoc loco Sanctum Jacobum ad verba Christi Domini, qui dixit discipulis suis: *Vos estis sal terræ. Matth V.*, quia scilicet oportebat Christi discipulos a peccatorum putredine alios liberare, eos verò nulla pravitate putrescere, & fœtere, sed odore bonorum operum infernales angues interficere, & a genere humano hanc pestem, & perniciem depellere, nedum ipsos eorum morsu, ac veneno perire. Profectò cum nullus auctor, quem ego viderim, sive antiquus, sive recentior expressis verbis tradat, serpentes sale enecari, existimo, hæc potius allegoricè, ac figuratè accipienda esse, ut infra latius exponam.

(2) *Amen dico vobis*, inquit Christus Dominus, *nisi conversi fueritis, & efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in Regnum Cælorum. Matth. XIV.* 3. Fertur, sæpe visos innocentes pueros cum anguibus sine nocumento ludere. Monet quidem Sanctus Jacobus, ut infernalis serpentis astutiæ, innocentia, ac simplicitas, & puerorum in Christo humilitas opponatur. Quare hinc adducor, ut putem, non solum quæ hoc loco, ut pueris assimilemur, sed etiam quæ paulo supra scribit Sanctus Jacobus, ut scilicet *simus sal veritatis, ne efficiamur esca serpentis*: omnia symbolice, & per allegoriam dicta fuisse, & utroque loco sanctissimum Nisibi Episcopum respicere ad verba Isaiæ Prophetæ, promittentis in adventu Christi Salvatoris malas bestias Aspidem, & Regulum (idest Dæmones) non nocituras servis Dei, easque vincendas humilitate, puritate, & sapientia cælesti, quæ ex Evangelica doctrina hauritur. Sic enim legitur Cap. XI. 8. *Delectabitur infans ab ubere, super foramine aspidis; & in caverna reguli, qui ablactatus fuerit, manum suam mittet.* Additur deinde ratio num. 9. *Non nocebunt, & non occident in universo monte sancto meo, quia repleta est terra scientia Domini.* qui igitur puritate, & simplicitate infantes sunt, & sal habent scientiæ Domini, ab aspide, & regulo insidias hominum saluti molientibus non lædentur. In eodem sensu loquitur Ecclesia, dum Catechumenis prægustandum tribuens sal exorcizatum, testatur id esse: *Sacramentum ad fugandum inimicum, & sal sapientiæ; quo gustato, orat Deum, ut non diutius eum esurire permittat, quo minus cibo expleatur cælesti*, ut habetur in Rituali Romano, & in Sacramentariis Gelasiano, Gregoriano; & aliis vetustis ordinibus *ad faciendum Catechumenum*; & auctor sub nomine Hieronymi in epistola ad Rusticum Narbonensem scribit: *Sal præterea Catechumenis datur in mysterio, ut nos esse sal terræ, idest Dei sapientiam noscamus.*

Et si aperta pugna velit eos aggredi, induuntur armis, & ei resistunt. Et si in somnis vult illis supervenire, expergiscuntur, vigilant, benedicunt, & orant. Si autem per opes, & divitias tentat eos, illi eas distribuunt pauperibus. Si vero dulcescit illis, eum non gustant, quia amarus esse dignoscitur. Si demum libidine allicit eos, soli seorsum habitant, & non concupiscunt, quæ (1) hic sunt.

Diabolus sicut per mulierem superavit Adam, ita per fœminas cæteros aggreditur, & vincit.

§. 3. Ingressus est fallaciis muliebribus ad Adam, & deceptus est in innocentia sua. Venit ad Joseph per ejus Dominam, & Joseph agnovit malitiam fraudolentiæ ejus, & noluit ei aures præbere. Per mulierem pugnavit cum Samsone, donec abstulit ab eo (2) devotionem. Primogenitus erat Ruben omnium fratrum suorum, & per uxorem Patris sui vulnus ei intulit. Aaron erat Pontifex magnus Domus Israel, & propter Mariam ejus sororem obtrectavit, & æmulatus est Moysi. Missus est Moyses, ut educeret populum a terra Ægyptiorum, & accepit secum admonitricem malorum, & profectus est. Occurrit Dominus Moysi, & voluit occidere eum, qui, advocata uxore, reverti eam fecit (3) in Madian. Vi-

Exod. XVIII. 2.

նաեւ թէ կամի մարտնչել ընդ նոսա, զզէն զգենուն, եւ կան ընդդէմ նորա ։ Եւ եթէ քնով կամի հասանել ՚ի վերայ նոցա, զարթնուն, տքնին, օրհնեն, եւ կան յաղօթս ։ Եւ եթէ ստացուածովք իմիք գրգռէ զնոսա, նոքա զայն աղքատաց բաշխեն ։ Եւ եթէ քաղցրանայ առ նոսա, ոչ ճաշակեն զնա, զի դառն ցուցանի ։ Եւ եթէ ցանկութեամբ գրգռեցուցանէ զնոսա, միայն առանձին բնակեն, եւ ոչ ցանկանան աստէն ։

Եմուտ առ ադամ պատրանօք, ադամ պատրեցաւ յանմեղութեան իւրում ։ Եկն առ յովսէփ ՚ի ձեռն տիկնոջ իւրոյ, եւ յովսէփ գիտաց զնենգութիւն խորամանկութեան նորա, եւ ոչ կամեցաւ հատանել զլսելիս իւր ։ ՚Ի ձեռն կնոջ մարտեաւ ընդ սամսոնի, մինչեւ եհան ՚ի նմանէ զուխտաւորութիւն նորա ։ Անդրանիկ էր ռուբէն ամենայն եղբարց իւրոց. եւ ՚ի ձեռն կնոջ հօր իւրոյ, եհարի ՚ի նմա ։ Քահանայապետ մեծ էր ահարօն տանն իսրայելի. եւ վս̅ մարեմայ քեռ իւրոյ նախանձեցաւ ընդ մովսէսի ։ Առաքեցաւ մովսէս հանել զժողովուրդն յերկրէն եգիպտացւոց. եւ էառ ընդ իւր զխրատիչն չարեաց ։ Պատահեցաւ տր̅ մովսէսի, կամեցաւ սպանանել զնա, մինչեւ էառ զար-

(1) Præcepta, quibus hoc loco S. Jacobus Solitarios, seu Ascetas instruit, non dissimilia sunt iis, quæ leguntur in monito, seu brevi, ac eleganti epistola, quæ ad erudiendos in via Domini novitios Solitarios, seu Ascetas, non autem Monachos, quales hoc nomine intelligimus, scripta est, eaque inter Magni Basilii epistolas reperitur, an ejus sit, non minime dubito, certe cujusdam veteris scriptoris est, & forte antiquioris ipso Beatissimo Cæsareæ Archiepiscopo. Integram hic referam, ut unum, ac idem utriusque argumentum fuisse, eamdemque mentem, ac sensum in tradenda doctrina asceticæ vitæ cultoribus, ac proinde non dissimilem utriusque Scriptoris temporum, quibus floruerunt, vetustatem, Lector per se ipse perspiciat. *Disce tu, qui Solitariam vitam degis, quique fidelis homo, ac pietatis cultor es, & edocere Evangelicum vivendi genus, corporis in servitutem redactionem, spiritum humilem, mentis puritatem, iræ extinctionem. Coactus insuper, adde propter Dominum: damno affectus, ne litiges: odio habitus, dilige, persecutione appetitus, sustineto, male audiens, obsecra: sis peccato mortuus: sis una cum Deo crucifixus: curam omnem transfer in Dominum, ut reperiaris, ubi Angelorum sunt myriades, primogenitorum conventus, Apostolorum throni, Prophetarum præcellentes sedes, sceptra Patriarcharum, Martyrum coronæ, justorum præconia. Inter hos justos, ut tu ipse annumereris, concupisce in Christo Jesu Domino nostro &c.* Μάθε σὺ ὁ μονάζων, ὁ πιστὸς ἄνθρωπος, ὁ τῆς εὐσεβείας ἐργάτης, καὶ διδάχθητι εὐαγγελικὴν πολιτείαν, σώματος δουλαγωγίαν, φρόνημα ταπεινὸν, ἐννοίας καθαρότητα, ὀργῆς ἀφανισμόν· ἀγγαρευόμενος προστίθει διὰ τὸν Κύριον· ἀποστερούμενος μὴ δικάζου· μισούμενος ἀγάπα· διωκόμενος ἀνέχου· βλασφημούμενος παρακάλει· νεκρώθητι τῇ ἁμαρτίᾳ, σταυρώθητι τῷ Θεῷ· ὅλην τὴν μέριμναν μετάθες ἐπὶ τὸν Κύριον, ἵνα εὑρεθῇς ὅπου ἀγγέλων μυριάδες, πρωτοτόκων πανηγύρεις, ἀποστόλων θρόνοι, προφητῶν προεδρίαι, σκῆπτρα πατριαρχῶν, μαρτύρων στέφανοι, δικαίων ἔπαινοι. ἐκείνοις σεαυτὸν τοῖς δικαίοις ἐπιθύμησον συναριθμηθῆναι, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, &c. *Epist. XLIII. Tom. III. Oper. S. Basil. pag.* 130.

(2) Nam ab infantia fuerat Samson a parentibus Deo devotus, & consecratus juxta verba Angeli, qui inter alia præceperat, ne capilli ejus tonderentur: *Cujus*, inquit, *non tanget caput novacula, erit enim Nazaræus Dei ab infantia sua. Jud XV.* 5. Et Numerorum cap. VI. 5. de Nazaræo dicitur: *Sanctus erit, crescente cæsarie Capitis ejus.* Et ipse Samson de se ipso Dalilæ fassus est: *Ferrum nunquam ascendit super caput meum, quia Nazaræus, idest, consecratus Deo sum de utero matris meæ: si rasum fuerit caput meum, recedet a me fortitudo mea. Jud. XVI.* 17. Itaque cum Dalila, arcano comperto, ejus caput dormientis clam radi curasset, devotionem ei, & consecrationem abstulit, & cum ea omnem virtutem, qua Philistæos omnes debellabat, ademit. In lege autem nova, non secus, atque in veteri, Nazaræi erant Ascetæ, Deo devoti, ac consecrati, eique inserviendo peculiariter addicti, ut in superiori Dissertatione ostensum est; ideoque apposite Sanctus Jacobus exemplum Samsonis affert ad eis suadendum, ut consortium mulierum fugiant, ne perinde, ac Samson, omnem virtutem, ac sanctitatem amittant.

(3) In Exodo *Cap. IV.* 24. hæc de Moyse narrantur: *Cumque esset in itinere in diversorio, occurrit ei Dominus, & volebat occidere eum: Tulit illico Sephora acutissimam petram, & circumcidit*

պարծոյց զկինն 'ի մարդկան . Յաղթեաց
դաւիթ յա՛մ պա՛տերազմի իւրում . և 'ի ձեռն
դստերն եւայի դրոշմ 'ի նմա արատ .
Վայելուչ էր ամնոն գեղեցիկ տեսլեամբ .
և կապեաց զնա ցանկութիւն քեռ իւրոյ ,
և սպանաւ յաբիսաղոմէ . Բարձրացաւ
մեծացաւ սողոմոն քան զա՛մ թագաւորս ,
և յաւուրս ծերութե իւրոյ , կանայք
իւր խոտորեցուցին զսիրտ նորա . 'Ի
ձեռն եզաբելայ դստերն իթբաղայ ,
բազմացան չարիք աքաաբու . 'Ի ժամա_
նակի իբրև փորձեաց զյոբ որդւովք ,
և ստացուածովք , ոչ կարաց տիրել
նմա , չոգաւ էառ զզէն իւր , զդուստրն
եւայի , որ կործանեաց զադամ . եկն
'ի վերայ նորա , և ասէ բերանով նորա
ցյոբ . հայհոյեա զա՛ծ քո . և նա ան_
արգեաց զխրատ նորա . Եւ ասա թա_
գաւոր յաղթեաց անիծեալ կենացն ,
մինչ 'ի ձեռն մօր իւրոյ կամեցաւ խաբել
զնա ; բայց ասա գիտաց զնենգութի
նորա , և ընկէց զմայրն 'ի մեծութենէ
իւրմէ , և կոտորեաց զկուռս պաշտա_
մանն նորա . Մեծ էր յովհաննէս քան
զա՛մ մարգարէս , և սպան զնա հերով_
դէս , 'ի կաքաւել դստերն . Համան մե_
ծատուն էր համման երկրորդ արքայի ,
և խրատով կնոջ իւրոյ կամեցաւ կոր-
ուսանել զհրէայս . Նահապետ էր զամ-
րի շմաւոնեան ցեղին , և կործանեաց
զնա քոզբի դուստր թագաւորացն մա_
դիամու . Վասն միոյ կնոջ , անկան
յիսրայելէ քսան և չորք հազարք 'ի
միում աւուր .

Եղ

Vicit David in omni bello, quod gessit, sed per filiam Evæ inusta est ei macula. Decorus erat Amnon, & pulcher aspectu, sed alligavit eum concupiscentia sororis suæ, & occisus est ab Absalon. Exaltatus, & magnificatus est Salomon super omnes Reges, sed in diebus senectutis suæ, uxores subverterunt cor ejus. Per Jezabel filiam Ethbaal multiplicatæ 3. Reg. XVI. 31
sunt iniquitates Achab. Quando Satan tentavit Job per filios, & possessiones, non potuit eum superare: abiit, & sum- Job I.
psit arma sua, nempe filiam Evæ, qua supplantavit Adam: Aggressus est eum, & ait per os fœminæ: *Blasphema Deum*: Job II. 9.
sed ille aspernatus est consilium ejus. Rex Asa abominatus est execrabiles ritus, cum per Matrem ipsius Satan voluit eum decipere. Nam Asa agnovit ejus frau- 3. Reg. XV. 11.
dem, & matrem è Regiæ Majestatis gradu dejecit, & Idola cultus sui (1) con- Ibid. 13.
cidit. Major erat Joannes omnibus Prophetis, & occidit eum Herodes, postquam saltavit Herodiadis filia. Ecce dives erat Aman secundus a Rege, & consilio uxoris suæ perdere Judæos voluit. Princeps Tribus erat Zamri de stirpe Simeon, & subvertit eum Chosbi filia Regum Madian. Pro una muliere ceciderunt de Israel vigintiquatuor millia una die.

§. 4. Pro-

dit præputium filii sui, tetigitque pedes ejus, & ait: Sponsus sanguinum tu mihi es. Itaque S. Jacobus Nisibenus uxorem Moysis Sephoram ideo admonitorem, seu admonitricem malorum vocasse videtur, quia verba illa *sponsus sanguinum*, ita interpetratus est, ut aliqui ex posterioribus Sacræ Scripturæ expositoribus explicant, nempe *video me multa tecum passuram: intelligo, te mihi multorum incommodorum, ac periculorum occasionem fore*; paucis: *te mihi fore sponsum sanguinarium*, dimitte ergo me, ut redeam domum ad parentes. Causam autem, cur Dominus, seu ejus Angelus Moysen occidere voluerit, S. Augustinus *Serm. LXXXVI. de tempore*, & Eusebius Emissenus, & alter Cæsariensis putant, quia secum duceret uxorem, quæ Moysi, ejusque missioni impedimento erat futura, & Rabbi Abraham Sepharadi apud Munsterum: *Volebat*, inquit, *occidere, quod parum sollicitus esset in commisso negotio, ducendo secum uxorem, & filios, qui illi esse poterant impedimento*. Alii verò putant, id accidisse, quia indulgendo uxori filium non circumciderat, uti Deus jusserat. *Genes. XVII.* 12. Ita S. Ephræm, Isidorus Pelusiota, & Rupertus, Lyranus, Abulensis &c. Primam sententiam sequi videtur hoc loco S. Jacobus Nisibenus. Ei tamen asserenti, Sephoram Moysis jussu redivisse in Madian, adversari videntur verba Scripturæ loco laudato, ubi legitur: *Et dimisit eum, postquam dixerat: sponsus sanguinum*. Sed verba illa, *dimisit eum*, vel intelligenda sunt de Angelo, quod dimiserit Moysem: Ita Septuaginta, & Textus Hebraicus, quia *dimisit* Hebraice verbum est masculinum. Si autem referantur ad Sephoram, sumpto verbo masculino pro fæminino ad indicandum eius virilem, & masculum animum, tunc sensus eorum verborum est, Sephoram a Moyse discessisse, ejus tamen jussu, & voluntate. Nam *Cap. XVIII.* 2. expressis verbis habetur: Sephoram remissam fuisse in Madian a Moyse Ita enim de Jethro cognato Moysi: *Cumque audisset Jethro &c. tulit Sephoram uxorem Moysis, quam remiserat*.

(1) Libro III. Regum Cap. XV. 11. ita legitur: *Et fecit Asa rectum ante conspectum Domini, sicut David Pater ejus: & abstulit effæminatos de terra, purgavitque universas sordès Idolorum, quæ fecerant Patres ejus. Insuper & Maacham Matrem suam amovit, ne esset Princeps in sacris Priapi, & in luco ejus, quem consecraverat: subvertitque specum ejus, & confregit simulacrum turpissimum, & combussit in torrente Cedron*. Ex his Sacræ Scripturæ verbis innui videtur, Asam nihil aliud effecisse, nisi ut Maacha ejus Mater, seu Avia in sacris Priapi, Principis, seu Antistitis munere non fungeretur, & ne aliis in fœdissimo cultu obeundo præiret: non autem quod in ordinem rede-

Ideo Asceta soli, & absque mulierum consortio vitam agant, ne per mulieres a Diabolo decipiantur.

§. 4. Propterea, fratres, omnis vir devotus, & sanctus diligit solitariam vitam. Si autem velit mulier fidelis, sicut ipse habitare cum eo; expedit ei potius, ut manifeste uxorem accipiat, quàm uri per concupiscentiam. Et mulierem item decet, si a solitario non separetur, ut palam viro nubat (1). Cæterum mulierem cum muliere decet habitare, & virum cum viro convenit esse. Et cum viro, qui vult se servare in castitate, & sanctitate, uxor ejus non habitet, ne revertatur iterum in idem, & adulterina fornicatio ei imputetur (2). Consilium hoc itaque decorum, & bonum est, quod ego do mihi, & vobis, Charissimi, solitarios, & eos, qui non accipiunt uxores, & virgines, quæ non nubunt viris, & illos, qui dilexerunt sanctitatem, quod certe pulchrum, & decorum est, quamvis humanitas ægrè patiatur, convenit solos habitare (3); Sicut & scripsit

Վասն այսորիկ եղբարք, ամ այր ուխտաւոր, և սուրբ սիրէ զմիանձնութիւն; Եւ եթէ կամի կին հաւատաւոր իբրև զինքն բնակել ընդ նմ. այսպէս լաւ իցէ նմա յայտնապէս կին առնուլ, քան ըղ-ջեռնուլ 'ի ցանկութիւն. Եւ կնոջ դարձեալ այսպէս արժան է. եթէ յառնէ միանձնէ ոչ որոշի, յայտնապէս՝ առն լինիցի. Կին ընդ կնոջ վայելէ բնակել. և այր ընդ առն արժան է լինել. Եւ այր, որ կամի 'ի սրբութե պահել զանձն իւր, ամուսին իւր ընդ նմա մի բնակեսցէ, զի մի դարձցի անդրէն 'ի նոյն իր, և պոռնկութի շնութեան համարեսցի լինի նմա այն. Արդ խորհուրդս այս վայելուչ, և գեղեցիկ է, զոր տամ ես անձին իմոյ, և ձեզ սիրելիք միանձունք, և որք զկանայս ոչ առնուն, և կուսանք, որք արանց ոչ լինին. և որք սիրեցին զսրբութի, սակայն արդարև վայելուչ է, թէպէտ և 'ի նեղութե իցէ մարդ,

redegerit, eamque Regia dignitate, & suprema auctoritate exuerit, ut affirmat S. Jacobus. Sed aliquid amplius legitur in Textu Hebraico, & apud Septuaginta: *Insuper & Maacham matrem suam amovit, ne esset Domina, seu Princeps, eo quod in luco sacra, & conventus faciebat Priapo.* Tum etiam clarius, expressiusque habetur in versione Syriaca: *Quin etiam ipsam Maacham matrem suam propria ipsius magnificentia privavit &c.* Et in Arabica: *Præterea Maacham matrem suam ab ejus regno amovit, eo quod proceræ arboris idolum fecisset &c.* Similiter in Paraphrasi Chaldaica Jonathan: quin imo in Libro II. Paralipomenon Cap. XV. v. 16 juxta eamdem versionem Latinam vulgatam legitur in hunc modum: *Sed & Maacham matrem Asa Regis ex augusto deposuit imperio, eo quod fecisset in luco simulacrum Priapi.* Cum vulgata concordat eodem Sacræ Scripturæ loco versio Arabica, Syriaca.

(1) In eamdem sententiam de Virginibus, quæ cum viris domum communem habebant, scribit S. Martyr Cyprianus ep. LXII. ad Pomponium: *Quod si ex fide se Christo dicaverunt, pudice, & caste sine ulla fabula perseverent, & ita fortes, & stabiles præmium virginitatis expectent; si autem perseverare nolunt, vel non possunt, melius est, ut nubant, quàm in ignem delictis suis cadant; certe nullum fratribus, aut sororibus scandalum faciant.* Ætate enim Cypriani, Jacobi Nisibeni, & reliquorum Patrum tolerabantur Virginum connubia, licet improbarentur, ut ex laudata Cypriani epistola, & ex sexagesima, & libro de habitu Virginum, aliisque locis tum ejusdem Cypriani, tum Hieronymi, *Ep. XXII. ad Eustoch. de Custod. Virg p. 87., & epist. LXVII. de vit. susp. contub. pag. 143.*, aliorumque Patrum manifestum est. Et quidem S. Augustinus, qui de nonnullis Virginibus dixit: *melius nuberent, quàm urerentur*, (in libro de Virginib. cap. XXXIV.) probat alibi ex Scripturis: *Non solum capessere nuptias, sed etiamsi non nubatur, nubere velle in Virginibus damnabile esse*, (lib. de bona Viduit. cap. IX.) Cæterum de Ascetarum castitate videri possunt, quæ in superiori Dissertatione allata sunt, quibus mirifice consonant verba S. Jacobi Nisibeni, cujus auctoritate paulo ante a me ibi dicta valide confirmantur.

(2) Solebant primævis Catholicæ Ecclesiæ sæculis Christiani conjuges, conventione inter se facta, asceticam vitam amplecti, unaque tacitis, vel expressis verbis, vel ipsa vestis mutatione, castitatem Deo vovere. Cum autem novum vitæ genus professi fuissent, non statim invicem separabantur, & alter, atque alter alio migrabat, sed sæpe non amplius ut maritus, & uxor, sed ut soror, & frater in eadem domo, seu tugurio habitabant, ut unus alteri opem ferret, atque adjumento esset ad currendum in via Domini, & conjunctis studiis ac voluntatibus exercendæ pietati, serviendoque Deo, colendisque reliquis virtutibus operam simul darent, Ita fecerunt Paulinus & Therasia, Lucinius Bæticus & Theodora, Pinianus & Melania Junior, Apronianus & Avita, Pammachius & Paulina, Julianus & Basilissa, Severianus & Bosphoria, Malchus, & Ammon, Ægyptius cum suis uxoribus, & sexcenti alii, quorum memoria vel literis consignata ad nos pervenit, vel temporis vetustate, ut multa alia, periit. Hujusmodi autem conjuges Ascetas hortatur hic S. Jacobus, ne simul habitare velint, sed diversis, distinctisque habitaculis maneant, veritus, ne, occasione capta conjunctionis hospitii, ab infernali astutia deciperentur, & licentia maritali abusi paulatim ad conjugale commercium redeuntes, & datam Deo fidem frangerent, & se incontinentiæ, atque infidelitatis crimine polluerent. Horum igitur illegitimam conjunctionem recte S. Doctor adulterinam fornicationem vocat: *quia quæ hoc crimen admisit, non mariti, sed Christi adultera est*: inquit Cyprianus scribens ad Pomponium epist. LXII. de Virgine, quæ cum viro Asceta habitans corrupta deprehensa fuerat.

(3) Consuevisse apud Ascetas Christianæ Philosophiæ studio etiam Ascetrias, seu Virgines habitare, nobis compertum fit ex Philone, qui eumdem usum, ac morem, seu potius abusum Therapeutis fuisse, tradidit. Ad pravam igitur hujusmodi consuetudinem eliminandam plura hoc loco edisserit S. Jacobus Nisibenus; ex hujusmodi enim familiari, ac domestico consortio virorum, & mulierum prætextu pietatis inito, quot gravissima mala, & flagitia provenerint, quisque per se intelligere potest, & ex his, quæ inferius afferam, magis magisque apparebit, Profecto non alio ex fonte

մարդ, միայն արժան է բնակիլ. որպէս և գրեալ է Երեմիա մարգարէ; Երանի իցէ մարդոյ, որ առնու զլուծ քո 'ի մանկութենէ իւրում. և նստցի միայն լռիկ. զի ընկալաւ յանձն իւր զլուծ քո. Այսպէս արժան է սրբել. որ առնու զլուծն Քրիստոսի, պահել զլուծն սրբութեամբ.

Այսպէս գրեալ է սիրելի, վասն Մովսէսի. թէ 'ի ժամանակէ անտի իբրև յայտնեցաւ նմա սուրբն. սիրեաց և նա զսրբութիւն; և 'ի ժամանակէ անտի իբրև սրբեցաւ, կին իւր զնա ինչ ոչ պաշտեաց; այլ այսպէս է գրեալ. Յեսու որդի Նաւեայ, պաշտօնեայ, և սպասաւոր էր Մովսէսի 'ի մանկութենէ իւրմէ. Եւ վասն Յեսուայ դարձեալ գրեալ է. թէ 'ի խորանէ անտի ոչ հեռանայր; և վրան ժամուն, ոչ եթէ 'ի ձեռանէ կնոջ պաշտիւր. քանզի ոչ հրամայէր օրէնք, կանանց մտանել 'ի վրան ժամուն; այլ երբ գային յաղօթս կալ, 'ի դրան խորանին կային յաղօթս, և դառնային. Եւ քահանայից պատուէր էր, զի 'ի ժամ պաշտամանց իւրեանց, զկանայս իւրեանց մի' գիտասցեն. Եւ վասն Եղիայի գրեալ է, թէ էր ժամանակ 'ի լեառն Կարմեղայ բնակէր. և էր ժամանակ 'ի ձորաձորն Քարիաթու. և յաշակերտէ իւրմէ անտի պաշտիւր; և զի սիրտ նո-

րա

psit Jeremias Propheta: *Beatus homo, qui acceperit jugum tuum ab adolescentia sua, & sedebit solitarius, & tacebit, quoniam suscepit in se jugum tuum.* Oportet igitur diligenter curare, ut qui accipit jugum Christi, illud in sanctitate servet (1). Jerem. III. 27.

§. 5. Nam scriptum est, Charissime, de Moyse, quod ex quo apparuit ei sanctus, dilexit & ipse sanctitatem: & ex eo tempore, quo sanctificatus est, uxor ejus non amplius ei ministravit: sed scriptum est, quod Josue filius Nave minister, & serviens erat Moysi a juventute sua. Et similiter de Josue scriptum est, quod ex tabernaculo non discedebat (2). Manus autem mulieris non ministrabat in Tentorio horæ, quia non permittebat lex, mulieres Tentorium horæ ingredi; sed quando veniebant ad orandum, in ostio Tabernaculi orabant, & deinde recedebant. Et Sacerdotibus præceptum fuit, ut tempore ministerii sui uxores suas non cognoscerent. De Elia scriptum est, quod aliquando habitabat in Monte Carmeli, & aliquando in convalle Cariath, & ministrabat ei discipulus; quia vero cor ejus erat in Cælo, volatilia cæli ferebant ad eum cibum.

Moysi, postquam ei Sāctus apparuit, non amplius ministravit uxor, sed discipulus, ita etiā Eliæ, & Elisæo.

Deut. I. 38.

Exod. XXXIII. 11.

3. Reg. XIX. 21.

Dd

Et

fonte initium habuerunt mala, quibus deinde se obruit Marcion ille Ponticus, de quo Epiphanius refert: Principio, cum esset Solitarius, seu Asceta, virginitatem coluisse, sed postea captum amore virginis, qua ob ejusdem asceticæ vitæ professionem, ut verisimile est, familiarius utebatur, eam constuprasse, eique, ac sibi spem omnem cælestis mercedis abstulisse.

(1) Sancti, & sanctitatis nomen accipit Sanctus Jacobus in eum sensum, quo usurpari sæpius solet in Sacra Scriptura ad significandam puritatem, ac munditiem ab omni macula, sed præcipue ab illicito commercio, & carnali contaminatione. Eodem sensu apud Græcos verbum ἁγιασμὸς, *sanctimonia* adhibitum reperitur. Ita sumitur ab Apostolo in epistola ad Hebræos *cap. XII. v.* 14., teste Joanne Chrysostomo, qui ad verba illa Apostoli: Εἰρήνην διώκετε, καὶ τὸν ἁγιασμὸν, *Pacem sectamini, & sanctimoniam*, seu sanctitatem, talia subjicit: Τὸν ἁγιασμὸν τί φησι; τὴν σωφροσύνην, καὶ τὴν κοσμιότητα τὴν ἐν γάμῳ. *Quid sanctimoniam vocant? castitatem, & honestatem in conjugio.* Homil. XXX. in epist. ad Hebr., & in Homil LXXIII. in Joan., ita etiam Theophilactus, & Theodoretus ad eumdem Apostoli locum.

(2) *Loquebatur autem Dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut solet loqui homo ad amicum suum, cumque ille reverteretur in Castra, minister ejus Josue filius Num, puer, non recedebat de Tabernaculo*, & ut alii vertunt, *e medio tentorii. Exod. XXXIII.* 11. Hæc ultima verba: *non recedebat de Tabernaculo*, Interpretes communiter intelligere solent de tabernaculo Fœderis. Quod erat non majus illud postea jussu Domini *cap. XXVI.* erectum, in quo, præter Tabulas Legis, Urna cum Manna, Arca, & Cherubim custodiebantur, sed aliud parvum, quo Moyses, & alii orationis causa horis suis constitutis conveniebant; ideoque tentorium horæ a Sancto Jacobo vocatum est, communiter autem ab aliis Tabernaculum fœderis nuncupatum, quia in eo depositæ fuerant tabulæ legis, *Cornel. a Lapid.*, *Menoch.*, *& al.*, & de quo dicitur *vers.* 7., translatum fuisse a Moyse extra castra. Itaque nonnullus existimat, verba illa *non recedebat de Tabernaculo*; referenda esse ad Dominum, qui aperte denunciaverat, se non futurum in medio populi; ideoque non discedebat e medio Tabernaculi extra castra, in quod populi scelere offensus se quodammodo receperat: alii referunt ad Josue, quem putant, non recessisse a Tabernaculo fœderis, ut, absente Moyse, locum sacrum custodiret, & simul interim orationi, & contemplationi vacaret. E diverso Sanctus Jacobus verba illa accipit, non de Tabernaculo fœderis, quod fuerat extra castra translatum, sed de tentorio Moysis, quo ipse in castris habitabat, adeo ut sensus sit, Josue non recedebat e medio tentorii Moysis, quia erat ejus famulus, ac minister, ideoque præsto semper erat ejus jussibus, neque ab eo unquam discedebat, sed assiduam, ac diligentem ei operam suam præstabat. Et quidem huic expositioni favere videntur verba ipsius Scripturæ, & ordo, ac series eorum, quæ ibi referuntur. Siquidem primum narratur, quod Moyses transtulit tabernaculum fœderis extra castra, deinde quod ad illud proficiscebatur orationis causa, ubi Deus familiariter cum eo colloquebatur. Postea subjicitur, quod cum Moyses redibat in castra, ministrabat ei Josue, qui adeo diligenter suo munere fungebatur, ut nunquam recederet e Tabernaculo, hoc est e tentorio Moysis, quod erat in castris, ubi Moyses cum universo populo morabatur.

Et quia similis factus est vigilibus cælorum, illi attulerunt ad eum panem, & aquam, quando fugiit a facie Jezabel. Et demum quia omnem curam, & cogitationem suam posuit in Cælo, igneo curru in Cælum raptus est, & illic fuit habitatio ejus usque in sæculum. Elisæus autem ambulavit, vestigia persequens Magistri sui, & in Cœnaculo mulieris Sunamitidis habitabat, & discipulus ejus ministrabat ipsi. Sic dixit mulier Suna-

Reg. IV. 9. 10. mitis: *Propheta* (1) *Dei Sanctus est, & transit per nos frequenter: sicut decet sanctitatem ejus; faciamus ei cœnaculum unum, & necessaria ministerii in eo*. Sed quænam necessaria Elisæo erant in Cœnaculo illo ad ejus ministerium? lectus dumtaxat, & mensa, & sella, & candelabrum. Quid præterea de Joanne dicam? qui neque inter homines versatus perfectè servavit virginitatem, & recepit spiritum Eliæ. Beatus vero Apo-

1. Cor. 9. stolus dicit de se, & de Barnaba: numquid non habemus potestatem manducandi, & bibendi, & mulieres circumducendi nobiscum (2)? dicit autem, sed non facit, quia neque convenit, neque decet.

Per mulierem gravissima mala Generi humano advenerunt, sed adventu B. Mariæ sublata sunt.

§. 6. Notum quidem, Fratres, & compertum nobis est, quod a principio per mulierem apertus est aditus hosti adversus homines, & usque in finem per eam insidias moliri nunquam definet. Ea est armatura Diaboli, & per eam pugnat contra eos, qui concupiscentias suas mortificant; & per eam jugiter cantavit. Nam ipsa quidem fuit illius Lyra a prima die: per eam posita est maledictio legis, & per eam patefactus est aditus morti. Doloribus enim parit filios, & tra-

րա յերկինս էր, Թռչունք երկնից բերէին նմա կերակուր։ Եւ զի էառ նա յանձն իւր զնմանութիւն զուարթնոց երկնից՝ նոքա զհաց, և զջուր բերէին նմա, մինչ փախուցեալ էր յերեսաց Եզաբելի; Եւ զի եդ զամենայն հոգս իւր յերկինս, հրեղէն կառօք յափշտակեցաւ ընդ երկինս, և անդ եղև բնակութիւն նորա մինչև յաւիտեան։ Եւ Եղիշեայ գնաց ընդ գնացս վարդապետին իւրոյ. և 'ի վերնատան կնոջն Շիղոմացւոյ բնակէր, և աշակերտն անդէն իւրն պաշտէր։ Այսպէս ասաց կինն Շիղոմացի; մարգարէ Այ սբ է. և առ մեօք անցանէ հանապազ. այսպէս վայելէ սրբութեան նորա. արասցուք նմա վերնատուն մի, և զսպաս պաշտաման 'ի նմա։ Եւ զինչ առ եօք էր սպաս պաշտաման 'ի վերնատան անդ Եղիշայի. բայց թէ մահիճ, և սեղան, և աթոռ, և աշտանակ միայն։ Եւ զինչ եւս ասացից վն յովհաննու, զի և 'ի մէջ մարդկան անգամ ոչ բնակէր նա. և պահեաց զկուսութիւն զգուշութբ. և ընկալաւ զոգին Եղիայի։ Եւ առաքեալ երանելի ասէ վն անձին իւրոյ, և վն բառնաբայ; միթէ ո՞չ ունիցիմք իշխանութիւն ուտել, և ըմպել, և զկանայս շրջեցուցանել ընդ մեզ. այլ ոչ արժան է, ասէ, և ոչ վայելէ։

Ամ այսորիկ եղբարք գիտացէք, և տեսէք, թէ 'ի սկզբանէ 'ի ձեռն կնոջ եղև մուտ թշնամւոյն առ մարդիկ, և մինչ 'ի վախճան նոքաւ կատարէ։ Զէն է նա սատանայի. և 'ի ձեռն նր պատերազմի ընդդէմ նահատակաց; և նոքաւ երգեաց յամ ժամ. զի նա իսկ եղև նորա քնար յօրէ յառաջմէ; վն նորա իսկ եդաւ անէծք օրինաց. և վն նորա եղև մուտ մահու; ցաւօք ծնանի զորդիս, և մատնէ մահու; և վն նորա նզովեցաւ երկիր, զի

(1) *Animadverto, quod vir Dei sanctus est iste, qui transit per nos frequenter, faciamus ergo ei cœnaculum parvum, & ponamus ei in eo lectulum, & mensam, & sellam, & candelabrum; ut cum venerit ad nos, maneat ibi*. IV. Reg. 9. 10. 11.

(2) In versione Latina vulgata Epistolæ primæ ad Corinthios *Cap. IX. vers.* 5. legitur: *Numquid non habemus potestatem mulierem sororem circumducendi, sicut & cæteri Apostoli, & fratres Domini, & Cephas?* Clemens Alexandrinus Stromat. lib. III. pag. 210: *Non ut uxores*, inquit, *sed ut sorores circumducebant mulieres*. Quin imo ex hoc loco Apostoli, ut refert Eusebius *Hist. Eccl. lib. III. cap. XXX.*, tum etiam ex illo altero epistolæ ad Philippenses *cap. IV. Germane compar*, animum suum inducebat Clemens Alexandrinus, ut crederet, Paulum uxorem habuisse; quam tamen, perinde ac Petrus, cæterique, non circumduxit, ut ad Evangelicum munus expeditior esset Contra tamen sentiunt præcipui Catholicæ Ecclesiæ Doctores, qui affirmant, & Paulum uxorem non habuisse, & locum epistolæ ad Corinthios intelligendum esse non de uxoribus, sed de sanctis aliis mulieribus, quæ Judæorum more Magistros suos sequebantur, quibus de propriis substantiis necessaria ad victum, & vestitum subministrabant, ut, abjecta omni temporali sollicitudine, liberius ministerio verbi vacarent. Ita Theodoretus *in Commentariis ad epist. ad Corinth.*, ibique Oecumenius, Ambrosius, seu alius auctor sub ejus nomine. Similiter Hieronymus *in Comment. in Matth. lib. IV. cap. XXVII.*, & *lib. I. adv. Jovinianum cap. XIV.*, & Augustinus de opere Monachorum *cap. IV.* In hac sententia fuisse videtur S. Jacobus Nisibenus, quam sequuntur recentiores fere omnes Catholici Interpretes.

զի բուսուսցէ փուշ, և տատասկ. Այլ յայնուհետև 'ի գալստեան Մարիամայ Երանուհւոյ, փուշք խլեալք են, քիրտն բարձեալ. Թզենին անիծեալ է, և հողն աղ եղեալ; անէծք բեւեռեալք են ընդ խաչափայտին, սուր սրոյն բարձեալ է յերեսաց ծառոյն կենաց; դրախտն աւետարանեալ է ընտրելեաց; կուսանք, և սուրբք տան զպտուղ; ծառն կենաց տուեալ է 'ի կերակուր հաւատացելոց, և կամարարաց; դուռն բացեալ է; աղբիւր ելանէ, և արբուցանէ ծարաւեաց; սեղան ուղղեալ է; հարսանիք պատրաստեալ է; բաժակն փրկութեան խառնեալ է; ուրախութիւն պատրաստեալ է; փեսայն մերձ 'ի բազմիլ է. Առաքեալք հրաւիրեցին; կոչնականք բազումք են. ընտրեալք, հանդերձեցէ՛ք զանձինս ձեր; լոյս, որ ծագեաց, փափուկ և գեղեցիկ է; հանդերձ, որ ոչ անցանէ, պատրաստեալ է; աղաղակն մերձեալ է; գերեզմանք բանան; ծածկեալք յաւիտեան մեռեալք, յառնեն; և կենդանիք Թռչին ընդ առաջ արքային; բազմութիւն ուղղեալ է. փողն քա-

tradit morti. Et propter eam maledicta est terra, ut germinaret spinas, & tribulos. Sed posteaquam venit B. Maria (1), evulsæ sunt spinæ, & sublatus est labor. Maledicta quidem fuit ficulnea, & humus effecta est sterilis, ut sal: sed maledictiones confixæ sunt in Ligno Crucis. mucro gladii (2) ablatus est a facie arboris vitæ. Paradisus annuntiatus est Electis: Virgines, & Sancti dant fructum. Arbor vitæ data est in cibum fidelibus, & voluntatem Dei facientibus ostium apertum est. Exiit fons, & reficit sitientes, instructa est mensa; nuptiæ paratæ sunt: mixtus est calix salutis. Parata est lætitia, prope est sponsus ad discumbendum. Apostoli invitaverunt; vocati sunt multi. Electi præparate vosmetipsos; lux, quæ orta est, jucunda, & pulchra est; vestis, quæ non consumitur, in promptu est: clamor appropinquat: sepulcra aperiuntur, mortui per sæcula, & humo obruti resurgunt, & vivi exultantes obviam eunt Regi. Multitudo convenit; tubæ sonus convalescit dicentis: *Surgite*: urgent vigiles (3) Cæ-

(1) Ita etiam S. Hieronymus in epistola ad Eustochium de custodienda virginitate; verba faciens de Antiquis Patribus, qui in veteri lege virginitatem servaverunt: *Inveniebatur ergo, ut diximus, in viris tantum hoc continentiæ bonum, & in doloribus jugiter Eva parturiebat. Postquam verò Virgo concepit in utero, & peperit nobis puerum, cujus principatus in humeros ejus, Deum, fortem, patrem futuri sæculi, soluta maledictio est Mors per Evam, vita per Mariam. Ideoque & ditius Virginitatis donum fluxit in fœminas, quia cœpit a fœmina. Statim ut Filius Dei ingressus est super terram, novam sibi familiam instituit, ut qui ab Angelis adorabatur in Cælo, haberet Angelos & in terris.*

(2) Haud dubiè S. Jacobus hoc loco alludit ad ea, quæ leguntur *Genes. cap. III. v.* 24., postquam è Paradiso ejectus est Adam, *& collocavit*, inquit Scriptura, *ante paradisum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium, atque versatilem ad custodiendam viam ligni vitæ*. In versione autem Græca LXX. ita legitur: *Et ejecit Adam, & collocavit eum contra Paradisum voluptatis, & ordinavit Cherubim, & flammeam romphæam, quæ vertitur, custodire viam ligni vitæ*. Et in Syriaca: *Et Expulit eum Dominus Deus, & vallavit plagam Orientalem paradisi Eden, Cherubim, & cuspide gladii, qui se volutabat ad custodiendum iter arboris vitæ*. Ad hæc autem sacri eloquii verba S. Augustinus *Lib. XI. de Gen. ad Lit. n.* 55. talia subjungit: *Et hoc significandi gratia factum est, sed tamen factum, ut contra paradisum, quo beata vita etiam spiritualiter significabatur, habitaret peccator utique in miseria*.

(3) In libris Ecclesiasticis Syrorum frequens mentio *Vigilum* occurrit, ut constat ex Liturgiis Syriacis, quas edidit Renaudotius; & ex libris Ritus Ordinationis Syrorum, aliisque, quos in lucem dedit vel manuscriptos, aut impressos citavit Morinus; & insuper ambo laudati Scriptores de hujusmodi Orientalium more testantur: *Vigilum* autem nomen, quo Angelos vocant Syri, sumptum est, ut superius notavi, ex Danielis *cap. IV. v.* 10. & 20. Notat autem Pater Morinus: Novem Choros Angelorum, distinguere Syros, & tres Hierarchias: *Prima, & suprema Hierarchia illis est eorum, qui simpliciter Angeli dicuntur; Secunda & media eorum, qui Seraphim: Tertia & ultima eorum, quos Vigiles vocare solent. Hic Angelorum Ordo apud eos vulgatissimus est*. Ita Morinus *de Sacr. Ordin. not.* 22. *ad lib. Ord. Syror.*. At verò Renaudotius observat *in not. ad Liturg. Jacobi Barad. Tom. II. Liturg. Orient. pag.* 343., etsi Orientales singularem Beatorum Spirituum ordinem fecerint, quos Vigiles nuncuparunt, de illorum tamen dignitate, & loco in Cælesti Hierarchia perplexe loqui plerosque eorum Theologos; & cum toti sint in explicanda secundum Dionysii, quem Areopagitam esse putant, mentem Cælesti Hierarchia, & ille inter novem Angelorum Ordines *Vigilum* non meminerit, ubi eos collocent, valde ipsos incertos esse. At verò id parum, aut nihil refert ad rem nostram; satis est enim *Vigilum* nomine ab antiquis Scriptoribus Syris Angelos nuncupatos fuisse, ut vel hinc constare possit opus, quod prodit in lucem, ad antiquissimum Auctorem Syrum pertinere. Et præterea hoc eodem nomine Angelos in Sacra Scriptura vocatos esse, ut id nemo in Sancto nostrorum Sermonum Auctore, tanquam aliquid novum, & inusitatum reprehendere possit. Profecto Angelos recte, & aptissime *Vigiles* nominari, ex quatuor rationibus probat Cornelius a Lapide: Primo, *Quia Angeli*, ut inquit Hieronymus *in Comment. ad cap. IV. Daniel.*, *semper vigilant, & ad imperium Domini sunt parati*. Id autem imitantur Ascetæ, de quibus sermo est, qui diu noctuque pervigilant in orationibus, & in Dei laudibus, *Unde & nos*, ait idem Hieronymus loc. cit., *crebris pernoctationibus imitamur Angelorum officia*. Secundo, quia assidui sunt in actione sui ministerii, & nunquam defatigantur. Tertio,

Cælorum, & instant. Thronus Judicii collocatus est; qui laboravit, exultat, qui infirmatus est, timet. Impius judicium refugit; pueri, qui sunt a dexteris, lætantur; & qui sunt a sinistris, flent, & lugent. Qui sunt in luce, exultant, & qui sunt in tenebris gemunt, refrigeriumque petunt linguis (1) suis. Assentationes, & blanditiæ prætereunt, & veritas regnat; pœnitentiæ non est amplius locus in hoc mundo; hyems propinquavit; æstas transiit; sabbatum quietis advenit, labor cessat; nox transit, lux regnat, & aculei mortis conteruntur, & in vitam immerguntur; qui fuit probus, lætatur, exultat, & benedicit: qui non acceperunt uxores, vigiles Cælorum eis ministrant, qui jejunaverunt, in sanctitate Altissimi (2) quiescunt.

Laus Virginitatis, & ne Virgines cum Clericis, & Ascetis habitent.

§. 7. Omnes Solitarios, hoc est Ascetas lætificat Unigenitus, qui est in sinu Patris sui, non est illic mas, nec fœmina, nec servus, nec liber, sed omnes sunt Filii Altissimi; & omnes Virgines Sanctæ, quæ spoponderunt seipsas Christo, illic accendunt lampades suas, & cum sponso intrant in thalamum ejus. Omnes, quæ perseverant in desponsatione Christi, eæ procul sunt a maledictionibus legis, & absunt a pœna punitionis filiarum Evæ; non nubunt, ne accipiant maledictiones, & sint in doloribus, & nihili æstimant mortem, quia filios non relinquunt, & pro viro mortali habent sponsum Christum, qui eis, quia non generant filios, dat nomen, quod est nomine matris filiorum, & filia-

քաղաքերէ ; արիքն սահակէ ; զուարճունչք երկնից փուԹան ; աԹոռ դատաստանի ուղղեալ է ; որ վաստակեցաւ, ցնծայ ; որ տկարացաւն, երկընչի ; ամբարիշտն 'ի դատաստանն ոչ մերձենայ ; մանկունքն աջոյ, խնդան ; և որք 'ի ձախակողմն են, լան, և ողբան ; որք 'ի լոյս անդ են, ցնծան ; և որք 'ի խաւարի անդ են, յոգւոց հանեն ; զովացուցանեն զլեզուս իւրեանց ; շնորհք անցանեն, և ճշմարտուԹի Թագաւորէ ; ապաշխարուԹի չի՛ք յայսմ աշխարհի ; ձմեռն մերձեցաւ ; ամառն անցանէ ; շաբաԹն հանգստեան գայ ; աշխատուԹիւն դադարէ . գիշերն անցանէ ; լոյս Թագաւորէ ; և մահու խայԹոցք փշրին, և 'ի կեանս ընկղմին . Որ քաջ եղև, խնդայ, ցնծայ, և օրհնէ . Որք զկանայս ոչ առին, 'ի զուարԹնոց երկնից պաշտին ; պահօղք, 'ի սրբուԹե բարձրելոյ հանգչին .

Զա̄մ միանձնունսդ ուրախ առնէ միածինն, որ է 'ի ծոց հօր իւրոյ . Չի՛ք անդ արու, և ոչ էգ . ոչ ծառայ, և ոչ ազատ . այլ ամենեքեան որդիք բարձրելոյ են . Եւ ա̄մ կուսանք ս̄ք, որք խոստեցան զանձինս իւրեանց ք̄ի, անդ լուցանեն զլապտերս իւրեանց, և ընդ փեսային մտանեն յառագաստ նորա ; ամենեքեան, որք 'ի խօսման կան ք̄ի, հեռի են նոքա յանիծից անտի օրինաց . և 'ի բացեայ են 'ի պատուհասից դստերացն եւայի . ոչ լինին արանց, Թէ զանէծս ընդունիցին, և ցաւօք լինիցին ; եւ ոչինչ համարին նոքա զմահ, զի զորդիս ոչ մատնեն նմա ; և փոխանակ առն մահկանացուի, 'ի խօսման կան ք̄րիստոսի ; եւ զի ոչ ծնանին զորդիս, տայ նոցա զանուն, որ լաւ է քան զուստերաց,

tio, quia omnia nostra vigilanter considerant, & perscrutantur, & nos eorum curæ commissos vigilanti studio custodiunt. Quarto, quia vigilantissimi sunt gubernationis, & vindictæ Divinæ ministri, & executores. Nonnullis deinde ex commentariis S. Hieronymi ad hæc explicanda allatis, demum clarissimus S. Scripturarum Interpres ita concludit: *Vita ergo Angelorum est vigilia, vita Mortalium vigilia sit, oportet.*

(1) Alludere videtur his verbis S. Jacobus ad ea, quæ in Evangelio secundum Lucam habentur de divite Epulone, qui Patrem Abraham orabat, ut mitteret ad se Lazarum, & extremo digiti in aquam intincto linguam suam infernali flamma ardentem refrigeraret. Quæ de divite, & Lazaro ab Evangelico Scriptore referuntur, veram historiam esse, non autem parabolam, omnes fere antiqui Patres crediderunt. Et cum plures Romæ, aliisque in locis Ecclesiæ in honorem S. Lazari, & hospitalia pro leprosis curandis erecta extent; hæc Romanæ Ecclesiæ, aliarumque Ecclesiarum sententia esse videtur. Aliquid eadem de re dixi in notis ad Missal. Monast. Lateran. pag. 56.

(2) Loquitur de extremo judicio, perinde ac si immineret, more veterum Patrum, qui judicium prope futurum putaverunt; vel quia propter acerbas persecutiones, & internecinum omnium fere hominum odium in Christianæ fidei cultores, bellumque ferale eis undequaque indictum jam advenisse Antichristum, ultimaque tempora putabant, vel quia tempus, quod a sua cujusque ætate usque ad diem futuri judicii supererat, comparatum ad æternitatem breve & modicum ab eis reputabatur, vel quia quantumvis postrema illa dies longè absit, certè quod ad nos singulos attinet, pro pœna malefactorum accipienda, vel reportando præmio bonorum operum non longiùs, quàm uniuscujusque vitæ finis distat. Verum hac de re etiam alibi verba faciendi occasio erit.

րաց, և դստերաց; Եւ փոխանակ ողբոց դստերց Եւայի, երգեն նոքա զերգս ոգևորս փեսային երկնաւորի։ Հարսանիք դստերց Եւայի զեօթն օր. իսկ նոցա փեսայն ոչ վախճանի յաւիտեանս։ Զարդ դստերց Եւայի աստուեայ, որ մաշի, և եղծանի. և նոցա հանդերձն ոչ մաշի յաւիտեանս։ Զգեղ դստերց Եւայի ծերութիւն թառամեցուցանէ. և զեղ նոցա ՚ի ժամանակի անդ յարութե նորոգին։ Ո՜վ կուսանք, որք խօսեցայք զանձինս Ձեր Քի. յորժամ ոք յուխտաւոր դպրաց ասասցէ ցմի ոք ՚ի ձէնջ; Թող բնակեցայց ընդ քեզ, և պաշտեսցես զիս. այսպէս ասասջի՛ր ցնա։ Առն Թ̄գրի ՚ի խօսման կամ ես. և նմա սպաս ունիմ. բարկանայ ՚ի վերայ իմ, և գրէ ինձ Թուղթ ապահարզանի, և արձակէ զիս ՚ի տանէ իւրմէ։ Եւ մինչ դու պատուել խնդրես յինէն, և ես Թէ ՚ի քէն պատուեցայց, գուցէ վնաս ինչ հասանիցէ ինձ, և քեզ։ Մի՛ դներ զհուր ՚ի ծոց քո, զի մի՛ այրեսցի հանդերձդ, զոր հանդերձեաց փեսայն այնոցիկ, որք մտանեն ՚ի հարսանիս նորա; այլ դու միայն լե՛ր, և հանդերձեա՛ քեզ զօծիս. և ես միայն լինիմ, և պատրաստեմ ինձ զիւղ. զի մտանիցեմ ընդ իմաստունս, և մի՛ արգելուցում արտաքոյ ընդ կուսանս յիմարս։

Լուր

liarum præstantius. Et pro lamentationibus filiarum Evæ, canunt cantus spirituales cælestis Sponsi. Nuptiæ filiarum Evæ durant septem dies: At harum Sponsus manet in æternum. Ornatus filiarum Evæ ex panno, qui consumitur, & corrumpitur; vestis autem earum in æternum permanet. Species filiarum Evæ senio vitiatur, & marcescit; species autem illarum in tempore resurrectionis renovatur. O Virgines, quæ spopondistis vosmetipsas Christo, cum aliquis ex legis Doctoribus, qui votum habent, dixerit alicui ex vobis, permitte, ut habitem tecum, ut tu ministres mihi; sic ei respondebis: Viro Regi desponsata sum, & ei ministro. Irascetur mihi, & scribet mihi literas repudii, & ejiciet me a domo sua. Et dum petis tu honorari a me, & cum ego honorata fuero a Te, magnum utique aliquod malum superveniet mihi, & tibi. Noli ponere ignem in sinu tuo, ne comburatur vestis ista, quam paravit sponsus illis, quæ intrant ad ejus nuptias; sed esto tu solus, & para thesaurum; & ego sola maneo, & paro mihi oleum, ut intrem cum prudentibus, & non exclusa maneam extra cum fatuis Virginibus (1).

§. §. Audi

(1) Nascentis propemodum Catholicæ Ecclesiæ exordiis cœpit illa Christianæ Reipublicæ pernicies, ut Ascetæ, seu continentes Laici, aut Clerici sibi Virgines asceticæ conversationis discipulas, aut domesticarum necessitatum ministras; & è diverso Virgines sibi Clericos, vel continentes socios, Rectores, aut Magistros in contubernium adsciscerent. Honestum quidem, ac decorum prima facie erat consilium, & causa, seu prætextus domestici hujus consortii probabilis; studium scilicet Christianæ pietatis, excellentioris virtutis amor, imitandique cupido primos illos Christianæ fidei cultores, de quibus in actis Apostolorum *cap. IV.* 32. scriptum est: *Multitudinis autem credentium erat cor unum, & anima una: nec quisquam eorum, quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia.* Non deerat honestum, ac pulchrum nomen; sorores enim, & fratres se mutuò compellabant. Callida autem infernalis humani generis hostis astutia adeo longe processerat, perversæque hujusmodi societatis, & damnabilis contubernii usus, & consuetudo, ut non modo domum, & cubiculum, sed etiam lectum ipsum communem nonnulli haberent. Furente quoque persecutione, quod mirum est, perniciosa hæc lues obtinuit, nec vicinæ mortis timor, nec sævientis gladii terror vesanas has confœderationes sustulit; quin etiam ipsos Christi confessores attigit: qua de re ita lamentatur S. Martyr Cyprianus in literis, *epist. VI.*, quas ad Rogatianum, aliosque Confessores dedit. *Quid deinde illud, quàm vobis execrandum debet videri, quod cum summo animi nostri gemitu, & dolore cognovimus, non deesse, qui Dei Templa, & post confessionem sanctificata, & illustrata membra turpi, & infami concubitu suo plus maculent, cubilia sua cum fœminis promiscua jungentes, quando, etsi stuprum conscientiæ eorum desit, hoc ipso grande crimen est, quod illorum scandalo in aliorum ruinas exempla nascuntur.* Et postea idem sanctissimus Episcopus a Pomponio Episcopo sententiam rogatus de Virginibus, quæ detectæ in eodem pariter lecto mansisse cum viris, quorum unus erat Diaconus, id quidem confessæ fuerant, verumtamen asseverabant, se integras esse; suo, & Episcoporum Collegarum nomine ei rescripsit: *Pati non debere virgines cum masculis habitare, & nedum simul dormire, sed nec simul vivere: Graves multorum ruinas hinc fieri*: Recte igitur & consulte fecisse, abstinendo Diaconum, qui cum virgine sæpe mansit, & cæteros, qui cum virginibus dormire consueverant: *Virgines autem, si tales ab obstetricibus inventæ fuerint, accepta communicatione ad Ecclesiam admittantur, hac tamen cum interminatione, ut si ad eosdem masculos postmodum reversæ fuerint, aut si cum eisdem in una domo, & sub eodem tecto simul habitaverint, graviori censura ejiciantur &c.* Beatus autem Hieronymus in epistola IV. ad Rusticum adolescentem, quem in Monastica, seu potius Ascetica vita instituendum susceperat, ab hujusmodi pravo more, & turpi consuetudine deterret, suadens, ut loco subintroductæ mulieris matris curam gerat. *Hanc*, inquit, *tu suspice, ut parentem; ama ut* *nutri-*

Clericos, & Ascetas, & qui se Deo dicarunt, quid deceat.

§. 8. Audi tu, Carissime, jam ego tibi ostendam, quid viros votum habentes, virgines, & sanctos deceat. Ante omnia opus est homini, cui jugum Domini impositum est, ut fidem suam firmam servet, sicut & scripsi tibi in prima epistola mea. Præterea ut propensus sit ad jejunia, & ad preces, & ardeat in dilectione Christi, & ut sit mansuetus, & pacificus, & humilis, & sit affabilis in sermonibus, & ut habeat mentem puram erga omnem hominem, & considerate proferat verba sua, & claudat os suum, ne loquatur verba inania; sed amoveat a se immoderatos risus, & cachinnos, ornatusque vestium abhorreat, minime autem ei convenit colligere, & crispare capillos, ungi unguentis suavibus, discumbere in nuptiis, indui vestibus pretiosis, indulgere vino. Insuper arceat a se omnem mentis arrogantiam, sibique interdictum sciat aspicere sponsos comptos, & ornatos, & indui vestibus mollibus ad ostentationem. Necessarium quoque est, ut removeat a se linguam fraudulentam, & exuat omnem invidiam, & contentionem, abjiciatque a se labia dolosa: Imo expedit ei, ut verba, quæ alicubi de homine absente dicuntur, non audiat, nullamque eis fidem prius adhibeat, quàm examinaverit, ne peccet. Scurrilitas turpis macula est, & omnino eam mente concipere non licet. Nunquam det mutuum eo animo, ut accipiat mer-

Լուր դու սիրելի, զոր ես գրեմ քեզ, որինչ վայելէ միանձանց ուխտաւորաց, կուսանաց, և սրբոց։ Նախ քան զամենայն ինչ արժան է մարդոյ, որոյ վերայ լուծ եդեալ է, զի հաւատ իւր հաստատուն իցէ. ոպ և գրեցի քեզ 'ի Թղթի իմում յառաջնում; զի յօժարեսցի՛ նա 'ի պահս, և յաղօթս. և լիցի՛ եռալ 'ի սէրն Քի, և իցէ՛ հեզ, և հանդարտ, և խոնարհ. և իցէ՛ քաղցրաբառ բանիւք. և իցէ՛ յստակ մտօք ընդ ամենայն մարդոյ. և եղիցի խօսել կշռով զբանս իւր. և արասցէ՛ զդուռն բերանոյ իւրոյ 'ի բանից սնոտեաց. և հեռի արասցէ՛ յիւրմէ զծաղր բարձրաբարբառ. և մի՛ սիրեսցէ զզարդ հանդերձի. և ոչ հերս վարսից արժան է նմա ծաղկել, և հիւսել. և ոչ յիւղս անուշունս օծանիլ, և ոչ 'ի հարսանիս բազմիլ. և ոչ զհանդերձս պատուականս զգենուլ. և ոչ զգինւոյ անցանել։ Եւ հեռի արասցէ զմիտս ամբարտաւանութեան. և ոչ զփեսայս զարդարեալս արժան է նմ տեսանել. և ոչ զհանդերձս բարակս երեւելիս զգենուլ։ Եւ 'ի բաց արասցէ յիւրմէ զլեզու նենգաւոր. և թօթափեսցէ՛ յանձնէ իւրմէ զնախանձ, և զհակառակութի. և ընկեսցէ՛ յիւրմէ զշրթունս նենգաւորս։ Եւ բանք, որք ասիցին 'ի վերայ մարդոյ, մինչ այն, վն որոյ ասեն, չիցէ մօտ ուրեք, մի՛ լուիցէ, և մի՛ ընկալցի, զի մի՛ մեղիցէ, մինչ չև քննեալ իցէ։ Խեղկատակութի բիծ չար է. և բնաւ զմտաւ ածել չէ՛ օրէն։

nutricem, venerare, ut sanctam. Nec aliorum imiteris exemplum, qui relinquunt suas, & alienas appetunt, quorum dedecus in propatulo est, sub nominibus pietatis quærentium suspecta consortia. Novi ego quasdam jam maturioris ætatis libertini generis adolescentibus delectari, & filios quærere spirituales, paulatimque pudore superato; ficta matrum nomina erumpere in licentiam maritalem &c. Post hæc, nonnullis aliis interjectis, asceticæ vitæ, seu si mavis, monasticæ, hoc est solitariæ, quo etiam nomine Ascetas vocatos fuisse, alibi admonui, professores his verbis designat: *Videas nonnullos accinctis renibus, pulla tunica, barba prolixa a mulieribus non posse discedere; sub eodem manere tecto, simul inire convivia, ancillas juvenes habere in ministerio, &, præter vocabulum nuptiarum, omnia esse matrimonii.* In hujus moris perversitatem ita etiam invehitur Sanctus Doctor in literis ad Gaudentium: *Virgo es: quid te mulieris delectat societas? &c Sed ad ministerium iste sexus est aptior. Elige ergo anum deformem: elige probatæ in Domino continentiæ. Quid te adolescentula, quid pulchra, quid luxuriosa delectat? &c. Tu quoque virgo, vel vidua cur tam longo sermone viri retineris? cur cum solo relicta non metuis? &c. Sed de Scripturis Sanctis aliquid interrogas &c. Bonus sermo secreta non quærit, quin potius delectatur laudibus suis, & testimonio plurimorum. Magister egregius contemnit viros, despicit fratres, & in unius muliercułæ secreta eruditione desudat. &c. Pudet dicere, & tamen dicendum est: Nobiles fœminæ, quæ nobiliores habuere neglectui Procos, vilissimæ conditionis hominibus, & servulis copulantur, ac sub nomine religionis, & umbra continentiæ interdum deserunt viros Helenæ, sequuntur Alexandros, nec Menelaos pertimescunt* Epist. XII. Et in epist. XXII. ad Eustochium: *Unde*, inquit, *in Ecclesias Agapetarum pestis introiit? unde sine nuptiis aliud nomen uxorum? immo unde novum concubinarum genus? Plus inferam. Unde meretrices univiræ? eadem domo, uno cubiculo, sæpe uno tenentur & lectulo; & suspiciosos nos vocant, si aliquid extimemus. Frater sororem virginem deserit, cælibem spernit virgo germanum, fratrem quærit extraneum; & cum in eodem proposito esse se simulent, quærunt alienorum spirituale solatium, ut domi habeant carnale commercium.* Et cum sanctissimo Doctori Monachus quidam è Gallia ei retulisset, sororem suam virginem, matremque viduam in eadem Urbe divisis habitare cellulis, & vel ob hospitii solitudinem, vel ob custodiendas facultatulas præsules sibi Ascetas quosdam Clericos assumpsisse, pluribus nefarias hujusmodi consociationes redarguit, & inter alia scribit: *Quid tibi necesse est in ea versari domo, in qua necesse habeas quotidie aut perire, aut vincere? Quis un-*

օրէն ։ Եւ մի՛ տացէ փոխ , և առցէ զվարձս , և զվաշխս . և մի՛ սիրեսցէ զագահութիւն ։ Օրհնեսցի , և մի՛ զրկեսցէ ։ Եւ հեռի արասցէ յիւրմէ՛ զկեղծաւորութիւն ; և զբանս խաղոյ մի՛ խօսեսցի ։ Եւ մի՛ այպն արասցէ զմարդ որ դառնայ յապաշխարութիւն ։ Եւ մի՛ ծաղր առնիցէ զեղբայր իւր , որ պահէ . և որ ոչ կարէ պահել , մի՛ ամաչեցէ յամօթ ։ Ի տեղի ուր ընդունին զնա , յանդիմանեսցէ , և ՚ի տեղւոջ յորում ոչ ընդունին զնա , ծանիցէ զպատուիւն իւր ։ Ի ժամու յորում ընդունին բանք իւր , խօսեսցի . ապա թէ ոչ , ՚ի լռութե իւրում մնասցէ ։ Եւ մի՛ պարծոյ իւրոյ , զանձն իւր մի՛ դրուատեսցէ ՚ի խնդրել իւրում ։ Եւ որ երկնչի յԱյ , նմա յայտնեսցէ՛ զխորհուրդս իւր ; և ՚ի չարէ պահեսցէ՛ զանձն իւր , և զկնի ուրուք չար մի՛ արասցէ , և ոչ զկնի թշնամւոյ իւրոյ ։ Եւ այսպէս մարտիցէ՛ , թէ բնաւ ամենեւին ատելի ոք նմա մի՛ լիցի ։ Իբրև բարի իրօք նախանձի ընդ նմա , նաևս քան զևս յաւելցէ՛ ՚ի բարին իւր ։ Եւ մի՛ նախանձու մի՛ վնասեսցի ։ Յորժամ գուցէ նորա , տացէ աղքատաց , և ուրախ լիցի ; և եթէ ոչ գուցէ , մի՛ տրտմեսցի ։ Ընդ մարդոյ չարախօսի զրոյցք իւր մի՛ լիցին ։ Եւ ընդ առն թշնամանողի մի՛ խօսեսցի , զի մի՛ ՚ի թշնամանս արկցէ զանձն իւր ։ Եւ ընդ առն հայհոյողի մի՛ գումարիցէ , զի մի՛ հայհոյեսցի Տր իւր վն նորա ։ Ի չարախօսութէ հեռի լիցի , և մի՛ մարդահաճոյ եղիցի ընկերի ։ Այս ամենայն վայել է միանձանց ; որք ընդունին զլուծն երկնաւոր , և լինին աշակերտք Քի , զի վարդապետին իւրեանց Քի նմանեսցին ։

mercedem, contrahatque usuram, sed odio habeat avaritiam; injuriam sustineat potius, quàm faciat. Submoveat a se hypocrisim, & verba jocosa non proferat, non contemnat hominem ad pœnitentiam redeuntem; & non derideat fratrem suum jejunantem, & eum, qui non potest jejunare, non confundat; ubi auditus est, arguat; ubi autem non auditur, honorem suum noverit. Hora, qua excipiuntur ejus verba, loquatur, quando autem secus, in silentio maneat. Numquam de genere, ac stirpe sua, honorem sibi arrogans laudet seipsum: Ei, qui timet Deum, revelet secreta sua, ab homine autem malo custodiat seipsum; neminem lædat, neque etiam inimicum suum. Sed enixe curet, ut penitus non sit ei aliquis exosus. Cum æmulatur alterum in bono, ipse etiam atque etiam crescat in bonitate, ne propter æmulationem detrimentum incurrat. Si opes habet, tribuat pauperibus, & lætetur. Si autem non habet, non contristetur. Cum homine obloquente non loquatur, neque cum viro calumniante confabuletur, ne detractionibus seipsum involvat. Et viro blasphemanti non se adjungat, ne Dominus per ipsum blasphemetur. Abstineat se a maledicentia, & proximo non adouletur. Hæc omnia decent Solitarios, qui suscipiunt jugum cæleste, & fiunt discipuli Christi, ut Magistro suo assimilentur.

§. 9. Ac-

unquam mortalium juxta viperam securos somnos capit? Et inferius. *Separentur domus vestræ, dividaturque convivium, ne maledici homines, sub uno tectulo vos manentes, lectulum quoque criminentur habere communem. Epist. XLVII.* Ex Græcis Patribus S. Gregorius Nazianzenus *Orat. XLIII. pag.* 701. monet virgines, ne vinculis nuptiarum solutæ cum pseudo-maritis habitent, sed omnia Deo offerant: *Virgines*, inquit, *omnia Deo offerte: solutæ quippe estis, servam voluptatem ne suffuremini, libertatem fugientes, ex eo quod cum iis habitetis, qui viri quidem non sunt, sed tamen viri.* Et in Carmine *III. p.* 56., quo præcepta virginibus tradit, eas, ne viros, quos subintroductos vocat, contubernales sibi adjungant, gravibus hisce versibus hortatur:

A cunctis abscede viris, sed maxime ab illis
Virgo subinductos quos nos de more vocamus &c.
. . . . *quis enim confidere membris*
Ausit, quæ tecto semper clauduntur eodem? &c.
Ex humili ad supernam migrasti corpore mentem:
Cur rursus teneræ laudans consortia carnis,
Sacrum dedecoras sponsum &c.

Decreverat Magnus Basilius *Epist. LV. pag.* 149., ne viri cælibatus promissione adstricti cum fœminis habitarent. Cum autem saluberrimam legem senex quidam, ut videtur, Asceta, nomine Paregorius transgressus esset, ita ad eum sanctissimus Cæsareæ Archiepiscopus scripsit: *Nec primi, nec soli, Paregori, sancivimus, ut ne una cum viris habitarent mulieres, sed lege Canonem a Sanctissimis nostris Patribus editum in Synodo Nicæna, qui manifeste sancivit, subinductas mulieres non esse. Vita autem cælebs in eo honestatem habet, ut a convictu mulieris separetur. Quare si quis nomine professus, re ipsa, quæ conjugatorum sunt, facit, palam est, eum virginitatis quidem honestatem in nomine persequi, sed nequaquam ab indecora voluptate abstinere.* Joannes autem Chrysostomus, ut alios plures Patres tum Græcos, tum Latinos omittam, in hanc turpitudinem, quæ dolore bonos omnes, probro, atque ignominia Catholicam Eccle-

Christi Domini, quæ præbuit nobis exempla, sequi oportet.

§. 9. Accipiamus nos exemplum, Chariſſime, a Vivificatore noſtro: Dives erat, & pauperem ſe effecit. Excelſus erat, & humiliavit Majeſtatem ſuam. Nam qui habitabat in excelſis, non erat ei locus, ubi caput ſuum reclinaret: Et qui venturus eſt in nubibus, ſedens ſuper pullum ingreſſus eſt Hieruſalem. Et qui erat Deus, & Filius Dei, formam ſervi aſſumpſit. Et qui erat requies laborantibus, ipſe delaſſatus eſt labore itineris. Et qui erat fons, & reficiebat ſitientes, ſitivit, & petiit aquam ad bibendum. Et qui erat plenitudo, & ſatiavit eſuriem noſtram, ipſe eſurivit, quando exivit in deſertum, ut tentaretur. Et qui erat vigil, & non dormiebat, dormivit, & ſopitus eſt in navi, & inter fluctus maris. Et cui miniſtrabatur in Tabernaculo Patris ſui, ipſi miniſtraverunt manus hominum. Et cujus manus curabant, & ſanabant omnes infirmos, clavis transfixæ ſunt. Et qui ex ore ſuo bona proferebat, datum eſt ei fel in eſcam. Et qui nulli nocuit, & neminem offendit, paſſus eſt flagella, & ſuſtinuit opprobria. Et qui erat vivificator omnium mortuorum, tradidit ſemetipſum in mortem Crucis. Omne humilitatis exemplum exhibuit Vivificator noſter in ſe ipſo; humiliemus itaque noſmetipſos, Fratres; Dominus noſter cum venit, humana noſtra conditione longe ſuperior erat, & tamen ambulavit hic in noſtra natura. Stemus nos, & maneamus in humilitate naturæ noſtræ, ut in die retributionis faciat nos conſortes naturæ ſuæ.

Առցուք մեզ նմանութիւն, սիրելի, ՚ի կենդանարարէ մերմէ։ Մեծատուն էր, և աղքատացոյց զանձն իւր։ Բարձրեալ էր, և խոնարհեցոյց զմեծութիւն իւր։ Որոյ բնակութիւն ՚ի բարձունս էր, ոչ էր նմա տեղի, ուր դիցէ զգլուխ իւր։ Եւ որ ընդ ամպս պատրաստեալ էր գալ, նստաւ ՚ի վերայ աւանակի, և եմուտ յԵրուսաղէմ։ Որ Աստուած էր, և որդի Աստուծոյ, զնմանութիւն ծառայի էառ յանձն իւր։ Եւ որ հանգիստ էր ամ աշխատելոց, ինքն աշխատեցաւ յաշխատութենէ ճանապարհի։ Եւ որ աղբիւր էր, և ոչ նուաղեցուցանէր զծարաւիս, ծարաւեցաւ, և խնդրեաց իւր ջուր ըմպելոյ։ Եւ որ լրութիւն էր, և լցոյց զքաղց մեր, ինքն քաղցեաւ, իբրև ել յանապատն, զի փորձիցի։ Եւ որ արթուն էր, և ոչ ննջէր. ննջեաց, և ՚ի քուն եմուտ ՚ի նաւին, և ՚ի մէջ ծովուն։ Եւ որ պաշտօն էր ՚ի խորանին հօր իւրոյ, ինքն պաշտեցաւ ՚ի ձեռաց մարդկան։ Եւ որ բժիշկ էր ամ հիւանդաց, բևեռք բևեռեցան ՚ի ձեռս նորա։ Եւ որ զքաղցրիս հանէր ընդ բերան իւր, ետուն նմա զլեղի ՚ի կերակուր։ Եւ որ ումեք ոչ վնասեաց, և մեղաւ. էարբ զգան, և համբերէր նախատանաց։ Եւ որ կենարար էր ամենայն մեռելոց. մատնեաց զանձն իւր ՚ի մահ խաչի։ Զամենայն խոնարհութիւն եցոյց կենդանարարն մեր յանձն իւր։ Խոնարհեցուսցուք և մեք այսուհետև զանձինս մեր եղբարք։ Տէր մեր իբրև եկն արտաքոյ քան զբնութիւն, շրջեցաւ ՚ի մերում բնութեան աստ։ Կացցուք մնասցուք մեք առ բնութիւն մեր, զի յաւուրն ընտուգութեան կցորդս արասցէ զմեզ իւրում բնութեան։

Quod Christus a nobis accepit, nempe humanam naturam, in gloria, & honore habet, ita, quod nos ab eo accepimus, honorare oportet.

§. 10. Accepit a nobis Dominus noſter pignus, & abjit, & reliquit nobis pignus de ſuo (1), & elevatus eſt. Ille, qui

Եկաւ ՚ի մէնջ տր մեր առհաւատչեայ, և գնաց, և եթող մեզ առհաւատչեայ յիւրմէ, և վերացաւ։ Այն, որ

Eccleſiam afficiebat, duobus integris libellis *Tom. VI. ed. Savil.* invectus eſt, quorum uni inſcriptio eſt: *quod regulares fœminæ viris cohabitare non debent, ſive adverſus eas, quæ habent viros ſubintroductos, ſive adoptivos.* Ὑπὲρ τοῦ τὰς κανονικὰς μὴ συνοικεῖν ἀνδράσι, ἢ πρὸς τὰς ἔχοντας ἄνδρας συνεισάκτους. Alteri vero: *adverſus eos, qui ſubintroductas adoptivas habent.* Πρὸς τοὺς ἔχοντας παρθένους συνεισάκτους. Demum ad nefariam hanc conſuetudinem a Catholica Eccleſia eliminandam plura in Eccleſiaſticis Conventibus lata ſunt, præſertim adverſus Clericos decreta. Ita in Nicæna Synodo prima univerſali, in Concilio Cartaginenſi I. *Can. III.*, in Concilio Ancyrano *Can. XIX.*, in Epaonenſi *Can. XX.*, aliiſque, quibus acceſſerunt leges Imperiali auctoritate ſancitæ Honorii, & Theodoſii Junioris, aliorumque Imperatorum, quæ in utroque Codice tum Theodoſiano, tum Juſtinianeo adhuc extant.

(1) Reſpicere videtur hoc loco S. Jacobus Niſibenus ad verba Apoſtoli, qui in epiſtola ſecunda ad Corinthios cap. I. v. 22. *Qui & ſignavit*, inquit, *nos, & dedit pignus ſpiritus in cordibus noſtris.* Et cap. V. v. 5. *Deus, qui dedit nobis pignus ſpiritus.* Et in epiſtola ad Epheſ. cap. I. v. 13. *Credentes ſignati eſtis Spiritu promiſſionis Sancto, qui eſt pignus hæreditatis noſtræ.* Id autem confirmari videtur ex Sancto Irenæo *lib. V. cap. VIII.*, qui diſputans contra hæreticos negantes reſurrectionem carnis: *Nunc autem*, inquit, *partem aliquam ſpiritus ejus ſumimus ad perfectionem, & præparationem incorrupte-*

որ ոչն էր կարօտ, վն̃ մերոյ կարօտութե
զայս հնարս եգիտ ։ Մերս նորա էին
էր ՚ի սկզբանէ . այլ զնորայն մեզ ո՞վ
տայր ։ Հաստատուն է զոր ինչ խոս-
տացաւ . ՚ի տեղի ուր ես իցեմ,
և դուք անդ իցէք ։ Զմերն, որ ՚ի մենջն
էառ, պատուով, և փառօք է առ նմա .
և զնորայն, զոր առաք, արժան է պա-
տուել, և փառաւորել ։ Մերն պատ-
ուել առ նմ̃, իբր ոչ ՚ի մերում բնութե ։
Պատուեսցուք զնորայն ՚ի բնութեան
անձին իւրոյ ։ Եթէ պատուեսցուք
զնա, երթայցեմք առ որ էառն ՚ի մէնջ,
և վերացաւ ։ Եւ եթէ արհամարհե-
ցեմք զնովաւ, հանէ առնու ՚ի մէնջ,
զոր ետուն մեզ ։ Եւ եթէ զլանամք զառ-
հաւատչեայ նորա, անդ հանէ առնու
զիւրն, և զոր խոստացաւն մեզ, և
յայնմանէ թափէ զմեզ ։ Սնուսցուք
զարքայ որդին, որ առ մեզ է . զի զպա-
տանդ փոխանակ նր̃ առեալ է ՚ի մէնջ ։
Որ պատուով ունի զարքայ որդին,
յարքայէ առատ գտանէ զբազում պե-
տութիւս ; մերն որ առ նա է, բազում
պատուով նստի . և թագ կապեաց
նմա, և նստոյց ընդ աջմէ արքային ։
Իսկ մեք զի աղքատք եմք, զինչ ա-
րասցուք արքայ որդւոյն, որ առ մեզ ։
Ոչինչ է նմա պիտոյ ՚ի մէնջ, բայց զտա-
ճարս մեր զարդարեսցուք նմա . զի յոր-
ժամ կատարեսցին ժամանակք, և եր-
թիցէ առ հայր իւր, դժհմացի զմէնջ,
զի չպատուեցիք զնա ։ Յորժամ եկն նա
առ

qui non indigebat, propter indigentiam nostram, factus est indigens; quod nostrum est, illius erat ab initio, quod autem erat illius, quis nobis daret? firmum est, quidquid promisit: *In loco, ait, ubi ego ero, & vos eritis*. Joan. XII. 26. Illud, quod a nobis accepit, cum honore, & gloria est apud ipsum; & suum, quod accepimus, dignum est, ut honoretur, & glorificetur; nostrum in honore est apud eum, quasi non in nostra natura; id, quod ejus est, honoremus in natura personæ suæ; si honoraverimus, non auferet, & accipiet a nobis, quod dedit nobis. Sed si contemnemus pignus ejus, auferet, & accipiet illud, quod suum (1) est, & privabit nos etiam eo, quod promisit nobis. Nutriamus Regem Filium (2), qui est apud nos; quoniam pignus pro eo accepit a nobis. Qui in honore habet Regem Filium, a Rege multos accipit Principatus. Nostrum, quod est apud eum, cum multo honore sedet; Corona enim redimivit, & sedere fecit a dextris Regis. At nos, qui sumus pauperes, quid faciemus Regis filio, qui est apud nos? nullius rei nostræ indiget. Sed paremus ei templa nostra, ut cum consummata fuerint tempora, & abiverit ad Patrem suum, non queratur de nobis, quod dehonoravimus eum. Quando venit ille ad nos, non erat quidpiam ejus ex isto nostro;

E e ne-

ruptelæ; paulatim assuescentes capere, & portare Deum: quod & pignus dixit Apostolus, hoc est partem ejus honoris, qui a Deo nobis promissus est in epistola, quæ ad Ephesios est, dicens: In quo & vos audito verbo Evangelio salutis vestræ, in quo credentes signati veritatis estis Spiritu promissionis Sancto, qui est pignus hæreditatis vestræ. Si ergo pignus hoc habitans in nobis, jam spirituales effecit, & absorbetur mortale ad immortalitatem. Si autem quispiam velit, eo nomine a S. Jacobo intelligi Sacrosanctam Eucharistiam Sacramentum Corporis, & Sanguinis Christi Domini, quod in novissima cœna ab eo institutum, tanquam ineffabilis amoris sui erga nos, & futuræ gloriæ pignus, ut illud vocat Ecclesia, reliquit; haud prorsus inverisimilis hujusmodi conjectura, neque sententiæ sanctissimi Doctoris admodum repugnans, ut reor, æstimabitur.

(1) His verbis S. Jacobus significare videtur Spiritum Sanctum, quem Filii esse dicit Apostolus Roman. VIII., *qui Spiritum Christi non habet &c.* Et ad Galatas IV. *Misit Deus Spiritum Filii sui in corda vestra &c.*, atque etiam veteres Patres proprium esse Filii, vel substantiæ Filii dixerunt. Athanasius in epistola ad Serapionem pag. 364. *Igitur non ex creaturis est Spiritus Sanctus, sed ostensum est potius proprium esse Filii, & non alienum a Deo*. Et eodem loco: *Quod si Filius, quoniam ex Deo est, proprius substantiæ ipsius est, necesse est, etiam Spiritum, qui ex Deo dicitur, proprium esse secundum substantiam Filii*. Similiter S. Cyrillus Alexandrinus lib nono Comment. in Joan. pag. 810, & lib. X. pag. 910. *Nam quemadmodum*, inquit, *Spiritus est proprius Filii, naturaliter in ipso manens, & per ipsum procedens, ita & Patris*. Et in Anathematismis contra Nestorium: *Si quis unum Dominum Jesum Christum glorificatum dicit a Spiritu Sancto, tanquam ab aliena virtute &c. Et non magis ejus proprium esse Spiritum dicat, sicut & Patris, per quem signa operatus est, anathema sit*. Anath *IX. Tom. III. Concil. Labb.* Quin etiam, ex quo in Sacris Scripturis, & a Patribus Spiritus Sanctus Filii esse dicitur, argumentum sumi solet a Theologis Latinis contra Græcos Schismaticos ad suadendam processionem Spiritus Sancti etiam ex Filio. Qua de re videri possunt Acta Concilii Florentini, & Theologi in Tractatu de Spiritus Sancti processione. *Petav. Tom. II. Theolog. Dogm. de Trinit. lib. VII. cap. X. Estius lib. I. Senten. dist. XI. cap. II., & alii plurimi*.

(2) An Spiritus Sanctus Dei, qui Rex universorum est, Filius dicendus sit, dubitat Origenes *de Princ. lib. I. n. 4.*, inquiens: *In hoc non jam manifeste discernitur, utrum, an innatus, vel Filius etiam Dei ipse habendus sit, nec ne*. Sed intelligi potest, hoc loco S. Jacobum loqui de Filio, qui, ut alibi dicit, per Spiritum Sanctum in fidelibus habitat, & ideo in eo etiam vel honore, vel contumelia afficitur, cum una amborum sit, atque individua unitas, ac divinitas.

neque quidpiam nostri erat ex illo suo, quamvis ambæ naturæ essent reipsa ejus, & Patris sui. Tempore, quo annunciabat Gabriel Beatæ Mariæ, quæ genuit eum; Verbum, quod in excelsis erat, descendit, & venit, & Verbum caro factum est, & requievit in nobis; postea abiit, & redivit ad eum, qui miserat ipsum. Accepit, & tulit secum quidquid inde non attulerat; sicut Apostolus dicit: *Eduxit, & fecit nos sedere secum in cælestibus*. Et cum profectus esset ad Patrem, misit ad nos Spiritum suum, & dicit nobis: *Vobiscum sum usque ad consummationem sæculi*. Christus sedet a dextris Patris sui; & simul Christus habitat in hominibus; sufficiens est supra, & infra sapientia Patris, & habitat in multis. Unus quidem est, & tamen cum omnes de eo accipiant, non minuitur, sicut & scriptum est: *Partiar eum inter multos* (1). Quamvis inter multos divisus sit, tamen a dextris Patris sui sedet, & dum a dextris Patris sui sedet, etiam in nobis est, & nos in ipso; sicut & dixit: *Vos in me estis, & ego in vobis sum*, & in alio loco dicit: *Ego & Pater unum sumus*.

Ephes. II. 6.
Matth. XXVIII. 20.
Joan. I. 16.
Joan. XIV. 20.
Joan. XIV. 11.

Quomodo Christus, & ejus Pater habitent in hominibus.

§. 11. Quod si aliquis, qui hæc cogitatione assequi, & mente complecti nequit, adversatus fuerit, dicens: Cum unus sit Christus, & unus sit Pater, quomodo Christus habitat, ejusque Pater in hominibus fidelibus? & quomodo homi-

առ մեզ, չէր ինչ նորա 'ի մերմէ աստի. և ոչ մեր ինչ գոյր 'ի նորայնէ անտի. իբրու զի երկոքեան բնութիւնք, նորա իսկ էին, և Հօր իւրոյ. 'Ի ժամանակի իբրև տայր զաւետարան Գաբրիէլ Մարիամայ երանուհւոյ, որ ծնաւ զնա, բան 'ի բարձանց էառ, և եկն, և բանն մարմին եղև, և հանգեաւ 'ի մեզ. և գնաց չոգաւ նա առ առաքիչն իւր. էառ տարաւ ընդ իւր, որ ինչ անտի չէր նր̄ բերեալ. որպ̄ և առաքեալն ասէ; եհան նստոյց զմեզ ընդ իւր յերկնաւորս. Եւ իբրև չոգաւ առ հայր, առաքեաց առ մեզ զոգին իւր, և ասէ ցմեզ; ընդ ձեզ եմ մինչև 'ի կատարած աշխարհի. Քս̄ նստի ընդ յաջմէ Հօր իւրոյ. և Քս̄ դարձեալ բնակի 'ի մարդիկ. Բաւական է 'ի վեր, և 'ի խոնարհ իմաստութ̄ Հօր իւրոյ, և բնակի 'ի բազումս. Իբրու մի է. և ամ̄ հաւատացելոց մասունք հատանին 'ի նմանէ, և ոչ պակասեաց, որպ̄ և գրեալ է; բաշխեցից զնա 'ի մէջ բազմաց. Թէպէտ 'ի մէջ բազմաց բաշխեալ է, սակայն ընդ աջմէ Հօր իւրոյ նստի. Եւ իբրու ընդ աջմէ Հօր իւրոյ նստի. նաև 'ի մեզ է, և մեք 'ի նմա. որպ̄ և ասաց; դուք յիս իցէք, և ես 'ի ձեզ եմ. Եւ 'ի միւսում վայրի ասէ; ես և հայր իմ մի եմք.

Ապա եթէ խորհուրդք ուրուք տկարասցին 'ի գիտութէ̄, հակառակ դիցէ վս̄ այսմ, և ասասցէ; իբրու մի է Քս̄, և մի է հայր նորա. իսկ զիա՞րդ ընբնակէ Քս̄, և հայր նորա 'ի մարդիկս հաւատացեալս. և ո՞րպէս լինին մարդիկ

(1) Præclara sunt, & cum verbis S. Jacobi apprime conveniunt, quæ S. Joannes Chrysostomus explicans illud Evangelii secundum Joannem I. 16. *De plenitudine ejus nos omnes accepimus*; in hunc modum scribit Hom. XIII. *Non habet*, inquit, *donum participabile, sed ipse fons est, & radix bonorum omnium, ipse vita, ipse lux, ipse veritas, non in se ipso bonorum divitias continens, sed in universos diffundens, quibus diffusis, plenus permanet, neque ex eo, quod aliis suppeditet, minuitur, sed divitias suas elargitur semper uberius; cumque omnes his bonis impartiat, in eadem permanet perfectione. Quod autem ego fero, participabile est, ab alio enim id accepi, & exigua pars totius est, & quasi gutta parva ad immensam abyssum, & infinitum pelagus comparata; imò neque exemplum hoc sufficiens est, ad quod volumus ostendendum. Nam si guttam è pelago acceperis, & tamen pelagus, etsi visu percipi nequeat, diminuitur; de illo autem fonte hoc dici non potest, sed quantumcumque quis hauriat, nihil deficit. Quare alio exemplo utendum est, licet & hoc infirmum sit, neque possit, quod quærimus, demonstrare; alterum tamen afferemus, quod magis ad propositam nos adducat sententiam. Constituamus nobis igneum fontem, a quo innumeræ accendantur lucernæ, & bis totidem, & ter totidem; nonne hujusmodi fons ita plenus est igni, quemadmodum antequam ex eo quidquam sumeretur? sane perspicuum est*. Et Origenes lib. I. de princip. n. 3. *Sed & cum de Spiritu Sancto multi Sancti participant, non utique corpus aliquod intelligi potest Spiritus Sanctus, quod divisum in partes corporales percipiat unusquisque Sanctorum: sed virtus profecto sanctificans est, cujus participium habere dicuntur omnes, qui per ejus gratiam sanctificari meruerint. Et ut facilius, quod dicimus, possit intelligi, ex rebus quamvis imparibus sumamus exemplum. Multi sunt, qui disciplinæ, sive artis medicinæ participant, & numquid putandum est, omnes eos, qui medicinæ participant, corporis alicujus, quod medicina dicitur, in medio positi sibi auferre particulas, & ita ejus participium sumere?* Et S. Cyrillus Hierosolymitanus exponens Catechumenis, cur in Sacris Scripturis gratia Sancti Spiritus aquæ nomine significetur: *Quid autem causæ est*, inquit, *quod Spiritus gratiam aquæ vocabulo nuncupavit? Quod videlicet per aquam omnia consistunt; quod herbarum, & animantium effectrix est aqua; quod ex cælis imbrium aqua descendit; quod unius modi, & formæ ipsa labitur, multiformes vero parit effectus &c. Ad eumdem modum & Spiritus Sanctus, cum unus sit, & unius modi, & indivisibilis, unicuique gratiam, prout vult, dividit*. Catech. XVI. num. 12.

դին արդարք տաճար Այ, և բնակի 'ի նոսա։ Եթէ այդ այդպէս իցէ, և միոյ միոյ հաւատացելոյ մի մի Քս հասանել է, և Այծ, որ 'ի Քս, ապա Այծք բազումք են, և Քսք անթիւք։ Լուր դու սիրելի, թէ զիա՞րդ արժան իցէ պատասխանի տանել այսմ։ 'Ի յերևութէ տասի ընկալցի զհաւանութի այս, որ զայս ասէ։ Այմ ոչ գիտէ, թէ արեգակն յերկինս բևեռեալ կայ, և ճառագայթք նորա յերկիր տարածեալք կան, և մտանեն 'ի նմանէ 'ի դրունս բազումս, և ընդ պատուհանս ապարանից. և ուրև հասանէ 'ի ճառագայթից անտի արեգականն, թէպէտ և բան զթաթ մի նուազ իցէ, արև կոչի նա. և յորժամ 'ի տեղիս բազումս տանկանի, նոյնպէս կոչի. և արեգակն գլխովին յերկինս է։ Այպա եթէ այս այնպէս իցէ, բազում արեգակունք իցեն։ Եւ ջուրք դարձեալ ծովու բազումք են. և եթէ մի ճաշակ առնուցուս 'ի նոցանէ, սակայն ջուրք կոչին։ Եւ յորժամ 'ի հազար ամանս բաշխեսցես 'ի նոցանէ, ջուրք յանուն ծովուց կոչին։ Եւ եթէ կրակ լուցանիցես 'ի հրոյ ընդ տեղիս բազումս, և ուստի առնուս, և լուցանես, ոչ պակասի, և հուր 'ի մի անուն կոչի. և ոչ զի ընդ տեղիս բազումս բաշխես, 'ի բազումս անուանս փոխի։ Եւ յորժամ առցես դու զհող յերկրէ, և արկանիցես ընդ տեղիս բազումս, հողն եւս ոչ պակասի, և ոչ յանուանս բազումս կոչել կարես դու զնա։ Նոյնպէս Այծ, և Քս եթէ մի են, 'ի բազում մարդիկ բնակեն. և նոքա գլխովին յերկինս, և ինչ ոչ պակասեն։ Որպէս արեգակն, ոչ պակասի արեգակն յերկինս ինչ, մինչ զօրութիւն նորա յերկրի բնակեալ կայ. որչափ ևս առաւել իցէ զօրութիւն Այ. զի և արեգակն նորա զօրութեամբ հաստատեալ կայ։ Դարձեալ յիշեցուցանեմ քեզ սիրելի, զայն, որ գրեալ է; եթէ ծանրացաւ Մովսէս առաջնորդել բանակին միայն, ասէ ցնա Տր; ահաւասիկ առնում ես 'ի հոգւոյ այտի, որ ընդ քեզ է, և արկանեմ

զեօ-

mines justi fiunt Templa Dei, & Deus habitat in eis? Si istud ita est, ut ad singulos fideles singuli Christi adveniant, & Deus, qui est in Christo; ergo Dii multi sunt, & Christi innumerabiles. Audi tu, Charissime, quomodo respondere oporteat. Qui ita loquitur ex iis, quæ videntur, hæc intelligat. Nam nemo est, qui ignoret, quod Sol in cælo fixus est, & radii ejus per terrarum orbem disperguntur, multasque intrant per portas, & per fenestras domorum. Et quocumque pervenit aliquis ex radiis Solis, quamvis palmo minor sit, vocatur ille radius Sol, & cum in multa loca Sol radios effundat, radii illi omnes vocantur soles, & tamen Sol totus in Cælo est. Quæ cum ita sint: num vero soles multi erunt? Similiter & aquæ maris ingentes sunt; si autem partem aliquam, vel minimam ex eis accipias, pars tamen illa vocatur aqua maris. Et cum partitus eam fueris in millia vasa, eodem nomine aqua maris vocatur. Et cum accenderis ignem per multa loca, & unde accipis, & accendis, non deficit, & uno eodemque nomine ignis vocatur. Nec quia per plura loca distribuis, in multa nomina transit. Et cum acceperis pulverem ex terra, & projeceris per multa loca, pulvis non deficit, neque tu multis cum nominibus vocas. Sic Deus, & Christus cum sint unum, in multis hominibus habitant, & simul ipsi totaliter in Cælis sunt, nihilque eis detrahitur. Nam sicut Sol in Cælo nullo modo deficit, dum virtus ejus in terra versatur, quanto magis virtus Dei ita erit? quoniam & Sol virtute ejus creatus est. Item, Charissime, in mentem tuam revoca, quod scriptum est: Cum gravaretur Moyses solus castra ducere, ait ei Dominus: *Ecce accipio de Spiritu isto* (1), *qui tecum est*, *& immitto in septuaginta viros senes*. Et accepit de spiritu Moysis (2), & repleti sunt eo septuaginta viri, & Moysi nihil defecit, nec visum est aliquid ex ejus Num. XI. 17.

spi-

(1) *Et auferam de spiritu tuo, tradamque, eis, ut substentent tecum onus populi, & non tu solus graveris*. Numer. XI. 17.

(2) *Quod dixit, quia assumens de Spiritu Moysis, dedit septuaginta senioribus spiritum, non ita intelligas quasi materialem aliquam, corpoream que substantiam, auferens Deus a Moyse in septuaginta secuerit portiones, & ita unicuique seniorum exiguam particulam dederit. Impium est ita intelligere naturam Spiritus Sancti, sed hoc modo figuram mystici hujus sermonis adverte, quasi Moses, & Spiritus, qui erat in Mose, clarissimi cujusdam luminis fuerit lucerna, ex qua alias septuaginta lucernas accenderit* Deus, *ad quas ita principalis illius luminis splendor pervenerit, ut origo ipsa luminis nihil damni ex commercio derivationis acceperit*. Ita Origenes Homil. VI. in Num. n. 2.

spiritu sumptum fuisse. Et Beatus Apo-
1. Cor. XII. Ephes. IV. 11. stolus dicit: *Distribuit Deus de Spiritu Christi, & immisit in Prophetas, & nullum passus est Christus detrimentum*: non enim ad mensuram aliquam dedit ei Spiritum Pater. His autem probe intellectis, potes tu asserere, quod Christus habitet in multis hominibus, & quod Christus, quamvis distributus sit inter multos, nullum detrimentum patiatur. Nam de Spiritu Christi acceperunt Prophetæ eo modo (1), quo accipere poterant:
Act. 11. 17. & insuper de Spiritu Christi effusus est hodie super omnem carnem; & prophetant filii, & filiæ; seniores, & juvenes, servi, & ancillæ. Et a Christo derivatus est in nos. Christus autem in Cælo est a dextris Patris. Etenim Christus non ad mensuram accepit spiritum; sed Pater dilexit eum, & dedit omnia in manus ejus, & super thesauros suos constituit eum Dominum: dicit Joannes:
Joan. III. 34. *Non ad mensuram Pater dedit Spiritum Filio suo*. Et Dominus noster dicit:
Matth. XI. 27. *Omnia tradita sunt mihi a Patre meo*.
Joan. V. 27. Et iterum dicit: *Pater quemquam non judicat; sed omne judicium dedit Filio*
1. Corinth. XV. 28. *suo*. Et Apostolus ait: *Omnia subjicientur Christo, præter Patrem (2) suum, qui subjecit ei omnia. Et cum subjecta fuerint illi omnia a Patre suo, tunc subjectus erit & ipse Christus Deo Patri suo, qui subjecit ei omnia, & erit Deus omnia in omnibus, & super omnem hominem*.

զեօթանասուն աւագանւոք ծերովք ։ Եւ էառ յոգւոյ անտի Մովսէսի, և լցան 'ի նմանէ եօթանասունն այրք. և Մովսիսի ինչ ոչ պակասեաց. կամ երևեցաւ, թէ յոգւոյ նորա առեալ ինչ իցէ 'ի նմանէ ։ Եւ առաքեալ երանելին ասէ; բաշխեաց աԾ յոգւոյ անտի Քրիստոսի, և եարկ 'ի մարգարէս. և Քս ինչ ոչ վնասեցաւ ։ Քանզի ոչ եթէ չափով ինչ եառ նմա զոգի Հայր նորա ։ Յայս միտս կարես դու հաւանիլ, թէ Քս բնակի 'ի բազում մարդիկ, և Քս ինչ ոչ վնասի, մինչ 'ի մէջ բազմաց բաշխեալ է ։ Քանզի յոգւոյ անտի Քի առին մարգարէք, որպէս և կարէին առնուլ; և յոգւոյ անտի Քի, դարձեալ հեղեալ է այսօր 'ի վր ամենայն մարմնոյ. և մարգարէանան ուստերք, և դստերք. ծերք, և երիտասարդք. ծառայք, և աղախնայք ։ Եւ 'ի Քէ 'ի մեզ; և Քս յերկինս ընդ աջմէ Հօր իւրոյ ։ Եւ Քս ոչ եթէ չափով եառ զՀոգին; այլ Հայր սիրեաց զնա, և ետ զամենայն 'ի ձեռս նորա. և 'ի վերայ գանձուց իւրոց տր կացոյց զնա ։ Ասէ յօհաննէս; ոչ եթէ չափով ետ Հայր զՀոգին որդւոյ իւրում ։ Եւ տր մեր ասէ; ամ ինչ տուաւ ինձ 'ի Հօրէ իմմէ ։ Եւ դարձեալ ասէ; Հայր զոք ոչ դատէ. այլ զամենայն դատաստան ետ որդւոյ իւրում ։ Եւ առաքեալ ասէ; ամ ինչ հնազանդեսցի Քի, բաց 'ի Հօրէ իւրմէ, որ հնազանդեցոյց նմ զամենայն ։ Եւ յորժամ հնազանդեսցի նմա ամենայն 'ի Հօրէ իւրմէ. ապա հնազանդեսցի և ինքն Քս աԾյ Հօր իւրոյ, որ հնազանդեցոյց նմա զամենայն, և եղիցի աԾ ամ յամենայնի, և 'ի վերայ ամենայն մարդոյ.

§. 12. De ԺԲ

(1) *Sane quod iste Spiritus*, inquit Origenes de Princip. lib. I. n. 4., *unumquemque Sanctorum, vel Prophetarum, vel Apostolorum inspiraverit, & non alius Spiritus in veteribus, alius verò in his, qui in adventu Christi inspirati sunt, fuerit, manifestissime in Ecclesiis prædicatur*. Et alibi idem Origenes lib. II. cap. VII. *Sicut enim*, inquit, *idem ipse Deus, atque idem ipse Christus, ita idem Spiritus Sanctus est, qui in Prophetis, & in Apostolis fuit, idest, sive in illis, qui ante adventum Christi Deo crediderunt, sive in his, qui per Christum confugeruut ad Deum*. Siquidem nonnulli ex antiquis Catholicæ veritatis corruptoribus contrarium asserebant, referente Pamphilo in Apologia pro Origene: *Sed & sunt*, inquit, *qui Spiritum Sanctum alium quidem dicant esse, qui fuit in Prophetis, alium autem, qui fuit in Apostolis Domini Nostri Jesu Christi*. Is error communis fere omnium erat, qui alium veteris Testamenti, alium novi Deum esse impiè asserebant. Horum autem blasphemiam, qui unum spiritum utriusque Testamenti esse negabant, pluribus locis notat, & oppugnat laudatus Origenes *Homil. XIII. in Levit. Homil. XII. in Jerem., in cap. VII. ad Roman. in Matth.*; ita etiam Epiphanius *hæres. XXI. num.* 4. 5., & Cyrillus Jerosolymitanus *in Catechesi XVI. n. 4. Nemo*, inquit, *a novo Testamento vetus dividat, nullus dicat alium ibi, & alium hic spiritum esse, alioquin in ipsum offendet Spiritum Sanctum, qui cum Patre & Filio honoratur; & Sancti Baptismatis tempore in Sancta Trinitate simul comprehenditur*. Et in eadem Catechesi numero VI. *At conscaleratissimus Manes seipsum ausus est dicere Paracletum in Prophetis, aliumque in novo spiritum commenti sunt*. Et quidem Canone Apostolico XLI. idem ipse error indicari videtur, damnantur enim, qui baptizaverint in tres Filios, aut in tres Paracletos. Et utriusque Testamenti unum eumdemque esse Spiritum, defendit etiam S. Irenæus contra hæreticos *lib. IV. cap. IX.*, qui plures inducebant Deos, & diversos utriusque Testamenti Auctores, ac Dominos.

(2) *Omnia subjecta sunt ei; sine dubio præter eum, qui subjecit ei omnia. Cum autem subjecta fuerint illi omnia: tunc & ipse Filius subjectus erit ei, qui subjecit sibi omnia, ut sit Deus omnia in omnibus*. I. Corinth. XV. 28.

Զն յովհաննու վկայէ տր մեր, և ասէ; մեծ է քան զամենայն մարգարէս; սակայն չափով ընկալաւ զհոգին։ Քանզի նովին չափով, որով ընկալաւ եղիա, եառ յովհաննէս զհոգին։ Եւ զոր օրինակ, եղիա յանապատի բնակէր, այնպէս և յովհաննէս։ Ոգին եղիայի վարէր զնա յանապատ, և՛ի լերինս բնակէր. նոյնպէս և յովհաննէս։ Զեղիա թռչունք կերակրեցին, և յովհաննէս զմարախ թռչուն ուտէր։ Եղիա գօտի մաշկեղէն ունէր. և յովհաննէս գօտի փոկեայ։ Զեղիա եզաբէլ հալածէր. և զյօհաննէս հերովդիադա հալածեաց։ Եղիա զաքաաբ յանդիմանեաց. յովհաննէս զհերովդէս։ Եղիա եհերձ բաժանեաց զյորդանան. յովհաննէս եբաց զաւազան մկրտութե՛ի յորդանան։ Եղիայի ոգին հանգեաւ կրկին՛ի վերայ եղիշայի. և յովհաննէս եդ զձեռն՛ի վր փրկչին մերոյ, և ընկալաւ զհոգին առանց չափոյ։ Եղիա եբաց զերկինս, և ել. յովհաննէս ետես զերկինս բացեալ, և զհոգին այ, որ էջ, և հանգեաւ՛ի վերայ տն մերոյ։ Եղիշա ընկալաւ զհոգին կրկին ոգւոյն եղիայի. և փրկիչն մեր եառ զյովհաննուն, և զերկնաւորն։ Եղիշա եառ զմաշփորան եղիայի. և տր մեր ետ զձեռնադրութի քահանայից։ Եղիշա արար զձէթ՛ի ջրոյ. և փրկիչ մեր արար զգինի՛ի ջրոյ։ Եղիշա լցոյց՛ի փոքր մի հացէ զհարիւր այր միայն. և փրկիչն մեր լցոյց՛ի սակաւ հացէ զհինգ հազար այր, թող զկանայսն, և զմանկտին։ Եղիշա սրբեաց զնէեման բորոտ. և փրկիչ մեր սրբեց զտասանսն։ Եղիշա անէծ զմանկտին, և կերին զնոսա արջք. և փրկիչ մեր օրհնեաց զմանկտին, զի զձեռն եդ՛ի վերայ նոցա։ Զեղիշա թշնամանեցին մանկտին. և զփրկիչն մեր օրհնեցին օվսաննայիւք։ Եղիշա անէծ զգահազի աշակերտն իւր. և փրկիչն մեր անէծ զյուդա։ Եղիշա զմի մեռեալ կեցոյց՛ի կենսս իւր. և փրկիչն մեր զերիս։ Եղիշայի ոսկերքն յա-

§. 12. De Joanne testimonium perhibuit Dominus noster, dicens: *Major est omnibus Prophetis*; tamen ad mensuram accepit spiritum. Nam ea mensura, qua spiritum habuit Elias, accepit Joannes. Et quemadmodum Elias habitabat in deserto, sic & Joannes; spiritus enim Eliæ agebat eum in desertum, & degebat in montibus, ita & Joannes. Eliam aves cibaverunt, & Joannes volucrem locustam manducabat. Elias habebat zonam pelliceam, & Joannes zonam coriacem. Eliam Jezabel persequebatur, & Joannem persecuta est Herodias. Elias reprehendit Achabum, Joannes Herodem. Elias scidit, & divisit Jordanem, & Joannes aperuit lavacrum Baptismi in Jordane. Spiritus Eliæ duplex requievit super Elisæum, & Joannes imposuit manus super Salvatorem nostrum, qui accepit spiritum sine mensura. Elias aperuit Cælum, & ascendit; Joannes vidit Cælum apertum, & Spiritum Dei descendentem, qui requievit super Dominum nostrum. Elisæus accepit spiritum duplicem spiritus Eliæ; & Salvator noster accepit (1) spiritum Joannis, & spiritum cælestem. Elisæus pallium Eliæ sibi imponendum accepit, & Dominus noster impositionem manuum dedit Sacerdotibus. Elisæus fecit oleum ex aqua, & Salvator noster fecit vinum ex aqua. Elisæus satiavit ex parvo pane centum viros solùm, & Salvator noster modico pane saturavit quinque millia virorum, præter mulieres, & pueros. Elisæus mundavit unum leprosum Naaman, & Salvator noster mundavit decem. Elisæus maledixit pueris, & comederunt eos ursi; & Salvator noster benedixit pueris, ponens manus super eos. Elisæum contumeliis affecerunt pueri; & Salvatori nostro benedixerunt, dicentes: *hosanna*. Elisæus maledixit Giezi discipulo suo; & Salvator noster maledi-

Comparatio inter Joannem, & Eliam, inter Elisæum, & Christum Dominũ.
Matt. XI. 9.

4. Reg. II. 9.

(1) Duplicem SPiritum Christus Dominus, in quo plenitudo Divinitatis habitabat, visus est hominum oculis accepisse; Spiritum quidem Joannis, cum ab eo baptizari voluit, manusque imponi in pœnitentiam pro Judaico populo, ac universo humano genere; ideoque post baptismum abiit in desertum, ubi vitam agere solebat Joannes, prædicans pœnitentiam; tum etiam Spiritum cælestem, qua visibiliter è Cælo super eum in speciem columbæ Spiritus Sanctus descendit. Præterea ut recte animadvertit Origenes *Hom. VI. in Num. p.* 287. ad verba illa Isaiæ *XI.1.* ET REQUIESCET SUPER EUM SPIRITUS DOMINI &c. *Supra nullum alium Spiritus Dei requievisse septemplici hac virtute describitur, per quod sine dubio ipsa illa Divini Spiritus substantia, quæ, quia uno nomine non poterat, diversis vocabulis explanatur, requiescere super virgam, quæ de stirpe Jesse procederet, prophetatur*. Et idem Origenes ad verba illa Joannis Baptistæ: *Ille mihi dixit, super quem videris Spiritum descendentem, & manentem in eo &c.*, talia subdit: *Si dixisset Spiritum* DESCENDENTEM, *& non addidisset* MANENTEM IN EO, *nihil præcipuum præ cæteris habere videtur. Hunc autem addidit* MANENTEM IN EO, *ut esset hoc signum in Salvatore, quod in nullo alio posset ostendi. De nullo enim scriptum est, quia manserit in eo Spiritus Sanctus*.

ledixit Judæ. Elisæus unum mortuum revocavit in vitam, & Salvator noster tres (1). Ossa Elisæi suscitaverunt mortuum, & Salvator noster descendens ad mortuos, vivificavit, & suscitavit eos. Et multa signa sunt, quæ fecit Christi Spiritus, quem Prophetæ ab eo susceperunt.

Cavendum, ne Spiritum offendamus, quem in Baptismo accepimus.

§. 13. Profecto & nos Charissime de Spiritu Christi accipimus, & Christus habitat in nobis, sicut dixit Spiritus Sanctus ex ore Prophetæ: *Habitabo in eis, & ibo ad eos*. Præparemus ergo Templa nostra Spiritui Christi, & non offendamus eum, ne abeat (2) a nobis. Recordare, quod Apostolus monet, dicens: *Nolite (3) contristare Spiritum Sanctum, in quo baptizati estis in die expiationis*; quia ex ipso baptismo accipimus nos Spiritum Sanctum: illico enim cum invocant Sacerdotes Spiritum, aperit Cælos, & descendit, & fertur super aquas, & induunt eum, qui (4) baptizantur. Nam ab humanis generationibus longe est spiritus: cum veniunt homines ad generationem aquæ, tunc accipiunt Spiritum Sanctum, in prima generatione generatur spiritus animalis, qui confirmatur in ventre hominis, & hinc mortalitas. At in secunda generatione baptismi accipiunt homines Spiritum Sanctum ex ipsa Divinitate, & nulla est mortalitas. Cum enim moritur homo, sepelitur cum iis, quæ naturaliter accepit, & sensus aufertur ab eo, & Spiritus Cælestis, quem recepit, abit (5) in principium suum

Zach. II. 10. & VIII. 8.

Ephes. IV. 30.

յարուցին զմեռեալն. և փրկիչն մեր իջեալ առ մեռեալս, կեցոյց, և յարոյց. Եւ բազում նշանք են, զորս արար ոգին Քի, զոր մարգարէք ընկալան 'ի նմանէ.

Ա͞յն այսորիկ և մեք սիրելի, 'ի յոգւոյ անտի Քի առաք. և Քս բնակի 'ի մեզ. որպէս ասաց ոգին սբ 'ի բերանոյ մարգարէին; Բնակեցայց 'ի նոսա, և գնացից 'ի նս. Արդ յառաջագոյն պատրաստեսցուք զտաճարս մեր, ոգւոյն Քի, և մի՛ նեղեսցուք զնա, զի մի՛ գնասցէ 'ի մէնջ. Յիշեա՛ դու զայս, զոր առաքեալն զգուշացուցանէ; մի՛ ասէ, տրտմեցուցանէք զոգին սուրբ, որով մկրտեցարուք յաւր քաւութե. Քանզի 'ի մկրտութե անտի ընդունիմք մեք զոգին սբ; նոյնժամայն իբրև կոչեն քահանայք զոգին, բանայ զերկինս, և իջանէ, և գգայ 'ի վերայ ջուրցն. և զգենուն զնա, որք մկրտին. Քանզի յամենայն ծննդոց հեռի է ոգին. մինչ գան 'ի ծնունդ ջրոյ, ապա ընդունին զոգին սբ. 'Ի ծնունդն առաջին, ծնանի հոգի շնչաւոր, որ հաստատի 'ի փոր մարդոյն. և դարձեալ մեռելութի է; Եւ յերկրորդ ծնունդ մկրտութեան ընդունեն զոգին սբ յաստուածութե անտի, և ոչ է մահկանացու. Իբր մեռանի մարդ, թաղի 'ի բուն իւր, և զգայութի բառնի 'ի նմանէ, և ոգին երկնաւոր, զոր ընդունին, երթայ 'ի բուն իւր առ Քս. Դարձեալ ասէ առաքեալ;

(1) Non tres tantum mortuos Christus Dominus suscitasse creditur, dum versaretur in terris. Cur autem tres tantum, cum plures ad vitam revocaverit, in Evangelio memorentur, optimam rationem reddit Augustinus *in Serm. XLVIII. de verb. Evang. Luc.*, & *in Serm. CXXVIII de verb. Evang. Johann.*

(2) *Si susceperimus Christum in hospitio nostri pectoris, illico fugamus Diabolum. Si peccaverimus, & per peccati januam ingressus fuerit Diabolus, protinus Christus recedit*, inquit Hieronymus *lib. II. adv. Jovinian. cap. I.* Ratio autem hujus tam deplorandæ mutationis ita redditur in *lib. VI. cap. XXVII* Constitutionibus Apostolicis: *Sanctus quippe Spiritus perpetuò manet in illis, qui eum obtinuerunt, quandiu digni fuerint; a quibus autem separatus est, hos vacuos & malo spiritui dediticios exhibet* His autem consona tradit Origenes *Homil. VI in Num. n. 3. Requiescit enim Spiritus Dei in iis, qui mundo sunt corde, & in iis, qui purificant animas suas a peccato: sicut è contrario non inhabitat in corpore subdito peccatis, etiamsi habitavit aliquando in eo, non enim potest Spiritus Sanctus consortium pati, & societatem spiritus mali*

(3) *Et nolite contristare Spiritum Sanctum Dei, in quo signati estis in diem redemptionis*. Ephes. IV. 30.

(4) Antiquissimus Auctor Constitutionum Apostolicarum, non dissimilia de Spiritu Sancto ab iis, quæ docet S. Jacobus, tradit his verbis: *Porro hominum, alii quidem pleni sunt Spiritu Sancto, alii verò spiritu immundo; neque fieri potest, ut alterutrum eorum vitent, nisi aliquid sibimet contrarium patiantur: siquidem Paracletus odit quodlibet mendacium; Diabolus quamlibet veritatem: quicumque autem verè baptizatus fuit, a Spiritu quidem Diabolico separatus est, intra verò Spiritum Sanctum consistit; & in eo quidem, qui bona opera exercet, Sanctus Spiritus permanet, implens eum sapientia & intellectu, nec sinit spiritum malignum ei appropinquare, observans illius hostiles accessus*, Const. Apost. lib. VI. cap. XXVII.

(5) Aliquid hujusmodi simile scribere videtur Origenes in Commentariis in Matthæum, *Tract. XXXI. n. 62. p. 876. 880.* verba faciens de adventu Domini, qui servum malum, ut ait Scriptura, dividet, partemque ejus ponet cum hypocritis: *Dividit eum, inquit, quando Spiritus quidem ejus revertitur ad eum, qui dedit eum, anima autem cum corpore suo vadit in gehennam; justus autem non dividitur, sed anima ejus vadit cum spiritu ad regna cælestia*. Et paulo inferius: *Eorum autem, qui dividuntur, & deponunt spiritum revertentem ad eum, qui dederat eum, & non habent postmodum in se partem aliquam, quæ erat ex Deo,*

եալ ; յորժամ ելանիցեմք 'ի մարմնոյ աստի, ընդ Տն մերում լինիցիմք ; Առ Տր մեր ոգին Քի երթայ, զոր ընդունին ոգեւորք 'ի Ջուրց անտի. եւ ոգին շնչաւոր 'ի բուն իւր թաղի, եւ զգայութիւն բառնի 'ի նմանէ. Որ պահէ զոգին Քի սրբութբ, իբրեւ երթայ առ Քս, այսպէս ասէ ցնա ; մարմինս, առ որ եսն չոգայ, էառ նա, եւ զգեցաւ զիս 'ի Ջուրցն. սրբութբ պահեաց զիս. Եւ յօժարեցուցանէ ոգին Սբ զՔս, վասն յարութե մարմնոյն, որ պահեաց զնա սրբութբ. Եւ խնդրէ ոգին, զի այլ յաւելցէ նմա, զի յարիցէ այնմարմինն փառօք. Իսկ որ մարդ ընդունի զոգին 'ի Ջուրց անտի, եւ տրամեցուցանէ զնա. ելանէ գնայ 'ի նմանէ, մինչ-

չև

suum ad Christum. Iterum dicit Apostolus: *Cum exiverimus a corpore isto, cum* 1. *Thess. IV.* 16.
Domino nostro erimus. Ad Dominum nostrum Spiritus Christi abit, quem recipiunt spirituales ab illis aquis: & spiritus animalis sepelitur (1) in principio suo, & sensus corpori adimitur. Qui servat Spiritum (2) Christi in sanctitate, cum abit ad Christum, sic dicit ad eum: *Corpus, ad quod ego profectus sum, suscepit, & induit me; in sanctitate servavit me*. Et Spiritus (3) Sanctus movet Christum, ut resuscitet corpus, in quo servatus est in sanctitate. Et insuper petit spiritus, ut aliud addatur, nempe ut resurgat corpus cum gloria. Sed ab homine, qui accipit spiritum ab

aquis,

Deo, relinquitur eis pars eorum, quæ erat ipsorum, idest anima, quæ cum corpore suo punietur a Domino veniente cum infidelibus, & hypocritis in tormentis. Juxta ea, quæ hic tradit Origenes, intelligenda sunt verba S. Jacobi, qui prope ab ætate Origenis absuit, ob idque non modo Origenis, sed multo magis aliorum veterrimorum Patrum rationem ac modum in Christianæ Ecclesiæ doctrina tradenda tenet, ac servat. Docet nos igitur S. Doctor Nisibenus, quod, postquam justus mortem in Domino obivit, Spiritus Sanctus, quem in baptismo accepit, ac servavit, seu ejus anima cum Spiritu Sancto in ipsa per ejus dona, & gratiam inabitante proficiscitur ad Deum, unde ortum ac principium habuit. Hunc autem locum ita accipiendum, & exponendum esse, aperte intelligitur ex iis, quæ idem S. Jacobus in sermone de Resurrectione *num*. 8. tradit, ubi etiam eorum quæ hic scripsit, diserte meminit. Illa autem, quæ ibi scripsit, plurimam lucem conferunt ad recte intelligenda, quæ inferius differit, & obscuriora esse videntur, quàm facile quisquam primo intuitu percipere possit.

(1) Hæc autem non ita accipienda sunt, ut quispiam hinc perperam conjiciat, S. Jacobum in ea sententia fuisse, ut censuerit, animalium hominum, nempe qui Spiritus Sancti gratiam non acceperunt, vel acceptam non servarunt, animas morte extingui, vel cum corporibus sepeliri. Quem errorem in Arabia primo natum Origenem, publica disputatione coram multitudine habita, refutasse, tradit Eusebius, *Histor. Ecclef. Lib. XXVI. cap. XXVII.* Inferius enim aperte affirmat, animas in infernum cum corporibus in die judicii ituras, ut æternis illis cruciatibus puniantur. Ideo verba illa, *sepelitur in principio suo*, ita intelligenda esse videntur, quod corpus, & spiritus animalis in terram abibit, & anima in infernum descendet. Spiritus enim animalis corporeus, ac terrestris est; itaque cum corpore in terram, veluti in suum principium, redire, haud absurde dicitur; seu si magis placet, spiritus animalis nomine spiritum malum, qui in impiis habitat, intelligit, qui, peccatore extincto, corpus quidem in terra vadit, ipse autem in imum terræ ad Dæmonum Principem descendit. Demum verba hæc S. Jacobi explicari etiam possunt juxta eorum sensum, quæ scribit Origenes in Commentariis in Matthæum paulo ante laudatis, nempe, quod spiritus animalis, seu anima spiritalis cælestis gratiæ dono destituta sepelitur, hoc est, mergitur in infernalibus tenebris, seu cum spiritibus immundis, quibus per peccatum adhæsit. Nam præter superius allata ad verba Evangelii monentis, ut timeamus eum, qui corpus & animam potest perdere in gehennam, talia subjicit Origenes: *Ex eo, quod nihil de spiritu dixit, evidenter ostendit, quoniam spiritus cum corpore, vel anima peccatrice non simul punitur. Qui enim peccavit, dividitur, & pars quidem ejus cum Infidelibus ponitur, quod autem non ejus, revertitur ad eum, qui dedit eum*. Orig in Matth. *n*.57. *pag*. 876. Non dissimili modo in catena in Matth. *cap. XXIV. v*. 51. edit. a Corderio ad verba illa: *Dividet eum*, Cyrillus exponit: *De peccatis*, ait, *accusati etiam ipsam spiritus arrham amittimus. Abscinditur enim & abit a nobis; velut in die judicii, atque hanc esse dicimus, de qua hic agit, divisionem; non enim cum spiritu tradi possumus in supplicium*. Nemo autem ex iis, quæ hic & alibi de resurrectione differit S. Doctor, temere colligere ausit, S. Jacobum impios in extremo Judicii die cum corporibus resurrecturos negavisse; duplex enim resurrectio est, altera resurrectio Justorum ἀνάστασις τῶν δικαίων *Luc. XIV*. 14., quæ & resurrectio vitæ, & resurrectio prima dicitur: ἀνάστασις ζωῆς, & ἀνάστασις πρώτη *Apocal. XX*. 5., altera vero ἀνάστασις κρίσεως, *Joann. V*. 29. resurrectio judicii, quæ & secunda mors δεύτερος θάνατος *Apoc. XX*. 14., & ἀνάστασις ἀδίκων, & impiorum resurrectio, *Act. XXIV*. 15. Primam igitur resurrectionem cum aliis Patribus adimit impiis S. Jacobus, non autem secundam. De utraque eodem fere modo loquitur Lactantius: *Tunc*, ait, *quorum fuerit probata justitia, hi præmium immortalitatis accipient: quorum autem peccata, & scelera detecta fuerint, non resurgent; sed cum impiis recondentur in easdem tenebras ad certa supplicia destinati*. Divin. Justin. lib. VII. cap. XXI.

(2) Spiritum Sanctum, Spiritum Christi vocat, sequutus Apostolum, qui in Epist. ad Rom. VIII. 9. *Si quis autem Spiritum Christi non habet, hic non est ejus*. Ad quæ notat Oecumenius, seu potius Severianus apud Oecumenium. *Spiritum Christi dixit dona novi Testamenti. Nam communis est Patris ac Filii Spiritus: ut est illud, Spiritus autem Patris, qui excitavit Jesum ex mortuis, & rursum Spiritus Filii est.*

(3) Quæ hoc loco differit S. Jacobus de spiritu animali, & cælesti, obscuriora esse videntur, quàm facile a quovis intelligi queant. Verum enim non parvam lucem accipere possunt ab iis, quæ a S. Irenæo disputantur adversus hæreticos *lib. V. cap. IX. & seq.*, exponens locum illum Apostoli 1. *ad Cor. cap. XV. Caro, & sanguis Regnum Dei non possidebunt*, quibus verbis ipsi ad suas blasphemias suadendas abutebantur: *Quod*, inquit, *ab hominibus hæreticis profertur in amentiam suam*,

ex

aquis, & eum contristat (1), exit, & abit ab eo, antequam moriatur; & abiens in suum principium ad Christum, accusat hominem, qui contristavit eum. Et in fine consummationis cum advenit tempus, & appropinquat dies resurrectionis, Spiritus Sanctus, qui servatus fuit in sanctitate, fiduciam magnam sumit ab habitatione illa sua, & venit ante Christum. Stat etiam ad ostium sepulchri, ubi sepulta sunt corpora, quæ servaverunt eum in sanctitate, & expectat clamorem. Cum autem aperiunt vigiles januas Cælorum ante Regem, & deinde tuba canit, & cymbala resonant, Spiritus, qui expectat clamorem, audit, & statim aperit sepulcra, & suscitat corpora, quæ sepulta sunt, ut induant gloriam, quæ venit cum eo, & ipse manet intra, ut corpus resurgat, extra autem manet gloria, ut ea corpus ornetur. Et immergitur Spiritus Cælestis in corpus terrestre. Et fit totus homo spiritus, perinde ac si corpus

չև եկե մեռեալ. և երթայ ՚ի բուն իւր առ Քս, և ամբաստան լինի զմարդոյն, որ տրտմեցոյցն զնա. Եւ երբև լինի ժամանակ ՚ի վախճան կատարածի, և մերձենայ ժամանակ յարութե, ընդունի հոգին որ, որ պահեցաւ սրբութբ, զզօրութի մեծ ՚ի բնակութենէ անտի իւրմէ, և գայ առաջի Քի. Եւ կայ ՚ի դուռն գերեզմանին, ուր թաղեալ են մարմինք, որ պահեցին զնա սրբութբ, և սպասէ աղաղակին. Եւ երբև բանան զուարթունք զդրունս երկնից առաջի արքային. ապա փող հարկանի, և սրինգք սաղմեն. և լսէ հոգին, որ աղաղակին սպասէ. և վաղվաղակի բանայ զգերեզմանս, և յարուցանէ զմարմինսն, որք թաղեցան անդ. և զգենուն զփառսն, որք եկին ընդ նմա. և ինքն լինի ՚ի ներքոյ վն յարութե մարմնոցն. և փառքն արտաքոյ ՚ի զարդ մարմնոյն. Եւ ընկղմի հոգին երկնաւոր, ՚ի մարմինն երկրաւոր. Եւ լինի ամ մարդն հոգի, իբրու մարմին իւր նա էր. Եւ ընկղմի

ex quo & nos retardare, & ostendere conantur, non salvari plasmationem Dei; non conspicientes, quia sunt tria, ex quibus (quemadmodum ostendimus) perfectus homo constat, carne, anima, & spiritu, & altero quidem salvante, & figurante, qui est spiritus, altero, quod unitur, & formatur, quod est caro. Id verò, quod inter hæc duo, est anima, quæ aliquando quidem subsequens (spiritum) elevatur ab eo, aliquando autem consentiens carni decidit in terrenas concupiscentias. Quotquot ergo id, quod salvat, & format in vitam, non habent, hi consequenter erunt, & vocabuntur caro & sanguis: quippe qui non habent Spiritum Dei in se. Propter hoc autem & mortui tales dicti sunt a Domino: SINITE ENIM, *inquit*, MORTUOS SEPELIRE MORTUOS SUOS, *quoniam non habent spiritum vivificantem hominem. Quotquot autem timent Deum, & credunt in adventu Filii ejus, & per fidem constituunt in cordibus suis Spiritum Dei, hi tales juste homines dicentur & mundi, & spirituales, & viventes Deo, quia habent Spiritum Patris, qui emundat hominem, & sublevat in vitam Dei.* Prosequitur deinde sanctissimus Martyr, & pluribus in hanc rem tum hoc Capite, tum etiam sequenti disputat, quæ si Lector cum iis, quæ a S. Jacobo Nisibeno scripta sunt in hoc Sermone, comparet, non modo ea illustrari, & facilius apertiusque percipi; sed ulterius magnam inter utrumque sanctissimum Scriptorem sententiarum, doctrinæque similitudinem, ac convenientiam intercedere cognoscet; adeo ut ex eadem differendi ratione de anima & spiritu; de homine spiritali, & carnali, non admodum dissimilis Scriptoris antiquitas, imo æqualis propemodum primorum Ecclesiæ temporum ætas appareat. Neque enim S. Martyr Irenæus, ut nonnullus temerè putavit, censuit, hominem compositum fuisse ex carne, anima, & spiritu, quasi ex tribus diversis principiis, quemadmodum Plotinus, & post eum Apollinarius Episcopus perperam docuit, hominem ex tribus componi, anima scilicet, corpore, & intelligentia, ut refert Nemesius *in lib. de Nat. Hom. cap. I.* Et quidem B. Augustinus *lib. de Eccl. Dogm. cap. XX.* reprehendit Didimum, quod spiritum tertium quidpiam in hominis substantia esse voluit; & eamdem sententiam reprobat Hieronymus *in quæst. XII.* ad Hedibiam, & *in cap. III.* in Danielem, ubi ait: *Sunt, qui alium velint esse spiritum in homine, excepto Spiritu Sancto, & aliam animam. Sed laborandum eis erit, quomodo absque carne, & gratia Spiritus Sancti duæ substantiæ, & duo interiores homines in uno homine esse dicantur.* Verum enim ab hujusmodi stulta sententia longe abfuit beatissimus Martyr, tum etiam S. Jacobus, qui juxta Apostolicam, & Evangelicam doctrinam rectissime docuerunt, in hominibus justis præter animam inhabitare Spiritum Sanctum.

(1) Eodem modo antiquissimi Scriptores loquuntur de Spiritu Sancto. Herma in libro Pastoris: *Quod si*, inquit, *iracundia aliqua supervenerit, continuo Spiritus Sanctus, qui in te est, angustiabitur, & quæret discedere. Suffocatur enim aspectu nequissimo, & non habet locum apparendi Domino, sicut vult, tribulatur enim ab iracundia.* Et Origenes Homil. VI. in Numeros n. III. *Certum est enim peccati tempore adesse in corde uniuscujusque spiritum malum, & agere partes suas. Cui utiquè cum locus datur, & recipitur a nobis per cogitationes malas, & concupiscentias pessimas, contristatus, &, ut ita dicam, coangustatus fugatur de nobis Spiritus Sanctus. Propter quod & Apostolus sciens hæc ita accidere, monebat, dicens:* NOLITE CONTRISTARE SPIRITUM SANCTUM, IN QUO SIGNATI ESTIS IN DIE REDEMPTIONIS. *Igitur peccantes contristamus Spiritum Sanctum: juste verò agentes & sancte, requiem ei paramus in nobis.* Hieronymus autem *in Comment. in epist. ad Ephesios cap. IV.* verba illa Apostoli paulo supra laudata: *Nolite contristare Spiritum Sanctum*: in hunc modum exponit: *Hominibus loquens comparationem inducit humanam, ut ex nobis intelligamus, quantam Spiritui Sancto injuriam facimus, cum donum ejus in nobis aliqua peccati sorde polluimus. Et quia de hospitio suo nobis condolet, ideo sibi dolens tristis abscedit. Cæterum tristitia, & ira, & cætera hujusmodi in nobis passiones sunt, quia passibiles sumus, in Deo verò dispensationes.*

ընկղմի մահ 'ի կեանս . և մարմինն ընկղմի
'ի հոգին անդ ։ Եւ թռչի 'ի հոգւոյն ընդ-
առաջ արքային , և ընդունի զնա ու-
րախութբ ։ Եւ ունի շնորհ քն մարմ-
նոյն , որ պահեաց զհոգին նր սրբութբ ։
Եւ զայս հոգի , սիրելի , զոր ընկալան
մարգարէք , և մեք , ոչ եթէ հանա-
պազ գտանի առ ընդունօղս իւր . այլ է
ժամ երթայ առ առաքիչն իւր , և գայ
ժամ գայ առ ընդունօղն իւր ։ Լուր դու
զոր ասաց տր մեր ; մի' արհամարհէք
զմի 'ի փոքրկանց աստի , որք հաւա-
տան յիս . զի հրեշտակք նոցա հա-
նապազ յերկինս տեսանեն զերեսս հօր
իմոյ ։ Այսպէս նաև այս հոգի երթայ հա-
նապազ , և կայ առաջի այ , և տե-
սանէ զերեսս նորա ։ Իսկ որ մեղանչէ
տաճարին որ բնակեալն է , ամբաստան
լինի զնմանէ առաջի այ ։ Եւ ես հա-
ւանեցուցանեմ զքեզ , զի այսպէս գբր-
եալ է ; Վերացաւ հոգին սբ 'ի սաւու-
ղայ , զոր ընկալաւ իբրև օծաւ , և
տրամեցայց զնա . և առաքեաց նմա այ
փոխանակ նորա , հոգի չարչարանաց ։
Եւ իբրև նեղիւր նորա 'ի հոգւոյ ան-
տի չարէ . առնոյր դաւիթ քնար , հար-
կանէր , և գայր հասանէր հոգին սբ ,
զոր ընկալաւ դաւիթ իբրև օծաւ նա .
և փախչէր յերեսաց նորա այսն , որ
չար .

pus suum spiritus fit. Et immergitur mors in vitam, & corpus immergitur in spiritum illum (1). Et a spiritu volat obviam Regi, qui recipit ipsum cum gaudio. Et gratum est Christo corpus, quod servavit spiritum ejus (2) in sanctitate. Hic autem spiritus, Charissime, quem susceperunt Prophetæ, & nos, non semper reperitur apud suscipientes (3) se; sed est hora, qua vadit ad eum, qui misit ipsum, & est hora, qua venit ad suscipientem se. Audi tu, quod dixit Dominus noster: *Nolite contemnere unum ex his pusillis, qui credunt in me, quia Angeli eorum in Cælis semper vident faciem Patris mei*. Matth. XVIII. 10. Similiter etiam spiritus quotidie vadit, & est apud Deum, & videt faciem ejus. At illum, qui lædit Templum, in quo habitavit, accusat ante Deum. Profecto res ita est, ut tibi dico, quoniam sic scriptum est: *Recessit Spiritus Sanctus (4) a Saul, quem recepit, cum unctus est: Et misit Deus ad eum pro eo spiritum afflictionum*. 1. Reg. XVI. 14. Et quando exagitabatur ille a spiritu nequam, accipiebat David citharam, & percutiebat, & accedebat, & veniebat Spiritus Sanctus, quem receperat David, cum unctus est, & recedebat a facie ejus Spi-

(1) His autem non dissimilia sunt, quæ loco superius laudato scribit S. Irenæus lib. V. cap IX. *Infirmitas enim carnis absorta potentem ostendit spiritum. Spiritus autem rursus absorbens infirmitatem, hæreditate possidet carnem in se, & ex utrisque factus est vivens homo. Vivens quidem propter participationem spiritus, homo autem propter substantiam carnis. Igitur caro sine Spiritu Dei mortua est, non habens vitam, Regnum Dei possidere non potest, sanguis irrationalis velut aqua effusa in terram. Et propter hoc ait: Qualis terrenus; tales & terreni. Ubi autem Spiritus Patris, ibi homo vivens, sanguis rationalis ad ultionem a Deo custoditus, caro a spiritu possessa, oblita quidem sui, qualitatem autem spiritus assumens, conformis facta est verbo Dei.*

(2) Ut resurrectio hominis fiat in gloriam, non autem in pœnam, & damnationem, necessarium esse, ut Spiritum Sanctum, quem accepimus, diligenter in nobis custodiamus, non absimili modo tradit etiam Irenæus lib. V., cap. IX. *Mundum Templum Dei esse vult, ut delectetur Spiritus Dei in eo, quemadmodum sponsus ad sponsam. Sicut igitur sponsa assumere sponsum non potest, assumi autem a sponso potest, quum venerit, & acceperit eam sponsus: sic & caro hæc, secundum se ipsam, idest sola, Regnum Dei hæreditate possidere non potest.*

(3) In eamdem sententiam loquitur Origenes Hom. VI. in Numeros: *Et quomodo*, inquiens, *conveniet, ut tempore peccati mansisse in eis* (hoc est in Prophetis) *dicamus Spiritum Sanctum*. In Prophetis enim non semper Spiritum Sanctum adfuisse, affirmat, allato exemplo Moysis, qui, cum populus Israeliticus præ aquæ penuria tumultuans adversus Prophetam murmuraret, dubius promissionis Dei, atque hæsitabundus, ad eos loquutus est, an Deus aquam è petra educere posset; deinde sermonem his verbis prosequitur: *Certum est, quod hæc cum loqueretur, non de Spiritu Sancto loquutus sit, sed de spiritu peccati. Quod si Scripturæ testimonio tantus Propheta Moyses ostenditur aliquando habuisse in se Spiritum Dei, aliquando verò non habuisse, peccati scilicet tempore, certum est, quia & de reliquis Prophetis similis forma tenenda sit. Quid autem & de David dicam? qui pro Spiritu Sancto, tanquam qui a se possit auferri, orat ne auferatur, & dicit:* NE PROJICIAS &c. *In sequentibus verò tanquam pro culpa ablatum a se munus reposcit, & dicit:* REDDE MIHI &c. *Quid verò etiam de Salomone commemorem? quem utique nemo dicet, aut sine Spiritu Sancto judicasse judicia, vel Templum Domino construxisse, aut rursus in Sancto Spiritu Dæmonibus Templa fecisse, aut impiis mulieribus flexisse latera sua.* Affert subinde exemplum illius Prophetæ, qui libro tertio Regum scribitur, missus a Domino in Bethel; nam cum in Spiritu Dei, ut ipse Origenes ait, verba Domini locutus esset, certe non in Spiritu Dei prævaricatus est præceptum Domini, ne manducaret panem in Bethel, & ideo peremptus est a Leone. Demum ita concludit: *Sed longum est ire per singulos, ego autem licet non usquequaque pronunciem; puto tamen, quod sint nonnulla etiam communium hominum gesta, quæ quamvis peccato careant, non tamen digna videantur, quibus interesse putemus Spiritum Sanctum.*

(4) *Spiritus autem Domini recessit a Saul, & exagitabat eum Spiritus nequam a Domino*, I. Reg. XVI. 14.

Spiritus nequam, qui cruciabat Saul. Sed non reperiebatur Spiritus Sanctus, quem recepit David, apud eum semper, sed cum acciperet, & percuteret citharam, tunc veniebat (1). Quinimo, si semper cum Davide fuisset, non sivisset, eum peccare cum uxore Uriæ. Ideo quando orabat pro peccatis suis, & confitebatur delicta sua ante Deum, dicebat:
Psal. L. 13. *Spiritum Sanctum tuum ne auferas a me.*
4. Reg. III. 15. 16. Et de Elisæo sic scriptum est: *Dum accepit, ut percuteret citharam, tunc venit ad eum Spiritus, & cœpit prophetare, & dicere: Sic dicit Dominus: non videbitis ventum, neque pluviam, & alveus iste replebitur aquis.* Et quando venit ad ipsum mulier Sunamitis pro filio, qui
4. Reg. IV. mortuus est, sic ait: *Deus celavit a me, & non indicavit mihi.* Et quando Rex Israel misit ad eum, ut occideret ipsum, indicavit ei Spiritus: antequam enim ve-
4. Reg. VI. nisset Nuncius ad eum, ait: *Ecce misit huc filius iniquitatis auferre caput meum.* Et prænunciavit abundantiam, quæ futura erat in Civitate Samariæ. Et iterum indicavit ei Spiritus, quando Giezi, furatus est argentum, & celavit.

§. 14. Pro-

չարչարէր զՍաւուղ։ Եւ ոչ գտանէր Հոգին ս̅բ, զոր ընկալաւ Դաւիթ, առ նա հանապազ, մինչև առնոյր հարկանէր զքնարն, և ապա գայր։ Ոչ եթէ հանապազ ընդ նմա էր, ոչ տայր նմա մեղանչել ընդ կնոջ Ուրիայ։ Եւ յորժամ կայր նա յաղօթս վ̅ս մեղաց իւրոց, և խոստովան լինէր զյանցանս իւր առաջի Աստուծոյ, ասէր; զՀոգի սուրբ քո մի՛ հաներ յինէն։ Եւ վասն Եղիշայի այսպէս է գրեալ; մինչ էառ հարկանել զքնարն, ապա եկն առ նա Հոգին, և սկսաւ մարգարէանալ, և ասել; այսպէս ասէ տ̅ր. ոչ զհողմ տեսանիցէք, և ոչ զանձրև, և դաշտս այս ելիցի գուբք ջրոյ. Եւ կինն շիղոմացի իբրև եկն առ նա վ̅ս որդւոյն, զի մեռաւ. այսպէս ասաց; ա̅ծ ծածկեաց յինէն, և ոչ յայտնեաց ինձ. Եւ իբրև առաքեաց առ նա Թագաւորն Իսրայելի, թէ սպանցէ զնա, յայտնեաց նմա Հոգին, մինչ չև եկեալ էր հրեշտակն առ նա. ասէ; ահաւասիկ առաքեաց որդի այսր անօրինի բառնալ զգլուխ իմ; և յայտնեաց վ̅ս լիութե̅, որ լինելոց էր 'ի շամրին քաղաքի։ Եւ ծանոյց նմա դարձեալ Հոգին, իբրև գողացաւ գահազի զարծաթ, և թաքոյց։

ժդ̅

(1) Ut probe, ac recte intelligantur, quæ hoc loco edisserit S. Jacobus de Davide, aliisque Prophetis, observandum est, quod Spiritus Sanctus dicitur esse cum hominibus secundum varias ejus operationes, diversa dona, gratias, & charismata: Tum etiam quod S. Jacobus de Spiritu Sancto, ejusque adventu, ac discessu ab hominibus, perinde ac in Sacra Scriptura fieri solet, humano more loquitur, humanosque modos, ac loquendi rationes ad significandos sublimes, & inexplicabiles Divinæ Omnipotentiæ, & supernæ benignitatis effectus, & Spiritus Sancti in hominibus operationes adhibet. A Theologis autem post S. Thomam notari solet, quod secundum solam gratiam sanctificantem, qua homo gratus, & amicus Deo efficitur, homo dicitur habere Spiritum Sanctum, aut Templum ejus esse, Deique Spiritu agi, atque in eo Spiritum Sanctum habitare; secundum autem cætera dona, cujusmodi multa ab Apostolo 1. *Cor.* 12. enumerantur, & gratiæ gratis datæ vocantur, non solet dicere Scriptura, homines Templum Spiritus Sancti esse, aut Spiritum in illis habitare, vel dari, aut habere homines, vel accipere Spiritum Sanctum, nisi tantummodo secundum aliquid, seu ad aliquem effectum, ad quem peragendum Divina virtute homines donantur. Hujusmodi autem discrimen, diversamque rationem, ac modum, quo Spiritus Sanctus secundum diversa ejus dona, & gratias sive gratis datas, sive sanctificantem esse dicitur cum hominibus, non subtiliter ex scholarum more distinguit S. Jacobus Nisibenus, cum non adhuc diversi errores, ac hæreses subinde natæ hanc necessitatem, omnia, ut ita dicam, ad vivum resecandi, dividendique imposuissent; cum neque Philosophum, aut Rethorem ageret, sed Dei servum, qui cælestem doctrinam desuper acceptam, cum aliis in simplicitate cordis, & veritate sermonis ad pietatem exhortans communicat. Verumtamen si minus verbis, certè re ipsa inter diversa dona, diversasque gratias, sanctificantem scilicet, & gratis datas differentiam, ac diversitatem S. Doctor indicat, ac servat. Nam scribit de Elisæo, quod, ut percussit citharam, venit ad eum Spiritus, & cœpit prophetare, è contrario, quod mors filii Sunamitidis ei celata fuit, quæ ad donum prophetiæ, & gratias gratis datas pertinent: Paulo autem inferius monet, ut, si quispiam advertat, animum suum non amplius ardere Spiritu, & cor suum incidere in sollicitudines sæculi, sciat Spiritum Dei ab eo abesse: Post verò non multa affirmat, Diabolum ignorare, quando ab homine Spiritus Sanctus abiverit, id autem ex eo conjicere, si homo obscœna loquatur, si irascatur, si rixetur. Et hæc quidem ultima manifestum est ad gratiam sanctificantem spectare, quæ solùm peccato amittitur, eaque amissa, Spiritus Sanctus non amplius habitat in homine, qui mancipium, & possessio diaboli per peccatum evadit. Ita etiam hoc loco de Davide scribit, quod citharæ sono pellebat a Saul malum Dæmonem, sed Spiritus Sanctus non semper erat cum eo, scilicet donum, seu virtus, & gratia gratis data fugandi Dæmonem; inferius autem de eodem Davide adjungit, quod si Spiritus Sanctus semper cum Davide fuisset, non permisisset, ut adulterium perpetraret, ubi loquitur de gratia sanctificante, per quam Spiritus Sanctus habitabat in David, qui eam, & simul Spiritum Sanctum peccando amisit, cum deambulans in solario, Bethsabeam se lavantem vidit, & cum esset pulchra valde, misere ac perdite concupivit. Quamobrem cum S. Propheta gratia Dei, ac Spiritu Sancto ob malæ concupiscentiæ crimen destitutus, infernali hoste instigante, ad opus etiam adul-

Վն̃ այսորիկ սիրելի. յորժամ հո-
գին սբ̃ փոխի 'ի մարդոյ ընդունողէ
նորա. յայնժամ պատերազմի սատանայ
ընդ մարդոյն այնմիկ, ոպ̃ եւ գայթակ-
ղեցուսցէ զնա, եւ մեկնեսցի 'ի նմա-
նէ ամենեւին հոգին սբ̃; քանզի որչափ
ժամանակս ոգին ընդ մարդոյն է, երկն-
չի մերձենալ առ նա. Եւ տե՛ս սիրելի.
զի եւ տր̃ մեր, որ 'ի նմին հոգւոյ ծնաւ,
ոչ փորձեցաւ 'ի չարէ անտի մինչեւ ըն-
կալաւ զհոգին 'ի մկրտութի̃ աւազա-
նին, ապա եւառ եհան զնա հոգին յա-
նա̃

§. 14. Propterea, Chariſſime, quando Spiritus Sanctus abit (1) ab homine, qui eum accepit, tunc pugnat Diabolus cum illo homine, ut ſupplantet eum, & penitus ſeparetur ab eo Spiritus Sanctus. Nam quamdiu Spiritus eſt cum homine, timet accedere ad eum. Et vide, Chariſſime, quod Dominus noſter, qui de illo Spiritu natus eſt, non fuit tentatus ab illo nequam, donec Spiritus, quem viſibiliter accepit in Baptiſmo lavacri, aſſumpſit, & duxit eum in deſertum (2), ut tentaretur *Matth. IV.*

Diabolus homines tum maximè aggreditur, cum Spiritus Sanctus aliqua eorum culpa ab ipſis receſſit.

Ff 2 a Dia-

adulterii peragendum infeliciter prolapſus fuerit, & deinde adulterio proditionem, atque homicidium Uriæ addiderit, verum eſt, quod affirmat S. Jacobus Niſibenus, quod ſi Spiritus Sanctus ſemper fuiſſet cum Davide, cum uxore Uriæ non peccaſſet, & veriſſimum quoque eſt, quod Sacro ſancta Tridentina Synodus juxta Catholicæ Eccleſiæ fidem, & veterum Patrum doctrinam credendum decernit in Seſſione VI. cap. XI., & cap. XIII., necnon in Canone XXIII., *Deus ſua gratia ſemel juſtificatos non deſerit, niſi ab eis prius deſeratur*.

(1) Hæc autem illuſtrari poſſunt ex iis, quæ ſcribit Auguſtinus *in Serm. CLV. cap. XII. num.* 13. in hunc modum: *Nam ſi recedat Spiritus Dei, pondere ſuo ſpiritus hominis revolvitur in carnem, redit ad facta carnalia, redit ad concupiſcentias ſæculares, & erunt illius hominis pejora noviſſima, quàm erant prima*.

(2) Quæri ſolet a Scriptoribus, qui Sacra Evangelia ſuis commentariis illuſtrarunt, qua forma Diabolus ad Chriſtum Dominum tentandum acceſſerit, ipſo Domino ita permittente, ut nos exemplo ſuo edoceret, quomodo ſuperarentur Diaboli tentationes; ut parati eſſemus ei reſiſtere, cum bona opera facienda aggredimur; & demum ut omnes naturæ humanæ infirmitates, ac mala, quæ ſine peccato accidere poſſunt, pro nobis in ſe ſuſciperet. Communis ſententia eſt, Diabolum ſe Chriſto Domino forma humana (a) exhibuiſſe. Verum hujuſmodi ſententia non placet, quia veriſimile non eſt, callidiſſimum hoſtem eam formam elegiſſe, qua facile ejus inſidiæ a Chriſto Domino, quem Filium Dei eſſe ſuſpicabatur, & hominem quidem ſumma ſuper alios omnes ſapientia, prudentia, & aliis virtutibus præditum eſſe, non ignorabat. Atqui ſi Diabolus ſub hominis forma apparuiſſet in deſerto, ubi ſolum feræ beſtiæ erant; ait enim S. Marcus I. 13 *Eratque cum beſtiis* (b), quis non illicò ejus inſidias comperiſſet? præſertim cum audiret ſuadentem, ut lapides in panes commutaret; quod homini quidem, qui revera talis eſſet, & in deſertis locis verſaretur, ne in mentem quidem cadere poterat: ſed potius vel obſonium, quod ſecum haberet, obtuliſſet, vel hortatus eſſet, ut ſecum ad propinqua loca proficiſceretur, ibique emptis cibis famem expleret. Præterea id longe inveriſimilius apparet ex iis, quæ ſubſequuntur; narratur enim a Sanctis Evangeliſtis Matthæo IV. 5., & Luca IV. 9., tranſlatum Jeſum fuiſſe a Diabolo in ſanctam Civitatem: & communior opinio eſt, non per aerem ſublatum fuiſſe, ſed pedibus deductum eſſe ad Civitatem Jeruſalem. Verum quis ſibi perſuaderi poterit, Diabolum, qui ſumma in hominibus tentandis, ut ſe obtegat, utitur aſtutia, eo magis, quo homines, quos appetit, ſapientiores eſſe, ac prudentiores agnoſcit, cenſuiſſe, ſe hominis agreſtis forma indutum perſuadere poſſe Chriſto Domino, ut ſe euntem ad ſanctam Civitatem ſequeretur, vel quod magis improbabilius eſſet, potuiſſe invitum, & repugnantem ſecum abducere, vel per aerem ſublatum, veluti columbam accipitrem ſuſtollere? ac inſuper ſtatuere ſupra pinnaculum Templi, nempe ſupra podium, vel aliam ſuperiorem Templi partem, ac deinde hortari, ut ſe è pinnaculo projiceret, & cum hæc omnia agerentur, Salvatorem noſtrum haud ſtatim intellecturum, hominem, quem ſe ei conſpiciendum præbuerat, eſſe ſpiritum nequam, infernalem hoſtem, humani generis inimicum? cui unquam, non dicam ſapientiſſimo homini, ſed etiam ſtultiſſimo ſe occultare poſſe, ac fidem verbis ſuis haberi Diabolus exiſtimaſſet? Accedit ad hæc, quod poſt hanc tentationem Diabolus Chriſtum adduxit in montem, unde ei plurima mundi Regna oſtendit, eique promiſit illa daturum, ſi procidens ſe adoraret. Hominem autem talia effutientem, ſi hominis perſonam ponamus Diabolum induiſſe, quis non contemneret? quis non irrideret? quis non exſibilaret? Si autem ſe manifeſtum facere voluit, & aperto bello Jeſum adoriri, quomodo ſperabat, Chriſtum Dominum, quem Filium Dei eſſe, opinabatur, crediturum eſſe, tradi ab eo poſſe omnia Mundi Regna? Et quomodo ſibi blandiebatur callidiſſimus hoſtis, qui Salvatorem noſtrum hominem ſapientiſſimum, & ſanctiſſimum eſſe non ignorabat, fore, ut hujuſmodi promiſſione, & ipſe illectus ad pedes tam horribilis, & deteſtandæ beſtiæ ſe proſterneret? Cum autem Evangeliſta Matthæus, & Marcus ſcribant, Angelos Chriſto Domino famulatos eſſe in deſerto: Matthæus enim IV. 11. ait: *Et ecce Angeli acceſſerunt, & miniſtrabant ei*. Marcus autem I. 13.: *Eratque cum beſtiis, & Angeli miniſtrabant ei*. In ea ſententia ſum, ut exiſtimem, ſpiritum nequam, Angeli lucis forma, ſeu perſona aſſumpta, qua beati illi ſpiritus ſe humanis oculis conſpiciendos præbere ſolebant, Chriſtum Dominum tentare auſum fuiſſe. Nam verba Evangeliſtarum vel accipiantur in eum ſenſum, quod Angeli toto illo tempore, quo in deſerto Salvator permanſit, ei miniſtraverint, ut innuere videtur

(a) *Quomodo, aut qua forma acceſſerit, Evangeliſta non dicunt. Potuit aut inviſibiliter accedere, ſicut nos quotidie tentare ſolet, aut ſumpta aliqua viſibili forma. Omnes Auctores forma corporea, eaque humana acceſſiſſe putant, quod eſt valde probabile, & quia cum Chriſto multa eſt colloquutus, & quia ſe adorari voluit, & quia ſi alia acceſſiſſet forma, Evangeliſta non tacuiſſent. Nam cum Evam ſpecie ſerpentis tentavit, quia minus uſitata forma erat, Scriptura non tacuit*. Maldon. in Comment. in Evang., ita etiam Cornelius a Lapide, & alii.

(b) Græcum verbum θηρίον beſtias feras, & venenatas ſignificat, eo uſus eſt Evangeliſta, ut indicaret ſummam loci ſolitudinem, quò nemo mortalium penetraret, ſed feræ ſolum beſtiæ verſarentur: ſic Theophylactus, & Euthymius docuerunt.

a Diabolo. Hæc uniuscujusque cura sit, ubi sentit animam suam, non ardere Spiritu, & cor suum incidere in sollicitudines hujus sæculi; illicò sciat, quod Spiritus Dei non est apud ipsum, & caveat, ne supplantetur ab inimico. Fur domum non effodit, nisi videat Patremfamilias abire; ita & Diabolus non potest appropinquare huic domui, quæ est ipsummet corpus nostrum, nisi Spiritus Christi ex eo

նապատ , զի փորձեսցի նա 'ի սատա_նայէ ։ Այս հնարք են մարդոյ . Նոյն_ժամայն իբրեւ զգայ մարդ յանձն իւր , թէ հոգւովն ոչ եռայ , եւ սիրտ նորա անկանի 'ի հոգս աշխարհիս այսորիկ . գի_տասցէ թէ հոգին Այ չէ՛ առ նմա . զի մի՛ յաղթեսցի նա 'ի թշնամւոյ ան_տի ։ Գող ոչ հատանէ տուն , եթէ ոչ տեսանէ զտանուտէրն զի գնայ ան_տի ։ Այսպէս եւ սատանայ ոչ կարէ մեր_

detur Marcus; vel quod post relatam victoriam Angeli advenerint, ut ei inservirent, parum refert, cum id nihil repugnet conjecturæ nostræ, qua ad credendum inducimur, diabolum, cum Christum adoriri statuisset, eam formam assumpsisse, qua probabilius se, suosque dolos abscondere poterat. Itaque cum sciret, ut verisimillimum est, Jesum versari solitum cum Angelis, qui ab ipsius in terris ortu se ei famulantes exhibuerant, siquidem ipse Christus prædixit Nathanaeli: *Amen amen, dico vobis, videbitis cælum apertum, & Angelos Dei ascendentes, & descendentes supra Filium hominis*. Joann. *cap. I. v. 51*. Et Pater Æternus de eodem Christo Jesu, & consubstantiali ejus Filio, cum, ut exponit Apostolus *ad Hebr. I. 6.*, introduceret in orbem terræ: *Et adorent*, inquit, *eum omnes Angeli ejus*; vel certe cum Diabolus eum dignum agnosceret, qui Angelorum consuetudine, & conspectu frueretur, in Angelum lucis se, Deo permittente, transmutavit, ratus hac via, Christum Dominum illudere, ac fallere posse, quippe qui ex cælestis Angeli apparitione, tamquam ex re consueta, & supra suam dignitatem, & conditionem minime posita, nihil mali, ut verosimiliter Diabolus putavit, suspicari poterat. Confirmat conjecturam nostram mos Diaboli, qui hujusmodi astutia sæpè ad decipiendos sanctos viros Dei servos, quibus in se exemplum vincendi infernalem hostem præbere Salvator voluit, usus est. Denique addi potest Apostoli Pauli testimonium, qui certè ad ea respiciens, quæ jam evenerant, quæque in veteri, ac novo testamento narrantur, scribit ad Corinthios cap. XI. 14. *Ipse enim Satanas transfigurat se in Angelum lucis*. Quibus verbis subjicit Chrysostomus: *Et multos ita transfiguratus, non autem talis factus fefellit*. Et Cornelius a Lapide in commentariis ad hunc Apostoli locum plura servorum Dei exempla collegit, quos humani generis inimicus hujusmodi illusionibus decipere conatus est. Cum igitur in cælestem Angelum infernalis spiritus, ut puto, se transformasset, fraudolenter accedens ad Jesum, quem post longum jejunium esurire cognoverat, hortatus est, ut Divina potestate, quam ad hominum salutem, & Patris gloriam procurandam (a) acceperat, ad corpoream cupiditatem explendam abuteretur. Strenue statim rejectus animum non despondit, neque superandi Christum spem Diabolus amisit. Itaque alia via aggressus est: suadet igitur Christo, ut Mosis exemplo, dierum quadraginta jejunio peracto, ad montem Dei ad sanctam Civitatem, ad Hierosolymitanum Templum secum ascenderet, ut gratias de peracto jejunio Deo ageret, & purificatus abstinentia ciborum secundum legales ritus, quemadmodum fecisse Paulum *Act. Apost. XXI.* legimus, oblationes faceret, & vota solveret. Nam Christus Dominus de se ipse ait: *Decet nos implere omnem justitiam*. Posteaquam vero in Templum pervenerunt, monuit, ut a turbis recedens, quo liberius silentium, & quietem nactus Deo vacare posset, superiorem Templi partem ascenderet. Ibi vero cum Christus Dominus magnum prædicationis opus, quod exorsurus erat, Patri, ut credibile est, commendaret, interpellat, ut reor, Angelus tenebrarum, eique suadet, ut se è summitate Templi projiciat. Nam Deus per Angelos sui similes statim ei subvenire non omisisset, quemadmodum jam pridem prædixit Propheta, adeo ut nullam ipse è sublimi lapsu offensam accepturus esset. Tam præclaro autem inter turbas plurimas, quæ in Templo aderant, edito prodigio, facile omnes compendiaria quodammodo via ad se pertracturum, qui se Messiam asserenti fidem habere, non denegassent. Edíscimus è sacris Evangeliis, Christum Dominum, cum opus aliquod arduum aggressurus esset, secedere consuevisse in solitaria loca, & Sanctorum Prophetarum more montes ascendere, ibique orationibus vacare. Quare mirum esse non debet, si redeunti a Templo astutus inimicus suaserit, ut solitudinem quærens, sublimem montem ascenderet, ubi jam jam exorsurus magnum Evangelicæ prædicationis opus Patrem deprecaretur. Cum autem, ut solebat Dominus, in monte oraret, ne quid intentatum relinqueret, Diabolus cælesti forma, eaque pulcherrima super omnem humanam conditionem, se humanis Christi Domini oculis exhibens, seque æqualem Deo faciens, mundi Regnis, eorumque gloria ictu oculi ostensa, omnia ei daturum promisit, si in genua procumbens, eum adoraret. Neque enim ignorabat, quod jam dudum Filio suo Deus per os Prophetæ post multas tamen tribulationes, & passiones spoponderat, dicens: *Postula me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ*. Tum verò æterna Dei sapientia humanam carnem induta, tam audax facinus, intolerabilemque superbiam rata, haud amplius ferendam esse, nomine suo eum appellans, severè, ut oportebat, redarguit, inquiens: *Vade Satana: scriptum est enim &c.* Diabolus autem, ut se agnitum, insidiasque suas detectas, sensit, verbis Christi Domini confusus, & victus aufugiit. Neque sub alia forma, quàm Angelica, Evam tentasse Diabolum assererem, nisi veterum Patrum adversari auctoritas videretur. Nam cum primis hominibus adhuc in statu innocentiæ constitutis familiariter conversatos fuisse Angelos, verisimile est. Etenim in Sacris Scripturis utriusque Testamenti, & in Ecclesiastica Historia memoriæ traditur, eos servis Dei se frequenter conspiciendos exhibuisse. Profectò quoad primos Parentes attinet, etiam postquam in peccatum lapsi sunt, eos vidisse Angelos, non verò tamquam amicos, & benevolos, sed tamquam Divinæ injuriæ ultores contra reos læsæ Supremi Numinis majestatis ad vindictam ense armatos, non

(a) Credibile est, scribit Maldonatus ad verba illa *si filius*, non per modum dubitantis, aut negantis, & irridentis hoc Diabolum dixisse &c., sed per modum potius credentis, & affirmantis, & bene Christo consulere volentis, quasi dicat, quandoquidem Filius Dei es, ne famem patiare, sed quia potes, & aliunde non suppetit cibus, dic, ut lapides isti panes fiant.

մերձենալ յայս տուն, որ սա խնդրէ մար-
մնոյ մեր, եթէ ոչ ողջն ջն փախի 'ի
նմանէ. Եւ գիտասջի՛ր զայս, սիրելի.
ոչ եթէ գիտելով գիտէ գող, թէ տա-
նուտէրն 'ի ներքս իցէ թէ ոչ, այլ նախ
քան զնա ունկն դնէ, և տեսանէ.
եթէ լսէ զձայն տանուտեառն, զի
պատուիրէ, և ասէ. ճանապարհ է ինձ
երթալ. Եւ երբ գիտէ տեսանէ թէ
գնաց տանուտէրն վճարել զճանապարհն
իւր. ապա գայ գողն ակնածս հատանէ,
և գողանայ. Իսկ եթէ լսէ զձայն տա-
նուտեառն, որ զգուշացուցանէ, և պատո-
ւիրէ այլ ընտանեաց իւրոց, զի ար-
թուն կացեն, և պահեսցեն, և ասէ ցնոս.
և ես աստէն 'ի տան եմ; յայնժամ երկնչի
գողն, և փախչի, զի մի՛ որոնեսցեն
զնա, և կալցեն. Արդ այդ և սատա-
նայ, ոչ եթէ կանխագիտութիւն գոյ 'ի
նմա. զի գիտասցէ և տեսցէ երբ գնասցէ
Հոգին, և գայ կապտել կողոպտել
զմարդն; այլ նա ունկն դնէ, և ժամանակ
լինի. եթէ լսէ 'ի մարդոյ յորում
բնակեալ է Քրիստոս զբանս աղտե-
ղիս. կամ բարկանայ, կռուի, մարտնչի, ապա
գիտէ սատանայ թէ Քրիստոս չէ' ընդ նմա,
և գայ

eo discedat (1). Et scito hoc, Charissime, nescire furem, an Paterfamilias sit intus, an non, sed ante attendit, & explorat, an audiat vocem Patrisfamilias præcipientis, & dicentis, opus esse mihi iter facere. Et cum reperit, & videt, quod Paterfamilias abit ad conficiendum iter suum, tunc venit fur, & effodit, & furatur. Si autem audiat vocem Patrisfamilias, qui reddit domesticos suos cautos, & præcipit eis, ut vigilent, & custodiant, & dicit eis: & ego hìc in domo sum; tunc timet, & fugit, ne insequantur eum, & capiant. Ita & Diabolus; non est præscientia in eo, ut sciat, & videat, quando abeat Spiritus, & veniat ad spoliandum, & prædandum hominem, sed attendit, & observat horam: An audiat ab homine illo, in quo habitat Christus, quod loquatur verba turpia, vel irascatur, rixetur, contendat; tunc scit Diabolus, quod Christus non est cum eo, & venit, & perficit voluntatem suam in eo (2); quia Christus habitat in mansuetis, & in humilibus, & qui contremiscunt a verbis ejus, sicuti dicit Propheta. *Psal. CXVIII. & alibi.*

Et

non obscure, ni fallor, nos docet Sacra Scriptura, inquiens: *Ejecitque Adam, & collocavit ante paradisum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium, atque versatilem ad custodiendum viam ligni vitæ.* Genes. cap. III. 24. in versione Arabica ita legitur. *Et cum expulsus fuisset Adam, habitare fecit a parte Orientali horti Eden, Angelos, & coruscationem gladii versatilis, ut custodirent viam arboris vitæ.* Moysem autem translatitio nomine ad diabolicam calliditatem, & infernale venenum alludentem, serpentem, generis humani hostem nominasse, fortè quispiam dicere posset, Angeli autem nomen reticuisse ex eadem causa, ob quam in rerum omnium creatione Angelos silentio prætermisit, occulto scilicet, & inscrutabili Dei consilio, quo etiam Moyses plurima alia, quæ superbæ humanarum mentium sapientiæ, seu potius eruditæ inscitiæ necessaria videri possunt, prudenter reticenda judicavit. Sed infirmis nostris conjecturis auctoritas Patrum præponenda est, qua innixi sine ullo lapsus metu tuti, ac securi incedimus.

(1) Hinc est, quod S. Optatus Episcopus Milevitanus contra impios Donatistas *lib. IV. cap. VI.*, qui sacro lavacro in Catholica Ecclesia jam mundatos iterum rebaptizare ritu sacrilego audebant, his verbis invehitur: *Quæritis, quæ furta sunt Deo facta? apud vos inveniuntur. Possessio Dei est turba fidelium, ex qua quotidie fur Diabolus cupit aliquid involare: Christiani, aut Christiana vult vel mores ex aliqua parte corrumpere, & si non totum hominem, sed quodcunque de homine rapere. Talem furem cum videatis contra nos vim facere, vestris operibus adjuvistis: nam neminem fugit, quod omnis homo, qui nascitur, quamvis de parentibus Christianis nascatur, sine spiritu immundo esse non possit, quem necesse sit ante salutare lavacrum ab homine excludi, & separari. Hoc exorcismus operatur, per quem spiritus immundus depellitur, & in loca deserta fugatur. Fit domus vacua in pectore credentis, fit domus munda: intrat Deus & habitat, Apostolo dicente,* I. Cor. III. 16. VOS ESTIS TEMPLUM DEI, ET IN VOBIS DEUS HABITAT. *Et cum Deo unusquisque plenus sit, de quo fur Diabolus aliquid involare contendit; vos rebaptizando exorcizatis hominem fidelem, & dicitis Deo habitanti: Maledicte exi foras: ut compleatur, quod a Deo dictum est per Prophetam Ezechielem XI. 19.* ET MALEDICEBANT MIHI IN POPULO MEO, PROPTER PLENAM MANUM HORDEI, ET BUCCELLAM, UT OCCIDERENT ANIMAS, QUAS NON OPORTUIT MORI, DUM ANNUNCIANT POPULO MEO VANAS SEDUCTIONES. *Audit ergo Deus injurias non sibi debitas, & hujusmodi habitaculum deserit; & homo, qui Deo plenus in Ecclesiam intraverat, egreditur vas inane. Diabolus, qui volebat quasi fur aliquid involare, adjutus operibus vestris, videt totum suum factum esse, unde volebat paululum aliquid tollere.*

(2) Cum his conveniunt, quæ scribit Sanctus Hilarius in expositione Psalmi CXVIII. n. 5. v. 120. *Omnis*, inquit, *in quo peccati voluntas est, Deo vacuus est: Et ubi Deus non erit, illic Diaboli locus est: qui insidians, atque obsidens, ubi adeundi opportunitatem habuerit, tanquam vacuam domum occupet, quæ ei, Deo eam deserente, sit tradita.* Et paulo inferius hæc alia addit: *Adsunt enim inimicæ, infestæque virtutes, quæ fidei propositum conturbent, quæ timorem Dei obliterent, quæ in terrenas cupiditates, & desideria sollicitent &c. Sed cum per hæc nocere proterent, obtinere tamen eos, qui innocentes sunt, nisi sibi per secessionem Dei traditi fuerint, non valebunt.* Et hæc eadem confirmat in Tractatu ad Psal. CXX. num. 8. Ejus verba hujusmodi sunt. *Et cum in peccatoribus ipse* (nempe Deus) *non habitet, discessionem nostram ab eo consequitur & abscessio ejus a nobis, quia nos ab eo per peccata discedimus. Et discedente eo a nobis, in omnes delictorum foveas incidimus, & per amplissimam mortis viam incurrimus, dominatui Dæmonum subditi, quibus nos Dei a nobis abscessio derelinquit. Et desolatio ejus idcirco traditio est, quia peccatores obtinere Diabolus, nisi Deo ab his abscendente, non poterit.*

Et Dominus noster dicit: *Qui* (1) *ambulat in mandatis meis, ad eum nos venimus, & mansionem apud eum facimus*. At si audiat ab illo homine, quod vigilat, & orat, & meditatur in lege Domini die ac nocte; tunc discedit, quia scit, quod Christus est cum eo. Si autem dicas, quotuplex est Diabolus? quoniam ecce cum multis certat. Audi tu, & intellige ex eo, quod supra scripsi tibi de Christo, quod distributus est inter multos, & quidpiam ei non deficit. Domus, in quam per fenestras parvulus radius intrat, tota lucida est: & homo, si modicum aliquid ex Diabolo intret in eum, totus obtenebratur. Audi tu, quod dicit Apostolus, quod satanas transfigurat se in Angelum lucis. Quid mirum est, si ministri ejus varii sint tanquam ministri justitiæ? Et Dominus etiam dixit discipulis: *Ecce do vobis* (2) *potestatem calcandi omnes virtutes inimici*. Et manifestum faciunt scripturæ, quod sint ei exercitus, & nequitiæ ministri, quibus sicuti adversus Job potestatem ei fecit Deus, ut pugnaret, ita nunc eos dimittit ad currendum per hunc mundum, & bellum ejus gerendum; tamen nequaquam bellat palam, quia data est potestas contra eum tempore adventus Domini nostri; sed rapiendo rapit, & furando furatur.

2. Corinth. 14.

Luc. X. 19.

և գայ և կատարէ ՚ի նմա զկամս իւր. Քանզի Քս ՚ի հեզս, և ՚ի խոնարհս բնակէ, և որք դողան ՚ի բանից նորա, ոպ ասէ մարգարէն. Եւ տր մեր ասէ; որ գնայ ՚ի պատուիրանս իմ, առ նա գամք մեք, և օթևանս առ նմա առնեմք. Ապա եթէ լսէ ՚ի մարդոյ անտի, զի զգոյշ է, և կայ յաղօթս, և թևակոխէ յօրէնս տն զցայգ և զցերեկ, յայնժամ դառնայ նա ՚ի նմանէ, զի գիտէ թէ Քս ընդ նմա է. Ապա թէ ասիցես; քանի՞ իցէ սատանայ. զի ահաւասիկ ընդ բազումս պատերազմի. Լուր դու, և հասկացիր յայսմանէ, որինչ ՚ի վերոյն գրեցի քեզ վս Քի. քանզի բաշխեալ է նա ՚ի մէջ բազմաց, և ինչ ոչ պակասի. Ապարանք, որ ՚ի պատուհանաց նորա փոքր մի շող մտանէ, ամենայն լուսաւոր է; և մարդ, եթէ փոքր մի ՚ի սատանայէ մտանէ ՚ի նա, ամենայն խաւարի. Լուր դու, զոր ասէ առաքեալ, եթէ սատանայ կերպարանի ՚ի հրեշտակ լուսոյ. զինչ մեծ է եթէ և պաշտօնեայք նորա ՚ի կերպս կերպս լինիցին, իբրև պաշտօնեայք արդարութեան. Եւ տէր դարձեալ ասէ ցաշակերտսն; ահաւասիկ տամ ձեզ իշխանութիւն կոխել զամենայն զօրութիւն թշնամւոյն. Եւ յայտ առնեն գիրք, թէ զօրք գոն նորա, և պաշտօնեայք; ոպ յոբ ասէ; արար զնա այ տալ պատերազմ. Եւ զպաշտօնեայս իւր զայսոսիկ արձակէ արշաւել ընդ աշխարհս, և տանել զպատերազմս նորա. Սակայն յայտնապէս ինչ ոչ պատերազմի. զի տուեալ է իշխանութի ՚ի վերայ նորա, ՚ի ժամանակի անտի գալստեան տն մերոյ, բայց յափշտակելով յափշտակէ, և գողանալով գողանայ.

Quid sit corpus animale, & corpus spiritale, de quo Apostolus loquitur. 1. Cor. XV. 44.

§. 15. Exponam, Charissime, verbum, quod dicit Apostolus, & in quo nequam secta hæreticorum (3) scandalizatur. *Est corpus animale, & est corpus* (4) *spirituale*.

Հաւանեցուցից զքեզ սիրելի. վս բանին զոր ասաց առաքեալն, և զայթակղին ՚ի նա աղանդն հերձուածոց չարին: գոյ մարմին շնչաւոր, գոյ մարմին

(1) *Si quis diligit me sermonem meum servabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus*. Joan. XIV. 23.

(2) *Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes, & scorpiones, & supra omnem virtutem inimici*. Luc. X. 19.

(3) Origenianorum scilicet, quos forte nomine suo compellare noluit, ut eorum auctoris hoc est Origenis famæ parceret. Nam ex Sancto Epiphanio adversus hæreses, *Hæres. LXIV. pag. 592. Tom. I* nobis compertum sit, Origenem, ejusque discipulos verbis Apostoli male intellectis abusos fuisse ad impugnandam eorumdem corporum resurrectionem; horum autem insaniam redarguens sanctissimus Constantiæ, sive Salaminis in Cypro Episcopus, Pauli verba ita exponit, *Quod autem & animale corpus, & spiritale dicitur, non sic accipiendum est, ut aliud spiritale, aliud animale sit, sed ut idem atque unum ambo illa censeantur. Etenim quandiu in hoc mundo versamur, ac corruptibiles carnis functiones exercemus, animalia corpora sunt*. Et post pauca alia: *Cum autem*, ait, *ad vitam excitamur, anima servitute illa liberatur, ac spiritus continuo deinceps administratio succedit*.

(4) S. Joannes Chrysostomus, *Homil. XLI. in fine pag. 699 in Epist. ad Rom.*, ad hæc Apostoli verba talia adnotat: *Quid dicis, hoc autem non est spirituale? spirituale quidem, sed illud multo magis. Nam nunc quidem sæpe avolat Spiritus Sancti mul-*

մին հոգևոր, զի ասէ. եղև մարդն առաջին ադամ 'ի շունչ կենդանի. և երկրորդն ադամ, 'ի հոգի կենդանարար. Եւ ասէ. որպէս զգեցաք մեք զկերպարանս ադամայ երկրաւորի. նոյնպէս և զգեցցուք զկերպարանս ադամայ երկնաւորի. Ադամ երկրաւոր այն է, որ մեղաւ. և ադամ երկնաւոր, կենարար տր մեր Յս Քս. Որք ընդունին զհոգին Քի, լինին 'ի նմանութի ադամայ երկնաւորի, որ նա ինքն է կենարար տր մեր. զի ընկղմի շնչաւորն 'ի հոգևորն. ոպ̄ 'ի վերոյս գրեցի. Եւ մարդ, որ զհոգին Քի տրտմեցուցանէ, 'ի յարութեան անդ շնչաւոր լինի. զի հոգին երկնաւոր ոչ գոյ առ նա, թէ ընկղմեսցի 'ի նա շնչաւորն. Որ լինի, այլ իբրև յառնէ, մնայ նա 'ի բնութի իւր, մերկացեալ 'ի հոգւոյ անտի. Եւ քանզի զի խայտառակեաց նա զհոգին Քի, լինի նա յօրն մերկ խայտառակեալ. Իսկ որ պատուէ զհոգին, և պհէ նա սրբութբ. յայնմ աւուր պահէ զնա հոգին սբ, և լինի նա ամենայնիւ հոգի, և ոչ գտանի նա մերկ. որպէս և առաքեալն ասէ. միայն թէ յորժամ զգենուցումք, ոչ մերկ

tuale. Nam paulo ante: *Factus est*, ait, *primus homo Adam in animam viventem, & secundus Adam in spiritum vivificantem*. Et deinde: *Sicut*, inquit, *portavimus nos imaginem Adam terreni, ita & portemus imaginem Adam Cælestis*. Adam terrenus est ille, qui peccavit. Adam autem cælestis vivificans Dominus noster Jesus Christus. Qui recipiunt (1) Spiritum Christi, fiunt in similitudinem Adam Cælestis, qui est ipsemet vivificans Dominus noster; quia animalis immergitur in spiritualem, sicuti supra scripsi. Homo autem, qui contristat Spiritum Christi, in resurrectione animalis est, quia Spiritus Cælestis non est apud eum; ideoque spiritus, qui est animalis in illum, immergi nequit; sed cum resurgit, manet in natura sua, exutus Spiritu Cælesti. Et quia derisit Spiritum Christi, in die illa nudus deridebitur. At qui honoravit Spiritum, & servavit illum in sanctitate, (2) in illa die servabit eum Spiritus Sanctus, & fiet ille omni ex parte (3) spiritus, ut non inveniatur nudus, sicut & Apostolus dicit: *dummodo vestiti, non*

Ibid. 45.

Ibid. 49.

2. ad Cor. V. 3.

multa gratia aliquibus magna peccantibus. Porrò autem præsente quoque spiritu animæ, avolat vita carnis; & quod est hujusmodi, absque hoc est inane. Tunc autem non sic, sed perpetuo permanet in carne justorum, & ejus erit potestas, & imperium, præsente quoque anima.

(1) Apostolus in epistola ad Romanos cap. XVIII. 11. *Quod si Spiritus*, inquit, *ejus, qui suscitavit Jesum a mortuis, habitat in vobis: qui suscitavit Jesum Christum a mortuis, vivificabit & mortalia corpora vestra propter inhabitantem Spiritum ejus in vobis*. Hæc autem Pauli verba exponens S. Joannes Chrysostomus talia scribit: *Quid igitur? quæ spiritu carent corpora, non resurgunt? . . . . . nam si qui spiritum non habent, nequaquam resurgunt, ne gehenna quidem existet. Quid igitur sibi vult dictum hoc? Certe omnes quidem resurgent, non omnes autem ad vitam. sed alii quidem ad pœnam, alii autem ad vitam. Itaque Paulus non est hoc verbo usus, excitabit, sed vivificabit, quod amplius quidem erat, quàm excitatio; quodque solis justis datum est. Cujusmodi honoris causam quum posuisset, addidit & hoc, propter inhabitantem in vobis spiritum. Quare si vivens adhuc, spiritus gratiam exegisti, atque, ea penes te minime salva, decessisti, peribis omnino, vel si resurrexeris. Nam quemadmodum Deus tum non sustinet supplicio te tradere, quum Spiritum suum in te lucere videt; sic extinctum ubi viderit spiritum, te non recipit, nec in nuptialem thalamum introducit, quemadmodum ne illas quidem virgines*. Sed consentaneè ad sententiam S. Jacobi verba Apostoli in Cap. XV. epistolæ primæ ad Corinthios exponuntur etiam a S. Irenæo, cujus doctrina, eamque exponendi ratio de corpore, anima, & spiritu, & de resurrectione carnis cum iis, quæ hoc sermone docet S. Jacobus, mirificè consonant: *Caro*, inquit, *sine spiritu Dei mortua est, non habens vitam Regnum Dei possidere non potest*. S. Iren. *lib. V. cap. IX.* Et post hæc differens de homine terreno, & cælesti ex verbis Pauli in epistola ad Corinthios, & ex iis, quæ scribit ad Romanos, exhortans illos, ut accipientes spiritum in novitate vitæ ambulent, obedientes Deo, ita concludit: *Quoniam igitur sine Spiritu Dei salvari non possumus, adhortatur Apostolus nos per fidem, & castam conversationem conservare Spiritum Dei, ut non sine participatione S. Spiritus facti amittamus Regnum Cælorum.*

(2) S. Martyr Irenæus de custodienda gratia Spiritus Sancti, quam accepit homo, ut resurgere possit in gloriam, eadem prorsus docet lib. V. adversus Hæreses; & capite VI. ejusdem libri allatis verbis Apostoli in epistola prima ad Thessalonicenses cap V. 23. *Deus autem pacis sanctificet vos perfectos, ut integer vester spiritus, & anima, & corpus sine querela in adventum Domini Jesu Christi servetur*. Deinde quærit: *Et quam utique causam habebat his tribus, idest animæ, & corpori, & spiritui integram, & perfectam perseverationem precari in adventu Domini nisi reintegrationem, & adunitionem trium, unam & eamdem ipsorum sciebat salutem? Propter quod, & perfectos ait eos, qui tria sine querela exhibent Domino. Perfecti igitur, qui & Spiritum in se perseverantem habent Dei, & animas, & corpora sine querela servaverint Deo, idest illam, quæ ad Deum est, fidem, servantes, & eam, quæ est ad proximum, justitiam custodientes.*

(3) Hoc est spiritualis. Oecumenius ex verbis Methodii *in Cap. XV Epist. I. ad Corinth. pag.* 574. ita scribit: *Corpus dicitur spirituale, non subtile, aut, aereum veluti dicunt quidam; nempe quod animæ tale corpus accipient in resurrectione, quorum unus Origenes: sed spirituale dicitur, quod omnem percipit Spiritus Sancti operationem, ac participationem, quemadmodum vas appellatur vinarium, aut olearium, quod illa in se recipit. Pariformiter ergo & animale vocavit, quod per animam, & non per spiritum inhabitatur.*

non nudi inveniamur. Et iterum dicit:
1. Cor. XV. 51. *Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur*. Iterum dicit: *Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem, & corruptibile hoc incorruptionem, tunc implebitur sermo, qui scriptus est: Absorpta est mors in victoria*. Iterum dicit: *Repente in ictu oculi resurgunt mortui sine corruptione, & nos immutamur*. Et ii, qui immutantur, induunt imaginem Adami Cælestis, & fiunt spirituales. At qui non immutantur, manent animales in natura facti Adami terreni, & permanent in hac terra in profundo, & imo ipsius. Post hæc rapiuntur spirituales in cælos, & facit eos volare spiritus, quem induerunt, possidentque regnum, quod erat paratum eis ab initio. Animales autem in terra manent in gravitate corporum suorum, & descendunt in infernum; illic erit eis fletus, & stridor dentium. Hæc ideo scripsi, Charissime, ut in memoriam utriusque nostrum revocarem. Ama ergo tu virginitatem, donum cæleste, & consortium cum vigilibus Cælorum. Non est quidpiam, quod comparetur illis, qui virgines sunt, Christus habitat in eis. Tempus æstivum venit, & rami ficulneæ facti sunt molles, & protulit ficus folia; signa, quæ dedit Dominus noster, adimpleri incipiunt (1). Dicit: *Surget gens contra gentem, & regnum adversus regnum; & erunt fames, & gladius, & pestilentiæ, & terrores de Cælo*. Hæc autem omnia ecce in diebus nostris perficiuntur. Lege hoc totum, quod scripsi tibi, tu, & fratres, qui Deo se dicarunt, ne autem hæc contemnendo irrideas, cave. Qui lædit, & deridet fratrem suum, impletur super eum sermo, qui scriptus est in Evangelio. Nam in eo, cum vellet Dominus noster auferre sensum avaritiæ a Pharisæis, traditum est: *Quia erant ava-*

Ibid. 53. 54. (margin, beside "Oportet")

Ibid. 52. (margin, beside "Iterum dicit: Repente")

Luc. XXI. 10. (margin, beside "Dicit: Surget gens")

Luc. XVI. 14. (margin, beside "a Pharisæis")

մերկ գտանիցիմք։ Եւ դարձեալ ասէ՝ ամենեքեան ննջիցեմք. այլ ՚ի յարութե ոչ թէ ամենեքեան նորոգիցիմք։ Դարձեալ ասէ՝ Պարտ է մահկանացուիս զգենուլ զանմահութիւն. եւ ապականացուիս այսմիկ զանապականութիւն։ Այլ յորժամ մահկանացուս այս զգեցցի զանմահութիւն, եւ ապականացուս զանապականութիւն, յայնժամ կատարի բանն, որ գրեցաւ; Ընկլաւ մահ ՚ի պատութիւն։ Դարձեալ ասէ՝ յանկարծակի յական թօթափել յառնեն մեռեալք, առանց ապականութե, եւ մեք նորոգիմք։ Եւ այնք որք նորոգին, նոքա զգենուն զկերպարան առաջնոյ երկնաւորի, եւ լինին հոգեւորք։ Իսկ որք ոչն նորոգին, մնան շնչաւորք ՚ի բնութե արարածոյ առաջնոյ հողեղինին. եւ մնան ՚ի բուն յերկիր աստէն ՚ի խոնարհ։ Եւ ապա յափշտակին երկնաւորքն ընդ երկինս. եւ թռուցանէ զնոսա հոգին, զոր զգեցեալ են, եւ ժառանգեն զարքայութիւն որ պատրաստեալ էր նոցա ՚ի սկզբանէ։ Եւ շնչաւորքն աստէն յերկրի մնան ՚ի ծանրութի մարմնոց իւրեանց, եւ դառնան նոքա ՚ի դժոխս. անդ լիցի նոցա լալ, եւ կրճել ատամանց։ Զայս գրեցի, յիշեցուցի անձին իմում, եւ քեզ սիրելի. այսուհետեւ սիրեա՛ դու զկուսութի, զմասն երկնաւոր, զխառնումն զուարթնոց երկնից, չի՛ք ինչ որ համեմատեսցի նմա։ Որք այսպիսիքն են, ՚ի նոսա բնակի Քս։ Ժամանակ ամարայնոյ հասեալ են. եւ ոստք թզենւոյն կակղացան, եւ տերեւեաց։ Նշանք զորս ետ Տր մեր, սկսան կատարել։ Ասէ. յարիցէ ազգ յազգի վերայ, եւ թագաւորութի ՚ի թագաւորութե վերայ. եւ եղիցի սով, եւ սուր, եւ մարդամահ, եւ արհաւիրք յերկնից։ Այս ամենայն ահաւասիկ յաւուրս մեր կատարին։ Արդ ընթերցի՛ր դու զայս, զորինչ գրեցի քեզ. դու, եւ եղբարք ուխտաւորք; եւ ՚ի խեղկատակութե զգոյշ լինիջիր։ Որ ձաղէ, եւ այպն առնէ զեղբայր իւր, կատարի ՚ի վերայ նր բանն, որ

(1) More vetustissimorum Patrum, ut alibi sæpius admonui, prope esse novissimum Mundi diem, nunciat. De antiquissimo Scriptore Juda tradit B Hieronymus *De Script. Eccl* cum de septuaginta apud Danielem hebdomadibus plenissime disputasset, chronographia superiorum temporum usque ad decimum Severi annum perducta, adventum Antichristi circa sua tempora futurum esse, scripsisse: *Sed hoc ideo*, addit sanctissimus Doctor, *quia magnitudo persecutionum præsentem mundi minabatur occasum*. Sed de quæstione, num cito, an serius Christus Dominus esset venturus, quæ temporibus suis inter homines sacris literis eruditos agitabatur, copiose, æquè, ac sapienter disputat Magnus Augustinus in epistola CXCVII. & CXCIX. ad Hesychium Episcopum Salonitanum, cui inter alia scribit: *Non ille diligit adventum Domini, qui eum asserit propinquare, aut ille, qui asserit non propinquare; sed ille potius, qui eum sive prope sive longe sit, sinceritate fidei, firmitate spei, ardore caritatis expectat*. Epist. CXCIX. n. 15.

որ գրեալ է յաւետարանին. Իբրեւ կամեցաւ տր մեր բառնալ զմիտս ագահուե 'ի փարիսեցւոց անտի գրեալ է. քամողն արծաթասէրք էին, ծաղր առնէին զնա. Եւ այժմ ամենայն որ կամի առնել զայս, ծաղր առնեն զնա. Այլ դու սիրելի, ընթերցի՛ր, և ուսի՛ր. և յօժարեա՛ զառնել. Եւ օրէնք այ եղիցին քեզ հոգ յամենայն ժամ. Եւ իբրեւ ընթեռնուցուս դու զթուղթս զայս, ամփոփեա՛ զքեզ կմտօք քովք, սիրելի. արի՛ կաց յաղօթս, և յիշեա՛ զիս զմեղաւորս յաղօթս քո.

avari, deridebant illum. Et nunc quicumque hoc idem facere vult, derident eum. At tu, dilectiſſime, lege, & diſce, & propera facere, Et cura tibi ſemper ſit de lege Dei. Et cum legeris tu epiſtolam hanc, collige te in mente tua, dilectiſſime: Surge, ora, & memento mei peccatoris in oratione tua.



SERMO SEPTIMUS.

De Pœnitentia.

Cum omnes peccaverint, omnes indigent pœnitentia.

UNus solus innocens est in omnibus generationibus, qui induit carnem, Dominus Noster Jesus Christus; sicut & ipse testimonium perhibet de se ipso dicens: *Ego vici mundum*. Et Propheta testimonium perhibuit de eo: *quod non fecit iniquitatem, neque dolus inventus est in ore ejus*. Et Beatus Apostolus dicit: *Eum, qui nesciebat peccatum, pro nobis peccatum fecit Pater*. Et quomodo eum fecit peccatum? nisi quia tulit peccatum nostrum, non quod ipse peccatum fecerit, sed quia illud Cruci affixit. Iterum Apostolus: *Multi sunt*, ait, *qui currunt in stadio: sed unus est, qui attingit scopum*. Et nullus alius est in omnibus filiis Adæ, qui ineat pugnam, & non cadat, & vulneretur. Nam ab eo tempore, quo (1) Adam præceptum transgressus est, regnabat peccatum, & multos profligabat, & deglutiebat, multos vulnerabat, & occidebat, donec venit Dominus Noster, qui tulit, & affixit illud cruci; & quamvis affixum sit Cruci, tamen (2) stimuli ejus permanent, & multos pungunt, donec fiat finis consummationis, & conterantur stimuli ejus. Nullum malum, nullusque dolor est, cui remedium, & curatio adhiberi nequeat, si sapiens Medicus advocetur. Qui autem vulnerantur in certamine nostro,

Joan. XVI. 33. — Malac. XI. 6. — 1. Cor. V. 21. — 1. Cor. 9.

ՃԱՌ ԵՕԹՆԵՐՈՐԴ.

Օրինակ ապաշխարութե.

Զնշաւոր մի միայն է յամենայն ծնունդս, որ զմարմին զգեցաւ տր մեր Յս Քս. որպ և ինքն իսկ վկայեաց վասն անձին իւրոյ, ասելով՝. Ես յաղթեցի աշխարհի. Եւ մարգարէն վկայեաց ՚ի վերայ նորա; Թէ ոչ գործեաց զանօրէնութի, և ոչ նենգութի գտաւ ՚ի բերան նորա. Եւ առաքեալ երանելին ասէ; զայն, որ ոչ գիտէր զմեղս, վն մեր մեղս արար զնա Հայր. Եւ զիա՞րդ արար զնա մեղս. այլ զի եբարձ նա զմեղս մեր, իբր ոչ եթէ ինքն գործեաց. և բևեռեաց զնա ընդ խաչափայտին. Դարձեալ ասէ առաքեալ. բազումք են որք ընթանեն յասպարիզի. այլ մի է որ առնու զնպատակ. Եւ ոչոք է այլ յամ որդիս ադամայ, և որ մտանէ ՚ի պատերազմ, թէ ոչ անկցի, և վիրաւորիցի. Օի թագաւորէին մեղք ՚ի ժամանակէ անտի յանցուածոցն ադամայ զպատուիրանաւն. զբազումս կոտորէր, և զբազումս կլանէր. զբազումս վիրաւորէր, և զբազումս սպանանէր, մինչև եկն տր մեր, և եբարձ բևեռեաց զնա ընդ խաչափայտին; Թէպէտ և ընդ խաչին բևեռեալ է. սակայն խայթոցք նորա կան, և զբազումս խայթեն մինչև լինիցի վախճան կատարածի, և փշրեսցին խայթոցք նորա. Զամենայն ցաւոց դեղք են, և բժշկին, յորժամ իմաստուն բժիշկ գտանէ զնոսա. Իսկ որք

(1) Alludit hoc loco S. Jacobus ad verba illa Apostoli in epistola ad Romanos V. 14. *Sed regnavit mors ab Adam usque ad Moysen etiam in eos, qui non peccaverunt in similitudinem prævaricationis Adæ &c.* Et non multo post ibidem VI. 6. *Hoc scientes, quia vetus homo noster simul crucifixus est, ut destruatur corpus peccati, & ultra non serviamus peccato*. Et in epistola ad Colossenses *II.* 14. in eorum memoriam revocans, per Christum Dominum liberatos nos fuisse a peccato, & potestate Diaboli: *Delens*, inquit, *quod adversus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipsum tulit de medio, affigens illud cruci*.

(2) Per stimulos peccati, quos remanere affirmat S. Jacobus, nihil aliud certe significat, quàm concupiscentiam, aliosque peccati originalis effectus, ac pœnas, quas in hac mortali vita adhuc degentes patimur. Itaque ex hoc loco refellitur error ille Pelagianorum, qui concupiscentiam, aliaque in homine mala, & incommoda non ex merito peccati, sed ex conditione naturæ in nobis esse, putabant. Contra hujusmodi delirantium hominum errorem strenuè pugnavit Magnus Augustinus in libro de peccato originali a cap. XXXIV., usque ad XXXIX. in duobus libris de nuptiis, & concupiscentia; in primo libro contra duas epistolas Pelagianorum cap. XV., & tribus sequentibus; in libro tertio contra Julianum cap. VII. & sequent., & totis libris quarto & quinto contra eumdem Julianum. Propterea ex verbis S. Jacobi aperte ostenditur adversus Novatores, recentioresque Hæreticos, quàm rectè, & consentaneè ad veterum Sanctorum Patrum doctrinam a Tridentina Synodo statuta sint, quæ leguntur sessione quinta canone ultimo de peccato originali, quæque ab iis, quæ hic scribuntur a S. Jacobo, lucem accipere, iisdemque præbere mutuo videntur; ea vero talia sunt: *Manere autem in baptizatis concupiscentiam, vel fomitem, hæc Sancta Synodus fatetur, & sentit: quæ cum ad agonem relicta sit, nocere non consentientibus, sed utiliter per Christi Jesu gratiam repugnantibus non valet: quin imo qui legitime certaverit, coronabitur. Hanc concupiscentiam, quam aliquando Apostolus peccatum appellat, Sancta Synodus declarat, Ecclesiam Catholicam nunquam intellexisse peccatum appellari, quod vere, & propriè in renatis peccatum sit, sed quia ex peccato est, & ad peccatum inclinat*.

որք վիրաւորին 'ի պատերազմի աստ մերում, դեղ նոցա ապաշխարութիւն է, զոր դնեն 'ի վերայ վիրաց իւրեանց, եւ ողջանան։ Ո՜վ բժիշկք, աշակերտք իմաստուն բժշկին մերոյ. առէ՛ք ձեզ դեղ, զի նովաւ ողջացուցանիցէք զհիւանդս հիւանդաց։ Պատերազմողք, որք խոցին 'ի պատերազմի 'ի ձեռանէ առնողաց ընդ նոսա մարտ. յորժամ զբժիշկ իմաստուն գտանեն, նա զհնարս գտանէ, զի բժշկեսցին 'ի վիրաց։ Եւ բժիշկ իբրեւ բժշկէ զխոցեալսն 'ի պատերազմի, զմեծամեծ պարգեւս, զփառս, եւ զպատիւ ընդունի յարքայէ։ Այսպէս, սիրելի իմ, որ վաստակի, եւ աշխատի 'ի պատերազմի աստ մերում, գայ ախոյեանն նորա, եւ հարկանէ զնա, արժան է տալ նմա զդեղ զապաշխարութեն. իբրեւ զեղջ, եւ ապաշաւ վիրաւորին, բաղումք եցեն. զի Աստ՟ ոչ անարգէ զապաշխարօղս։ Ասէ Եզեկիէլ մարգարէ; ոչ կամիմ ես զմահ մեղաւորին, քան թէ դարձցի նա 'ի ճանապարհէ անտի չարէ, եւ կեցցէ։

Ոչ խոչ ամօթ համարի խոցեալն 'ի պատերազմի, զանձն իւր տալ 'ի ձեռս իմաստուն բժշկի, զի սաստկացաւ 'ի վերայ նր՟ ճակատ մարտին, եւ խոցեցաւ; եւ իբրեւ ողջանայ, ոչ անարգէ զնա արքայ, այլ 'ի հանդէս զօրաց իւրոց համարի զնա։ Այսպէս ոչ է արժան մարդոյ ամաչել, զոր սատանայ հարկանէ, խոստովանել զյանցանս իւր, եւ անցանել 'ի նմանէ, եւ խնդրել իւր դեղ զապաշխարութեն։ Իսկ որ ամաչէ յայտնել զվէրս իւր բժշկին, ծնանի 'ի նմ՟ խլրդէնի,

ſtro, remedium habent pœnitentiæ, qua vulneribus ſuis impoſita, curantur. O Medici Diſcipuli ſapientis Medici noſtri, accipite vobis remedium, quo infirmorum (1) vulnera curentur. Pugnantes in bello ab iis, qui adverſus eos certant, vulnerantur, ſed ſi medicum ſapientem habeant, vulneribus ſuis ſanandis medelam inveniunt. Et Medicus cum ſanat vulneratos in bello, magna præmia, gloriam, & honorem a Rege conſequitur. Ita, Chariſſime, qui ſudat, & laborat in bello noſtro, ſi ab hoſte aggrediente percutiatur, neceſſe eſt præbere ei medicinam pœnitentiæ, cum multi ad pœnitentiam, & compunctionem, non autem ad mortem vulnerentur: Quoniam Deus non ſpernit pœnitentiam agentes. Dicit Ezechiel Propheta: *Nolo ego mortem peccatoris, ſed ut convertatur a via illa mala, & vivat.* *Ezech. XXXIII. 11., XVIII. 23.*

Quam perniciosum ſit erubeſcere peccata ſua confiteri.

§. 2. Qui vulneratus eſt in bello, non erubeſcit tradere ſemetipſum in manus ſapientis Medici, quoniam propter magnitudinem pugnæ, in qua certavit, vulneratus eſt. Et cum ſanatus eſt, non ſpernit eum Rex, ſed connumerat ipſum inter veteranos milites exercitus ſui. Sic hominem, quem percutit Diabolus, non decet erubeſcere confiteri delicta ſua, & ab eo fugere, & petere medicinam pœnitentiæ. Qui enim erubeſcit manifeſtare (2) vulnera ſua medico, ejus corpus,

(1) Sublimem hanc virtutem animas ex peccatorum vulneribus ſanandi, tum etiam Euchariſtiæ Sacramentum conficiendi, & ſacro regenerationis lavacro homines ſanctificandi venerans in Sacerdotibus B. Hieronymus *in epiſt. ad Heliodor. de laudib. vitæ ſolit.* ita loquitur: *Abſit, ut de iis quidquam ſiniſtrum loquar, qui Apoſtolico gradui ſuccedentes, Chriſti Corpus ſacro ore conficiunt, per quos, & nos Chriſtiani ſumus, qui claves Regni Cælorum habentes quodammodo ante judicii diem judicant.* Et ex hac cæleſti, excellentique virtute Sacerdotes novæ legis veteris Teſtamenti Miniſtros longe præcedere, obſervat Chryſoſtomus *Lib. III. de Sacerd. cap. V.*, inquiens: *Corporis lepram purgare, ſeu, ut verius dicam, hanc ne purgare quidem, ſed purgatos probare Judæorum Sacerdotibus ſolis licebat. At verò noſtris Sacerdotibus non corporis lepram, verùm animæ ſordes non dico purgatas probare, ſed purgare prorſus conceſſum eſt.* Et longe ante Chryſoſtomum, & Hieronymum cæleſtem hanc facultatem Sacerdotibus adſcribit Cyprianus his verbis, in Tract. de lapſis: *Confiteantur ſinguli, quæſo vos, fratres dilectiſſimi, delictum ſuum, dum adhuc qui deliquit, in ſæculo eſt, dum admitti confeſſio ejus poteſt, dum ſatisfactio, & remiſſio facta per Sacerdotes apud Dominum grata eſt.* Et quidem hanc peccatorum curandorum medicinam in ſola Catholica Eccleſia reperiri, non autem in conventiculis hæreticorum, teſtatur Lactantius Lib. IV. Divin. Inſt. cap. IV. *Sed tamen quia ſinguli quique cœtus hæreticorum ſe potiſſimum Chriſtianos, & ſuam eſſe Catholicam Eccleſiam putant, ſciendum eſt, illam eſſe veram, in qua eſt religio, confeſſio, & pœnitentia, quæ peccata & vulnera, quibus ſubjecta eſt imbecillitas carnis, ſalubriter curat.*

(2) Similibus prope verbis Euſebius Cæſarienſis hortatur fideles, ne peccata ſua abſcondere velint, non Deo, cui omnia aperta, & manifeſta ſunt, ſed hominibus, qui, poteſtate cælitus accepta, eos ſanare poterant. Nam in Commentariis ad verba illa verſiculi 5. Pſalmi XXXVII. *Quoniam iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt &c.* talia admonet: *His docemur, ne mala occultemus noſtra, neu peccata, ceu quemdam rigorem, & corruptionem in intimo animæ concludamus.* Coll. Nov. PP. Tom. I. p. 158. Non diſſimiliter Joannes Chryſoſtomus *Homil. II. de Cruce, & Latr. p. 417.* exemplo boni Latronis ſuadet, ut delicta noſtra confiteri non erubeſcamus, inquiens: *Si enim Latronem*

pus, putrescentibus & tabescentibus vulneribus, totum inficitur. At vulnera ejus, qui non erubescit, sanantur; & iterum revertitur ad pugnam. Qui autem morbum exitialem contrahit, nequaquam sanari sperat, neque amplius armis, quibus exutus est, induitur. Qui vincitur in bello nostro, ei spes salutis erit, si dixerit: *peccavi*, petens pœnitentiam. Qui autem erubescit, nequit sanari, quia non vult aperire vulnera sua Medico, qui accepit duos (1) denarios, & ex eis sanat omnes vulneratos. Et vos, qui discipuli estis medici nostri, cum præditi sitis sanandi virtute, cavere oportet, ne impedimento sitis, quominus, qui indigent medicina, sanentur. Sed ei, qui ostendit vobis vulnera sua, medicinam pœnitentiæ adhibebitis. Et qui erubescit manifestare malum suum, vos eum monete, ne illud vos celet. Et cum manifestaverit vobis, nolite in publicum (2) efferre,

նի, և ամ մարմինն դառնայ յապականութի. Իսկ այն, որ ոչ ամաչէ, բժշկին վէրք նորա. և դարձեալ դառնայ 'ի պատերազմ. Իսկ որ զխլրդենին սաստնայ յանձն իւր, չի՛ք ինչ հնար բժշկութե նորա; և զզէնսն, զորս մերկացաւ յինքենէ, այլ ոչ կարէ զգենուլ. Այսպէս և որ յաղթի պատերազմի սոս մերում, զոն նմա այս հնարք բժշկութե նորա. եթէ ասասցէ թէ. մեղայ. և խնդրեսցէ զապաշխարութի. Իսկ որ ամաչէ, ոչ կարէ բժշկիլ, քանզի ոչ յայտնել կամեցաւ զվէրս իւր բժշկի, որ եառն զերկուս դահեկանս, և 'ի նոցանէ բժշկէ զամ վիրաւորս. Եւ ձեզ արժան է աշակերտք առաքինիք բժշկին մերոյ. զի մի՛ արգելուցուք զբժշկութի 'ի կարօտելոց բժշկութեց; Որ ցուցանէ ձեզ զվէրս իւր, տւեք՛ք նմա դեղ զապաշխարութի. Եւ որ ամաչէ յայտնել զցաւս իւրս, դուք խրատեցէ՛ք զայնպիսիսն, զի 'ի ձէնջ մի՛ թագուցանիցէ. Եւ

nem in cruce tanto bonore dignatus est, multo magis nos in vita sua benignitate dignabitur, si voluerimus peccatorum confessionem instituere. Ut igitur & nos benignitate illius perfruamur, peccata propria confiteri ne erubescamus. Magna enim confessionis vis est, & multa ejus potentia.

(1) Non obscure S. Jacobus hoc loco alludit ad parabolam, quam narrat S. Lucas cap. X. de homine, qui a Jerusalem in Hierico descendens inciderat in latrones, a quibus semivivus relictus, cum eum Sacerdos, & Levita præteriissent, susceptus est a Samaritano, qui alligavit ejus vulnera, infundens oleum, & vinum, eumque, datis duobus denariis, stabulario curandum reliquit. Hanc parabolam omnes veteres Patres, recentioresque auctores ita allegoricè exponunt: Per hominem scilicet vulneribus affectum intelligunt Adamum, & in eo universum genus humanum in peccatum lapsum, adeoque in anima vulneratum, ac penè occisum: Per latrones, Dæmones, qui primum hominem gratia, aliisque donis cælestibus spoliaverunt, insuper gravissima vulnera ei per peccatum imposuerunt: Per Sacerdotem, & Levitam, legem veterem, quæ sanare vulneratum, quia non poterat, neglexit: Per Samaritanum, Christum Dominum: nam Samaritanus custos ininterpetratur: per duos denarios quid significetur, ita exponit Origenes in Hom. XXXIV. in Luc. erg. fin. *Duo denarii notitia mihi videtur esse Patris, & Filii, & scientia Sacramenti, quomodo Pater in Filio, & Filius in Patre sit*. Et S. Augustinus *quæst. Evangel. lib. II. quæst. 19. Tom. III.* hoc modo: *Duo denarii sunt, vel duo præcepta charitatis, quam per Spiritum Sanctum acceperunt Apostoli ad Evangelizandum cæteris, vel promissio vitæ præsentis, & futuræ*. Et S. Ambrosius Expos. in Luc lib. VII. n. 80. *Qui sunt*, inquit, *isti duo denarii, nisi forte duo Testamenta, quæ imaginem in se habent æterni Regis expressam, quorum pretio vulnera nostra curantur*. Sanctus autem Jacobus explicare videtur de duobus Sacramentis Baptismi, & Pœnitentiæ, quæ secunda tabula post naufragium vocatur. *Ut enim*, inquit Catechismus Romanus Cap. V. de Sacr. Pœnit. §. 1., *confracta navi, unum vitæ servandæ perfugium reliquum est, si forte tabulam aliquam de naufragio liceat arripere; ita post amissam Baptismi innocentiam, nisi quis ad pœnitentiæ tabulam confugiat, sine dubio de ejus salute desperandum est*. Horum igitur Sacramentorum virtute per gratiam Dei in vitam spiritalem revocamur, & lethalia nostra vulnera a Dæmonibus per peccatum illata, a stabulario, nempe ab Ecclesia, per ejus sacros Ministros curantur.

(2) Non esse divulganda peccata fratrum, non uno in loco docent veterès Patres, & præcipue S. Ioannes Chrysostomus in Homilia, cui titulus est: *Quod non oporteat peccata fratrum evulgare &c.* Ubi inter alia, *noli ergo*, inquit, *vulnus vulneribus addere, dum auctorem peccati divulgas, sed semotis arbitris, admonitionem adhibeto*. Serm. LVII. de diversis. Et in Oratione VI. adversus Judæos, verba faciens de fidelibus, qui in eam superstitionem lapsi fuerant, ut cum Judæis septimo mense jejunarent: *Etiamsi*, ait, *multi sint, qui jejunarunt: tu, dilecte, ne evulges, ignominiæque exponas Ecclesiæ calamitatem*. Et paulo post: *Ne igitur obambulantes referamus, qui peccaverint; sed festinemus, ut eos solùm, qui peccaverunt, corrigamus*. Et post nonnulla alia ita prosequitur: *Hac mala fama increscente, magnum quidem probrum offunditur Ecclesiæ, bis verò, qui perierunt, nulla affertur utilitas; quin potius gravissima noxa tum bis, tum aliis. Etiamsi enim pauci fuerint, nos tamen eos rumoribus multis multos facimus; & eos, qui stant, imbecilliores reddimus, & eos, qui ad casum proclives sunt, impellimus*. In Homilia tertia ad Antiochenos exponens mala, quæ a publicandis fratrum peccatis oriri solent, hæc quam simillima iis, quæ a S. Jacobo hìc dicuntur, scribit: *Insuper communem Ecclesiæ statum læsisti: non enim omnes audientes peccatorem solum accusant, sed opprobria Christianorum genti infliguntur: nec audire licet infideles dicentes, quod ille fornicator est, & dissolutus, sed pro eo, qui peccavit, Christianos omnes calumniis insectantur. Ad hæc Dei gloriam blasphemari fecisti: sicut enim nobis laudabiliter viventibus, Dei nomen glorificatur, sic peccantibus, blasphematur, & contumelia afficitur*. Verum hæc generatim dicta sunt ad omnes fideles, ne peccata fratrum in vulgus disseminent, sed potius

Եւ իբրեւ յայտնեսցէ ձեզ, մի՛ խայ-
տառակիցէ զնա. զի մի՛ վն՟ նորա, եւ որք
անպարտք իցեն, պարտաւորք համար-
եալք լինիցին յատելեաց, եւ 'ի թշնամ-
եաց. Գունդ մի, յորում վիրաւորք
անկանին 'ի նմա. անարգութի 'ի վերայ
ամենեցուն համարեալ լինի, 'ի թշնա-
մեաց անտի նոցա. Եւ յորժամ վիրա-
ւորք գտանիցին 'ի նոսա, այնք որք
ողջք իցեն, բժշկեն զցաւս նոցա. եւ ոչ
յայտնեն վն՟ նոցա թշնամեաց իւրեանց.
Ապա եթէ ամենայն ումեք յայտնեն
վն՟ նոցա. անուն վատութէ առնուն
յամենայն բանակին. Եւ թագաւոր ա-
ռաջնորդ զօրացն բարկանայ 'ի վերայ
այնոցիկ, որք խայտառակեն զբանակն
նորա. եւ տանջանօք հարուածոց տան-
ջին

re, ne propter eum, & qui innoxii sunt, ab inimicis, apud quos in odio sumus, noxii, & criminosi æstimentur. Legio, in qua vulnerati multi cadunt, præ cæteris ab hostibus despicitur. Et qui sani sunt, cum saucios inter se reperiunt, plagis illorum medentur, non autem eas manifestant inimicis suis. Nam si aliter fecerint, inter omnes milites infames habentur. Et Rex ductor exercitus irascitur eis, qui infamiam exercitui suo inspersrunt, eosque gravibus tormentis, plagisque cruciat, duriusque tractat, quam qui vulnerati sunt in bello. Si autem sauciati noluerint prodere vulnera sua; Medici nequaquam puniendi sunt, quòd eos non (1) sanaverint. Quin imo accepta

potius Christiana charitate occulere, ac illis mederi studeant. Cæterum, ut fideles delicta sua Sacerdoti, qui ea curare potest, nota faciant, alibi idem Chrysostomus his verbis admonet: Τῷ ἱερεῖ δεῖξον τὸ ἕλκος. *Sacerdoti vulnus manifesta*. S. autem Jacobus Nisibenus, hoc loco ex iis, quæ præcedunt, quæque subsequuntur, agere videtur de confessionis secreto, ad quod servandum Sacerdotes Apostolorum discipuli, in celandis criminibus, quæ a pœnitentibus audiunt, jure Divino, naturali, atque Ecclesiastico tenentur. Quare potius in hunc locum convenire videntur, quæ de Sancto Ambrosio in ejus vita scribit Paulinus, quæ talia sunt: *Quotiescumque illi aliquis ob percipiendam pœnitentiam lapsus suos confessus esset, ita flebat, ut & flere illum compelleret. Videbatur enim sibi cum jacente jacere. Causas autem criminum, quas illi confitebantur, nulli nisi Domino soli, apud quem intercedebat, loquebatur; bonum relinquens exemplum posteris Sacerdotibus, ut intercessores apud Deum magis sint, quàm accusatores apud homines*. Cum igitur sermo, de quo agitur, sit Auctoris adeo antiqui, & doctrina, & sanctitate celebris, locus iste diligenter notandus videtur, ubi agi de confessione sacramentali, & secreta, seu auriculari, ut vocant, manifestum est, alioquin frustranea esset admonitio de non violando secreto, si ageretur de peccatis, & confessione publica, de qua interpretari solent hujusmodi antiquorum Patrum textus nostrorum, ac superiorum temporum Novatores, ut de confessione secreta testimonia eludant. Sed frustranei sunt eorum conatus adversus Catholicam veritatem, quæ & pluribus argumentis liquido ostenditur, & locupletibus confirmatur veterum Patrum testimoniis. Inter ea autem præclarum est, & antiquissimum, quod nobis ex B. Cypriano suppetit. Nam sanctissimus Martyr in libro de lapsis ostendens, quàm perniciosum sit ad Eucharistiam accedere, ante quam per exomologesim delicta sua aliquis expiaverit, narratis quibusdam exemplis eorum, qui palam a Deo puniti sunt, quia, non purgata adhuc conscientia a perpatratis culpis, Corpus Domini, ac Sanguinem indigne sumere ausi fuerant, eos laudat, qui nullo commisso exterius crimine idololatriæ, vel solas de illo cogitationes apud Sacerdotem Dei confitebantur: *Quanto*, inquit, *& fide majores, & timore meliores sunt, qui, quamvis nullo Sacrificii, aut libelli facinore constricti, quoniam tamen de hoc vel cogitaverunt, hoc ipsum apud Sacerdotes Dei dolentes, & simpliciter confitentes, exomologesim conscientiæ faciunt, animi sui pondus exponunt, salutarem medelam parvis licet, & modicis vulneribus exquirunt*. Hæc autem accipi debere de secreta, & auriculari confessione, quis in dubium revocare potest? Publicam enim de cogitationibus, deque modicis peccatis Ecclesia nunquam admisit. Hoc autem testimonium Sancti Martyris, mirum est, vel non animadversum, vel præteritum fuisse ab iis, qui ex professo adversus Heterodoxos hac de re tractarunt. Profecto de Sacramento Pœnitentiæ etiamnunc, teste Galano, recte sentiunt Armeni, eoque utuntur haud aliter, quàm Catholica solet Ecclesia. *Clem. Galan. Concil. Eccl. Arm. cum Rom. Tom. II. quæst. IV.* § 4. *sect.* 1. Irrepsit sane inter eos pravus quidam mos cujusdam confessionis publicæ, quam meritò improbat idem Galanus. Singulis enim diebus Dominicis in Ecclesia post orationem illam: *Confiteor Deo &c.* una simul clara voce distincte exprimunt fere omnes, & singulas peccatorum species, quantumvis turpes, & nefandas, & fatentur, se omnibus illis modis contra Deum peccasse, mox una simul a Sacerdote solita verborum formula clara voce absolvuntur. Præter hanc generalem confessionem prorsus inanem, ac omnino rejiciendam, & detestandam, certum est, ut idem Galanus tradit, a singulis opportuno tempore aliam specialem, & secretam de propriis peccatis fieri, *loc. cit. sect. III. n XV.*

(1) Eodem modo monet Fideles Tertullianus *lib. de pœnit. cap. X.*, qui inconsulta quadam erubescentia animarum suarum vulnera Presbyteris aperire detrectabant: *Plerosque*, ait, *hoc opus, ut publicationem sui suffugere pudoris magis memores, quàm salutis: Veluti illi, qui in partibus verecundioribus corporis contracta vexatione conscientiam medentium vitant, & ita cum erubescentia sua pereunt*. Eadem comparatione utitur Basilius in Reg. Brevior. respons. ad interrogat. 229. *Omnino*, inquit, *in peccatorum confessione eadem ratio est, quæ etiam in apertione vitiorum corporis. Ut igitur vitia corporis nequaquam quibusvis homines temere aperiunt, sed iis tantummodo, qui rationem, qua ea curanda sint, teneant, eodem modo etiam peccatorum confessio fieri debet*. Et S. Gregorius Nyssenus in Oratione in eos, qui alios acerbe judicant: *Animi arcana*, ait, *tanquam occulta vulnera medico detege, ipse & honoris, & valetudinis tuæ rationem habebit*. Utrique autem sanctissimo Doctori in tradenda Ecclesiæ doctrina de culpis sanandis per Sacramentum confessionis longe ante prævivit Origenes *Homil. II. in Levit.*, inquiens: *Est adhuc & septima, licet dura & laboriosa, per pœnitentiam remissio peccatorum, cum lavat peccator in lacrymis stratum suum &c. Et cum non erubescit Sacerdoti Domini indicare peccatum suum, & quærere medicinam*.

pta vulnera, doloresque suos neque armis obtegere, atque occultare poterunt, quia lethalem morbum in corporibus suis contraxerunt. Nam tabido, & exitiali morbo laborantes, si audeant armis indui, inito certamine, cum arma membris incaluerint, vulnera eorum recrudescent, & ipsi interibunt. Repertis deinde cadaveribus eorum, qui vulnera sua absconderunt, in ipsorum dedecus, atque opprobrium, notum omnibus, manifestumque fiet, eos celavisse dolores plagarum suarum; neque cadavera eorum digna censebunt sepultura, æstimantes, eos pravos, pervicaces, & amentes fuisse. At vero, qui indicavit vulnera sua, & curatus fuit, caveat, ne, ubi vulnus accepit, & sanatus est, iterum vulneretur. Nam sanare eam partem, in qua semel, atque iterum aliquis vulneratus est, sapienti Medico difficile: quia vulnera cicatricum haud facile curantur. Et etiamsi iterum sanetur, difficile tamen arma induere poterit; si autem induere conatus fuerit, & vulneretur, peccandi consuetudinem contrahet. O qui induistis arma Christi, discite certamen inire, ne culpis debilitati, imbecilles sitis in pugna. Adversarius noster astutus est, vafer, & dolosus; sed arma ejus debiliora sunt armis (1) nostris. Opus nobis est, ut aggrediamur, & ultro feramur in hostem, factique vigiles spoliemus eum, capiamusque arma ejus, dum adhuc dormit, nulliusque esse roboris, ac virtutis ostendamus. At vero cum nos aggreditur, convertamur ad eum, qui omnia videt, ut arceat illum a nobis.

ջին 'ի նմանէ. չար քան զայնոսիկ, որք խոցեցանն 'ի պատերազմի. Վասն զի եթէ վիրաւորքն չկամիցին յայտնել զվէրս իւրեանց. բժիշկք ոչինչ պարտին պատժել, թէ ոչ բժշկեցին զվիրաւորսն. Եւ եթէ վիրաւորք կամիցին թաքուցանել զցաւս իւրեանց, զզէն ոչ կարեն զգենուլ. զի խլրդենի ստացան 'ի մարմինս իւրեանց. Եւ մինչ խլրդենին 'ի նոսա իցէ, և ժպրհիցին զգենուլ. երբ կամիցին նոքա առնել զմարտ պատերազմի, և զէնն ջեռնուցու յանդամս նոցա, և տրորեսցին վէրք իւրեանց, և սատակեսցին. Եւ իբրև գտանիցեն զդիականունս նոցա, որք թաքուցին 'ի նոցանէ զվէրս իւրեանց, հրապարակս առնիցեն վս̅ ամենայն ամօթոյ նախատանաց նոցա, զի թաքուցին զցաւս հարուածոց իւրեանց, և ոչ զդիակունս անդամ նոցա արժանիս առնեն թաղելոյ. և համարեսցին լինել անմիտք, չարք, և յամառօղք. Եւ այն, որ յայտնիցէ զվէրս իւր, և բժշկիցի, զգոյշ լիցի 'ի վիրաց տեղւոջէ անտի, որ բժշկեցաւն, զի մի 'ի նմին տեղւոջ խոցիցի երկիցս անգամ; քանզի որ երկիցս անգամ խոցիցի, և իմաստուն բժշկի դժուար է բժշկութի̅ նորա, զի վէրք սպւոյ ոչ բժշկին. Թէպէտ և դարձեալ բժշկիցի նա, սակայն զզէն ոչ կարասցէ զգենուլ. Թէպէտ և ժպրհիցի զգենուցու, զսովորութի̅ պարտաւորութե̅ առնու յանձն իւր. Ո՜վ որք զգեցեալ էք զզէնն Քրիստոսի, ուսարուք զգործ պատերազմի, զի մի՛ պարտաւորիցիք, և լինիցիք տկարք 'ի ճակատամարտի. Խարամանիկ, մեքենաւոր, և արուեստական է ախոյանն մեր. բայց զէն նորա տկարագոյն է քան զմերն. Պարտ է մեզ դառնալ չրջել 'ի վերայ նորա, և հանել առնուլ զզէն նո̅ զքունն արթնութե̅, և ոչինչ երևի նա մեզ. Յորժամ պատերազմի, մեք առ այն դարձցուք, որ տեսանէ զնա, զի խափանեսցէ զնա 'ի մէնջ.

Peccatores ad pœnitentiæ remedia confugere debent.

§. 3. At vobis, qui jam vulnerati estis, consilium do, & dico: ne erubescatis dicere: Debilitati sumus in bello. Accipite medicamentum sine pretio, & convertimini, & state, antequam pereatis. Reducam in mentem vestram, o Medici, quidquid scriptum est in libris sapientis Me-

Նաև ձեզ վիրաւորացդ խրատ տամ, և ասեմ, զի մի՛ ամաչեսջիք ասել, եթէ տկարացա̅ք 'ի պատերազմի. Առէ՛ք ձեզ դեղ առանց գնոց, և դարձարուք, և կացէ՛ք, մինչչև սատակեալ իցէք. Յիշեցուցանեմ ձեզ բժիշկք, որ ինչ գրեալ է 'ի մատեանս իմաստուն բժշկին մե-

(1) *Nam arma militiæ nostræ*, ajebat Apostolus Epist. II. ad Corin. X. 4., *non carnalia sunt, sed potentia Deo ad destructionem munitionum, consilia destruentes, & omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam Dei.*

մերոյ . զի նա ոչ արգելու զապաշխարութիւն . Ի ժամանակին իբրեւ մեղաւ Ադամ, կոչեաց նմ̃ ապաշխարութիւն, մինչ ասաց ; ո՞ւր ես Ադամ. Եւ նա թաքոյց զմեղս իւր յայնմանէ, որ քննէ զսիրտս, և պատճառս կալաւ զԵւայ, որ խաբեաց զնա ; և զի ոչ եղև խոստովան զմեղս յանցանաց իւրոց, զվճիռ մահու եդ 'ի վերայ նորա . և 'ի վերայ ծննդոց նորա . Եւ կայէն որ լի էր նենգութե̃, և զպատարագս ոչ ընկալաւ 'ի նմանէ . ետ նմա զապաշխարութի̃, և ոչ ընկալաւ ; ասէ ցնա . եթէ հաճոյ լինիցիս, ընկալայց զպատարագս քո, և եթէ ոչ լինիցիս հաճոյ, մեղք քո ուղարկեն զքեզ; Եւ եսպան զեղբայր իւր 'ի նենգութի̃ սրտի իւրոյ, և եղև երեր, և տատան յերկրի . Եւ ազգին որ էին յաւուրս Նոյի, զհարիւր քսան ամ ետ նոցա ապաշխարութի̃. և 'ի կատարած հարիւրորդ ամի անդ, ջնջեաց սատակեաց զնոսա . Եւ տե՛ս սիրելի . քանի աւգուտ է այս, յորժամ ոք խոստովան լինիցի, և թօթափեսցի յանօրէնութե̃ իւրմէ . Եւ նինուէացիքն զորացուցին զմեղս իւրեանց. և ընկալան զքարոզութի̃ յովնանու, մինչ քարոզեաց նոցա զկործանումն, և դարձան յապաշխարութի̃. և ողորմեցաւ 'ի վերայ նոցա ԱԾ̃. Եւ որդիքն իսրայէլի յաճախեցին յանօրէնութիւնս իւրեանց. և կոչեաց նոցա զապաշխարութի̃, և ոչ կամեցան ապաշխարել . Ասաց 'ի ձեռն երեմիայի ; ապաշաւեցէ՛ք որդիք, ապաշաւեցէ՛ք . և բժշկեցից զապաշաւութիւնս ձեր . Եւ դարձեալ քարոզեաց յականջս երեմիայի, և ասէ ; դարձի՛ր դուստր ապաշաւօղ . Դարձեալ ցորդիսն իսրայէլի : դարձջի՛ք դարձարուք 'ի ճանապարհաց ձերոց չարաց, և 'ի չարութե̃ գործոց ձերոց . Եւ այսպէս ասաց ցժողովուրդն ; եթէ դարձցիս առ իս, դարձուցից զքեզ. և առաջի իմ կացցես դու. Եւ դարձեալ նախատեաց զնոսա, և ասէ ; ասացի, թէ դարձցին առ իս բնակիչքն երուսաղէմի յամենայն սրտէ իւրեանց, և ոչ դարձան . Եւ դարձեալ էառ 'ի վերայ նոցա առակս, և յիշեցոյց նոցա, որ ինչ գրեալ է յօրէնս . և կամեցաւ տալ զօրէնս վն̃ ապաշխարութե̃

Medici nostri : Non enim prohibet pœnitentiam . Nam cum peccavit Adam, vocavit eum ad pœnitentiam , dicens : *Ubi es Adam ?* & ille peccata sua abscondit ab eo , qui scrutatur corda , & excusavit se , quod Eva eum decepisset . Et quia confessus non est peccata delictorum suorum , sententia mortis lata est contra eum , & contra generationem ejus . Et Cain , quia erat plenus dolo , ab eo munera Deus non accepit , pœnitendi verò , si vellet , gratiam fecit , qua ille usus non est . Dixit (1) enim ei Deus : *Si acceptus fueris , suscipiam munera tua ; si autem acceptus non fueris , peccata tua perdent te .* Et occidit fratrem suum ex dolo cordis sui , & fuit vagus , & profugus in terra . Gentibus autem , quæ erant in diebus Noe , centum viginti annos ad pœnitentiam agendam concessit , & in consummatione centum annorum , delevit , & occidit illos . Vides ergo , dilectissime , quantum prodest confiteri , & expergisci ab iniquitate : Et quidem Ninivitæ , qui adauxerant peccata sua , quia crediderunt prædicationi Jonæ , quando annunciavit eis subversionem , & conversi sunt ad pœnitentiam , misertus est eorum Deus . At vero filii Israel cum multiplicavissent iniquitates suas , vocavit eos Deus ad pœnitentiam , & noluerunt pœnitentiam agere . Dicit enim per Jeremiam : *Pœnitentiam agite filii , pœnitentiam agite , & medebor languoribus vestris .* Et iterum intimavit in auribus Jeremiæ , dicens : *Convertere filia agens pœnitentiam .* Et rursus ad filios Israel : *Convertimini , convertimini a viis vestris malis , & a malitia operum vestrorum .* Et insuper dixit ad Populum : *Si conversus fueris ad me , convertam te , & stabis tu ante me .* Et etiam exprobravit eis, dicens : *Dixi , quod convertentur ad me habitatores Jerusalem ex omni corde suo , & non sunt conversi .* Et iterum verba super eos fecit , & revocavit in mentem eorum , quidquid scriptum est in lege : Et voluit solvere legem , dummodo pœnitentiam agerent , dicens : *Tamquam , si acceperit vir uxorem , & uxor egressa fuerit ab eo , & fuerit*

Gen. III. 9.
Gen. IV. 7.
Jerem. XVIII. 11. XXV. 5. XXXV. 15.
Ibid. III. 12. IV. 1.
Ibid. XXXV. 5.
Ibid. XV. 19.
Ibid. XXXV. 15.
Ibid. III. 1.

(1) Verba Genesis cap. IV. 6. 7. juxta vulgatam ita se habent : *Dixitque Dominus ad eum : Quare iratus es ? & cur concidit facies tua ? nonne si bene egeris , recipies : sin autem male , statim in foribus peccatum aderit ? sed sub te erit appetitus ejus , & tu dominaberis illius .* In Paraphrasi Chaldaica legitur : *Nonne si bene egeris opera tua , dimittetur tibi ? & si non bene egeris opera tua , in diem judicii peccatum tuum servatum est : in quo futurum est , ut ulciscatur de te , si non converteris , & si converteris , dimittetur tibi ?*

rit viri alterius. Quod si mortuus fuerit vir, qui accepit eam, vel dimiserit eam: & mulier reversa fuerit ad virum suum primum: Et vir ambulaverit, & acceperit, postquam polluta fuerit illa: Ecce pollutione polluitur terra illa. Et nunc accepi te mihi, o Jerusalem, & tu fuisti mihi: & egressa es a me, & profecta, fornicata es cum lapideis, & ligneis Idolis. Nunc convertere ad me, & accepto te: propter pœnitentiam (1) tuam solvo legem.

Jerem. III. 3.

Deus ad pœnitentiam peccatores vocat, non ad desperationem adigit.

§. 4. Vos autem, qui pœnitentiam agitis, nolite iis terreri, quæ durius in scripturis scripta occurrunt. Id enim Spiritui Dei conveniebat, ut nos hoc modo cautiores redderet. Cautionem igitur formidinis, & timoris docuit, tradiditque Ezechieli Prophetæ, dicens ad eum: *Si in omnibus diebus suis operatus fuerit homo judicia, & justitiam, & in fine dierum suorum iniquitatem: in illa iniquitate sua morietur. Si autem operatus fuerit in omnibus diebus vitæ sua iniquitates; & conversus fuerit, & fecerit judicia, & operatus fuerit justitiam, salvabit animam suam.* Unico hoc sermone reddidit justum cautum, ne peccet, & perdat labores suos: & spem præbuit iniquo, ut relinquat iniquitates, & vivat. Hoc autem est, quod dicit ad Ezechielem: quamvis ego spem iniqui abscindam; tamen tu ita eum terrebis, ut sibi consulere, & providere facias. Et cum confortando, conforto justum, tu formidinem, & timorem pones ante ejus faciem, ut caveat. Quando dico Peccatori: morte morieris; & tu non annuntiaveris ei: Peccator in iniquitate sua morietur, sed sanguinem ejus de manu tua requiram, quia non clamavisti ad eum. Si autem iniquus compunctus fuerit, vivet, quia cautus, & providus factus est, & tu salvabis animam tuam. Et quando dico ad justum: vita vives; & ille in hoc confidens fuerit; Debes tu cautum eum reddere, ne elevetur, & peccet. Ille enim vivet, quia sibi cavit, & providit; & tu salvabis animam tuam. Iterum audite pœni-

Ezech. III. 18. XXXIII. 4.

Ibidem.

րութեան նոցա, և ասէ. Իբր առնուցու այր մարդ զկին, և ելանիցէ կինն 'ի նմանէ, և երիցի առն այլում. Ապա եթէ մեռցի այրն, որ էառ զնա, կամ արձակիցէ զնա. և կինն դարձցի առ այր իւր առաջին. և այրն չրջեսցի և առնուցու յետ պղծելոյ նորա. աւասիկ պղծելով պղծի երկիրն այն. Եւ այժմ առի զքեզ ինձ, ո՛վ Երուսաղէմ, և եղեր դու ինձ. և ելեր դու յինէն. և չոգար պոռնկեցար ընդ քարեղէն, և փայտեղէն կուռսն. Այժմ դարձի՛ր առ իս, և ընդունիմ զքեզ. վ՟ն ապաշխարութեան քոյ զօրէնսդ լուծանեմ.

Մի՛ երկնչիք ո՛վ ապաշխարօղքդ յայս խստութենէ որ գրեալ է 'ի գիրս. զի հոգւոյ Այ̄ այսպէս վայելէ զգուշացուցանել. Եւ զգուշութիւն առնի, և երկիւղի յեզեկիել մարգարէ, և ասէ ցնա. եթէ զամ̄ աւուրս իւր գործեսցէ մարդ զիրաւունս, և զարդարութիւն, և 'ի վախճանի աւուրց իւրոց զանօրէնութիւն, 'ի նմին յանօրէնութեան իւրում մեռցի. Ապա եթէ զանօրէնութիւնս գործեսցէ զամ̄ աւուրս կենաց իւրոց. և դարձցի, և արասցէ զիրաւունս, և գործեսցէ զարդարութիւն, ապրեցուսցէ զանձն իւր. Միով այսու բանիւ զգուշացոյց արդարոյն, զի մի՛ մեղիցէ, և կորուսցէ զվաստակս իւր; և ետ յոյս անօրինին, զի թողցէ զանօրէնութիւնս, և կեցցէ. Ասէ ցեզեկիէլ; Թէպէտ և ես զյոյս անօրինին հատանեմ, սակայն դու զգուշացուցանելով զգուշացուսցի՛ր. Եւ իբրև քաջալերելով քաջալերեմ զարդարն, այլ դու զահ, և զերկիւղ դիցես առաջի երեսաց նորա, զի զգուշասցի. Յորժամ ասեմ մեղաւորին, թէ մահու մեռցիս. և դու ոչ զգուշացուցանիցես նմա. մեղաւորն յանօրէնութեան իւրում մեռցի, և զարիւն նորա 'ի ձեռաց քոց խնդրեցից, զի ոչ բողոքեցեր նմա. Ապա եթէ խիղճ 'ի միտս անկաւ անօրինին, անօրէնն կեցցէ, զի զգուշացաւ. և դու զանձն քո ապրեցուսցես. Եւ յորժամ ասեմ ցարդարն, կենօք կեցցես դու, և նա յայս ապաստան լինիցի. քեզ արժան է զգուշացուցանել նմա, զի մի՛ բարձրասցի, և մեղիցէ; նա կեայ, զի զգուշացաւ. և դու զանձն քո ապրեցուս_

(1) Verba Jeremiæ juxta vulgatam talia sunt. *Vulgo dicitur: Si dimiserit vir uxorem suam, & recedens ab eo duxerit virum alterum, numquid revertetur ad eam ultra? numquid non polluta, & contaminata erit mulier illa? tu autem fornicata es cum amatoribus multis, tamen revertere ad me, & ego suscipiam te &c.* Jerem. III. 1. Sanctus autem Episcopus Nisibenus verba Prophetæ paraphrasticè retulisse videtur, quod sæpius facere solet.

ցուցես ։ Դարձեալ լուարուք ապաշ-
խարողք, զձեռն որ ձգեալ է, և կոչէ
զապաշխարողս. տայ 'ի ձեռն երեմիայի,
և ետ ապաշխարութիւն. այսպէս ասէ;
Եթէ ասացից վս ժողովրդեան, և թա-
գաւորութեան խլել, քակել, և կործա-
նել, և սատակել. և դարձուսցէ ժո-
ղովուրդն յանօրէնութենէ իւրմէ. և ես
դարձուցից զչարեսն 'ի նմանէ, զոր
խորհեցայ ածել 'ի վերայ նորա ։ Ապա
եթէ ասացից 'ի վերայ ազգի միոյ, և
թագաւորութեան շինել, և տնկել. և
նա յայս ապաստան լինիցի, և գոր-
ծեսցէ զչարիս առաջի իմ. դարձուցից
և ես 'ի նմանէ զբարիսն, զորս կամե-
ցայ ածել 'ի վերայ նորա, և 'ի մեղս
անօրէնութեան իւրոյ, սատակեցից զնա ։

Լուարուք և դուք, որք ունիք
զփականս դրանց երկնից, և բացէ՛ք
զդուռն ապաշխարողաց. և հաւանե-
ցարուք զոր ասաց առաքելայն երանելին;
Եթէ յանկարծ գայթակղեսցի ոք 'ի ձէնջ,
յինչ և իցէ յանցանս. դուք որք ոգեւորք
էք, զայնպիսիսն հաստատեցէք 'ի ոգի
հեզութեան; խորհեսջի՛ք զայն, զի մի՛ ոք
և 'ի ձէնջ 'ի փորձանս անկցի ։ Երկնու-
ցեալ էր առաքեալ, և զարհուրեալ, և
ասէր վասն անձին իւրոյ; գուցէ ես որ
այլոց քարոզեցի. զլխովին իսկ խոտան
գտանիցիմ ։ Որոք գայթակղեսցի 'ի
ձէնջ, ասէ, յինչ և իցէ յանցանս, մի՛
երբէք զթշնամի ընդունիցիք զնա, այլ
իբրև զեղբայր սիրելի խրատեցէք. զի
մի՛ երբէք որոշեցի 'ի ձէնջ, ընկալցի նա
'ի սատանայէ ։ Դարձեալ ասէ; պարտ
է մեզ որ կարողքս եմք, բառնալ զտկա-
րութիւն հիւանդաց ։ Եւ դարձեալ ասէ;
զի մի՛ որ կարողն իցէ սայթաքեսցէ, և
արատեսցի. այլ առաւել ևս բժշկես-
ցի ։

Եւ դարձեալ ապաշխարողաց ա-
սեմ; մի՛ արհամարհեցուք յանձանց ձերոց
զայն հնար, որ առեալ է 'ի բժշկութիւն ։
Ապա յորպէս ասեն գիրք; որ խոստովան
լինի զմեղս իւր, և 'ի բաց կայ 'ի նո-
ցանէ, ողորմեսցի 'ի վերայ նոցա Ած ։
Տե՛ս դու զարդարն, որ վատնեաց

զինչս

pœnitentes Deum extendentem ad vos quodammodo manum, & ad se vocantem. Nam pœnitentiæ locum præbens clamat per Jeremiam: *Si dixero pro populo, & regno evellere, & destruere, & subvertere, & disperdere: & conversus fuerit populus ab iniquitate sua; & ego avertam ab eo mala, quæ cogitavi adducere super eum. Si autem dixero super unam gentem, & regnum, ædificare, & plantare, & illa gens in hoc confidens fuerit, & fecerit mala coram me, & ego avertam ab ea bona, quæ volui adducere super eam, & in peccatis iniquitatis suæ disperdam eam.* — Jerem. XVIII. 7.

§. 5. Audite & vos, qui habetis claves portarum (1) Cælorum, & reserate portam pœnitentibus, & sequimini ea, quæ dixit Beatus Apostolus: *Si repente aliquis ex vobis offendiculum passus fuerit in aliquo delicto, vos, qui spirituales estis, talem firmate in spiritu lenitatis.* Attendite insuper, nequis vestrum cadat in tentationem. Timebat, & terrefactus Apostolus dicebat de seipso: *Fortasse ego, qui aliis prædicavi, prorsus reprobus inveniar.* Quicumque igitur ex vobis, ajebat, alicujus delicto offensus fuerit, nolite eum tamquam inimicum judicare, sed tamquam fratrem dilectum corrigere, ne cum separatus a vobis fuerit, suscipiatur a Diabolo. Iterum ait: *Oportet nos, qui potentes sumus, portare debilitatem infirmorum.* Et rursus dicit: *Ne qui potens est, offendatur, & maculetur, sed potius sanetur.*

Ministri Pœnitentiæ peccatores in spiritu lenitatis suscipere debent. — Gal. VI. 1. — 1. Cor. VIII. 27. — Galat. V. — 1. Thessal. 5. — Galat. VI. 2.

§. 6. Pœnitentes autem, vobis iterum dico, nolite abjicere remedium, quod vobis datum est ad salutem: Sic enim inquiunt Scripturæ: *Qui confitentur peccata sua, & abstinent se ab eis, miserebitur Deus super eos.* Observa eum justum, qui dissipaverat substan-

Peccatores remedium pœnitentiæ non contemnant. — I. Jo. ep. I. 9.

Hh. tiam

(1) His autem verbis S. Jacobus aperte designat sacros pœnitentiæ in Ecclesia Dei Ministros, quibus in persona Petri, & per eum ejusque Successores data est potestas clavium ligandi, solvendique a Christo Domino, cum dixit Petro, *& tibi dabo claves regni cælorum &c.* Matth. XVI. 19. & cum esset reversurus in cælum, unde descenderat, rursus omnibus Discipulis: *Insufflavit, & dixit eis: Accipite Spiritum Sanctum: Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt.* Joann. XX. 22. 23. Sublimi autem hac potestate aperiendi, claudendique cæli sacros Dei Antistites in Sacramento Pœnitentiæ potissimum uti, in dubium revocari nequit. Evidens igitur est, in hoc sermone agi a S. Jacobo de hoc sacramento, & omnibus ejus partibus juxta Catholicæ Ecclesiæ doctrinam.

tiam suam. Cum conversus ad Patrem suum venit, gavisus est Pater, & mactavit vitulum saginatum, & lætatus est pœnitentia, & conversione filii: vocavit & amicos suos, ut secum gauderent. Amplexatus, & osculatus est eum, di-
Luc. XV. 32. cens: *Filius meus mortuus erat, & revixit: perierat, & inventus est*. Et non punivit eum pro substantia, quam dissipaverat. Confortavit utique Domi-
Marc. II. 17. nus pœnitentes: *non veni*, inquiens, *vocare justos, sed peccatores ad pœniten-*
Luc. XV. 7. *tiam*. Et iterum dicens: *Gaudium erit in Cælo super uno peccatore pœnitentiam agente, quàm super nonaginta novem justis, qui non indigent pœnitentia*. Pro-
Matth. XVIII. 12. 13. pterea Pastor majorem curam adhibuit
Luc. XV. 4. super ovem, quæ ex toto grege suo perierat, quàm super illas, quæ non erraverant. Christus mortuus est pro peccatoribus, & non pro justis; sicut & di-
Isai. LIII. 12. cit Isaias Propheta: *Peccata multorum sustulit*. Et Apostolus dicit: *Cum adhuc*
Rom. V. 10. *Peccatores essemus, reconciliatus est nobiscum Deus per mortem filii sui, quanto magis postquam reconciliatus est, vivificabit nos vita ejus?* Parcit Deus confitenti peccata delictorum suorum. Quando peccavit David, venit ad eum Nathan Propheta, & manifestavit ei delicta sua, & pœnas, quibus puniendus erat. Tunc confessus est David, & ait:
II. Reg. XII. 13. *Peccavi utique*. Et dixit ei Nathan: Sic dicit Dominus: *Dimittam delicta tua, quia confessus es*. Et David cum orabat,
Psal. L. 6. sic dicebat: *Tibi soli peccavi, Domine, & malum coram te feci*. Et similiter
Psal. CXLII. 2. Deum rogabat, dicens: *Non existas adversarius servo tuo; quia non ju-*
Prov. XX. 9. *stificabitur in conspectu tuo omnis caro*. Et Salomon sic ajebat: *Sed quis dicet: justum est cor meum, & purum est a peccatis?* Et in lege scriptnm est: Ora-
Deut. 9. bat Moyses in conspectu Dei, dicens: *Expias tu peccata, & iniquitates, & facis innocentem debitorem*. Et quando Deus voluit propter peccata delere populum,
Num. XIV. 18. 19. ita orabat, & deprecabatur: *Dimitte delicta Populi tui, quemadmodum dimisisti eis, ex die, qua egressi sunt de terra Ægyptiorum, usque ad hodiernum*
Ibid. 20. *diem*. Et dixit ei Deus: *Dimissa sint secundum verbum tuum*. Similes estote, o Pœnitentes, qui quæritis veniam, Aaroni

զինչս իւր ; իբրեւ դարձաւ եկն առ հայր իւր , ուրախ եղեւ նա , եւ եղեն զեզն պարարակ . եւ ուրախացաւ հայրն , 'ի դարձ ապաշխարութե նր . կոչեաց եւ զբարեկամս իւր , զի ուրախ լինիցին ընդ նմա . Գրկեաց արկանէր , համբուրէր զնա , եւ ասէր ; որդեակս իմ մեռեալ էր , եւ եկեաց . կորուսեալ էր , եւ գտաւ . եւ ոչ պատուհասեաց զնա վն ընչիցն , զոր վատնեաց . Եւ քաջալերեաց տր զապաշխարօղս , եւ ասէ ; ոչ եկի կոչել զարդարս . այլ զմեղաւորս յապաշխարութի . Եւ ասէ դարձեալ ; եղիցի ուրախութի յերկինս վն միոյ մեղաւորի , որ դառնայ յապաշխարութի , առաւել քան վասն իննուն եւ իննն արդարոց , որոց չիցէ պիտոյ ապաշխարութի . Ոչխարն , որ կորուսեալ էր 'ի հօտէ անտի յամենայնէ , վասն այնր առաւել փոյթ եղեւ հովուին , քան այնց , որք ոչ մոլորեցան . Քս վն մեղաւորաց մեռաւ . եւ ոչ վասն արդարոց . որպ եւ ասէ Եսայի մարգարէ ; զմեղս բազմաց վերացոյց . Եւ առաքեալ ասէ ; մինչդեռ մեղաւորքն էաք , հաշտեցաւ ընդ մեզ այ մահուամբ որդւոյն իւրոյ . որչափ եւս առաւել 'ի հաշտութե նորա , կեցուսցէ զմեզ կենօք նորա . Որ խոստովան լինի զմեղս յանցանաց իւրոց , թողու նմա այ . Դաւիթ իբրեւ մեղաւ , եկն առ նա Նաթան մարգարէ , եւ յայտնեաց նմա զյանցանս նորա , եւ զպատիժս պատուհասի , զորս ընդունէր . Յայնժամ խոստովան եղեւ դաւիթ , եւ ասաց . բայ մեղայ . Եւ ասէ ցնա նաթան ; այսպէս ասէ տր . Թողից զյանցանս քո , զի խոստովան եղեր . Եւ 'ի ժամանակի մինչ կայր յաղօթս , այսպէս ասէր ; քեզ միայնոյ մեղայ տր , եւ զչար առաջի քո արարի . Եւ աղաչէր դարձեալ զայ , եւ ասէր ; մի' մտանէր ոսոխ ընդ ծառայի քում . զի ոչ արդարանայ առաջի քո ամ մարմին . Եւ սաղոմոն այսպէս ասէր ; իսկ ո՞վ ասասցէ . արդար եմ դու սիրտ իմ , եւ սբ եմ 'ի մեղաց . Եւ յօրէնս գրեալ է ; կայր յաղօթս մովսէս առաջի այ , եւ ասէր . քաւես դու զմեղս , եւ զանօրէնութիւնս . եւ անպարտ առնես զպարտաւորն . Եւ իբրեւ կամեցաւ ջնջել զժողովուրդն վն մեղաց իւրեանց , այսպէս ասէր խնդրուածովք , եւ աղօթիւք ; Թող զյանցանս ժողովրդեանս քոյ , զոր օրինակ թողեր նոցա յօրէ , յորմէհետէ ելին յերկրէն եգիպ_

եգիպտացւոց, մինչև ցայսօր ժամա-
նակի. Եւ ասէ ցնա Տէր; Թողեալ լիցի
քեզ բանն քում. Նախանօղք եղբարք
ր՛ վ պապաշխարողք, որք խնդրեք զապաշ-
խարութիւն, ահարոնի քահանայապետին.
Իբրև մոլորեցոյց զժողովուրդն 'ի պաշ-
տօն որթոյն խոտակերի, խոստովան
եղև զմեղս իւր, և եթող նմա Տր. Եւ
դաւիթ սկիզբն Թագաւորաց հրէաստանի,
խոստովանեցաւ զյանցանս իւր, և ե-
թող նմա. Եւ շմաւոն գլուխն աշա-
կերտաց, իբրև յուրացաւ եղև զՔսէ,
Թէ չի՛ք իմ տեսեալ, և նզովեաց, և
երդուաւ թէ ոչ գիտեմ զնա; և իբրև
զղջեղն, և զապաշաւ ոգւոյ մատոյց ա-
նյա, և լուաց զմեղս իւր արտասուօք
լալոյ իւրոյ, ընկալաւ զնա Տր մեր, և
արար զնա հիմն, և կոչեաց զնա վէմ
շինուածոյ եկեղեցւոյ. Մի՛ լինիք ան-
միտք և յիմարք իբրև զադամ, զի
ամաչեաց խոստովանել զյանցանս իւր.
Եւ մի՛ լինիք նմանօղք կայենի, որ իբրև
պատուհասեցաւ նա 'ի Տն եղբայրսպա-
նութեան, ասէ; չգիտեմ ես ուր իցէ
հաբէլ. զի չէի ես պահապան նորա.
Մի՛ կայք 'ի միտս ամբարտաւանութեան,
իբրև զազգն ապականիչ. և մի՛ յաւե-
լուցէք զանօրէնութիւն 'ի վերայ անօ-
րէնութեանց, և բազմապատկեցէք մեղս ձեր,
մինչ արդարացուցանէք զանձինս ձեր,
իբրու իցէք պարտաւորք. Տեսէ՛ք
զհարսն մեր առաջինս, թէպէտ և ար-
դարք

Aaroni summo Sacerdoti, quando seduxit populum in cultu vituli comedentis fœnum, confessus est peccata sua, Exod. XXXII. Deut. IX 20.
& dimisit ei (1) Dominus. David initium Regum Judæ confessus est delicta sua, & dimissa sunt ei. Et Simon, Caput Discipulorum, qui negavit Christum, dicens, non vidi, & anathematizavit, & juravit, se eum nescire; Ut Matth. XXVI. 74. Marc. XIV. 71. Luc. XXII 60. Joan. XVIII. 25.
primum contritionem, & pœnitentiam obtulit Deo, & lavit peccata sua lacrymis fletus sui, suscepit eum Dominus noster, fecitque illum fundamentum, & vocavit eum petram ædificii Ecclesiæ. Nolite fieri amentes, & stulti, sicut Adam, qui erubuit confiteri delicta sua. Nolite assimilari Cain, qui, quando eum Deus punivit de fratricidio, interrogatus respondit: *Nescio ego, ubi sit Abel, quia non eram custos ejus.* Gen. IV. 9.
Nolite cogitationibus arrogantiæ efferri, & assimilari Genti corruptrici: Et nolite addere iniquitates super iniquitates, & multiplicare peccata vestra, excusantes vosmetipsos, quum sitis rei. Aspicite Patres primævos, etiamsi justi essent, nihilominus in humilitate continebant semetipsos. Sic ajebat Abraham: *Pulvis, & cinis sum ego*: & po- Gen. 18.
nebat se sub infirmitate. Et David ajebat: *Homo, sicut fœnum dies ejus.* Et Psal. 102.
Salomon dicebat, & annunciabat: *Si*

justus

(1) Exodi cap. XXXII. narratur, commorante diutius in monte Moyse, populum Israeliticum ad novas turbas excitandas semper pronum tumultuasse, & adegisse Aaronem, ut sibi vitulum fabricaret, quem divinis honoribus impie coluit. Gravissimum hoc peccatum, in quod Israelitæ prolapsi sunt, in versione Syriaca Sacræ Scripturæ apertis verbis Aaroni adscribitur. Nam eodem capite XXXII. v. 21. hæc leguntur: *Videns autem Moses populum peccasse, peccare enim fecerat eos Aaron, ut essent fama putida in novissimis suis.* In versione autem vulgata paulo aliter habetur in hunc modum: *Videns ergo Moyses populum, quod esset nudatus (spoliaverat enim eum Aaron propter ignominiam sordis, & inter hostes nudum constituerat).* In Græca verò: *Dissipavit enim eos Aaron gaudium adversariis eorum.* Augustinus autem paulo aliter legit: *ut in gaudium venirent adversariis suis.* Quibus sanctissimus Doctor talia subjicit; *Notandum est, quemadmodum illud totum mali, quod populus fecit, ipsi Aaron tribuatur, quod eis consenserit ad faciendum, quod male petierant.* Cum autem adeo enormiter Aaron erraverit, imo auctor, & causa peccandi Israelitis fuerit, quæritur, cur a Deo cum aliis Israelitis punitus non fuit? quin e diverso quod de Sacerdotio ante præceptum fuerat, impletum est, & ipse, ejusque filii Sacerdotio initiati sunt? Respondet idem Augustinus lib. II. quæst. in Exod. quæst. 147. *Ita novit ille,* (nempe Deus) *cui parcat usque ad commutationem in melius; & cui parcat ad tempus, quamvis eum præscierit in melius non mutari; & cui non parcat, ut mutetur in melius; & cui non parcat, ita ut nec mutationem ejus expectet: & totum hoc ad id redit, quod Apostolus dicit, exclamans: quàm inscrutabilia sunt judicia ejus, & investigabiles viæ ejus?* Theodoretus *quæst. in Exod. quæst 66.* excusare curat peccatum Aaronis, eumque ostendere venia dignum fuisse: *Intentio facti*, inquit, *potissimum est inquirenda; sic enim re discussa, Aaronem venia non prorsus alienum reperiemus. Nam cum frater ejus quadraginta dierum moram traxisset in vertice montis, insaniente populo, & in Ægyptum redire volente, primum quidem eorum impetum verbis reprimere tentavit. Ut autem vidit eos nulla ratione adduci posse, postulavit a mulieribus ornamenta aurea, affectum affectui opponens, cupiditatem scilicet pecuniæ, & ornamentorum insano superstitionum amori. Sed neque inventum istud rabiem illorum extinxit: unde conflatus est vitulum effingere.* S. autem Jacobus Nisibenus, ideo Aaron veniam a Deo consecutum esse existimat, quia delictum suum confessus est. Profecto a Moyse reprehensus, quod improbe fecerat, minime inficiatus est, sed veritus iram fratris verbis aliquantum minuere studuit; verum enim haud sola confessione veniam sibi a Deo indulgeri obtinuit, sed insuper opus habuit precibus fratris, hoc est Moysis, qui Deuteronomii Cap. IX. v. 20. id de se testatur his verbis: *Adversum Aaron quoque vehementer iratus voluit eum conterere, & pro illo similiter deprecatus sum.*

Prov. XI. 31. I. Petr. IV. 18.

justus vix salvabitur; iniquus autem, & impius ubi invenietur (1)?

Curandum est primum, ne peccando pœnitentia indigeamus, deinde ut peccantes pœnitentiam agamus.

§. 7. Rogo te, Charissime, per misericordiam Dei: Ne ex eo, quod scripserim tibi, Deum non spernere pœnitentes, vigorem disciplinæ dissolvas, adeo ut pœnitentia indigeas. Siquidem in primis curandum est, ne tibi necessaria sit pœnitentia. Hæc enim manus porrecta est peccatoribus: Justis autem non est opus. Eleemosyna pauperibus distribuitur, Divites autem ea non indigent; homini, qui nudus effugit a latronibus, oportet dare vestem, ut cooperiat nuditatem pudoris sui. Omne, quod habes, noli perdere; Fortasse multum laborabis in quærendo illud, & incertum est, an inveneris. Et si invenias, perinde non erit ac illud, quod ante habebas. Neque enim fieri potest, ut peccator per pœnitentiam æquetur illi, qui ab omni culpa purus est. Contende ad excelsa, & sublimia, ut ab infimis quàm longe recedas. Muni te bonis armis, ne vulnereris in bello. Cura, ne indigeas pharmaco, & labores eundo, & veniendo ad Medicum. Et quamvis sanatus fueris, tamen cicatrices apparebunt. Si autem pœnitentia tibi opus fuerit, noli esse similis terræ sterili, ac desertæ, adeout pravitatis nota tibi inusta remaneat; sed enitere ultra pœnitentiam. Homo, cujus vestis lacera est, debet eam resarcire: Et quamvis valde bene perfece-

դարք էին, սակայն 'ի խոնարհութե ունէին զանձինս իւրեանց. Արդ յայտ է անէր աբրահամ; հող, և մոխիր եմ ես, և դնէր զանձն 'ի ներքոյ տկարութե. Եւ դաւիթ ասէր; մարդոյ, ոպ̄ խոտոյ են աւուրք իւր. Եւ սաղոմոն ասէր, և զգուշացուցանէր; եթէ արդարն հազիւ կեցցէ. իսկ անօրէնն, և ամբարիշտն ընաւ ո՞ւր գտանիցի.

Աղաչեմ զքեզ սիրելի գթութեն Այ. մի՛, զի գրեցի ես քեզ, թէ Այ ոչ անարգէ զապաշխարօղս, լքանայցես դու 'ի պնդութե այսր քումմէ, և լինիցիս դու կարօտ ապաշխարութե. Այս և եթ լինիցի քեզ, զի ապաշխարութե կարօտ ոչ իցես. Այս ձեռն, մեղաւորաց կարկառեալ է. արդարոց չէ՛ ինչ պիտոյ. Ողորմ աղքատաց բաշխի, և մեծատունք չեն ինչ կարօտ նմա. Այր, որ յաւազակաց մերկ պրծանի, նմա է պիտոյ տալ զհանդերձ, զի ծածկեսցէ զմերկութի ամօթոյ իւրոյ. Ինչ որ իցէ քո, մի՛ կորուսաներ, գուցէ աշխատեսցիս դու 'ի խնդրել զնա, կամ գտանիցես զնա, կամ ոչ. Եւ թէ գտանիցես զնա. սակայն քումն ոչ նմանեսցի. ոչինչ համեմատեսցի յանցաւորացդ ապաշխարեալն այնմիկ, որ յանցանք հեռի իցեն 'ի նմանէ. Դու զբարձրացեալ, և զվերացեալ մասն սիրեսցես. և յամ տկարութե հեռի լինիցիս. Պնդակազմ լեր զինուք քով քաջ, զի մի՛ վիրաւորիցիս 'ի պատերազմի. Մի լինիր կարօտ խնդրել զդեղս, և աշխատիցիս երթալ և գալ առ բժիշկն. Թէպէտ և բժշկիցիս, սակայն սպիքն յայտնի իցեն. Մի՛ լինիցիս անապատն անպիտան յապաշխարութե, և ստասցիս յանձն քո անուն վատութե. Աւելի՛ լեր դու, քան զապաշխարութի. Մարդոյ

(1) Proverb. cap. XI. 31. juxta versionem vulgatam ita legitur: *Si justus in terra recipit, quanto magis impius & peccator*. Syriaca autem ita habet: *Si justus vix vivit, impius & peccator ubi consistet?* Græca verò: *Si justus quidem vix salvatur: impius & peccator ubi parebunt?* eodem modo legitur in epistola prima B. Petri Apostoli capite IV. vers. 18. In catena mss. Græcorum Patrum in epistolas catholicas, quam ex veteri Codice Bibliothecæ Barberinæ descripsi, ad verba illa, paucis interiectis, hæc adnotata leguntur: Τούτοις διεγείρων ἔτι μᾶλλον φησὶ τοῦ δικαίου μόγις τὴν σωτηρίαν λαβόντος, τί χρὴ νομίζειν περὶ τῶν ἀσεβῶν τῶν διὰ τὸ αὐτοκατάκριτον, μὴ ἐγειρομένων εἰς κρίσιν· καὶ περὶ τῶν ἁμαρτωλῶν τῶν ἐν βουλῇ δικαίων μὴ ἀνισταμένων· μόγις γὰρ τοῦ δικαίου σωζομένου ἀγωνιῶντος περὶ τοῦ πῶς τὸ κατ' αὐτὸν ἐκτελεῖται κρίμα. Εἰ γὰρ καὶ μηδὲν φαῦλον ἑαυτῷ σύνοιδεν, ἀλλ' οὖν εἰδὼς, ὅτι οὐκ ἐν τούτῳ δεδικαίωται ἕως ὁ κριτὴς αὐτὸν δικαιώσῃ, ἀγωνιᾷ· δύναται δὲ ἀσεβὴς εἶναι, ὁ ἔξω Θεοῦ πάντη τυγχάνων· ἁμαρτωλὸς δὲ, ὁ προσεχόμενος μὲν Θεοῦ, ἄλλως δὲ καταφρονῶν, καὶ παραβαίνων αὐτοῦ τοὺς νόμους. Εἰ δὲ καθυποκείμενον ὁ αὐτὸς ἁμαρτωλὸς καὶ ἀσεβὴς ᾖ, τὴν διαφορὰν κατ' ἐπίνοιαν ἔχει. Δυνατὸν δὲ τὸν ἁμαρτάνοντα, εὐθέως καὶ ἀσεβῆ, τὸ διὰ καταφρονήσεως ἀσεβεῖν εἰς Θεόν. *His magis magisque excitans incredulos*, inquit, *justo vix assequente salutem, quid nos oportet existimare de impiis, qui cum damnationem jam in seipsis acceperint, non resurgent in judicio; & de peccatoribus, qui non consistent in consilio justorum? Nam si justus vix salvabitur, & anxius ac sollicitus erit, quem finem habebit judicium de se ipso; quippe & si nullius mali sibi conscius sit, nihilominus sciens, quod non in hoc justificatus est, donec Judex ipsum justificet, in sollicitudine est. Est autem impius, qui a Deo prorsus alienus est; peccator vero, qui adhæret quidem aliqua ex parte Deo, sed præcepta ejus negligit, ac transgreditur. Si autem eadem persona peccator, & impius fit, discrimen erit solius rationis; fieri autem potest, peccatorem statim etiam impium esse, si per contemptum impie in Deum agat.*

գոյ որոյ պատուարուատուն է հանդերձ իւր, կարօտ է նորոգ լինել. Թէպէտ և կարի քաջ լինուցուն, սակայն ամ մարդ որոշէ զնա. Որոյ խրամատեալ է ամրութիւն ցանկոյ նորա, մեծաւ աշխատութբ շինէ զնա. Թէպէտ և շինեսցեն զնա, սակայն խրամատ կոչի. Մարդոյ որոյ զտունն ականն հատանեն գողք, 'ի ներքոյ հատանի. և հատանել ականն երեւի. և բազում աշխատութբ զոր ժողովեալն էր, կորուսանէ. Եւ որ հատանէ զծառ պտղաբեր իւր, ընդերկար ժամանակօք ծաղկի, և տայ զպտուղ իւր. Եւ որ խրամատէ զվտակս աղբերաց իւրոց, յոռոգանել աշխատի. վաստակէ մինչև խնու զնա. Թէպէտ և կարի քաջ խնուցու, երկնչի 'ի նմանէ. զի մի՛ եթէ ջուրք բազմասցին, խրամատեսցեն զնա. Եւ որ խաղաղութ առնէ զայգի իւր, խաղի նա 'ի խաղողս ուտելոյ. Եւ որ գողանայ, ամաչեցեալք են երեսք նորա. և մինչ ողորմին նմա, վաստակէ, և աշխատի. Եւ որոյ ակար է սատար յայգւոջ, գլխակորեալ առնու զվարձս իւր, և ոչ կարէ խնդրել աւելի. Որ ճնշէ զեռանդն երիտասարդութէ իւրոյ, ուրախ լինի նա առ հին աւուրցն. Եւ որ ոչ արբուցանէ զջուրս գողման, հանգչի նա 'ի վերայ աղբերն կենաց.

Ո՜վ ոյք հրաւիրեցայք 'ի պատերազմ, լուարուք զձայն փողոյ, և քաջալերեցարուք. Նաև ձեզ ասեմ որք զփողսդ ունիք, քահանայքդ, պետք, և իմաստունք. աղաղակեցէ՛ք, և ասասջի՛ք ամ ժողովրդեանդ. որ երկնչի, դարձցի 'ի պատերազմէ, զի մի՛ բեկցէ զսիրտ եղբարց իւրոց իբրև զիւրն. Եւ որոյ զայգի տնկեալ իցէ, դարձցի 'ի գործս իւր, զի մի՛ հոգասցի 'ի նա, և պարտաւորեսցի 'ի պատերազմի. Եւ որոյ զկին խօսեալ իցէ, և կամիցի առնուլ. դարձցի նա ընդ կնոջ իւրում, և ուրախ լիցի. Եւ որոյ զտուն շինեալ իցէ, դարձցի անդրէն. գուցէ յիշեսցէ զտունն, և ոչ մարտիցէ սրտի մտօք. Միանձանց վայելէ մարտ, զի յառաջադէմ եղեալ են երեսք նոցա. և ոչ ինչ յիշեն որ զկնի իցէ իւրեանց, առաջին իւրեանց են. և զամ աւարն անձանց իւրեանց առնուն, և սատանան զօգտութի իւրեանց. Աւելի ձեզ ասեմ, որ զփողսդ հարկանէք. յորժամ կատարիցէք զգուշացուցանել, տեսէ՛ք զդարձեալսն, և վերակացու լերուք նմանելոցն, և տարէ՛ք իջուցէք զնո_

fecerit, tamen quisque eam agnoscit. Homo, cujus munitio, & sepimentum destructum est, magno labore reædificat illud. Et quamvis reædificatum fuerit, tamen sepes destructa vocatur. Homo, cujus domum fures effodiunt, efficitur miser, & spoliatus remanet, & perdit, quod multo labore congregaverat. Arbor fructifera, si incidatur, prius multo tempore germinat, ac florescit, quàm fructum suum afferat. Et qui aperit, ac destruit stagna fontium suorum, in irrigando agro laborat, & defatigatur, donec ea rursum obstruat, ac muniat; Et quamvis bene munierit, timet, ne aquæ multiplicatæ recens munita demoliantur. Et qui ante tempus vindemiat vineam suam, dentes ei in acerbis uvis comedendis obstupescunt. Et facies ejus, qui furatur, erubescit; Et dum aliquis miseretur ejus, angitur, & laborat; Et qui in colenda vinea remissus est, capite demisso mercedem suam accipit, & majorem exigere nequit. Qui reprimit fervorem adolescentiæ suæ, lætatur apud antiquum dierum; Et qui non potat aquas furto sublatas, quiescit super fontem vitæ.

§. 8. O qui invitati estis ad bellum, audite sonum tubæ, & confortamini. Dico etiam vobis, qui tenetis tubas istas, Sacerdotes, Præsules, & Sapientes clamate, & dicite universo populo isti: Qui timet; recedat a bello, ne frangat animum fratrum suorum, æque ac suum. Et qui plantavit vineam, revertatur ad opera sua, ne sollicitudine illius distentus remissius agat in bello: Et cui promissa est uxor, si vult eam accipere, redeat, & cum uxore sua lætetur. Et qui ædificavit domum, revertatur ad illam, ne forte animo recolens eam, non pugnet strenue, & fortiter. Solitariis convenit pugna, quia respiciunt ea, quæ sunt ante; & non recolunt ea, quæ sunt retro: anteriora intuentur, omnemque prædam sibi accipiunt, & quæ utilia sunt, sectantur. Insuper dico vobis, qui canitis tubâ istâ, cum hæc omnia annuntiaveritis, observate refugos, & accinctis providete, & ducite, & facite, ut descendant ad aquas examinis ii, qui seipsos offerunt ad pugnam. Nam quis sit fortis, ac validus, aquæ

Exhortatio ad pugnam contra diabolum, & hostes Fidei, & de examinandis, ac eligendis iis, qui ad Baptismum, & ad Pœnitentiam, quæ secunda Baptismus est, admittuntur.

aquæ examinis probant, & quinam sint debiles, & infirmi, inde dignoscuntur, quoniam aquæ probationis eos manifestant. Considera, Charissime, mysterium hoc, cujus typus, & imago in Gedeone ostensa, & præmonstrata est. Nam cum congregaret ille exercitum ad pugnam certaminis, cœperunt Scribæ annuntiare verba legis, sermones, quos supra ego tibi retuli. Tunc multi ab exercitu discesserunt. Et cum mansissent, qui electi sunt ad bellum, dixit Dominus Ge-
Jud. VII. 4. deoni: *Accipe, duc, & fac istos descendere ad aquam, & proba istos illic. Omnis, qui festinaverit bibere aquam lingua sua, fortis, & aptus est ad pugnam belli; qui autem ceciderit in umbilicum, & ventrem suum, ut bibat aquam, solutus, & remissus est in incessu suo ad bellum*. Mysterium hoc magnum est, Charissime, quod præmonstravit Deus Gedeoni, ostendens figuram Baptismi, & mysterium belli, & imaginem solitariorum. Præmonstravit enim, & nuntiavit de militibus delectis, ut eos in aquis Gedeon probaret. Et cum probasset, ex viginti mille viris trecentos ad pugnandum in bello elegit. Id autem consentaneum
Matth. 22. est verbis Domini nostri dicentis: *Multi sunt vocati, pauci vero electi*. Propterea oportet vos, qui tubis istis canitis præcones Ecclesiæ; ut clametis, & (1) annuntietis omnibus electis Dei ante Baptismum, & annuntietis eis, qui elegerunt se ad virginitatem, Adolescentibus, & iis, qui sanctitatem sequi, & se Deo dicare volunt: Quicumque ergo continere se nequit, & ad conjugium animo propendet, accipiat uxorem ante Baptismum; intrabit enim temere in bellum istud, & cadens vulnerabitur: Et qui timet cominus cum hoste confligere, abeat e pugna, ne forte frangat cor fratrum suorum, perinde ac suum: Et qui diligit possessiones, ab exercitu discedat, ne forte, cum necesse est, eum manus conserere,

զնոսա 'ի ջուրսն քննութե. որք ընտրեցեն զանձինս իւրեանց 'ի պատերազմ. և ա՛մ որ պնդականալ իցէ, ջուրքն քննեն զնա, և որ վատք իցեն, անտի որոշէին. Լուր դու սիրելի, զայս խորհուրդ, զոր կանխեաց գեդէոն, և եցոյց զնմանութի նր. Մինչ զօրաժողով լինէր նա 'ի մարտ պատերազմի, զգուշացուցանել սկսան դպիրքն զբանս օրինաց, զպատգամս որ 'ի վերոյ գրեցի ես քեզ. Յայնժամ ժամանակի բազումք դառնային 'ի զօրաց անտի. Եւ հերև մնացին, որք ընտրեցան 'ի պատերազմ, ասէ տր ցգեդէոն; ա՛ռ, տա՛ր, իջո զդոսա 'ի ջուր, և փորձեա՛ զդոսա անդ. Ամ որ փութասցի ըմպել զջուր լեզուաւ իւրով, փութացեալ, և քաջացեալ է նա 'ի պատերազմի. Եւ որ անկանիցի 'ի պորտ յորովայն իւր, վս զջուր ըմպելոյ, լուծեալ և լքեալ է նա յերթալն իւրում 'ի պատերազմ անդ. Խորհուրդս այս մեծ է սիրելի, զոր կանխեաց գեդէոնի. և եցոյց զօրինակ մկրտութե, և զխորհուրդ պատերազմի, և զնմանութի միանձանց. Կանխեաց և զգուշացոյց ժողովրդեանն, նախ 'ի փորձել ջուրցն; և հերև փորձեաց զնոսա ջուրքն, և 'ի քսան հազար առնէ, զերեք հարիւր այր ընտրեաց առնել զմարտ պատերազմի. Հաւասար է այս բանին տն մերոյ, որ ասէ; բազումք են կոչեցեալք, և սակաւք են ընտրեալք. Վասն այսպէս վայելէ ձեզ, որք զփողոյդ հարկանիցէք քարոզք եկեղեցւոյ. զի աղաղակիցէք, և յուշ առնիցէք ամ ուխտի այ, նախ քան զմկրտութի, և զգուշացուցանիցէք նոցա որք ընտրեցին զանձինս իւրեանց 'ի կուսութի. երիտասարդաց, և սրբոց, և ասիցէք; որոյ զսիրտ իւր եդեալ իցէ 'ի քնութի ամուսնութե, կին առցէ նախ քան զմկրտութի. գուցէ մանիցէ 'ի պատերազմ անդր, և անկեալ վիրաւորեսցի; և որ երկնչի 'ի ճակատամարտէ անտի, դարձցի նա. գուցէ բեկցէ զսիրտ եղբարց իւրոց իբրև զիւրն; և որ սիրէ զստացուածս, դարձցի

(1) De tribus personarum generibus loqui videtur hoc loco S. Jacobus, nempe de Cathecumenis proxime baptizandis, qui competentes, a baptismi petitione, vel electi ab electione Episcopi ad eos sacro regenerationis lavacro emundandos, dicebantur; insuper de iis, qui ordinem clericalem ampe cti volebant, dicentes cum Propheta: *Dominus pars bereditatis meæ, & calicis mei, tu es, qui restitues bæreditatem meam mibi*: & de quibus dicit Dominus: *Sancti erunt Deo suo, & non polluent nomen ejus*: Levit. XXV 6. Et demum de Solitariis, hoc est, de iis, qui asceticam vitam profitebantur. Primos hortari vult ab Ecclesiæ præconibus, ut uxores accipiant ante baptismum, ne post regenerationis lavacrum in fornicationes, & adulteria prolabantur; cæteros vero ut agonem, seu certamen suscipere, & stadium ingredi Præsides Ecclesiæ non sinant, si eos non satis fortes, ac validos ad certamen sustinendum sentiant, atque agnoscant. Utitur autem Sanctus Jacobus exemplo Gedeonis, qui ex militibus, quos jussu Dei ductos ad aquas probavit, trecentos solum elegit ad pugnam contra Madian.

ցի նա 'ի զօրացն ։ Գուցէ յորժամ յաղ_թահարեսցէ զնա ճակատամարտն, անդ-րադարձեսցէ զստացուածս իւր, և դառ_նայցէ. և որ դառնայ, լինի նախատինք; իսկ որ զանձն իւր ոչ ընտրեաց, և զզէն չէ և զգեցեալ նորա, եթէ դառ_նայ, ոչինչ պարսաւի նա ։ Այլ ամե_նայն որ ընտրէ զանձն իւր, և զզէն զգենու, և դառնայ 'ի պատերազմէ, ծաղր, և այպն կատականաց լինի նա ։ Որ զանձն իւր դատարկացուցանէ, նա՛ վայելէ պատերազմ. քանզի ոչինչ յիշէ զինչ իւր, զի դարձցէ առ նա ։ Եւ իբրև զգուշացուցանեն, և քարոզեն ամենայն ուխտին, տարցին մատու_ցեն զնոսա առ ջուրսն մկրտութեան, որք ընտրեցան 'ի պատերազմ, և փորձես_ցեն ; և յետ մկրտութեան, հանդէս ա_րասցեն, զշնաք առնցեն զախոյակազմ մարտ-կան, և զլուծելոց լքելոցն ։ Օրինա_կազմեն արժան է քաջալերել ; և որք լուծեալքն եցեն, և լքեալք յայտ յան_դիման դարձցին 'ի պատերազմէ. Գու_ցէ յորժամ հասանիցէ նոցա նեղութիւն ճգնութեան պատերազմին, դողանայցեն զզէնս իւրեանց, և փախիցեն, և պար_սաւորեսցին ։ Ասէ Տր Գեդէոնին ; Տար, իջո զնս 'ի ջուր անդր որք ընտ_րեցին զանձինս իւրեանց, և փորձեա, և այլն ։ Մեծ է խորհուրդս այս սիրե_լի, զոր կանխեաց, և եցոյց զնշան իւր Գեդէոնի ; ասէ, ամ որ լափեսցէ ըզ-ջուր իւր իբրև շունն, նմա արժան է երթալ 'ի պատերազմ ։ Յամենայն գա_

զանս

ferere, tum mente recolat possessiones suas, & fugiat. Etenim qui fugam capit in bello, infamis fit: Qui autem non se accinxit, & adhuc non est indutus armis, si discedat, non vituperatur. At quicumque accinxit semetipsum, & indutus est armis, si a bello discedat; omnibus ludibrio, ac derisui est. Qui omnibus spoliat seipsum, is aptus est (1) ad pugnam, quia nihil inde animo recolit, ut, bello relicto, ad illud revertatur. Intimetur igitur, & denuntietur universo Clero, ut eos, qui electi sunt ad bellum, ducant, & offerant ad aquas Baptismi, & probent. Et post Baptismum, periculum faciant, & experiantur, qui fortes sint, qui vero animo sint soluti, & remissi. Decet enim fortes hortari ad pugnam: Et qui sunt soluti, & remissi, ut palam, & manifeste (2) a bello recedant, ne forte cum supervenerit eis angustia asperitatis belli, furentur arma sua, & fugiant, & vituperentur. Dicit Dominus Gedeoni: *Duc, & fac eos, qui electi sunt, descendere ad aquam illam, & proba &c.* Jud. VII. 4. Magnum, inquam, (3) mysterium hoc est, Charissime, quod præmonstravit, & significavit Deus Gedeoni inquiens: *Quicumque lambuerit aquam suam, tamquam canis, decet eum ire ad bellum.* Ibid. VII. 5. In omnibus bestiis, quæ domesticæ sunt hominibus, nulla alia est, quæ adeo diligat dominum suum, & servet custodiam ejus die, ac nocte, sicut (4) canis. Et

quam-

(1) Bellum, & pugna, de qua hic loquitur S. Jacobus, non modo illa est, quam memorat Apostolus in Epist. ad Ephes. VI. 12. *Non est uobis colluctatio adversus carnem & sanguinem; sed adversus principes, & potestates adversus mundi rectores tenebrarum harum contra spiritualia nequitiæ in cælestibus.* Sed etiam altera, quam per id tempus sustinebant Christifideles per universum Persarum imperium dispersi, in acerbissima persecutione, quam contra eos moverat Sapores Persarum Rex, & quam non multis annis ante in toto Romanorum imperio Christiani toleraverant. De hac autem pugna ad eumdem Scripturæ locum de facto illo Gedeonis verba faciens Origenes: Homil. IX. in Libr. Jud. *Nam & hodie*, ait, *princeps militiæ nostræ & Dominus, & Salvator noster Jesus Christus clamat ad milites suos, & dicit: Si quis timidus, & formidolosus corde est, ad mea bella non veniat.* Et nonnullis interjectis: *Sed ne vos deterreat talis ista militia, nihil in se difficile, nihil arduum, aut impossibile continet. Vis scire quàm facile sit implere hæc in fide militantibus? Solent in istis castris sæpe etiam mulieres vincere, quia non corporis robore, sed fidei virtute pugnatur.*

(2) Ex facto Gedeonis non dissimili modo Origenes mox laudatus hortatur fideles, ut bellum fugiant, qui se debiles, atque infirmos sentiunt, ne certamine victi turpiter succumbant. *Licet tamen etiam hoc in militia Christi, ut si forte aliquando inferiorem te viribus senseris in persecutionibus, & non æquum tibi adversus crudelitatem Tyranni per fragilitatem corporis videris esse certamen, dare locum iræ, & fugere de loco ad locum; nec tibi in hoc adscribitur militare commissum.* Post pauca alia ita prosequitur: *Certum est enim, quod Christum confitetur ille, qui propterea fugit, ne neget. Si quis ergo timidus est, & formidolosus corde, discedat a castris, revertatur domum suam, ne exemplum timoris, & formidinis cæteris præbeat.* Homil. ead. in Lib. Judic.

(3) Similia his, quæ scribit S. Jacobus, habet Origenes loco superius citato, qui hac eadem de re verba faciens: *In omnibus pene*, inquit, *veterum gestis mysteria designantur ingentia, sicut etiam in hoc loco fieri videmus, quia ii, qui descendunt ad aquam, idest qui ad baptismi gratiam veniunt, non debent procidere in terram, nec flectere genua sua, & cedere tentationibus venturis, sed stare firmiter, & constanter.* Deinde post non multa addit: *Ille igitur probabilis, ille electus est, qui posteaquam ad aquas baptismi ventum est, flecti ad necessitates terrenas, & corporeas nescit, qui vitiis non indulget, neque ob peccati sitim sternitur pronus.*

(4) Non dissimilis explicationi S. Jacobi est illa Origenis, *Homil. IX. in Lib. Jud.*, adeo ut consensus utriusque, similisque ratio, ac modus in

Scri-

quamvis dominus percutiat eum, tamen ille ab ipso non recedit. Et quando exit in venationem cum domino suo, & videt irruentem in eum leonem terribilem, tradit se in mortem pro domino suo. Ita fortes, qui discernuntur ex aquis illis, sequuntur dominum suum, tamquam canes, & tradunt seipsos in mortem pro eo, & pugnas ejus pugnant fortiter; servant custodias ejus, & latrant contra fures tamquam canes, meditantes legem die ac nocte; & diligunt Dominum nostrum, lingunt vulnera ejus, cum accipiunt corpus ejus, & ponunt (1) super oculos suos, & lingunt eum linguâ sui, quemadmodnm canis lingit dominum suum. At illi, qui non meditantur legem Domini, vocantur canes muti, quoniam latrare nequeunt: Et omnes, qui non sunt propensi ad jejunia, vocantur canes petulantes, qui satiari nesciunt: Et qui importuni sunt in petenda eleemosyna, accipiunt panem filiorum, & projiciunt canibus. Insuper ait Dominus Gedeoni: *Qui cadunt in ventrem, ut bibant aquam, non eant tecum ad bellum, ne cadant, & vincantur in bello*; *quoniam dederunt indicium subversionis*, male

Jud. VII. 5.

զանս, որք հաստատուեցան ընդ Մրդկան, չի՛ք այն խնչ որ սիրէ զտէր իւր իբրեւ զշուն, եւ պահէ զպահպանութիւն նորա. զգոյգ եւ զցերեկ ; Թէպէտ եւ հարկանէ զնա տէր իւր, բաւական նա առ ՚ի նմանէ ոչ հեռանայ ; եւ իբրեւ յորս ելանէ ընդ տեառն իւրում, եւ պատահիցի տեառն առիւծ սաստիկ, ՚ի մահ մատնէ զանձն փոխանակ տեառն իւրոյ. Այսպէս պնդականգմունք, որք որոշին ՚ի ջուրց անտի. եւ զկնի տն իւրեանց երթան իբր շունք, եւ զանձինս իւրեանց մատնեն ՚ի մահ վս նր, եւ զմարտս նր մարտնչին քաջութբ. պահեն զպահպանութիւս նորա, եւ հաչեն իբրեւ շունք, ՚ի խոր հելս իւրեանց յօրէնս ՚ի տուէ, եւ ՚ի գիշերի. եւ սիրեն զտր մեր. եւ լեզուն զվէրս նորա, իբրեւ առնուն զմարմին նորա. եւ դնեն ՚ի վերայ աչաց իւրեանց, եւ լեզուն զնա լեզուօք իւրեանց, զոր օրինակ լեզու շուն զտր իւր. Իսկ այնք, ո՛յք յօրէնս տն ոչ խորհին, կոչին նոքա շունք համրացեալք, զի ոչ կարեն հաչել. Եւ ամենեքեան, որք ոչ են յօժար ՚ի ծոմ պահոց, կոչին նոքա շունք լկրրք յանձինս իւրեանց, որք ոչ գիտեն զյագուրդ. Եւ ոյք յօժար են ՚ի խնդրել զողորմ, առնուն զհաց որդւոց,

Scripturis interpretandis haud obscurè nobis indicet, non longæ ætatis, qua vixerunt, discrimine, nec longe dissita temporum, quibus floruerunt, distantia sejunctos, ac separatos fuisse. Verba Origenis talia sunt: *Quod autem etiam similitudinem canis lambentis Scriptura posuit, videtur mihi istud animal hoc in loco propterea nominatum, quod super omnia cætera animalia amorem dicitur proprii Domini servare; nec tempore, nec injuriis obliterari in eo fertur affectus*. E diverso in alium prorsus sensum verba ejusdem loci Sacræ Scripturæ exponuntur a Theodoreto *quæst. in Jud. Inter.* 16., & a Magno Augustino; quorum primus: *Cum plures*, inquit, *celeriter se demittentes genu flexo biberent, trecenti verò per ignaviam hoc non agentes, manu aquam ori admoverent, hos solos ut ignavos, & socordes jussit in hostes irruere, ut omnibus perspectum esset auxilium divinum. Hunc etiam in modum per duodecim piscatores, & publicanos, & unum coriarium, dæmonum exercitum fudit, & naturam salvari fecit humanam*. Sanctus autem Augustinus non dissimiliter: *Quod*, ait, *ita isti probati sunt, per quos vinceret Gedeon, ut similes in bibendo canibus dicerentur, significat, quod contemptibilia, & ignobilia elegit Dominus: pro contemptu enim habetur canis*. S. August. quæst. in Jud. lib VII. quæst. 38.

(1) His Jacobi verbis duo nobis indicantur, unum est antiquitas Scriptoris, alterum verò vetustissimus ritus admovendi oculis in Eucharistica communione Sanctissimum Christi Corpus, quem morem viguisse in Ecclesia Hierosolymitana, S. Cyrillus ejus Episcopus, qui fere suppar S. Jacobo fuit, testatur his verbis: *Postquam autem caute oculos tuos S. Corporis contactu sanctificaveris, illud percipe, advigilans, ne quid ex eo tibi deperat*. Cyril. Catechef. mystag. *V. num.* 21. *pag*, 332. Non oculos solum, sed etiam labia per osculum, & frontem Divini Sacramenti contactu fideles sanctificare consuevisse tradit, Jo: Damascenus *Lib. IV. de Fid. Orthod. C. XIII pag.* 271. *Tom. II.*, inquiens: *Crucifixi corpus recipiamus, applicantesque oculos, labia, & frontem, Divinum carbonem sumamus*. Et ante Jo: Damascenum hujus antiquissimi moris meminit Theodoretus *in Cant. I cap. I. pag.* 999. in hunc modum: *Consideret quomodo in tempore mysteriorum Sponsi membra suscipientes, osculamur, & circumplectimur, & oculis imponimus*. Quin etiam tradit Gregorius Nazianzenus *Orat. XI. pag.* 187., Gorgoniam ejus sororem Corporis, & Sanguinis Christi particulas propriis lacrymis mixtas medicinæ in modum laborantibus artubus applicuisse, & sanitatem a Deo in remunerationem ejus fidei, & fiduciæ in Deum recuperasse Quod autem Sanctus Jacobus addit, fideles scilicet, non solum Eucharistiam, seu sacra dona oculis imponere; sed etiam lingere solitos fuisse, referri potest ad communionem sub utraque specie panis & vini. De prima jam ostensum est, quod per osculum labia Eucharistico pane sanctificabant, & lingua quodammodo lingentes reverenter comedebant; de altera verò specie, hoc est vini, dicendum est, quod lingebant Dominum, dum illud Sacerdotis prece sanctificatum, & consecratum bibebant, de cujus madore, si quid in labiis supererat, manibus applicitis, & oculos, & frontem, & reliquos sensus sanctificantes liniebant. Ita nos docent, præter Cyrillum Herosolymitanum loco superius laudato, Cyrillus alter Alexandrinus *Lib. II Glaphyror. in Exod. pag.* 270. 271., Theodorus Studita *Serm. XLVI.*, & Theodorus Balsamon *in Epist. de Jejunio num.* 14. *Tom. II. Monum. Coteler. pag.* 503.

ւոց , և արկանեն չարոց · Եւ դարձ-
եալ ասէ տր̄ ցԳեդէոն ; որք անկանեն
յորովայնս ըմպել զջուր , մի՛ երթիցեն
ընդ քեզ 'ի պատերազմ, զի մի՛ անկա-
նիցին , և պարտիցին 'ի պատերազմի ,
զի յառաջագոյն ցուցին զխորհուրդ
կործանմանցն , վասն թե̄ ըմպելով
զջուր · Ս̄ւ այսուրիկ սիրելի . այսպէս
վայելէ նոցա , որք մտանեն 'ի պատե-
րազմն . մի՛ նմանեսցին վատացն լքելոց ,
զի մի՛ և նոքա դարձցին 'ի պատերազ-
մէ անտի , և լինիցին նախատինք ա-
մենայն ընկերաց իւրեանց ·

Լո՛ւր դու սիրելի զքանս զայս . ո՛չ
զի հաւանեցուցի զքեզ 'ի գրոց , թէ
ա̄ծ ո՛չ անարգէ զապաշխարօղս , ա-
պաստան լինիցիս յայս , և համարձա-
կեսցիս 'ի մեղանչել · Եւ ոչ զի ասա-
ցի . լքանիցի այն , որ խոցին , և ո՛չ
խորհեսցէ զապաշխարութի̄ . այսպէս
պարտ իցէ նմա , զի ամենայն աւուրք
իւր սգով լիցին . զի որ բարձրասցի , և
կործանեսցի · Ծառայ որ յանցանէ
առ տէր իւր , փոխէ զհանդերձ իւր , զի
հաշտեսցի ընդ նմա տր̄ . կանխէ , և
յամէ առ նա , զի անկն առնուցու նմա ·
Իբրև տեսանէ զի հնազանդող հպա-
տակ է առ նա , թողու զյանցանս նր̄ ,
և հաշտի ընդ նմ̄ · Եթէ ասէ տեառն .
մեղայ քեզ տէր , ողորմի նմա · Եթէ
իբրև յանցեաւն , ասասցէ . ոչինչ մե-
ղայ ես . յաւելու նա 'ի բարկութի̄ տն̄
իւրոյ · Յիշեա՛ դու զորդին , որ վատ-
նեաց զինչս իւր . զի իբրև խոստովան
եղև հօրն , եթող նմա զպարտիս նորա ·
Եւ կնոջն մեղաւոր բազմապարտ իբրև
մերձեցաւ առ տր̄ մեր , եթող նմ̄ զմեղսն
բազում , և ողորմեցաւ նմա · Եւ զաքէ
մաքսաւոր մեղաւորն խոստովան եղև
զմեղս իւր , և եթող նմա տր̄ մեր · Նոյն
ինքն փրկիչ մեր ասէ ; ո՛չ եկի կոչել
զարդարս . այլ զմեղաւորս յապաշխա-
րութի̄ · Ս̄ր̄ մեր մեռաւ վս̄ մեղաւո-
րաց . և ո՛չ եթէ զուր ինչ եղև մահ
նորա · Եւ առաքեալ վասն անձին իւ-
րոյ ասէ ; հայհոյիչ էի , հալածիչ , և
թշնամանօղ . և ողորմեցաւ 'ի վերայ իմ
ա̄ծ ·

le bibendo (1) *aquam*. Propterea, Dilectissime, convenit eis, qui bellum aggrediuntur, ut pravis hominibus non assimilentur, & in bono opere remissi (2) non sint, ne & ipsi a bello aufugiant, & opprobrio sint omnibus commilitonibus suis.

§. 9. Illud attende, Dilectissime, non ideo quia dixi, & suasi tibi ex scripturis, Deum non spernere pœnitentes, confidas in hoc, & audeas peccare. Et non potius, quia dixi: Remittetur illi, qui vulneratur, si ex animo pœniteat, in mente habeas, opus ei esse, qui peccavit, ut omnes dies ejus sint in luctu, quippe qui in altum gradum elatus, inde deciderit. Servus enim, qui peccavit in Dominum suum, immutat vestem suam, ut reconcilietur ei Dominus. Prævenit, & coram eo se sistit, ut ipsum aspiciat. Et videns eum Dominus, sibi præsto semper adesse, & jussibus obsequentem, dimissis delictis, ei reconciliatur. Porro si servus dicat Domino: Peccavi tibi, Domine, miseretur ejus. E diverso si, cum prævaricatus fuerit, dixerit: nequaquam ego peccavi, auget iram Domini sui. Memento filii, qui dissipavit substantiam suam: Nam, cum confessus fuisset Patri, debita ei dimisit. Et mulieri peccatrici, habenti multa debita, cum accessisset ad Dominum nostrum, misertus ejus dimisit ipsi peccata multa. Et cum Zachæus publicanus peccator confessus fuisset peccata sua, dimisit ei Dominus noster. Ipsemet Salvator noster dicit: *non veni vocare justos, sed peccatores ad pœnitentiam*. Dominus noster mortuus est pro peccatoribus, & non fuit in vanum mors ejus. Et Apostolus de se ipso dicit: *Eram blasphemus, persecutor, & contumeliosus, & misertus*

A peccatoribus pœnitentia seculo agenda est, ad quam Deus eos vocat.

Matth. 9.

1. Timoth. 1.

(1) Hæc est paraphrastica potius expositio verborum Sacræ Scripturæ, quam ipsius verba, quæ juxta vulgatam talia sunt: *Dixit Dominus ad Gedeon: Qui lingua lambuerint aquas, sicut solent canes lambere, separabis eos seorsum, qui autem curvatis genibus biberint, in altera parte erunt*. Jud. *VII*. 5. In versione autem Syriaca. *Omnes aquam lingua sua lambentes, ut lambit canis, simul statuito; omnes autem super genua procumbentes ad bibendum, simul statuito*.

(2) Consentaneè ad interpretationem Sancti Jacobi tropologice explicat hunc Scripturæ locum S Gregorius Papa: *Aquis*, inquit, *doctrina sapientiæ, stante autem genu recta operatio designatur. Qui ergo dum aquas bibunt, genuflexisse perhibentur, a bellorum certamine prohibiti recesserunt; quia cum illis Christus contra hostes fidei pergit ad præmium, qui cum doctrinæ fluenta hauriunt, rectitudinem operum non inflectunt*. Lib. XXX. Moral. Cap. XXXIII. num. 74.

Gal. 2. Matth. XVIII. 12. Luc. XV. 4. 10.

sertus est mei Deus. Iterum dicit: *Christus pro me est mortuus*. Ovem, quæ de toto grege periit, quæsivit Dominus suus, & invenit, & de ea inventa lætatus est. Gaudium fit vigilibus Cælorum, quando peccator ab iniquitate sua revertitur. Non vult Pater cælestis, ut pereat unus ex pusillis illis, qui erraverunt, & quibus opus est pœnitentia. Cum quis ex nobis incidit in infirmitatem, omnes ei compatiamur: Et cum quis offendiculum patitur, contristemur pro illo.

ւԾ. Դարձեալ ասէ. Քս փոխանակ իմ մեռաւ. Ոչխար, որ կորեաւ 'ի հօտէ անտի ամենայնէ, խնդրեաց զնա տէր իւր, և եգիտ, և ուրախ եղև 'ի նա. Ուրախութիւն լինի զուարթնոց երկնից, յորժամ մեղաւորն դառնայ յանօրէնութենէ իւրմէ. Ո՛չ կամի հայրն երկնաւոր, եթէ կորիցէ մի 'ի փոքրկանց անտի, որք մոլորեցան, և պիտոյ է նոցա ապաշխարութիւն. Որ հիւանդանայ ոք 'ի մէնջ, ամենեքեան բարձցուք 'ի չարչարանաց անտի նորա; և որ գայթակղի, տրտմեսցուք փոխանակ նորա.

' Fratrum infirmitatibus compatiendum est.

§. 10. Cum uni membrorum nostrorum aliquod noxium acciderit, angamur in vulneribus ejus, donec sanetur. Cum unum ex membris nostris glorificatur: totum corpus gloriosum, & decorum est, Et quando uni membrorum nostrorum dolor aliquis advenit, totum corpus morbus, & tremor occupat. Qui scandalizat unum de pusillis istis, projiciatur in mare, habens lapidem molarem suspensum de collo suo. Qui gaudet de malo fratris sui, illico illius infirmitas ei adscribitur. Ejus, qui calcat fratrem suum pede, non expiabuntur peccata. Derisori plagarum non est sanatio; & ei, qui flagellat proximum suum, non dimittuntur debita. Qui fodit foveam alteri, ipse incidet in illam. Qui devolvit lapidem, in se ipsum volvet. Qui offendiculum patitur in nocte, non dicat: unusquisque, perinde ac ego, erret, ac offendat. Et dives, qui redigitur ad paupertatem, non dicat: Omnes, similiter atque ego, inopinanter opprimantur egestate. Nam si ejus exaudiantur desideria, & petitiones, quis ejus indigentiæ subveniet?

Matth. XXIV. 49.

Իբրև միում անդամոցն մերոց վնաս ինչ հասանիցէ, վաստակեսցուք 'ի վերս նորա, մինչև բժշկեսցի. Յորժամ մի յանդամոց մերոց փառաւորեսցի, ամենայն մարմինն փառաւոր, և վայելուչ է; և յորժամ միում անդամոց մերոց ցաւ ինչ հասանէ, զամենայն ջերմն, և սարսուռ ունի. Որ գայթակղեցուցանէ զմի 'ի փոքրկանց անտի, անկանի 'ի ծով երկան արկեալ ընդ պարանոցն. Որ ուրախ լինի ընդ չար եղբօր իւրոյ, վաղվաղակի լինի բեկումն նորա. Որ ոտն հարկանէ եղբօր իւրում, մի՛ քաւեսցին մեղք նր. Հարուածոց այպանողի չիք բժշկութիւն; և որ ձաղայ ընկեր իւր, ոչ թողանին պարտիք նորա. Որ փորէ զխորխորատ այլում, ինքն լցցէ զնա. Որ գլէ զվէմ, յանձն իւր գլեսցէ. Որ գայթակղի 'ի գիշերի, մի՛ ասասցէ, թէ ամենայնոք ինձ նման էր. Եւ մեծատուն, որ աղքատութեան հասանէ, մի՛ ասասցէ թէ յանկարծ ինձ նման են ամենայն արարածք. Եթէ լսելի լինիցին աղօթք նորա, զպակասութիւն կարօտութեան նորա ո՞ լնոյր.

Alii sunt Ascetæ, alii pœnitentes, alii impœnitentes, alii, quibus pœnitentia improbè negatur.

§. 11. Hæc omnia scripsi tibi, Charissime, quia in sæculo hoc nostro plures sunt, qui asceticam vitam eligentes, se Deo voto consecrarunt. Et certamen habemus, ac bellum gerimus contra hostem, qui præliatur contra nos, conaturque, ut iterum ad veterem conditionem revertamur, quia, recuperata nostra libertate, ab eo exivimus. Sunt vero ex nobis, qui superantur, & vulnerantur. Horum autem aliqui se debitores, ac reos agnoscunt, & justificare se manifestatis reatibus delictorum suorum curant: alii vero ea mentis pervicacia sunt, ut nolint accedere ad pœnitentiam. Et pro pudore suo

Զայս ամենայն գրեցի քեզ սիրելի. քանզի 'ի դարուս աստ մերում են, որք ընտրեն զանձինս իւրեանց, զի եղիցին միանձունք ուխտաւորք, և նք. Եւ մարտ պատերազմի առնեմք մեք ընդդէմ հակառակորդ ախոյանին մերոյ. և ինքն ախոյանն մեր ընդդէմ մեր մարտնչի, զի դարձուսցէ զմեզ անդրէն 'ի նոյն բնութիւն. զի որոշեցաք 'ի նմանէ մերով ազատութեամբ; և գոն 'ի մէնջ որք խոցին, և վիրաւորին. և իբրու զի պարտաւորք են, զանձինս արդարացուցանեն. և մեղք յանցանաց նց յայտնիք են. Այլք, որք յայսպիսի միտս հաստատեալ կան, ոչ կամին մերձենալ յա-

յապաշխարութի. և վ̄ս ամօթոյ իւրեանց զմահն երկրորդ մեռանին, և ոչ յիշեն զքննիչ խորհրդոց ։ Եւ է որ խոստովան լինի զմեղս իւր, և ոչ տայ նմա զապաշխարութի ։ Ո՜վ հազարապետ Քի, տուր զապաշխարութի յանուն Քի ։ և յիշեա՛ դու, զի տ̄ր քո ոչ անարգէ զապաշխարօղս ։ Որոմն սերմանեալ է յանդաստանին անդ. և տ̄ր անդաստանին ոչ ետ թոյլ ծառայիցն, զի զորոմն որբեսցեն 'ի ցորենոյ անտի մինչև ցժամանակ հնձոց ։ Եւ ցանց ընկեցեալ է 'ի ծով, և ձկունքն ոչ ընտրին, մինչև ցանցն ելանէ ։ Եւ ծառայքն 'ի տեառնէ իւրեանց ընկալան զարծաթն, և զծառայն չար, տէր իւր դատէ զնա ։ Ցորեան, և յարդ խառնեցեալք են 'ի միասին, և տէր կալոյն որոշէ, և սրբէ ։ Բազումք են կոչեցեալք 'ի հարսանիս. և որոյ հանդերձ չի՛ք, տէր իւր հանէ զնա արտաքս ։ Իմաստունքն, և յիմարք 'ի միասին են, և տէր առագաստին գիտէ զով մուծանէ ընդ իւր ։

Ո՜ հովիւք, աշակերտք տ̄ն մերոյ. հովուեցէ՛ք զխաշինսդ, և առաջնորդեցէ՛ք բարւոք; զօրացուցէ՛ք զտկարսն. հաստատեցէ՛ք զբեկեալսն. բժշկեցէ՛ք զհիւանդսն. և պահեցէք զգէրսն տ̄ն հօտիս ։ Մի՛ նմանեցիք հովուին տգիտի, որ ոչ կարաց յանմտութե իւրում հովուել զխաշինսն, և չորացաւ բազուկ իւր, և կուրացաւ ակն իւր, փոխանակ զի ասաց; բայց որ մեռանելոցն իցէ, մեռցի, և որ կորնչելոցն իցէ, կորիցէ, և որ ծախելոցն իցէ, կերիցէ զմարմինս ընկերաց իւրոց ։ Եւ յորժամ գայ վարդապետն հովուաց, պարտաւորէ զհովիւն զանմիտն, զտգէտն. զի ոչ կերակրեաց զընկերս իւր բարւոք ։ Եւ որ հովուէ խաշանցն, և առաջնորդէ բարւոք. կոչի նա ծառայ քաջ, և ժիր. զի մատոյց կալաւ առաջի հովուին զխաշինսն լի բովանդակ կատարեալ ։ Ո՜վ դէտք, դիտեցէ՛ք բարւոք, և առաջնորդեցէ՛ք ժողովրդեանդ ամենայն սիրով. գուցէ գայցէ սուր թշնամւոյ, և կոտորիցէ զմարդ 'ի նոցանէ ; ինքն մարդն 'ի մեղս իւր մեռանի, և արիւն նորա 'ի ձեռաց ձերոց խնդրի ։ Ապա եթէ զկնի զգուշացուցանելոյն կորիցէ մարդն այն, 'ի մեղս իւր մեռանի, և դուք ոչինչ մնասնէք 'ի պատիժս պատուհասից ։ Ո՜վ խաշինք գէրք, մի՛ ոգորեայք, գրթցէք, հարկանէք հիւանդացեալսն. զի մի՛ դատապարտեսջիք 'ի մեծ հովուէ անտի մերմէ,

յոր_

suo secunda morte moriuntur, & non recolunt scrutatorem secretorum. Est etiam aliquis, qui confitetur peccatum, & ei pœnitentia non conceditur. O Dispensator Christi, præbe pœnitentiam in nomine Christi; Et memento tu, quod Dominus tuus non spernit pœnitentes. Lolium seminatum est in agro, & Dominus agri non permisit servos colligere lolium ex tritico, usque ad tempus messis. Missum est rete in mare, & pisces non eliguntur, donec exeat rete. Et servi acceperunt argentum a Domino suo, & servum nequam judicat Dominus ejus. Triticum, & palea mixta sunt simul, & Dominus areæ separat, & permundat. Multi vocati sunt ad nuptias, & eum, qui non habet vestem, Dominus ejus mittit foras. Prudentes, & Fatuæ simul sunt, & Dominus thalami scit, quam introducat secum,

§. 12. O Pastores, Discipuli Domini nostri, pascite oves, & deducite caute; Corroborate debiles, confirmate infirmas, sanate ægras, & servate pingues Domino gregis. Nolite assimilari insipienti Pastori, qui in amentia sua neglexit pascere oves, & arefactum est ejus brachium, & excæcatus oculus, eo quod dixerit: Quæ moritura est, moriatur; & quæ peritura est, pereat; & quæ comesura est, comedat carnes sociarum suarum. Quando veniet Magister Pastorum, reum judicabit pastorem insipientem, & ignorantem, qui non bene curavit oves sibi commissas; Et qui pascit oves, & deducit caute, vocatur ille servus bonus, & fidelis, quia servavit, & obtulit coram Pastore oves plane speciosas, & pingues, O Præsules, attendite bene, & deducite populum vestrum cum omni charitate, ne forte superveniat gladius hostilis, & occidat aliquem ex illis: ipse enim in peccato suo morietur, sed sanguis ejus e manibus vestris requiretur. Quod si postquam monueritis, pereat homo ille, in peccato suo morietur, vos autem nequaquam puniemini. O oves pingues, nolite superbè minari, ferientes, & percutientes infirmas, ne condemnemini a magno Pastore nostro, quando veniet. Audi hanc veritatem, quæ allicit pœnitentes, & aggregat justis. Mundus iste, (Exhortatio ad Pastores.)

mun-

mundus gratiæ est; & usque ad consummationem finis sui, est in eo locus pœnitentiæ. Appropinquat (1) tempus, quo gratia transeat, & veritas regnet. Pœnitentia non est in tempore illo, quia voluntate ejus suo tempore gratia dominata est. Et cum advenerit tempus judicii, non vult recipere pœnitentes: Quia pœnitentiæ terminus positus est, & impletus, & deinceps non amplius est ei locus. Lege, Charissime, & disce, agnosce, & vide, quoniam hac in re omnes aliquo modo indigemus. Multi enim sunt, qui currunt in stadio, sed vir fortis, & virtute præditus solùm attingit scopum; omnis autem homo secundum labores suos mercedem accipit.

յորժամ գայ նա։ Ընկա՛լ զայս հաւատութիւնս սիրելի. որ մերձեցուցանե զապաշխարօղս, և զգուշացուցանէ արդարոց։ Աշխարհս այս, աշխարհ շնորհօք է. և մինչև ՚ի կատարած վախճանի իւրոյ գոյ ՚ի սմա ապաշխարութի։ Մերձեցաւ ժամանակ, զի շնորհքն անցանեն, և ստուգութի թագաւորէ։ Ապաշխարութի չի՛ք յայնմ աշխարհի. զի զօրանայ սաստկութե իւրով յաշխարհի շնորհքն. և իբրև մերձենայ ժամանակ ստուգութե, ոչ կամի ընդունիլ զապաշխարօղս. Քանզի սահման եդեալ է նմա ելից. և յայնմհետէ չի՛ք ապաշխարութի։ Ընթերցի՛ր սիրելի. և ուսի՛ր, և ծանի՛ր, և տե՛ս. զի ՚ի վերայ այսր ամենայնոք կարօտ է փոքր ՚ի շատէ; զի բազումք են որ անցանեն յասպարիզի, և այր քաջ, և առաքինի առնու զնպատակն. և ամենայն մարդ, ըստ վաստակոց իւրոց, զվարձս իւր ընդունի.

(1) Supremi Judicii diem, quem Christus Dominus neque ipsis Apostolis, *Act.I.7.*, *Matth.XXIV.36.*, *Marc.XIII.32.*, manifestum esse voluit, non longe sua ætate abesse, omnes veteres Patres crediderunt. Ita Justinus in Apologia II., & in Dialogo cum Triphone *num.* 38., Lactantius, S. Leo Papa, S. Gregorius Magnus, aliique Patres, ut alibi etiam indicavi.



Ճառ-

ՃԱՌ ՈՒԹԵՐՈՐԴ.

Վասն յարութեան մեռելոց.

Հակառակութիւնք հանապազ մեն այսր լինին ; զիա՞րդ , ասեն , յառնեն մեռեալքն , կամ որո՞վ մարմնով գան . զի ահաւասիկ մաշի մարմին , և ապականի . և ոսկերք , իբրև ընդ երկարս ժամանակս նուազին , փշրին , մանրին , և ոչ երևին . Եւ իբրև մտանես , ասեն , ՚ի գերեզման ուր հարիւր մեռեալք թաղեցեալք են . լի ափով զհող ոչ գտանես . Եւ այսպէս ասեն , ոյք զայսպիսի խորհուրդս խորհին . Գիտեմք մեք , թէ յառնեն մեռեալք . այլ մարմին երկնաւոր զգենուն , և զկերպարանս ոգևորս . Եւ եթէ ոչ այսպէս իցէ , ասեն , այս հարիւր մեռեալս , որք ՚ի միում գերեզմանի թաղեցեալք են , և յետ ժամանակաց չիք ինչ , և ոչինչ յորժամ յառնեն մեռեալք , նոքա զո՞ր մարմին զգենուն , որ ոչ է . ուրեմն զերկնաւոր .

Որ զայսպիսի խորհուրդս խորհի , անմիտ , և առանց գիտութեան է . Իբրև մտին մեռեալք ՚ի գերեզման անդր , ինչ էին . և իբրև բազում ժամանակք անցին , ոչինչ եղեն նոքա . Եւ իբրև լինի ժամանակ յարութեան մեռելոց , լինի այն որ ոչինչն էր , ինչ . իբրև զբնութիւն առաջին , և յաւելու ՚ի բնութին նորոգումն . Մի՛ անմիտ , որ զայս խորհիս . լուր զինչ առաքեալ ասէ . որ հանէրն և հաւանեցուցանէր զանմիտն , որ իբրև զքեզդ . Անմիտ , դու զոր սերմանեսդ , ոչ կենդանանայ , եթէ ոչ նախ մեռանիցի . Եւ զոր սերմանեսդ , ոչ զնոյն մարմին , որ ծնանելոց է , սերմանես . այլ հատ մի մերկ , եթէ ցորենոյ , եթէ գարւոյ , և կամ այլոց սերմանեաց . և ԱԾ տայ նմա զմարմին , որպէս և կամեցաւ . իւրաքանչիւր սերմանեաց , զիւր մարմին . Այսուհետև հաւանեաց դու անմիտ

յայս

SERMO OCTAVUS.

De Resurrectione Mortuorum.

IMpugnatur quotidie mortuorum resurrectio: Quomodo, ajunt, mortui resurgent? & quo corpore redibunt? quoniam ecce corrumpitur, & consumitur corpus: Et ossa, cum longa tempora effluxerint, comminuuntur, conteruntur, & non apparent. Et si intres, inquiunt, in sepulchrum, ubi centum mortui sepulti sunt, pugillum pulveris vix invenies. Alii vero, qui in ejusdem rei cogitationem veniunt, ita obloquuntur: Scimus nos, quod mortui resurgunt; sed induuntur corpore cælesti, & formis (1) spiritualibus. Quod si non ita est, ajunt, hi ipsi centum mortui, qui in uno sepulchro sepulti sunt, & progressu temporis nihil eorum remanet, cum resurgent mortui, quodnam corpus, cum nullum sit, induunt? utique cæleste. *Alii negant resurrectionem, alii affirmant mortuos in resurrectione corpus cæleste suscepturos.*

§. 2. Amens certe, & insipiens est, quicumque in mente hanc cogitationem revolvit, inquiens: cum mortui in sepulchrum illati sunt, aliquid erant: & postquam multa tempora transiverunt, in nihilum redacti sunt: cum vero advenerit tempus resurrectionis mortuorum, quomodo, quod erat nihil, fit aliquid, quemadmodum prius erat, veterique naturæ superadditur renovatio. O amens, qui hæc cogitas, audi quid dicat Apostolus: Stultum similem tui in medium adducens, & ita redarguens: *Insipiens tu quod seminas, non vivificatur, nisi prius moriatur. Et quod seminas, non idem corpus, quod gignendum est, seminas, sed nudum granum, ut puta tritici, aut hordei, aut aliorum seminum: Et Deus dat illi corpus, sicuti vult: unicuique seminum proprium corpus:* Hinc igitur, *Hos refellit S. Jacobus, & ex germinatione seminum ostendit veritatem resurrectionis.* *I. Cor. XV. 36.*

(1) Error iste, mortuos resurrecturos cum corporibus cælestibus, non autem terrenis, auctorem habere videtur Origenem, qui censuit, corpora fore in resurrectione eadem specie, non autem substantia. *Orig. in lib. II.* Περὶ ἀρχῶν *cap. III. Et in Comm. ad Psal. I.* Contra hujusmodi errorem invehitur S. Methodius in libro de Resurrectione, & hujus libri epitome extat apud S. Epiphanium *heres. LXIV.*, cujus verba superius attuli, & apud Photium in sua Bibliotheca *Cod.* 234. Origenis autem discipulos inter alia Magistri sui falsa dogmata etiam illud sequutos fuisse, verisimile est; ideoque hoc loco eos refellit S. Jacobus, cujus ætate Origenis nomen, labores, ac scientiam summo in honore, ac admiratione apud plurimos fuisse, nemini dubium est, ac proinde, ut fieri solet, una cum sana doctrina etiam ejus errores, qui ejus auctoritati, ac sententiis, plusquam oportebat, adhæserunt, propagarunt. Quod ad Origenis sententiam de corporum resurrectione attinet, addit Justinianus in Tractatu ad Mennam, eum censuisse corpus, quod animæ in consummatione Mundi recepturæ erant, fore orbiculare, seu sphæricum, quam figuram omnium perfectissimam, corporum cælestium propriam, & novo corpori congruam esse, existimabat.

tur, stulte, crede quod unusquisque mortuorum corpore suo induetur. Nunquam tu seminasti hordeum, & messuisti triticum; & nunquam plantasti vitem, & germinavit tibi ficulnea, sed omnia juxta principium suum renascuntur. Ita idem corpus, quod cadit, resurgit. Et quoniam prius corpus corrumpitur, & consumitur, ex similitudine illa seminum, convenit tibi id credere, hoc est eo modo, quo semen, cum cadit in terram, putrescit prius, & corrumpitur, & ex illo eodem putrefacto germinat, floret, & enascitur fructus. Nam locus, in quo semina non sunt sata, fructum non affert, quamvis campus ille opportunam pluviam imbiberit. Et ex sepulchro, in quo non est sepultus mortuus, in resurrectione mortuorum, homo non egreditur, quamvis & totus sonus tubæ insonuerit intus. Quod si, uti dicunt, animæ Justorum ascendunt in Cælum, & induuntur corpore cælesti; Naturæ quidem cælestes in cælis sunt: & ille, qui suscitat mortuos, in Cælo habitat: Quomodo ergo ille adveniens suscitabit mortuos ex terra ista?
Jo. V. 28. & cur nobis scriptum est: *Quod veniet tempus, quando mortui audient vocem Filii hominis, & exibunt e monumentis suis*. Non igitur e Cælis descendit corpus cæleste intrans in monumentum, & iterum egreditur, ut ajunt insipientes. Sed qua-
I. Cor. XV. 40. re dixit Apostolus? *Aliud corpus Cæleste, & aliud* (1) *corpus terrestre*. Qui id opponit, audiat & aliud, quod ait ibidem
Ibid. 44. Apostolus: *Est corpus spirituale*. Et ite-
Ibid. 52. rum: *Omnes*, inquit, *resurgemus, sed non*

յայսմանէ, զի մի մի 'ի մարմնոց անտի, զմարմին անձնին իւրոյ զգենու։ Ոչ երբէք սերմանեցեր դու զգարի, և հնձեցեր զցորեան. և ոչ երբէք տնկեցեր զորթ, և բուսաւ քեզ թզենի. այլ ամենայն ինչ 'ի բուն իւր գնայ։ Նոյնպէս մարմին, որ անկանի, նոյն յառնէ։ Եւ զի ապականի մարմին, և մաշի, յառաջ քան զսերմանեաց նմանէ քեզ հաւատալ, զոր օրինակ հերև անկանի յերկիր, նեխի, և ապականի, և 'ի նոյնոյ նեխելոյ անտի բուսանի, ծաղկի, և տայ զպտուղ։ Քանզի վայր յորում սերմանիք չիցեն սերմանեալ, զպտուղ ոչ տայ. Թէպէտ և զամենայն անձրևս անդն այն ըմպիցէ։ Եւ գերեզման, յորում մեռեալ չէ թաղեալ, մարդ 'ի յարութեան մեռելոց անտի ոչ ելանէ, Թէպէտ և ամենայն ձայն փողոյն 'ի ներքս աղաղակիցէ։ Արդ եթէ, որպէս ասեն, եթէ հոգիք արդարոց ընդ երկինս ելանեն, և զմարմին երկնաւոր զգենուն; ահաւասիկ բնութիւնք երկնայինք յերկինս են. և այն, որ յարուցանէ զմեռեալս, յերկինս բնակեալ է. և յորժամ գայ նա, զիա՞ յարուցանէ յերկրէ աստի, և ընդէ՞ր գրեաց մեզ. Թէ եկեսցէ ժամանակ, զի և արդէն իսկ իցէ, մեռեալք լուիցեն զձայն որդւոյ մարդոյ, և ելցեն 'ի գերեզմանաց իւրեանց. ուրեմն ոչ գայ մարմին երկնաւոր մտանէ 'ի գերեզմանն, և դարձեալ ելանէ։ Որպէս ասեն անմիտքն; իսկ ընդէ՞ր ասաց առաքեալ, այլ մարմին երկնաւորաց, և այլ մարմին երկրաւորաց։ Որ զայս ասէ, լուիցէ և զմիւսն, զոր ասաց առաքեալ; զոյ ասէ, մար-

(1) Locus Apostoli, de quo differit S. Jacobus, juxta vulgatam versionem ita legitur: *Et corpora cælestia, & corpora terrestria: sed alia quidem cælestium gloria, alia autem terrestrium*. Cum versione Latina convenit Græcus Textus, versio Syriaca, & Arabica. Æthyopica autem exhibet verba Apostoli eodem ferme modo, atque in hoc S. Jacobi Sermone leguntur: nempe: *Et aliud corpus est, quod est in terra, & aliud, quod est in cælo: sed alia est gloria ejus, quod est in cælo, & alia gloria ejus, quod est in terra*. Ita versio Æthyopica. Quo verò ad expositionem attinet verborum Apostoli, non dissimilem rationem ab ea, quam adducit S. Jacobus, in libro de symbolo, & fide attulit Augustinus *Cap. VII.* docens, cur resurgentium corpus, spiritale ab eodem Apostolo dicatur: *Non enim ita dictum est, quasi corpus vertatur in spiritum, & spiritus fiat; quia & nunc corpus nostrum, quod animale dicitur, non in animam versum est, & anima factum: sed spiritale corpus intelligitur, quod ita spiritui subditum est, ut cælesti habitationi conveniat, omni fragilitate, ac labe terrena in cælestem puritatem, & stabilitatem mutata, atque conversa*. Et inferius in eodem libro exponens Catholicæ fidei dogma de resurrectione carnis, ita loquitur: *Resurget igitur corpus secundum Christianam fidem, quæ fallere non potest, quod cui videtur incredibile, qualis non sit caro, adtendit; qualis autem futura sit, non considerat; quia illo tempore immutationis Angelicæ non jam caro erit, & sanguis, sed tantum corpus* &c. Ibid. C. X. Cum autem ex his sanctissimi Doctoris verbis, aliisque, quæ ibi sequuntur, aliqui occasionem acciperent errandi, putarentque, homines in resurrectione corpora cælestia habituros, retractavit sanctissimus Doctor hunc locum, scribens in hæc verba: *Quæ ibi* (hoc est in laudato libro de fide, & symbolo) *de corporum terrestrium in corpora cælestia mutatione disserui, quoniam dixit Apostolus*, CARO, ET SANGUIS REGNUM DEI NON POSSIDEBUNT &c. . . . *quisquis ea sic accipit, ut existimet, ita corpus terrenum, quale nunc habemus, in corpus cæleste resurrectione mutari, ut nec membra ista, nec carnis sit futura substantia, procul dubio corrigendus est, commonitus de corpore Domini, qui post resurrectionem in eisdem membris non solum conspiciendus oculis, verùm etiam manibus tractandus apparuit, carnemque se habere etiam sermone firmavit*.

մարմին շնչաւոր, և գոյ մարմին հոգևոր. Եւ դարձեալ ասէ; ամենեքեան յառնեմք, այլ ոչ եթէ ամենեքեան նորոգեսցուք. Դարձեալ; պարտ է մահկանացուիս այսմիկ զգենուլ զանմահութի. և ապականութեանս այսմիկ զգենուլ զանապականութի. Եւ դարձեալ; ամենեքեան մեք կալոցեմք առաջի բեմին քի. զի ընկալցի իւրաքանչիւր մարմնով իւրով զինչ և գործեաց յառաջ. եթէ բարի, և եթէ չար. Եւ դարձեալ; զի՞նչ գործ իցեն, ասէ, որք մկրտեսցան վս մեռելոց. Եթէ մեռեալք ոչ յառնեն, ընդէ՞ր բնաւ մկրտին վս նց. Դարձեալ; եթէ յարութի մեռելոց չիք, ապա և քրիստոս չէ՛ յարուցեալ. Ապա եթէ քրիստոս չէ յարուցեալ. ընդունայն եղև քարոզութի մեր, ընդունայն եղեն հաւատք ձեր; գտանիցիմք և սուտ վկայք այ, զի վկայեցինք մեք զայ, թէ յարոյց նա զքն, զոր ոչն յարոյց, եթէ մեռեալք ոչ յառնեն. Ապա եթէ մեռեալք ոչ յառնեն, և դատաստան չիք. Կերիցուք, արբցուք, վաղիւն մեռանիմք. Ասէ; մի խաբիք. ապականեն զմիտս քաղցունս բարք չարք. Զայս, զոր ասաց առաքեալ; այլ մարմին երկնաւոր է, և այլ մարմին երկրաւոր այսպէս լսեսցի քեզ. Զի յորժամ յառնէ մարմին արդարոյ, և նորոգի, կոչի նա երկնաւոր. Իսկ որ ոչն նորոգի, կոչի նա 'ի բնութե իւրում երկրաւոր. Լուր դու զբանս, որ այսմ նման է. զի դարձեալ ասէ նոյն առաքեալ; մարդ հոգևոր զամենայն ինչ քննէ, և ինքն յումեքէ ոչ քննի. Դարձեալ ասէ; որք հոգւոյն են, զխորհուրդս հոգւոյն խորհին. և որք մարմնոյն են, զմարմնոյն. Եւ դարձեալ ասէ; մինչդեռ մարմնաւորն էաք, ցաւք մեղաց, որք էին յօրինաց անտի, զօրանային 'ի մարմինս մեր, զի պտուղ լիցուք մեք մահու.

non omnes immutabimur. Iterum: *Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem: Et mortale hoc induere immortalitatem*. *Ibidem*. Et rursus: *Omnes nos manifestari oportet ante Tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit, sive bonum, sive malum*. *II. Cor. V. 10.* Et iterum: *Quid facient*, ait, *qui baptizantur pro mortuis? Si omnino mortui non resurgunt, ut quid & baptizantur pro illis?* *I. Cor. XV. 29.* Insuper: *Si resurrectio mortuorum non est, neque Christus resurrexit*. *Ibid. 16.* *Si autem Christus non resurrexit, inanis est ergo prædicatio nostra, inanis est & Fides vestra*: *Ibid. 14.* *invenimur autem & falsi testes Dei; quoniam testimonium diximus adversus Deum, quod suscitaverit Christum, quem non suscitavit, si mortui non resurgunt*. *v. 15.* Si ergo mortui non resurgunt, neque est judicium. *Manducemus, & bibamus, cras enim moriemur*. *Ibid. 32. 33.* *Nolite*, ait, *seduci: corrumpunt mores bonos colloquia mala*. Illud, quod dixit Apostolus: *Aliud corpus cæleste est, & aliud corpus terrestre*; ita a te intelligendum est. Cum resurgit corpus Justi, & immutatur, vocatur illud cæleste; sed quod non immutatur, corpus vocatur juxta naturam suam (1) terrestre. Sed audi hæc alia, quæ illis similia sunt: alibi enim ipse Apostolus: *Homo spiritualis omnia judicat, & ipse a nemine judicatur*. *I. Cor. II. 15.* Iterum dicit: *Qui spirituales sunt, spiritualia cogitant; qui autem carnales sunt, carnalia* (2). *Rom. VIII. 5.* Iterum: *Cum essemus*, ait, *in carne, passiones peccatorum, quæ per legem erant, operabantur in membris nostris, ut fructificarent morti*. *Rom. VII. 5.* Itidem: *Si est*, (3) inquit, *in vobis spiritus Christi, estis vos in spiritu*. *Rom. VIII. 9.* Hæc omnia loquutus est Apostolus de homine, qui indutus est corpore, & operatur opera spiritus. Ita & in mortuo-

(1) Corpora Justorum in resurrectione immutanda esse, &, exuta corruptibilitate, immortales dotes adeptura, omnes veteres Patres consentiunt. Quatuor, ut omnibus notissimum est, gloriosi corporis dotes a Theologis assignari solent: nempe impassibilitas, claritas, subtilitas, agilitas. Has autem late explicant, & auctoritate Sacræ Scripturæ, & testimonio SS. Augustini, Thomæ, Bonaventuræ, aliorumque confirmant.

(2) In epistola ad Romanos *cap. VIII. v. 5.* juxta versionem vulgatam ita legitur: *Qui enim secundum carnem sunt, quæ carnis sunt, sapiunt; qui verò secundum spiritum sunt, quæ sunt spiritus, sentiunt*. Æthyopica verò: *Nam omnes, qui corporum suorum dispositionem exequuntur, sapiunt, quæ sunt, bujus Mundi; at qui mentem præstant Spiritus Sancti, sapiunt, quæ sunt Dei*. Arabica autem: *Qui enim in bis, quæ propria sunt carnis, versantur, sentiunt voluntates carnales; qui verò in bis, quæ propria sunt spiritus, versantur, sentiunt consilia spiritualia*. Versio quidem Syriaca, quæ convenire videtur cum verbis, quæ ex Apostolo adducit S. Jacobus, ita se habet: *Ii enim, qui carnales sunt, quæ carnis sunt, cogitant; qui verè spirituales sunt, quæ sunt spiritus, cogitant*.

(3) Verba Apostoli hoc loco summatim retulisse videtur S. Jacobus. Nam in Textu Græco, quicum conveniunt omnes versiones, tum in nostra Latina vulgata ita legitur: *Vos autem in carne non estis, sed in spiritu, si tamen Spiritus Dei babitat in vobis. Si quis autem Spiritum Christi non babet; bic non est ejus*. Rom. VIII. 9.

tuorum resurrectione justorum corpora immutantur. Et forma terrestris immergitur in cælestem, & vocatur corpus cæleste. Sed quod non immutatur, vocatur terrestre; Sed latius de hac resurrectione mortuorum, quoad possum, te docebo. Ab initio, cum formasset Deus Adam; ex pulvere creavit, & suscitavit eum. Quare si, dum nihil erat Adam, fecit eum: quanto facilius erit Deo, cum fuerit, rursus illum suscitare? Quoniam ecce semen ejus quodammodo seminatum est in terra. Profecto si faceret nobis Deus, quæ fieri facilia sunt, non viderentur nobis magna opera sua. Sunt homines ingeniosi, mira opera efficientes: Et ad horum operum imperiti obstupescunt, & mirantur, quomodo facta sint; Et opus sociorum suorum difficile videtur in oculis eorum: quanto magis opera Dei debent illis esse admirabilia? Deo non est aliquid magnum suscitare mortuos. Dum semen non erat seminatum, germinavit terra, quod non ceciderat in ea. Et dum non erat fœta frugibus, genuit in virginitate sua. Quomodo igitur erit difficile, ut terra ea producat, quorum semina sata sunt in ea, & ut jam gravida gignat? Quoniam ecce tempus partus ejus appropinquavit; sicut & Isaias dicit. At vero fortasse nobis reponent: quis audivit, aut quis talia mirabilia vidit unquam, terram universum hominum genus uno fœtu gignere? Adam non erat satus, & natus est: Et non erat conceptus, & genitus est. Nunc generationes ejus seminatæ (1) sunt, & expectant pluvias, & germinabunt. Et ecce terra prægnans est multis: & proxima est partui.

Isa. XXVI. 17.

Հու. Եւ դարձեալ ասէ. եթէ իցէ հոգին քո 'ի ձեզ, հոգւովդ էք դուք։ Զայս ամենայն առաջ առաջեալ, իբրու զմարմին զգեցեալ էր, և զգործս հոգւոյ գործէր։ Սակայն և յարութեան մեռելոց, լինին նորոգութիւն արդարոց։ և ընկղմի կերպարանն երկրաւոր յերկնաւորն. և կոչի մարմին երկնաւոր։ Իսկ որ ոչն նորոգի, կոչի երկրաւոր։ Այլ այսոր յարութեան մեռելոց, որչափ 'ի կարի հնում է, հաւանեցուցից քեզ։ Ի սկզբանէ իբրև հաստատեաց Աստուած զադամ, 'ի հողոյ էստեղծ, և յարոյց զնա։ Զի թէ մինչ ոչինչ էրն ադամ, արար զնա, որչափ առաւել և այժմ դիւրին իցէ յարուցանել զնա։ Զի աւասիկ սերմանելով սերմանեալ է նա յերկրի։ Ապա եթէ որ դիւրին իցէ արասցէ մեզ Աստուած. ոչ երևին մեզ մեծամեծ գործք նորա։ Են մարդիկք արուեստագէտք, որք գործեն զիրս զարմանալիս. և ոյք չեն տեղեակք գործոցս այսոցիկ կան և զարմանան, թէ զիա՞րդ լեալ իցեն. և գործն ընկերաց իւրոց դժուարին թուի յաչս նոցա. ո՞րչափ ևս առաւել գործք Աստուծոյ, սքանչելեաց արժան էր լինել նոցա։ Աստուծոյ չէ այս մեծ ինչ, եթէ յառնեն մեռեալքն։ Մինչ սերմն չէր սերմանեալ, բուսոյց երկիր ինչ, որ ոչ էր անկեալ 'ի նմա։ Եւ մինչ չէրն յղի, ծնաւ 'ի կուսութեան իւրում. զիա՞րդ իցէ դժուարին այս, զի բուսուսցէ երկիր զսերմանիս, որք սերմանեցան 'ի նմա. և յղին ծնցի։ Զի ահաւասիկ մերձեալ են երկունք նորա, որպէս և Եսայի ասէ; Իսկ արդ ո՞վ լուաւ, ո՞ ետես զայսպիսի 'ի սքանչելիս, եթէ երկիր միանգամայն զազգ մի ողջոյն ծնանիցի։ Ադամ ոչ էր սերմանեալ, և բուսաւ։ Եւ ոչ էր յղացեալ, և ծնաւ։ Այժմ ծնունդք նորա սերմանեալք են. և անձրևի ապասեն, և բուսանին։ Եւ երկիրս ահասիկ յղի է բազմօք. և մերձ է ժամանել ծննդեան նորա։

Omnes veteres Patres speraverunt resurrectionem, idque factis ipsis comprobarunt.

3. Omnes Patres nostri spe sperabant resurrectionem, & ad eam properabant, sicut

Ամենայն հարք մեր, զի յուսոյ յարութեան ակն ունէին, և ընթանային. որ-

(1) Hujusmodi argumento ad resurrectionem mortuorum probandam adversus Gnosticos, Marcionem, Basilidem, Menandrum, eorumque Asseclas, aliosque Hæreticos, qui primis Ecclesiæ sæculis Catholicam Ecclesiam pestiferis suis erroribus perturbaverunt, utitur S. Irenæus *Lib. V. contr. hæres. Cap. III.*, inquiens: *Qui enim initio eos, qui non erant, fecit, ut essent, quando voluit, multo magis eos, qui jam fuerunt, rursus restituet, volens in eam, quæ ab eo datur, vitam.* Similiter adversus Gentiles Athenagoras *de resurr. mor. n. 3. Nam si non extantia hominum corpora, eorumque principia in prima fecit creatione, etiam dissoluta, quolibet id contigerit modo, non difficilius exsuscitabit.* Nec dissimilia S Justinus *in Apolog. I num. 19. pag. 55.*, & Tatianus Justini discipulus in oratione contra Græcos num. VI. *Genitus*, inquit, *qui olim non eram, ex generatione consequutus sum, ut me existere non dubitem; eodem modo genitus, ac per mortem esse, ac videri desinens, denuo existam: quemadmodum olim cum non essem, postea genitus sum*, Aliique, si opus esset, adjungi possent antiquissimi Scriptores.

որպէս և ասաց առաքեալ երանի ; Թէ այնմ քաղաքի ուստի Աբրահամն ել , ակն ունէին արդարք , և զայն յիշէին ։ Գոյր ժամանակ դարձի իւրեանց անդրէն ; բայց պատուին լաւ ևս և յառաջաղէմ ցանկացեալ են , այս ինքն է , երկնաւորին ։ Եւ սպասէին Թէ փութփաղակի հրաժարեսցին աստի , և երթեսցեն անդր ։ Եւ խելամուտ լեր յայսմանէ , որ ինչ գրեմ քեզ , և տե՛ս զի յարութե ակն ունէին ։ Յակոբ հայր մեր իբրև մեռանէր , երդմնեցոյց զյովսէփ զորդի իւր , և ասէ ցնա ; 'ի գերեզմանի հարց իմոց Թաղեսցես զիս , առ աբրահամ , և սառայ , և առ իսահակ , և ռեբեկայ ։ Եւ ընդէ՞ր սիրելի , ոչ կամեցաւ յակոբ , Թէ յերկրին եգիպտացւոց Թաղեսցի , այլ ընդ հարս իւր ։ Զայս յառաջագոյն կամեցաւ, և եցոյց , Թէ յարութե մեռելոց ակն ունէր . զի իբր աղաղակն եղիցի , և ձայն փողոյն գոչեսցէ , եղիցի յարութի իւր մերձ առ հարս իւր . և մի՛ խառնեսցի 'ի ժամանակի անդ յարութե ընդ անօրէնս , որք դառնան 'ի դժոխս ։ Սոյնպէս և յովսէփ

sicut & dixit Beatus Apostolus: *Quod si eam Civitatem, unde egressus est Abraham, sperabant Justi, & eam mente recolebant, aderat tempus revertendi ad eam, unde exierant; sed meliorem intendentes optaverunt, idest* (1) *cælestem*. Hebr. XI. 15.

Et expectabant, ut cito hinc separarentur, & proficiscerentur illuc; & ex his, quæ mox tibi dicam, probe intelliges, quod sperabant resurrectionem. Jacob Pater noster cum moreretur, adjuravit Joseph filium suum; dicens ei: *In sepulchro Patrum meorum sepelies me, ad Abraham, & Saram, & Isaac,* (2) *& Rebeccam*. Gen. XLVII. 29.

Et quare, dilectissime, noluit Jacob in Terra Ægyptiorum, sed cum Patribus suis sepeliri? Utique quia præmonere voluit, quod speraret resurrectionem mortuorum; & ideo, ut, cum fieret clamor, & insonaret vox tubæ, resurgeret prope Patres suos, & in die resurrectionis non commisceretur iniquis, qui revertuntur ad infernum. Ita (3) & Joseph adjuravit Fratres suos, dicens eis: *Cum recordatus fuerit Deus vestri, asportate* Gen. L. 24. Exod XIII. 19. Hebr. XI. 22.

(1) Verba Apostoli juxta vulgatam talia sunt: *Et si quidem ipsius meminissent, de qua exierunt: habebant utique tempus revertendi. Nunc autem meliorem appetunt, idest cælestem.* Versio autem Syriaca ita se habet; *Quod si Civitatem illam, ex qua prodierunt, quæsivissent, habebant tempus, ut iterum revertentes, eam adirent. Nunc autem certum est, eos ista meliorem desiderasse, eam scilicet, quæ est in Cælis.* Arabica verò: *Quod si memores fuissent illius Civitatis, e qua exierunt, habebant quidem tempus revertendi ad eam. At nunc eam expetunt, quæ præstantiar est illa, nempe cælestem.* Ad hæc autem Apostoli verba talia scribit Chrysostomus: *Hospites*, inquit, *erant totius Orbis terræ, & quærebant patriam; quænam autem ea est? An quam dimiserunt? Nequaquam. Quid enim obstabat, quominus redirent, si vellent, & essent cives? Sed quærebant illam, quæ est in Cælis. ita properabant hinc excedere, & adeo Deo placebant, ut non erubesceret vocari eorum Deus.* Propterea idem sanctissimus Doctor in eadem Homilia ad Hebræos *Cap. XI. 9.* scribit; *Prima est virtus, atque adeo universa virtus, esse hujus Mundi hospitem, & peregrinum, & cum iis, quæ hic sunt, rebus & negotiis nihil habere commune, sed ab eis pendere, tamquam ab externis, sicut beati illi, de quibus* (Apostolus Hebr. cap. XI. 37.) *dicit: Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat Mundus.*

(2) Verba Scripturæ juxta vulgatam talia sunt: *Facies mihi misericordiam, & veritatem, ut non sepelias me in Ægypto; sed dormiam cum Patribus meis; & auferas me de terra hac, condasque in sepulchro majorum meorum.*

(3) Eodem argumento sumpto ex iis, quæ Jacob, & Joseph præceperunt fratribus suis, & filiis, ut eorum corpora secum ex terra Ægypti transportarent, & in Majorum suorum sepulchrum inferrent, ibique cum ossibus Patrum suorum collocarent, utitur S. Epiphanius ad confutandos Samaritanos, qui corporum resurrectionem negabant: *Quod vero*, inquit, *ad mortuorum resurrectionem attinet, primum eorum error ex Abelis historia refellitur, cujus sanguis vel post obitum cum Domino collocutus est.* Post hæc, nonnullis aliis ad eamdem rem spectantibus interjectis, ita prosequitur: *Quin etiam Jacob dum de suis ossibus est sollicitus, non utique de his tanquam perituris mandata suis reliquit. Quod ipsum Josephus postea præcipiens resurrectionis speciem adumbravit. S. Epiphan. advers. hæres. Lib. I. hæres. IV. Tom. I.* Verum non solum ob fidem futuræ resurrectionis mandavit Joseph fratribus, ac filiis suis, ut, cum de terra Ægypti exirent, secum ossa ejus deferrent, sed ut de Divina promissione, qua Abraham spoponderat Deus, se terram lacte, ac melle fluentem daturum, se per fidem certum, ac securum ostenderet, licet in terra aliena vixisset, ac ad eam Patrem, ac totam domum transtulisset, & tunc temporis ibi moreretur, tum etiam ut ejusdem promissionis filii, ac posteri sui memores essent. Quemadmodum nos docet Chrysostomus ad verba illa Pauli in Epistola ad Hebræos: *Fide Joseph moriens de profectione filiorum Israel memoratus est, & de ossibus suis mandavit.* Non autem, ut quidam impii obloquebantur, quod sanctis illis Patribus, quorum conversatio in Cælis erat, cura esset de eorum sepulchris, ac monumentis, sicut hominibus huic sæculo, & terræ affixis esse solet. Verba Joannis Chrysostomi talia sunt: *Audivit Joseph* (hoc est promissionem factam a Deo Abraham) *& cum esset in terra aliena, & necdum videret evenisse prædictionem, ne sic quidem despondit animum, sed ita credidit, ut etiam loqueretur de exitu, & de suis mandaret ossibus. Non ergo ipse solus credidit, sed etiam alios induxit ad fidem, ut semper recordantes, quod non mandasset de ossibus, nisi id sibi certo fuisset persuasum, expectarent exitum. Quamobrem quum dicunt aliqui; ecce etiam justi curam gesserunt monimentorum, eis dicamus, quod ideo curam gesserunt. Sciebant enim:* QUOD DOMINI EST TERRA, ET PLENITUDO EJUS. *Psal. XXIII.*

tate ossa mea vobiscum de loco isto. Et fecerunt Fratres, quod jusserat Joseph, & adjurationem centum viginti quinque annis custodiverunt. Nam cum postea exercitus Domini e terra Ægyptiorum egressi sunt, tunc tulit Moyses ossa Joseph; & visa sunt ei pretiosa ossa viri justi, & meliora ab eo æstimata sunt auro, & argento, quæ Filii Israel Ægyptiis abstulerunt. Et fuerunt ossa Joseph in deserto quadraginta annis. Et cum defunctus per id tempus fuisset Moyses, hæres eorum fuit
Jos. XXIV. 32. Josue filius Nave. Meliora enim videbantur ei ossa Joseph Patris sui omni præda terræ, quam subjugavit. Et quare dedit Moyses Josue ossa Joseph? quia erat ille ex genere Ephraim, & ipse sepelivit in terra illa, ut ibi, tamquam thesaurus, ossa Joseph (1) recondita essent. Cum autem moreretur Jacob, benedixit filiis suis, qui Patres Tribuum fuerunt, & præmonstravit, quod eventurum erat novissimis temporibus, dicens ad Ruben: *Ruben*
Gen. XLIX. 3. *Primogenitus* (2) *filius meus es tu: fortitudo*,

նէփ երդմնեցոյց զեղբարս իւր, և ասէ ցնոսա; ելէք յիշեցէ զձեզ ա՟ծ, բարձէ՛ք զոսկերս իմ աստի ընդ ձեզ. Եւ արարին եղբարքն զբանն յովսեփու, և պահեցին զերդմնին զհարիւր զքսան և հինգ ամս. Եւ ՚ի ժամանակի. զի ելանէին զօրութիւք ա՟ծ յերկրէն եգիպտացւոց, յայնժամ էառ մովսէս զոսկերսն յովսեփու. և պատուականք թուեցաւ նմա ոսկերքն առն արդարոյ, և քա՟ն համարեցաւ նմ՟ քան զոսկի, և զարծաթ, զորս առին որդիքն իսրայէլի յեգիպտացւոց, ՚ի ժամանակի ելիցն կապուտ կողոպուտ թողին զնոսա. Եւ եղեն ոսկերքն յովսեփու յանապատի անդ զամս քառասուն. Եւ ՚ի ժամանակի անդ իբրև հանգեաւ մովսէս, ժառանգեցոյց զնոսա յեսու որդի նաւեայ. Լաւ թուէին ոսկերքն յովսեփու հօր իւրոյ, քան զամենայն աւար երկրին, զոր հնազանդեցոյց. Եւ ընդէ՞ր ետ մովսէս յեսուայ զոսկերսն յովսեփու. այլ զի եփրեմեան ոհմէն էր նա. Եւ թաղեաց զնոսա յերկրի անդ, զի եղիցի նա գանձ

(1) Josue *Cap. XXIV. v.* 32. legitur: *Ossa quoque Joseph, quæ tulerant filii Israel de Ægypto, sepelierunt in Sichem in parte agri, quem emerat Jacob a filiis Hemor Patris Sichem centum novellis ovibus, & fuit in possessione filiorum Joseph*. Hanc autem agri partem, quam emisse dicitur Jacob hoc loco, & *Gen. Cap. XXXIII.* 19 præcipuam hæreditario jure habendam reliquit Josepho, ejusque filiis Ephraim, & Manasse. *Gen. XLVIII.* 22 *Joan. IV* 5. Propterea S. Episcopus Nisibenus scribit, ossa Joseph tradita fuisse Josue, quia erat ex Tribu Ephraim, ut scilicet paternum funus curaret, & mortales Josephi exuvias sepeliret in terra, quæ ex avita hæreditate ad suam tribum pertinebat. Sed quæstio moveri potest, quomodo id factum fuisse a Josue, affirmat S. Jacobus, cum in laudato Cap. XXIV. prius legatur, Josue mortuum fuisse, & cunctis ejus diebus, & seniorum, qui post eum longo vixerunt tempore, Israel serviviſſe Domino; & deinde subjungatur, ossa Joseph sepulta fuisse in Sichem a filiis Israel. Ad hunc Scripturæ locum: *Non est*, inquit Masius in Comm. ad Josv. cap. XXIV. 32., *quidem consignatum Scriptura humationis hujus tempus, sed extrema versiculi clausula argumento est, ante sortitionem eam fuisse factam, cum sortis casu acciderit, ut filii hæredes essent ejus agri, in quo paternum funus locatum jam fuerat. Credibile ergo est, cum primum apud Montes Hebal, & Garizim fœdus Deo sancirent Israelitæ, tum simul istas Fratri exequias solvisse, erat enim vicinus sepulturæ locus. Cur autem id nunc tandem commemoretur, expedita ratio est, quia aliorum hic magnorum virorum sepulcra ostenduntur*. Sed fallitur in eo doctissimus vir, quod putat, forte accidisse, ut filii Joseph heredes essent agri, in quo ossa Joseph collocata fuerant. Nam ager ille longe antea, ut supra dixi, a Jacobo jam morituro Joseph traditus fuerat, ut plures Interpretes exponunt verba illa Genesis cap. XLVIII. v. 22. *Do tibi partem unam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi*: Et hunc agrum recte affirmant, illud prædium fuisse, quod in Evangelio Joannis *Cap. IV. v.* 5. diserte dicitur, Jacob dedisse Josepho filio suo. Ex tempore autem, quo mandata sunt sepulturæ ossa Joseph, ejusque funus curatum, ut existimant laudatus Auctor, aliique Sacrarum Scripturarum Interpretes, bene colligitur, quod scribit sanctissimus Doctor Nisibenus, ea a Moyse concredita fuisse Josue, quem Ducem populi Israelitici post suum obitum constituit, & injussu cujus neque ossa Patriarchæ, neque solemne funus procurari poterat. *Deut. Cap. XXXIV.* 9. Joseph autem sepulcrum ætate etiam S. Hieronymi extabat. *Hier. de loc. Hebr.* Nam de locis Hebraicis agens, inquit: *Ostenditur autem locus in suburbanis Neapoleos* (seu Sichem) *juxta sepulcrum Joseph*. Et in quæst. ad Genes. cap. XLVIII. 22. *Siquidem eodem loco* (h. e. in parte agri Sichem) *sepultus est Joseph, & mausoleum ejus ibi hodie ostenditur*. Et ostendebatur quoque tempore Beniamin Tudelensis, ut ipse affirmat *pag.* 40. sui Itinerarii.

(2) Locus Genesis, cujus verba hic afferuntur a S. Jacobo, juxta versionem vulgatam ita se habet: *Ruben Primogenitus meus, tu fortitudo mea, & principium doloris mei, prior in donis, major in imperio, effusus es, sicut aqua, non crescas, quia ascendisti cubile Patris tui, & maculasti stratum ejus*. In Textu Hebraico ita legitur: *Fortitudo mea, & principium roboris mei, excellentia extollendi, & excellentia fortis, festinatio sicut aquæ, ne fias excellens*. In Græca autem versione LXX. *Tu fortitudo mea, & principium filiorum meorum, durus ad ferendum, & durus pervicax fecisti contumeliam, sicut aqua, non effervescas, ascendisti enim super cubile Patris tui, tunc violasti stratum, quo ascendisti*. In Textu Samaritano: *Excellens superbia, & excellens impudentia, rapidus fuisti, sicut aquæ, ne Te excellentem existimes &c.* In versione Arabica: *Excellens nobilitate, & excellens magnificentia, & nunc haustu aquæ non abundabis*. In Syriaca vero: *Reliquiæ oneris, & reliquiæ magnanimitatis diffluxisti, velut aqua, non subsistes*. Demum in Paraphrasi Chaldaica: *Tu acceptu-*

պանձ յերկրին անդ, ուր ոսկերքն յով֊
սեփու Թաղեալ կային. Եւ 'ի ժամա֊
նակի մինչ մեռանէր յակոբ, օրհնեաց
նա զառհմսն իւր, և եցոյց նոցա որ
ինչ լինելոց էր նոցա առ յապա ժամա֊
նակս. և ասէ ցռուբէն; ռուբէն անդ֊
րանիկ որդի իմ ես դու, զօրութի, և
սկիզբն որդւոց իմոց. խստութեամբ
գնացեր, 'ի խստութիւն յանդգնութե
վարեցեր զանձն քո. Թշնամանեցեր
զիս. իբրև ջուր մի՛ եռասցիս 'ի վեր.
Ելեր յանկողինս հօր քոյ, պղծե֊
ցեր զանկողինն, ուր ելերն. Եւ 'ի
ժամանակէ յոր հանգեաւ յակոբ, եր֊
կերիւր երեսուն և երեքամք են մինչև
ցհանգիստն մովսիսի. Յայնժամ կա֊
մեցաւ մովսէս քաւել 'ի քահանայութե
իւրոյ վասն ռուբենի. զի յանցեաւ և
մեղաւ, որ ննջեաց ընդ բալլայ հարճին
հօր

titudo, & principium filiorum meorum: cum duritia incessisti: in duritia petulantiæ gessisti temetipsum, contumeliosus fuisti in me: tamquam aqua, non ebullies sursum. Ascendisti cubile Patris tui, maculasti stratum, quod ascendisti. Ab eo tempore, quo defunctus est Jacob, usque quo mortuus est Moyses, elapsi sunt ducenti triginta tres anni. Tunc vero Moyses curavit in Sacerdotio suo expiationem facere pro Ruben, qui deliquit, & peccavit, dormiens cum Bala concubina Patris sui; ut, cum resurgerent fratres ejus, non deesset ex numero eorum. Dicit itaque in principio benedictionum suarum: *Vivet Ruben, & non moritur*, (1) *& erit ille in numero computationis*. Cum advenisset tempus, ut ipse Moyses requiesceret ad Patres suos, tur- Deuter. XXXIII. 6.

cepturus eras partes tres, primogenituram scilicet, & Sacerdotium, & Regnum, sed quia secutus es voluntatem tuam, sicut aqua effusa, non proficies, neque accipies portionem super excrescentem, quoniam ascendisti cubile Patris tui, tunc, Fili mi, violasti, quando ascendisti stratum meum. Verba autem illa: *effusus es, sicut aqua, non crescas*: juxta vulgatam: vel, ut legit S. Jacobus: *tanquam aqua, non ebullies sursum*: varie exponuntur ab Interpretibus Sacrarum Scripturarum. Nemo autem est, quem viderim, qui ea accipiat in eum sensum, in quem explicat S. Episcopus Nisibenus, nempe Ruben ob admissum scelus non resurrecturum in novissima die cum fratribus suis, quæ utique expositio singularis est, & animadversione digna.

(1) Verba Deuteronomii hoc loco in Latina versione vulgata talia sunt: *Vivat Ruben & non moriatur, & sit parvus in numero*. Versio Græca LXX. reddit ultima verba contrario sensu: *Et sit multus in numero*. Ita versio Syriaca, & Arabica. Sed aliqui putant, superiorem negationem in versione vulgata etiam referri ad posteriorem partem benedictionis, alioquin non esset benedictio. Textus autem Samaritanus ita habet: *Vivet Ruben, non morietur, eritque ex ea numerus*. Sed propius, si minus ad versionem verborum Sacræ Scripturæ, certe quandatenus ad eorum expositionem, quam exhibet hic S. Jacobus, accedit Paraphrasis Chaldaica, quæ hoc modo se habet: *Vivat Ruben vita æterna, & non moriatur morte secunda &c.* Et expressius eamdem sententiam exprimit versio, seu Targum Jonathani, & Hierosolymitanum. Primum ita: *Vivat Ruben in hoc mundo, nec moriatur morte, qua moriuntur improbi in futuro sæculo*. Et Hierosolymitanum: *Vivat Ruben in sæculo hoc, neque moriatur morte secunda, qua moriuntur improbi in futuro sæculo &c.* Expositio autem S. Jacobi singularis est, & digna quidem, quæ diligenter observetur. Siquidem ex ea non solum dogma de resurrectione adstruitur, & confirmatur; sed præterea colligitur, orationibus, ac Sacrificiis Sacerdotum, expiari defunctorum delicta. Affirmat enim, peccatum Ruben expiatum fuisse a Moyse. Hac autem in re convenit S. Doctor cum sacro auctore libri II. Machabæorum, ubi cap. XII. docemur: Judam virum fortissimum bene, ac religiose de resurrectione cogitantem, duodecim millia drachmas argenti misisse Hierosolymam offerri sacrificium pro peccatis eorum, qui in prælio ceciderant: Concluditur autem narratio his verbis: *Sancta ergo, & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut a peccatis solvantur*. Et quemadmodum nostri Theologi hoc Scripturæ loco utuntur ad suadendum dogma de resurrectione mortuorum, & ad probandam traditionem Ecclesiæ Catholicæ, juvari scilicet defunctorum animas fidelium precibus, & Sancto Eucharistiæ Sacrificio, ut a pœnis, quibus reatus commissorum delictorum justo Dei judicio expiare debent, liberentur, ita ad utrumque dogma confirmandum testimonium, & auctoritatem sanctissimi Episcopi Nisibeni adhibere poterunt. Cæterum ad resurrectionis dogma adstruendum adversus infidelium blasphemias adducit etiam S. Epiphanius eadem Sacræ Scripturæ loca benedictionis Jacob, & Moysis: *Quod autem*, inquit in Ancoratu §. XCIX., *ita sese res habeat, ac sempiternæ vitæ spes mortuis ostensa sit: quodque ad vitam excitandi illi sint, qui in sepulcris jacent, Moysen rursus tanquam majorem omni exceptione testem advoca* Epiph. Tom. II Oper. pag. 100. Relatis deinde verbis, quibus Rubeno, qui infandum illud crimen perpetraverat, Jacob ejus Pater benedixit, seu imprecatus est, institutum sermonem hoc modo prosequitur: *Quod si hæc*, (nempe verba illa: *non efferveas*, quæ juxta Hebraicam dictionem ipse interpretatur, *ne redeas*, sive *ne addideris*, vel *ne abundaveris*) *ab illo ita esse dicta velis discere; atque a Patre ei, qui deliquerat, mortem pœnæ loco constitutam fuisse, Moyses tibi declarabit. Qui cum duodecim tribubus benediceret, & ad Ruben pervenisset, non ignorans, Sacerdotem esse Levi*, (*Sacerdotii enim administratione solvebantur, obligabanturve peccata*) *in hæc verba pronuntiat*: Vivat Ruben, et non moriatur: *Quomodo vivere ille poterat, qui ante centum & viginti annos sepultus fuerat? Verum eo ista dixit, quod resurrectionem omnino fore cognosceret: tum mortis alterum genus ipso judicii die condemnatione secuturum. Unde unico illum supplicii genere perfunctum a futuris exsolvere cupiens*: Vivat, *inquit, in resurrectione videlicet. Neque enim ignorabat, omnes denuo esse victuros. Illud vero*, et non moriatur, *idem est, atque, ne secundam condemnationis, & æterni supplicii mortem subeat. Nam si de præsentis dumtaxat vitæ jactura sollicitus esset, satis erat dixisse*, Vivat Ruben. *Sed quoniam ad futura respectum habebat*; Vivat, *inquit*, Ruben, et non moriatur,

turbatus, & contristatus est: & petebat
Deuter. III. 23. a Domino suo, & rogabat, ut ultra transiret, & terram promissam aspiceret. Et quare, dilectissime, tristis erat vir justus? Non quod non transiret, & videret terram illam donorum, sed quod non iret, & sepeliretur cum Patribus suis, sed sepeliendus esset in terra inimicorum, & in terra Moabitarum. Nam Moabitæ conduxerunt Balaam filium Beor, ut imprecaretur, & malediceret Israel. Propterea Moyses desiderabat, ut in terra illa non sepeliretur, ne venirent Moabitæ, & aperirent sepulchrum, & extraherent ossa ejus, & dispergerent. Deus autem maxima beneficia tribuit Moysi.
Numer. XXVII. 12. Deuter. XXXIV. 2. Nam duxit, & elevavit eum super montem Nabo, & ostendit ei omnem terram, eamque quodammodo coram ipso adduxit, ejusque aspectui subjecit. Et cum oculos circumtulisset Moyses per omnem terram, aspexit montem Jebusæorum, & præparatum locum requiei. Et tristatus est, & flevit, cum vidisset sepulchrum, quod est in civitate Chebron, locum, ubi sepulti erant Patres sui, Abraham, Isaac, & Jacob, quia sepeliendus non erat apud eos, & ossa sua non apponenda ad ossa eorum, ut cum eis resurgeret in die (1) resurrectionis. Et postquam vidit omnem terram, confortavit eum Dominus, dicens: Ego sepeliam te, & occultabo, & nemo sciet sepulcrum tuum.
Ibid. XXXIV. 5. 6. *Et mortuus est Moyses juxta jussum Domini: Et sepelivit eum Dominus suus in monte Moabitarum contra Phogor, ubi peccavit Israel: Et nemo scivit sepulcrum ejus usque ad hodiernum diem.* Dominus, cum Moysis sepulchrum occultavit, duo ei beneficia præstitit; unum, ne inimici invenirent, & extraherent ossa ejus e sepulcro, & dissi-

Հօր իւրոյ ; զի յորժամ յարեցին եղբարք նր̄, մի՛ պակասեսցի նա ՚ի Թուոյ անուանի նյ̄ : Աղօթէ ՚ի սկզբան օրհնութե̄ց իւրոց ; կեցցէ Ռուբէն, և մի՛ մեռցի. և եղիցի նա ՚ի Թի̄ համարոյ : Եւ իբրև հասին ժամանակք հանգստեա̄ն մովսիսի առ հարս իւր, խռովեալ էր, և տրտմեալ խնդրէր ՚ի տե̄է իւրմէ, և աղաչէր, զի անցցէ տեսցէ զերկիրն խոստացեալ պարգևօք : Եւ ընդէ՞ր սիրելի, տրտմեալ էր այրն արդար. զի ո՛չ էանց ետես զայն երկիր պարգևաց ; այլ զի երթիցէ, և թաղեսցի ընդ հարս իւր, և մի՛ թաղեսցի նա յերկիր թշնամեաց իւրոց, յերկիրն մովաբացւոց : Քանզի ՚ի վարձու կալան մովաբացիք զԲաղաամ Բեովրեան յանիծանել, ՚ի նզովել զիսրայել : Վա̄ն այսպէս կամէր մովսէս, զի յերկրին յայնմիկ մի՛ թաղիցի. զի մի՛ գայցեն մովաբացիք բացցեն զոսկերս նր̄ վրէժխնդրութե̄. և հանցեն ցրուեսցեն արտաքս ; Արդ շնորհս մեծամեծս արար տր̄ ընդ մովսէս. տարաւ եհան զնա ՚ի վեր ՚ի լեառն նաբու, և եցոյց նմա զամենայն երկիրն, իբր էած անցոյց զնա առաջի նր̄ : Եւ իբրև հայեցաւ մովսէս ընդ ամենայն երկիրն, և ետես զլեառն եբուսացւոց, և զտեղին պատրաստեալ հանգստեան : Եւ տրտմեցաւ, և ելաց, իբրև ետես զգերեզմանն, որ է ՚ի քեբրոն քաղաքի, զտեղին ուր թաղեալ էին հարքն իւր աբրահամ, իսահակ, և յակոբ. զի ոչ առ նոսա թաղեցաւ. և զի ոչ անկան ոսկերք նր̄, առ ոսկերս նց̄. զի ընդ նոսա յարիցէր յաւուրն յարութե̄ : Եւ իբրև ետես զամենայն երկիրն, քաջալերր տայր նմա տր̄, և ասէր ; ես թաղեցից և ծածկեցից զքեզ, և ոչ զգերեզման քո մի՛ գիտասցէ : Եւ մեռաւ մովսէս ըստ հրամանի տե̄. և թաղեաց զնա տր̄ իւր ՚ի լերինն մովաբացւոց, հանդէպ բեղփեգովրայ, ուր մեղաւն իէլ

(1) Quæritur: cum Moysi jam ante prædictum fuerit a Deo, quod terram promissionis ingressurus non esset ob culpam, quam ad aquas contradictionis commiserat, quomodo morti jam proximus Dominum precetur, ut cum populo ad terram illam transgrediatur, eamque cum fratribus suis possideat, seque Divinæ voluntati jam sibi manifestatæ non subjiciat, & in Deum contumax, ac refragator appareat. Respondet Estius: quod prædictiones Divinæ, quibus pœna aliqua, vel aliud quodcumque malum prædicitur, aliæ sunt comminatoriæ, aliæ vero definitivæ, quæ definitivam quodammodo sententiam continent. Itaque fieri potuit, ut Moyses sententiam Dei intellexerit tanquam comminatoriam, aut saltem dubitaverit, utrum definitiva esset sententia, an verò comminatoria tantum. Sed planior videtur esse responsio S. Jacobi Nisibeni, qui nos docet, Deum precatum esse sanctissimum Israelitici populi Ducem, ut sibi transire liceret ad terram promissam, ne corporis ejus reliquiæ cum impiorum ossibus miscerentur, atque ideo cum eis in die resurrectionis resurgeret. Hæc autem accepta fuisse a Sancto Episcopo Nisibeno ex probatis veterum Rabbinorum traditionibus, ut plura alia, minime dubito. Refert Bartholoccius in sua Bibliotheca Rabbinica *Part. IV. pag.* 306., in Bibliotheca Vaticana reperiri Codicem manuscriptum in papyro cujusdam Hebræi Peloni Almonì, in quo causa exponitur, cur voluerit Moyses ingredi terram Chanaam: quid autem Scriptor ille dicat, cum non viderim, prorsus ignoro.

հէլ. և ոչ՛ք գիտաց զգերեզմանն նո̅ր մին-չև ցայսօր. Զերկուս իրս բարիս արար տ̅ր մովսեսի, որ ոչ ծանոյց զգերեզմանն նո̅ր. մին, զի Թշնամիք նո̅ր մի՛ գտցեն, և հանցեն ցրուեսցեն զոսկերսն ՚ի գե-րեզմանէ անտի. Եւ երկու, զի մի՛ գի-տասցեն մանկունք ժողովրդեան ազգին իւրոյ, և արասցեն զգերեզմանն նո̅ր տեղի երկրպագութե̅; քանզի իբրև ա̅ծ հա-մարեալ էր նա յաչս ժողովրդեան իւրոյ. Եւ

dissiparent; & alterum, ne homines populi gentis suæ scirent, & sepulchrum ejus locum adorationis constituerent, quoniam, tamquam Deus, habitus est ille in oculis populi. Hinc autem intellige, Charissime, qua de caussa, cum eos reliquit, & ascendit in montem, dixerunt: *Moysi, qui eduxit nos de terra Ægyptiorum, nescimus quid acciderit*. Et fecerunt sibi imaginem (1) vituli, & adora- Exod. XXXII. 1.
verunt

(1) Nemo quidem, quem ego sciam, hanc causam, & rationem attulit, cur Hebræi, Moyse diutius in monte cum Deo commorante, vitulum aureum, ut plurimi censent, *Philo lib. de Temulentia*, & *lib. III. de vit. Moysis*, & *lib. de spec. leg.*, *Lactant. Divin. Instit.*, & *S. Hieronym. in Oseam cap. IV.*, *S. August. Enarrat. in psal. LXXIII.*, *Basilius Seleucien. Orat. VI.*, & *plures recent. in Comment. in hunc locum Exodi*, seu caput vituli, ut alii putant, *Tertull. adv. Jud. cap. I.*, *Optat. Milevit. lib. III.*, *S. Cypr. de bono patien.*, *Lactant. Divin. Instit. lib. IV. cap. X.*, *S. Hier. in Oseam cap. IV.*, *S. Ambros. lib. I. de Pœnit. cap. VIII.*, *S. Aug. in psal. LXI*, *S. Isid. Hispal. lib. VIII.*, *Orig. cap. XI.* conflaverint. Communis enim opinio est, id fecisse Israelitas Ægyptiorum superstitionem secutos, qui Apim sacro cultu venerabantur. Singularis hac in re Moncæi opinio est, vitulum illum formasse Aaron ad similitudinem Cherubim, quibus viderat insidentem Deum, dum staret ad radicem montis cum Moyse, Hadab, Abiu, & Senioribus, sed tanquam aperte falsa, & commentitia, & ipsi Sacræ Scripturæ contraria ab omnibus rejicitur. At verò è diverso, quàm verisimillimum est, Hebræos ob longam in Ægypto moram Ægyptiaca superstitione imbutos, cum Moyses cum Deo collocuturus in montem ascendisset, nec amplius appareret, vitulum aureum conflasse, ut illum in ejus honorem adorarent, quemadmodum Ægyptii in honorem Osiridis, Apidem, & Mnævin divinis honoribus colebant, sicut scribit Strabo *lib. XVII. pag.* 805., Pomponius Mela *lib. I. cap IX.*, Plutarchus *in Iside*, & *alii*. Profectò si Ægyptii, qui tot gravissimis malis, & calamitatibus ad eorum scelera punienda jussu Dei a Moyse affecti fuerant, eorumque exercitus cum ipso Rege, equis, & curribus in mare submersi; nihilominus tanta in admiratione, & veneratione eum habuerunt, ut memoriæ traditum sit, adhuc in vivis agentem Moysen tum apud eos, tum apud Æthyopes Deum habitum fuisse, ut testatur Artapanus apud Eusebium *præp. Evang. lib IX. cap. XXII.*, & auctor Hypomnematis in Hexameron, quod Eustathio Antiocheno adscribitur; quanto verosimilius est, Hebræos, qui a Moyse, tot innumeris patratis prodigiis, e captivitate liberati fuerant, & per medium maris siccis pedibus educti, quem paulo ante in vertice montis Synai inter ignem, & fumum, clangores tubarum, caliginem, & nubem cum Domino colloquentem, & ab eo sanctissimas Leges accipientem, non sine stupore, ac timore conspexerant, cum rursus ascendentem in montem, ubi habitabat gloria Domini, & ingressum medium nebulæ cum Domino collocuturum vidissent, & post plures dies ad se revertentem non aspicerent, quantum verisimile est, eos ratos esse, Moysen a Deo secum in Cælos assumptum, & inter cælestia numina collocatum, & ideo ejus imaginem, perinde ac Ægyptios Osiridis, quam colerent, & secum haberent, sub vituli symbolo effinxisse. Profectò scribit Josephus *Antiq. Jud. lib. IV. cap. VIII.*, ideo Moysen in suis libris se mortuum esse, scripsisse, ne eum post obitum inter Deos referrent: *In sacris*, inquit, *libris scripsit, se mortuum esse, veritus, ne dicere auderent se propter virtutis ejus magnitudinem ad Deum discessisse*; & *Joannes Annalista idem confirmat*. Quænam magis probabilis, & justa causa esse potuit, cur id timeretur a Moyse viro sapienissimo, quàm illa, quam hoc loco nos docet S. Jacobus, nempe quia Israelitæ, dum adhuc Moyses viveret, sed diutius in monte commorantem non amplius viderent, eum inter Deos adscribere, & sub figura vituli contra præcepta Domini adorare ausi fuerant? Favet etiam S. Jacobi expositioni Joannes Chrysostomus, qui in Homilia V. in Matthæum, ideo Moysen prohibitum esse, scribit, a Deo in terram, quam toties sermo Divinus promiserat, ingredi, ejusque sepulchrum celari Deum voluisse, ut Hebræi ab idololatriæ impietate, in quam verisimiliter incidissent, averterentur: *Nam si*, ait, *quia per illum fuerant de solo Ægypto liberati, relicto Deo, tantummodo Mosen requirebant, ipsius esse prorsus cuncta illa beneficia credentes, hunc si introductorem quoque in terram repromissionis habuissent, in quæ non illi impietatis prærupta cecidissent? Ut igitur omnis hujusmodi amputetur occasio, ipsum quoque ejus est occultatum sepulchrum*. Idem affirmat Theodoretus *in quæst. XLIII. in Deuteron.* Et plures tum veteres, tum recentiores Sacrarum Scripturarum Interpretes existimant; altercationem illam inter Michaelem Archangelum, & Diabolum de Moysis corpore ideo contigisse, quia Satanas volebat, Moysen loco cognito, & publico sepeliri, ut Hebræi in idololatriam proni, eum, a quo tot beneficiis affecti fuerant, & cujus virtutem adeo suspiciebant, quasi Deum, & Numen colerent. Ita Procopius, Glycas, Hugo, Cornelius a Lapide, aliique ab eo laudati. Hinc autem quisque intelligit, quàm validis argumentis, & verisimilibus rationibus fulciatur, adstruaturque sententia S. Jacobi Nisibeni, cui insuper suffragari videntur verba ipsius Scripturæ. Exodi enim Capite XXXII., cum Moyses longiores moras faceret in monte, populus congregatus ad Aaron, inquit: *Surge, fac nobis Deos, qui nos præcedant*. Et cum Aaron ex inauribus, quas illi obtulerant, vitulum, seu caput vituli conflasset, eo viso, exclamavit multitudo: *Hi sunt Dii tui Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti*. Versio autem Syriaca: *Iste est Deus, o Israel, qui extraxit te de terra Ægypti*. Ita etiam versio Arabica. His autem auditis, Aaron ædificavit Altare, & per Præconem indixit: *Cras solemnitas Domini est*. *v.* 5. Quis autem unquam sibi persuadere poterit, Hebræum populum, cum Ducis sui Moysis reditum desperasset, postulasse ab Aaron, ut simulacrum Osiridis Ægyptiorum Dei sibi effingeret, quo Duce in itinere ad terram ab Immortali Deo sibi promissam uteretur; quod subinde, efformato ejusdem Dei simulacro, exclamaverit: Hunc esse Deum Israelis, qui ipsum de servitute liberaverat; quod Aaron ad ejus solemnitatem, tanquam ad proprii Hebræorum Domini, invitaverit? Quomodo enim, & qua ratione inducere poterant Israelitæ animum suum, ut sperarent, fore sibi propitium

verunt eam; & non meminerunt, quod Deus eduxit eos per Moysen, forti manu, & brachio excelso. Propterea gratiam fecit Deus Moysi, occultans sepulcrum ejus, ne sculperent sibi ejus imaginem, atque ei sacrificia offerentes, in peccatis suis transferrent ossa viri justi.

Ex iis, quæ in Sacris Scripturis leguntur, resurrectio mortuorum ostenditur.
Deut. XXXII. 39.
I. Reg. II. 6.
Isa. XXVI. 19.
Psal. LXXXVII. 11. 12.

§. 4. Ipse autem Moyses alibi etiam manifeste prænunciavit resurrectionem mortuorum ex ore Dei, dicens: *Ego mortifico, & vivifico*. Item Anna in sua oratione inquit: *Dominus mortificat, & vivificat: deducit ad inferos, & reducit*. Et Isaias Propheta: *Vivent*, ait, *mortui tui, & cadavera eorum resurgent: Expergiscentur, & laudabunt, qui dormiunt in pulvere*. Et jam ante David præcinuerat, dicens: *Ecce* (1) *mortuis facis tu mirabilia: & gentes proceræ resurgent, & confitebuntur tibi, & narrabunt in sepulcris gratiam misericordiæ tuæ*. Et quomodo quidem narrabunt gratiam misericordiæ Dei? nisi cum audierint vocem tubæ, & sonum fistulæ, quæ insonabit ab excelsis, & erit terræmotus, & aperientur sepulcra, & resurgent gentes proceræ cum gloria, & narrabunt, in sepulcris unanimiter, & dicent: *Magna est gratia hæc, quam concessit nobis: quia abscissa erat spes nostra, & denuo facta est nobis spes: seminavimus in corruptione, & resurreximus cum gloria: sepulti sumus in mortalitate, & resurreximus cum virtute*: hæc est gratia, quam narrant in sepulcris.

Եւ խելամուտ լեր յայսմանէ սիրելի՛ զի երբև եԹող զնոսա և ել 'ի լեառն, ասեն; այն Մովսէս, որ եհան զմեզ յերկրէն եգիպտացւոց, ոչ գիտեմք զի՛նչ եղև նմա; և արարին իւրեանց որԹապատկեր, և երկիրպագին նմա; և ոչ յիշեցին Թէ ԱԾ եհան զնոսա 'ի ձեռն Մովսէսի. հզօր ձեռամբ, և բարձու բազկաւ. Վն այսորիկ անխայեաց ԱԾ 'ի վերայ Մովսէսի, և ոչ ծանոյց գերեզմանն նր, զի մի՛ արասցեն պատկեր, և երկիրպագանիցեն և զոհեսցեն նմ, և 'ի մեղս իւրեանց շարժեսցեն զոսկերս առն արդարոյ.

Եւ ինքն դարձեալ Մովսէս յայտնապէս քարոզեաց զյարուԹիւն մեռելոց, մինչ 'ի բերանոյ ԱԾյ ասաց; Ես մեռուցանեմ, և կեցուցանեմ. Դարձեալ Աննա յաղօԹս իւր ասաց; Տր մեռուցանէ, և կեցուցանէ, իջուցանէ 'ի դժոխս, և հանէ. Եւ Եսայի մարգարէ ասէ; կեցցեն մեռեալք քո, և գիտկունք նց յարիցեն. զարԹիցեն և օրհնեսցեն, որք ննջենն 'ի հող. Նախ ԴաւիԹ քարոզեր, և ասէր; Ահաւասիկ մեռելոց առնես դու զսքանչելիս. և սկայազունք յարիցեն, և խոստովան առնիցեն առ քեզ, և պատմեսցեն 'ի գերեզմանս զշնորհս ողորմուԹն քոյ. Եւ որպէս արդեօք պատմեսցեն զշնորհս ողորմուԹն ԱԾյ, եԹէ ոչ յորժամ լսիցեն զձայն փողոյն, և զգոչիւն սրնկի, զի աղաղակիցէ 'ի բարձանց, և շարժումն լինիցի, և գերեզմանք բանայցեն, և յարիցեն սկայազունք փառօք, և պատմեսցեն 'ի գերեզմանս միաբան և ասասցեն; Մեծ են այս շնորհք զոր շնորհեաց մեզ, զի հատեալ էր յոյս մեր, և եղև մեզ յոյս, և սերմանեցաք ապականուԹ, և յարեաք փառօք. Թաղեցաք շնչաւորուԹ, և յարեաք զօրուԹ; այս շնորհք են, զոր պատմեն 'ի գերեզմանս.

Եւ

tium Ægyptiorum numen, & ducem itineris ad terram ab illo Deo promissam, qui ejus cultum tanquam mendacis, & falsi numinis prohibuerat, qui ejus cultores tam gravissimis malis afflixerat, ac prostraverat; qui ejus imbecillitatem, & vanitatem tam stupendis prodigiis ostenderat? Quomodo credere poterant, Ægyptiorum numen eos è captivitate eripuisse, cujus Divinitatem ipsi contempserant, cujus terras deseruerant, cujus culto res argento & auro spoliaverant, & quos demum, invocato per Moysen Dei sui nomine, aquis in mari submerserant? Quid verò adeone stolidus erat Aaron, ut Osiriden sub vituli symbolo effictum Hebræorum Dominum nominaret? E diverso si ponamus, sub vituli figura Moysen, quem in monte cum Deo diutius colloquentem in Cælos, ut Henoch, raptum, haud inverisimiliter suspicari poterant, repræsentatum fuisse, omnia bene ac recte conveniunt, ut mature considerandi manifestum per se fieri puto.

(1) Verba hujus Psalmi in versione Latina vulgata talia sunt: *Numquid mortuis facies mirabilia: aut medici suscitabunt, & confitebuntur tibi? Numquid narrabit aliquis in sepulcro misericordiam tuam, & veritatem tuam in perditione*. In Textu Hebraico, in versione Græca, Arabica, Æthyopica, & paraphrasi Chaldaica eodem modo eadem Psalmi verba per interrogationem efferuntur. At verò versio Syriaca optime convenit, & concordat cum nostra Armena, si tamen Armenè, non autem Syriacè scripsit S. Jacobus Ipsa autem talis est: *En erga mortuos facis admiranda, & gigantes surgent, atque confitebuntur tibi, & narrabunt, qui sunt in sepulcris, bonitatem tuam, fidemque tuam in interitu*.

Եւ ոչ եԹէ բանիւք միայն սիրե_
լի, առաց ԱԾ որ յարուցանէ զմեռեալս,
այլ և արդեամբք և գործովք եցոյց մեզ
բազում վկայիւք, զի մի՛ եղիցի մեզ պա-
տիժ պատուհասի ։ 'Ի ձեռն եղիայի ե-
րևեցաւ նշանս այս սքանչելի, Թէ կեան
մեռեալք, և յառնեն, որք ննջեն 'ի
հողս. մինչ զմեռեալ որդին կնոջ այրւոյն
յարոյց եղիա, և ետ ցմայր իւր ։ Եւ
եղիշա կեցոյց դարձեալ զորդին կնոջն
շիղոմացւոյ, զի հաստատեսցի ստու_
գեսցի մեզ վկայուԹի երկրորդ ։ Եւ 'ի
վերայ ոսկերացն եղիշայի ընկեցին զ-
մեռեալն, և եկեաց. և հաստատե_
ցաւ երրորդ վկայուԹի ։ Նաև 'ի ձեռն
եզեկիելի մարգարէի, երևեցաւ յայտ_
նապէս յարուԹի մեռելոց. 'ի ժամա_
նակի իբրև էառ տարաւ զնա 'ի դաշտ
մի, և եցոյց զկոյտս ոսկերաց բազմաց,
և ասէ ցնա ; որդի մարդոյ, իցէ Թէ
կենդանասցին ոսկերքս այսոքիկ ։ Պա_
տասխանի ետ եզեկիել, և ասէ. տր ԱԾ,
դու գիտես զայդ ։ Սկսաւ խօսել ընդ-
նմա, և ասէ ; որդի մարդոյ, մարգա_
րէա՛ց 'ի վերայ խաղաղակոյտ ոսկերացդ,
և ասասցես ցդոսա ; լուարո՛ւք դուք
զպատգամս տն ։ Եւ իբրև լսեցոյց նց
զպատգամսն, եղև ձայն բարբառոյ, և
շարժումն. և ժողովեցան որք մանրեալք,
և փշրեալք էին ։ Եւ ետես զնոսա մար-
գարէն, և յիմարեցաւ. զի յամենայն
կողմանց փուԹացեալ գային դէմ ընդ
դէմ առ միմեանս, ոսկր առ ոսկր, առ
իւրաքանչիւր յօդս յօդեին. Մինչդեռ
զարմացեալ կայր նա, տեսանէր, զի
ներարդք և ջիլք յօդիւքն պատէին, և
ամենայն ոսկերք ցամաքեալք մարմնով
լնուին. և ամենայն մարմինք մորԹով
զգենուին. և մորԹքն զգեցեալ մազով
զարդարեր. և շունչ դեռևս ոչ գոյր 'ի
նոսա ։ Դարձեալ հրամայեաց մարգա-
րէին, և ասէ ; մարգարէա՛ց 'ի վերայ
շնչոյ. կոչեսցես դու 'ի վերայ դոցա
զոգիսն, և ասասցես ; արձակեսցին 'ի
չորեց կողմանց ոգիքն, և լցցեն զմեռեալ
մարմինսն, և կեցցեն սոքա ։ Եւ իբրև
լսեցոյց նոցա զայլ միւս ևս պատգամ,
եկին մտին ոգիքն 'ի նոսա, և եղեն
կենդանիք. կանգնեցան, կացին 'ի վե_
րայ ոտից իւրեանց. և եղեն գունդք
զօրաց բազմաց ։

Եւ ընդէ՞ր արդեօք 'ի միոյ պատ_
գամէ առանի ոչ յարեան մեռեալքն, 'ի
ձեռն մարգարէին. և կատարեցաւ յա_
րուԹի նց, ոսկերցն, և ոգւոց. զի ա_
հաւա_

§. 5. At vero non verbis solum, Dilectissime, loquutus est, qui suscitat mortuos, sed & rebus ipsis, & factis id ostendit nobis Deus, multisque modis testatus est, ne ob incredulitatem puniamur. Per Eliam mirabili prodigio ostendit, quod mortui vivunt, & resurgent, qui dormiunt in pulvere: cum mortuum filium viduæ mulieris Propheta suscitavit, & dedit Matri suæ. Et similiter Elisæus ad vitam revocavit filium mulieris Sunamitidis, ut certum ac firmum alterum testimonium resurrectionis haberemus. Et super ossa Elisæi projecerunt mortuum, & vixit. Atque ita tertium testimonium nobis datum est. Etiam per Ezechielem Prophetam declarata est manifestè resurrectio, & vivificatio mortuorum, quando eum assumpsit Deus, & duxit in quemdam campum, & ostendit ei cumulos multorum ossium, dicens ei; *Fili hominis, putasne, vivent ossa ista?* Respondit Ezechiel: *Domine Deus tu nosti hoc*. Tum ita Deus ad eum: *Fili hominis, vaticinare de ossibus istis pacifice cumulatis, dices eis: Audite vos verbum Domini*. Et cum Propheta fecisset ea audire verbum Domini, factus est sonitus, & commotio; & congregata sunt, quæ erant dissoluta, & contrita. Et vidit ea Propheta, & stupuit, quia ex omnibus partibus celeriter veniebant facie ad faciem ad invicem, & os ad os singula singulis jungebantur. Dum adhuc stupefactus stabat ille, videbat, quod & nervi suis juncturis committebantur, & universa ossa arida carne implebantur, & singula corpora cutem induebant, & cutis induta pilis ornabatur, sed adhuc spiritus non erat in eis. Iterum jussit Deus Prophetæ, dicens: *Vaticinare super spiritum, vocabis tu super ista spiritus, & dices: Irruant a quatuor partibus spiritus, & impleant corpora mortua, & reviviscant*. Et cum fecisset ea audire alterum illud quoque verbum, venerunt, & intraverunt spiritus in ea, & vixerunt, surrexerunt, steteruntque super pedes suos, & facta sunt agmina exercitus grandis nimis valde.

Deus rebus ipsis contestatus est nobis resurrectionem mortuorum.

III. Reg. XVII. 21.

IV. Reg. IV. 31.

IV. Reg. XIII. 21.

Ezech. XXXVII. 3.

Ibid. 9.

§. 6. Et quare non uno illo primo verbo resurrexerunt mortui, & completa est resurrectio simul ossium, & spirituum? Sed uno verbo ossa juncta sunt, & al-

Quare apud Ezechiel. cap. XXXVII. mortui non unico verbo resurrexerunt.

& altera spiritus advenerunt? Id propterea factum est; ut reservaretur, & fieret perfecta resurrectio solum per Dñm nostrum Jesum Christum, qui una voce, uno verbo suscitabit omnes generationes Adæ, Non quod ponderosum, & ingens quodammodo foret verbum illud, nam modicum, seu abbreviatum erat (1) vocandum. Profecto notum, & compertum habes, quoniam & Elias, & Elisæus, quando suscitaverunt mortuos, haudquaquam uno verbo suscitaverunt: Sed oraverunt, & deprecati sunt, & multis horis tardaverunt, priusquam mortui resurgerent. Profecto etiam Dominus noster in primo suo adventu tres mortuos (2) suscitavit, ut trium testimonium (3) certum haberetur; sed singulos binis verbis suscitavit, Filium Viduæ mulieris binis verbis vocavit, dicens: *Adolescens (tibi dico) surge*; & revixit, & surrexit. Et filiam Archisynagogi bis vocavit, dicens: *Puella (tibi dico) surge*; & redivit in eam anima ejus, & surrexit. Et quando mortuus est Lazarus, profectus est ipse ad ejus sepulcrum, oravit, & clamavit voce magna oris sui, dicens: *Lazare veni foras*; & revixit, & exivit ex sepulchro. Quod autem tibi dixi, binis verbis hos mortuos suscitatos fuisse, ideo factum est, quia duæ resurrectiones in ipsis fieri debebant: una illa prima, quæ tum facta est, secunda illa, quæ futura est. At vero in illa resurrectione, in qua omnes homines resur-

Luc. VII. 14.

Marc. V. 41.

Joan. XI. 43.

հաւասիկ միով պատգամաւ ոսկերքն յօդեցան, և միւսովն ոգիքն եկին։ Այդ այն, զի կացցէ մնասցէ կատարումն առ տն մեր Յս Քս, որ միով ձայնիւ, և միով պատգամաւ յարուցանէ զամենայն ծնունդս ադամայ։ Ո՛չ եթէ ծանր ինչ էր պատգամն, այլ կոչելին նր փոքր էր։ Իմասցիս, և ուսցես. զի և եղիա, և եղիշա աշակերտ իւր, յորժամ յարուցին զմեռեալս, ոչ եթէ միով պատգամաւ յարուցին, այլ մինչ կացին յաղօթս, և աղաչեցին. և յամեցին ոչ սակաւ ժամս, և ապա յարեան։ Եւ տր մեր 'ի գալստեան իւրում առաջնում զերիս մեռեալս յարոյց, զի ստուգեսցի երիցն վկայութի. և երկու երկու պատգամօք յարոյց զմի մի 'ի նոցանէ։ Զորդի կնոջն այրւոյն երկիցս կոչեաց, և ասէ. պատանեակ դու, քեզ ասեմ, արի. և կենդանացաւ, և յարեաւ։ Եւ զդուստր ժողովրդապետին երկիցս կոչեաց, և ասէ. աղջիկ դու, քեզ ասեմ, արի. և դարձաւ 'ի նա հոգի նր, և յարեաւ։ Իսկ մեռաւ ղազար. չոգաւ նա 'ի գերեզմանն անդր նորա, եկաց յաղօթս, և կարդաց 'ի ձայն մեծ բարբառոյ իւրոյ, և ասէ, ե՛կ, ե՛լ արտաքս. և եկաց ել 'ի գերեզմանէ անտի։ Եւ այս զի հաւանեցուցի զքեզ թէ երկու երկու պատգամօք յարեան այս մեռեալքս. քանզի երկու յարութիք եղեն 'ի նոսա։ Մի, այն առաջին, երկրորդ այն, որ հանդերձեալն է։ Քանզի յարութին այն, յոր ամ մարդիկ յառնեն, այլ ոչ եւս գլորին. և միով պատ-

(1) Respexisse videtur hoc loco S. Jacobus Nisibenus ad verba Apostoli in epistola ad Romanos *cap. IX.* 28., quæ sumpta sunt ex capite X. v. 23. Isaiæ juxta versionem LXX. Illa autem talia sunt: *Verbum breviatum faciet Dominus super terram*. Verbum abbreviatum hoc loco a pluribus accipitur pro ipso Verbo incarnato, quod ad hominis usque naturam abbreviatum, & exinanitum est, *ut, quod cælo non capiebatur, præsepio caperetur*, ait S. Bernardus; vel pro ipsa doctrina Evangelica; nam Christus Dominus in duobus illis præceptis totam legem conclusit: *Diliges Dominum Deum tuum* &c., *& proximum tuum sicut teipsum*. Ideoque ad verba Isaiæ scribit Tertullianus, cont. Marc. lib. IV. cap. I. *Compendiatum est novum testamentum, & a legis laciniosis operibus expeditum*. Haud dissimiliter exponunt verba Apostoli Origenes, Augustinus, Anselmus, Oecumenius, & alii veteres, tum etiam recentiores. In utrumque, vel alterutrum sensum eadem Apostoli verba S. Jacobus Nisibenus accepisse videtur.

(2) Tres quidem memorant Evangelistæ fuisse a Christo Domino suscitatos, sed S. Augustinus, *Serm. XCVIII. de verb. Dom.*, minime dubitat, plures alios vita functos a Salvatore nostro, dum versaretur in terris, in hanc mortalem vitam revocatos fuisse. Tres autem mortuos ideo commemoratos fuisse, nos docet idem Augustinus, ut ex his tria genera, seu status eorum, qui peccatis invisibiliter moriuntur, intelligeremus. Hæc autem post S. Doctorem Hipponensem Episcopum ita explicat S. Gregorius Papa: *Redemptor noster puellam in domo, juvenem extra portam, in sepulcro autem Lazarum suscitavit; adhuc quippe quasi mortuus jacet in domo, qui latet in peccato. Jam quasi extra portam educitur, cujus iniquitas usque ad inverecundiam publicæ perpetrationis aperitur. Sepulturæ verò aggere premitur, qui in perpetratione nequitiæ etiam usu consuetudinis pressus gravatur. Sed hos ad vitam miseratus revocat, quia plerumque Divina gratia non solum in occultis, sed etiam in apertis iniquitatibus mortuos, & mole pravæ consuetudinis pressos respectus sui lumine illustrat. Quartum verò mortuum Redemptor noster, nuntiante discipulo, agnoscit, nec tamen suscitat; quia valde difficile est, ut is, quem post usum malæ consuetudinis etiam ad ultimum adulantium linguæ excipiunt, a mentis suæ morte revocetur*. S. Greg. Moral lib. IV. cap. XXV.

(3) Alludit S. Doctor ad verba illa in Deuteronomio cap. XIX. vers. 15. *In ore duorum, aut trium testium stabit omne verbum*. Quod pluries repetitum, & confirmatum legitur in Novo Testamento. *Matth. XVIII.* 16., *Joann. VIII.* 17., II. *Corinth. XIII.* 1., *Hebr. X.* 28.

պատգամաւ ԱՅ, որ 'ի ձեռն օծելոյ
առաքի, յառնեն ամ(ենայն) ննջեցեալք վաղ_
վաղակի, յական թօթափել. զի ոչ եթէ
տկար և փոքր ոք իցէ կոչելի նո. քան_
զի միով պատգամաւ կոչէ, և լսելի
առնէ ամենայն ծագաց երկրի. և զարթ-
նուին, և յառնեն ննջեցեալք. Եւ ոչ
դառնայ պատգամն դատարկ առ առա_
քիչն իւր. այլ որպէս գրեալ է Եսայի
մարգարէ. զի առակէ զպատգամն իւր
յանձրև, և 'ի ձիւն, ասէ; զոր օրինակ
իջանէ անձրև, կամ ձիւն յերկնից, և
անդրէն ոչ դառնայ. այլ արբուցանէ
յերկիր, և ծնուցանէ զնա. և տայ
զսերմն սերմանականաց, և զհաց 'ի
կերակուր. այնպէս եղիցի պատգամն
իմ, որ ելանէ 'ի բերանոյ իմմէ. մի' դարձ-
ցի առ իս դատարկ. բայց Թէ արասցէ
նա, զորինչ ես կամիմ. և կատարիցէ
յորինչ ես առաքեցի զնա. Անձրև,
և ձիւն ոչ դառնայ ընդ երկինս. զի
զկամս առաքչին իւրոյ կատարէ յերկիր:
Եւ զպատգամն զոր առաքէ 'ի ձեռն
Քրիստոսի. զի նա ինքն է բան նորա,
և պատգամ. դառնայ առ նա զօրութե
բազմաւ. Քանզի յորժամ գայ, և բերէ
զնա, իջանէ 'ի նման անձրևոյ, և ձեան.
և բուսանին 'ի նմա սերմանեալք. և
տան զպտուղ արդարք. և դառնայ պատ-
գամն առ առաքիչն իւր. և ոչ եթէ
դատարկ ինչ լինի եթափ նորա. այլ
այսպէս ասէ առաջի առաքչին իւրոյ;
ահաւասիկ ես, և որդիք, զոր ետուր
դու ինձ. Եւ ձայնս այս, որով կեան
մեռեալք. փրկիչն մեր վկայեաց վասն
նորա, և ասէ; եկեսցէ ժամանակ. Թէ
մեռեալք լուիցեն զձայն որդւոյ նորա,
և ելցեն 'ի գերեզմանաց իւրեանց. որպ
և գրեալ է; 'ի սկզբանէ էր ձայնն. զի
նա ինքն է բան. Եւ դարձեալ ասէ;
բանն մարմին եղև, և հանգեաւ 'ի մեզ.
Եւ սա ինքն ձայն է ԱՅ, աղաղակէ 'ի
բարձանց, և յարուցանէ զմեռեալս.
Եւ դարձեալ հաւանեցոյց տր̄ զսադու-
կեցիսն վասն յարութե մեռելոց, յոր_
ժամ բերէր 'ի մէջ զառակ եօթնառնեայ
կնոջն, և ասեն զնա; ահաւասիկ կինս
ամենեցուն եղև. 'ի յարութե մեռելոց,
որո՞ւմ 'ի նոցանէ լինիցի նա. յայնժամ
ասէ զնոսա; յոյժ մոլորեալ էք դուք.
և ոչ գիտէք զգիրս, և զզօրութի ԱՅ.
Որ որք այնմ աշխարհին արժանի լինին,
և յարութե մեռելոց. ոչ արք զկանայս
առնուն, և ոչ կանայք արանց լինին,
զի մեռանել ոչ կարեն. քանզի իբրև
զհրեշ_

surgent, nec amplius morientur. Uno
verbo Dei, quod emittitur per Christum,
resurgunt omnes defuncti illicò, in ictu
oculi. Non enim debilis aliquis, & infir-
mus est vocans per illud verbum. Nam uno
verbo vocat, & facit, ut audiant omnes
fines terræ, & expergiscuntur, & resur-
gunt defuncti. Et non redit inane ver-
bum ad eum, qui emisit, sed, sicut scri-
ptum est per Isaiam Prophetam, ubi ver-
bum suum assimilat Deus pluviæ, & ni-
vi, dicens: *Quomodo descendit imber,*
vel nix de Cælo, & illuc ultra non rever-
titur, sed inebriat terram, & irrigat
eam, & germinare eam facit, & dat
semen serenti, & panem comedenti; Sic Ysai. LV. 10.
erit verbum meum, quod egredietur de
ore meo, non revertetur ad me vacuum,
sed faciet quæcumque volui, & prospera-
bitur in his, ad quæ misi illud. Imber
quidem & nix non revertuntur in Cæ-
lum, quoniam voluntatem ejus, qui eos
misit, exequuntur in terra. Sermo au-
tem, quem Deus mittit per Christum,
quoniam ipse est verbum, revertitur ad
eum virtute multa. Nam quando venit,
& fertur, descendit instar imbris, & ni-
vis, & germinant in eo, qui seminati
sunt Justi, & reddunt fructum. Et rever-
titur sermo ad missorem suum, & nihil est
ex eo vacuum, & inane: sed ut loquitur
coram eo, qui misit: *Ecce ego, & Filii,* Joan. XVII. 9. XVIII. 12.
quos tu dedisti mihi. Et de voce ista,
qua mortui vivunt, perhibuit testimo-
nium Salvator noster, dicens: *Veniet*
tempus, quo mortui audient vocem filii
ejus, & exibunt e sepulcris suis. Quem- Joan. 5.
admodum & scriptum est: *In principio* Joan. I. 1.
erat vox: quoniam ille ipse vox est, &
verbum. Nam iterum dicit Scriptura:
Verbum caro factum est, & requievit in Ibid. 14.
nobis. Et hoc ipsum verbum vox est Dei,
quæ clamat ab excelsis, & suscitat mor-
tuos. Præterea demonstravit etiam Do-
minus Sadducæis futuram resurrectionem
mortuorum, quando, proposita parabola
de muliere, quæ habuerat septem viros,
dixerunt ei: *Ecce mulier hæc fuit om-* Matth. XXII. 28.
nium: In resurrectione mortuorum, cujus
ex illis erit? Ipse autem eis respondit:
Valde erratis vos, & nescitis scripturas, Ibid. 29. 30.
neque virtutem Dei. Qui enim digni
habebuntur sæculo illo, & resurrectione
ex mortuis, neque nubent mulieres, neque
viri ducent uxores, quia mori nequeunt.

Nam

Nam tamquam Angeli ambulabunt, & tamquam Filii Dei. De resurrectione autem mortuorum non legistis vos umquam in scripturis? Quoniam Deus dixit ad Moysen in rubo: Ego sum Deus Abraham, Isaac, & Jacob. Et ecce Deus non est mortuorum; quoniam omnes vivunt ei?

Aliqui adhuc in terris viventes apud Deum moriuntur.

§. 7. Et quidem sunt etiam aliqui, qui, dum hic vivunt, apud Deum (1) moriuntur. Præcepit, & comminatus est Deus

Gen. II. 17.

Adæ, dicens: *In quocumque die comederis ex ligno illo, morte morieris*. Et postquam transgressus est præceptum, vixit non-

Gen. V. 3. 4.

gentis triginta annis; sed Deo mortuus erat ille in peccatis (2) suis. Certum tibi sit, peccatorem vocari mortuum, dum adhuc vivit, id enim ostenditur tibi ex eo, quod scriptum est ab Ezechiele Pro-

Ezech. XVIII. 23. 32. XXXIII. 11.

pheta: *Vivo (3) ego, dicit Dominus, implens voluntatem, quoniam nolo ego mortem peccatoris mortui*. Et Dominus noster respondit homini, qui dixit: Permitte me ire, & sepelire Patrem, & Matrem

Matth. VIII. 22.

meam, & veniam ad te: *Sine, ut mortui sepeliant mortuos suos; tu autem vade, & annuntia Regnum Dei*. Quomodo autem hæc intelligenda putas, o Dilectissime? Vidistine unquam, mortuos sepelire mortuos? quomodo surgent mortui ad sepeliendos mortuos? sed accipe horum verborum sensum: Peccator, dum vivit, mortuus est apud Deum: Et justus, quamvis mortuus sit, vivit apud Deum. Hæc mors tua somnus est, Dilectissime. Sicut

Psal. III. 6.

& David ait: *Ego dormivi, & soporatus*

Dan. XII. 2.

sum, & exurrexi. Et iterum dicit: *Exurgent dormientes in pulvere*. Et Dominus noster de Filia Archisynagogi:

Matth. IX. 24.

Puella hæc, ait, non est mortua, sed dormit. Et de Lazaro dixit Discipulis: *La-*

Joan. XI. 11.

zarus amicus noster dormit, sed vado ut

զհրեշտակս շրջին, և իբրև զորդիս այ՟։ Այլ վ՟ն յարութեան մեռելոց, ո՞չ երբէք ընթերցեալ իցէ ձեր ՚ի գիրս. զի աստ այ՟ ցմովսէս ՚ի մորենւոջն անդ. Ես եմ այ՟ աբրահամու, իսահակայ, և յակոբայ. և ահա այ՟ ոչ եթէ մեռելոց իցէ. զի ամենեքեան կենդանիք են նմա.

Եւ են զի մինչ կենդանիքն են, առ այ՟ մեռանին. Պատուէր հրամանի ետ ադամայ, և ասէ; յաւուր յորում ուտիցես ՚ի ծառոյ անտի, մահու մեռցիս. Եւ զկնի զի եանց զպատուիրանաւն, եկեաց ինն հարիւր երեսուն ամ, և այ՟ մեռեալ էր նա ՚ի մեղս իւր. Ստուգեսցի քեզ, զի մեղաւորն կոչի մեռեալ, մինչդեռ կենդանի է. և ես հաւանեցուցից զքեզ. Այնպէս գրեալ է եզեկիէլ մարգարէ; կենդանի եմ ես ասէ տր՟ կամարար. զի ոչ կամիմ ես զմահ մեռուցելոյ մեղաւորի. Եւ տր՟ մեր աստ ցայրն, որ ասաց թող երթայց թաղեցից զհայր, և զմայր իմ, և եկից առ քեզ; թոյլ տուր մեռելոցն թաղել զմեռեալս իւրեանց, և դու ե՚րթ աւետարանեա՛ զարքայութիւն այ՟. Իսկ զի՞արդ լսե քեզ բանս այս ո՞վ սիրելի. տեսեալ իցէ քո երբէք, մեռեալք զի թաղիցեն զմեռեալս. զի՞արդ յառնեն մեռեալք, թաղել զմեռեալս. Այլ ընկա՛լ դու զայս հաւանութի. զի մեղաւոր մինչ կենդանի է, մեռեալ է առ այ՟. Եւ արդար թէպէտ մեռեալ է, կենդանի է առ այ՟. Այս մահ քո քուն է սիրելի. Որպ՟ և դաւիթ ասէ; ես ննջեցի, և ՚ի քուն եղէ, և զարթեայ. Եւ դարձեալ ասէ; զարթիցեն ննջեցեալք ՚ի հող. Եւ տր՟ մեր ասաց զդստերէ ժողովրդապետին; աղջիկս ոչ է մեռեալ, այլ ննջէ. Եւ վ՟ն ղազարու ասաց ցաշակերտսն; ղազար բարեկամն մեր ննջեաց. և եր-թամ

(1) Ita etiam S. Augustinus *Serm. de verb. Domini XCVIII.* verba faciens ad populum de mortuis a Domino suscitatis: *Nemo*, inquit, *dubitet, qui Christianus est, etiam nunc mortuos suscitari. Sed omnis homo habet oculos, quibus videre potest mortuos resurgere ita, ut resurrexit filius hujus viduæ, qui modo ex Evangelio recitatus est: unde autem videant homines resurgere mortuos in corde, non omnes habent, nisi qui jam resurrexerunt in corde. Amplius est resuscitare semper victurum, quàm resuscitare iterum moriturum.*

(2) Mortuus erat, scilicet cum vetitum fructum manducavit: Revixit tamen postea per pœnitentiam, & æternam salutem consecutus est per fidem in Christum venturum, cujus adventus promissio primum ipsi a Deo facta est. Hoc enim de salute primorum Parentum tenet Ecclesia Catholica adversus Tatianum, & Encratitas, quod suadetur auctoritate Sacræ Scripturæ, & consensu omnium veterum Patrum. Qua de re legi potest doctus æque, ac pius Emin. Card. Bellarminus *lib. III. controv. de amiss. grat., & de statu pecc. cap. XII. de pœn. & sal. primor. Parent.*, tum etiam Natalis Alexander *in hist. Eccl. vet. Testam. Tom. I. dissert. III. de Adamo & Eva assert. III.*, & alii plures.

(3) In versione vulgata *Ezechielis cap. XVIII. 32.* legitur: *Quia nolo mortem morientis, dicit Dominus Deus*. Ita etiam habet versio LXX. In versione autem Syriaca: *Non enim delector morte mortui, ait Dominus Dominorum*. In Paraphrasi autem Chaldaica: *Quia nolo mortem peccatoris, qui reus est mortis, dicit Dominus Deus*.

թամ եւ զարթուցանել զնա ։ Եւ առաքեալ ասէ ; ամենեքեան ննջեմք , այլ ոչ եթէ ամենեքեան նորոգեսցիմք ։ Եւ դարձեալ ասէ ; վասն ննջեցելոցն , մի՛ լիցի ձեզ տրտմութի ։

Յերկրորդ մահուանէ անտի արժան է մեզ երկնչիլ . այն , որ լի է աչաց լալով , և կրճմամբ ատամանց , հեծութեամբք , նեղութեամբք , և ճգնութեամբք ։ այն , որ բնակէ 'ի խաւարին արտաքին ։ Բայց երանի իցէ հաւատացելոց , և արդարոց 'ի յարութեան մեռելոց , զի ակն ունին զարթնուլ , և ընդունել զպարգևս իւրեանց բարութե ։ Իսկ անօրէնք , որք ոչ հաւատան 'ի յարութի անդր , վայ նմ որ խոչ պահեալ է նոցա . լաւ էր նոցա , եթէ բնաւ ոչ յառնէին , որպէս չհաւատային իսկ ։ Քանզի ծառայ մի , որ 'ի տեառնէ իւրմէ տանջանք , և կապանք հրամայեալ են նմա , յորժամ ննջէ , ոչ կամի բնաւ թէ զարթիցէ . զի գիտէ թէ իբրև առաւօտ լինի , տանջէ զնա տէր իւր , և կապէ ։ Իսկ ծառայ քաջ , որում պարգևս խոստացեալ է տէր իւր , նստի , և սպասէ , թէ երբ լիցի առաւօտ , և առցէ զպարգևս 'ի տեառնէ իւրմէ ։ Թէպէտ 'ի քուն կայ , սակայն 'ի տեսլեան իւրում տեսանէ , եբր թէ տէր իւր տայր նմա զպարգևսն խոստացեալս , և ուրախ լինի 'ի տեսլեան իւրում , և խնդացեալ ցնծայ ։ Եւ անօրինին քունն ոչ քաղցրանայ . զի հոգայ թէ հասեալ է առաւօտ , և բեկեալ է սիրտ իւր 'ի տեսլեն իւրում ։ Եւ արդարք ննջեն , և քուն իւրեանց քաղցր է զցայգ , և զցերեկ . և զամենայն գիշերն ընդերկար ոչ զգան , և իբրև զմի ժամ թուի յաչս նոցա . և 'ի պահին առաւօտուն զարթնուն , և ուրախ լինին ։ Եւ անօրինաց քունքն ծանրանան 'ի վերայ նոցա , և նմանեալք են առն , որ անկեալ դնի 'ի տենդ տապոյ , 'ի հիւանդութի ծանրութեան . շրջշրջի յանկողնի իւրում այսր անդր . և տագնապեալ կայ զգիշերն ամենայն , զի երկարեցաւ 'ի վերայ նր . և երկուցեալ զարհուրեալ է յառաւօտէ անտի , զի

a *somno excitem eum*. Et Apostolus: *Omnes*, inquit, *dormiemus* (1), *sed non omnes immutabimur*. Et iterum dicit: *De dormientibus non contristemini*. I. Cor. XV. 51.

§. 8. Oportet nos timere secundam mortem, quæ plena est fletu oculorum, & stridore dentium, gemitibus, angustiis, & tribulationibus: illam, inquam, mortem, quæ inhabitat in tenebris exterioribus. Beati quidem erunt fideles, & justi in resurrectione mortuorum, quia spem tunc habebunt resurgendi, & accipiendi præmia bonorum operum. Sed iniquis, qui non credunt in resurrectionem illam, væ undique illis reservatum est. Melius esset eis, si penitus non resurgerent, sicut se non resurrecturos credunt. Nam servus, cui a Domino suo decreta sunt tormenta, & vincula, cum dormit, nollet unquam exurgere; scit enim, cum primum factum fuerit mane, se vinctum fore, ut torqueatur a Domino suo. At servus bonus, cui promisit Dominus suus præmia, sedet, & cupidus diem expectat, quia, cum mane advenerit, præmia a Domino suo accipiet. Etsi dormiat in somno, videt Dominum suum, quasi donantem sibi præmia promissa: Et lætatur in visione sua, & gaudens exultat. Somnus autem iniqui amarus est, quoniam anxio, & solicito est animo, dum advenit mane, & fractum est cor ejus in cogitatione sua; Justi autem dormiunt, & somnus ipsorum dulcis est die, ac nocte: & longam noctem non sentiunt, sed tamquam una hora videtur in oculis eorum, & in tempore matutino exurgunt, & lætantur. Somnus autem iniquorum gravis est, & onerosus super eos, & assimilantur viro, qui incidens in febrem ardentem, & in infirmitatem gravem in lecto suo hùc illùc frequenter volvitur, æstuatque per totam noctem, ita impius terrore perculsus timet mane illud, quoniam reus sistendus est coram (2) Domino suo. Etenim fides nostra docet, quod, quan-

Secunda mors timenda est, & quæ diversa erit conditio in resurrectione expectanda.

(1) In versione vulgata habetur: *Omnes quidem resurgemus: sed non omnes immutabimur*. At verò nostra lectio Armena habetur etiam in codicibus Græcis, ut scribit Hieronymus in epistola ad Minervium, qui etiam addit, in quibusdam exemplaribus, legi etiam cum particula negativa in hunc modum: *Non omnes dormiemus*. Ita etiam habent versio Syriaca, & Arabica. Sed in quibusdam codicibus Latinis notat Augustinus *de Civit. Dei cap. XX. lib. XX.*, quod nostra lectio habebatur, nempe *omnes dormiemus*. Et quidem in nonnullis Græcis codicibus ita extat: Πάντες μὲν οὖν κοιμηθησόμεθα. *Omnes igitur dormiemus*. Hinc autem fortasse contigit, ut, relicta littera ν, contrario sensu facta sit lectio negativa. οὐ κοιμηθησόμεθα. *non dormiemus*.

(2) His autem haud multum dissimilia sunt, quæ S. Joannes Chrysostomus scribit ad verba illa Apostoli, ubi narrat de antiquis Patribus, quod peregrinos, & hospites se habebant super terram, desi-

quando dormiunt homines, animæ eorum, qui sunt justi, eunt ad Deum; illorum autem, qui sunt peccatores, ad gehennam. Sicut dixit Apostolus: *Cum abiverimus a corpore isto, apud Dominum erimus*. Memento, quod hoc idem attigi in sermone illo de Solitariis, inquiens, quod Spiritus, quem recipiunt justi, vadit ad Dominum, in principium suum cæleste, usque ad tempus resurrectionis. Revertitur deinde, ut induat corpus, in quo habitavit: Et semper interpellat Deum, cupiens ac desiderans resurrectionem corporis, in quo inhabitavit, ut fiat consors bonorum, sicuti particeps fuit virtutum.

1. Thes. 4.

Serm. VI. de Devotis, seu Ascetis.

զի պարտաւորէ զնա տէր իւր ։ Բայց հաւատոն մեր այսպէս ցուցանէ , յոր_ ժամ ննջեն ամենայն մարդիկ , հոգիք նոցա գնան առ ած , որք արդարքն են . և որք մեղաւորք , առ գեհեանն ։ Որ_ պէս ասաց առաքեալ ; յորժամ գնայ_ ցեմք 'ի մարմնոյ աստի , առ տն լինի_ ցիմք ։ Յիշեա՛ , զի վն այսր ճառի հաւա_ նեցուցի քեզ յօրինակի անդ միանձանց , թէ առ տն զհոգին զոր ընդունեն ար_ դարք , երթայ 'ի բուն իւր երկնաւոր , մինչ 'ի ժամանակ յարութեն . զի դայ զգենուլ զմարմինն , յոր բնակեցաւ . և հանապազ յիշեցուցանէ առաջի այ . և յօժարեցուցանէ վն յարութեն մարմնոյն , յոր բնակեացն 'ի նա . զի մասնակցի_ ցի բարեացն , որպէս եղև հաղորդ_ առաքինութեցն ։

Redarguit hæreticos negantes ascensum Justorum in Cælum.

§. 9. Verum enim iterum offendiculum patiuntur sectæ hæresecon, machinationes malorum ex eo, quod dixit Vivificator noster: *Nemo* (1) *ascendit in Cælum, nisi qui descendit de Cælo, qui erat reipsa in Cælo*. Et dicunt: Ecce Dominus noster testatus est, quod corpus terrestre non ascendit in Cælum. Sed vim ac sensum illorum verborum indocti, atque imperiti non percipiunt. Nam ibi docere voluit Dominus noster Nicodemum, qui vim ac sensum eorum, quæ loquutus ei fuerat, non intellexerat: Propterea dixit ei Dominus noster: *Nemo ascendit in Cælum & descendit, ut enarret vobis, quid illic sit. Si quod ex terra ista erat, dixi vobis, & non credidistis mihi: quomodo si dicerem vobis, quod in Cælis est, credetis?* Nam nullus testis, inquit, inde descendit mecum, ut perhibeat testi[illegible]um de his, quæ in Cælis sunt, ut crederetis. Ascendit enim Elias

Joan. III. 13.

Ibid. 12.

Եւ դարձեալ գայթակղին աղանդք հերձուածոց , մեքենայք չարին 'ի բանն , զոր ասաց կենարարն մեր ; ոչոք ելանէ յերկինս , բայց եթէ որ էջն յերկնից , որ էրն իսկ յերկինս . և ասեն ; ահաւա_ սիկ տր մեր վկայեաց . զի մարմին երկ_ րաւոր ոչ ելանէ ընդ երկինս ։ զայսոմ զօրութեն սորա ոչ են հասու տգէտք ։ Իբր հաւանեցոյց տր մեր զնիկոդիմոս , ոչ եղև հասու զօրութեն բանին . ապա սաէ ցնա տր մեր . ոչոք ելանէ ընդ եր_ կինս , և իջանէ , զի պատմեսցէ ձեզ որ_ ինչ անդն իցէ . եթէ որինչ աստեն յերկ- րէ էր , ասացի ձեզ , և ոչ հաւատացիք ինձ . զիա՞րդ եթէ ասէի ձեզ , որինչ յեր_ կինս իցէ , հաւատայցե՞ք ինձ ։ Զի վկայ ոք աստի ոչ է իջեալ ընդ իս . թէ վկայ_ եսցէ որոց յերկինսն իցեն , և հաւա_ տասջիք ։ Ել անդր եղիա , և ոչ էջ . զի վկայեսցէ ընդ իս , և ստուգեսցի եր_ կուցն վկայութի ։ Բայց սիրելի , մի՛ երբէք լիցի քեզ երկմտութի վասն յա_ րու_

desiderantes, ac inquirentes cælestem patriam: *Illi quidem*, inquit B. Chysostomus homil. XXIV. in ep ad Hebr. cap. XI., *quotidie parturiebant, volentes hinc discedere, & redire ad suam patriam. Nos autem contra, si febris irruerit, omnibus dimissis, tanquam parvuli infantes plorantes, mortem pertimescimus. Et hoc meritò nobis accidit. Nam quoniam non tanquam hospites hic degimus, & non tanquam ad patriam festinamus, sed sumus tanquam euntes ad supplicium: propterea delemus, quod rebus, non, ut oportuit, usi sumus; sed ordinem evertimus. Propterea horremus, sicut ii, qui hominum cædes fecerunt, sicut prædones, & eorum duces, sistendi judicio, & quæcumque fecerunt, animis reputantes, propterea timent, & contremiscunt.*

(1) Ad Christi Domini verba, quæ in Joannis Evangelio leguntur, quæstionem Augustinus, & Beda movent, quomodo nemo ascendat ad Cælum, cum omnes justi in Cælum ascendere post hanc mortalem vitam credantur. Respondent: Ascendere quidem Justos, sed cum Christo, factosque ejus membra, adeo ut verum sit, unum solum, qui de Cælo descendit, in Cælum ascendere. Verba autem Augustini *Tract. XII. Joann. cap. III* talia sunt: *Deus voluit esse filius hominis, homines voluit esse filios Dei. Ipse descendit propter nos, ut ascendamus propter ipsum; solus enim descendit, & ascendit, qui hoc ait*: NEMO ASCENDIT IN CÆLUM, NISI QUI DESCENDIT DE CÆLO. *Non ergo ascensuri sunt in Cælum, quos facit filios Dei? Ascensuri sunt plane, hæc nobis promissio est: erunt æquales Angelis Dei. Quomodo ergo nemo ascendit, nisi qui descendit? quia unus descendit, & unus ascendit. De cæteris quid intelligendum, nisi quia membra ejus erunt, ut unus ascendat; propterea sequitur, nemo ascendit in Cælum, nisi qui de Cælo descendit, Filius hominis, qui est in Cælo.*

ցուԹէ մեռելոց․ Քանզի բերանն կեն-
դանին վկայեաց, և ասէ ; Ես մեռուցա-
նեմ, և ես կեցուցանեմ, և 'ի միոջէ
բերանոյ անտի ելին երկոքեան․ Որպ
օրինակ ստոյգ է Թէ մեռուցանէ, և
տեսանեմք իսկ զի և կեամք․ ստոյգ
և հաւատարիմ է․ Եւ որինչ հաւա-
տարիմ հանեցի զքեզ․ ընկալ և հաւա-
տա, զի յաւուրն յարուԹէ, յարիցես
ողջանդամ մարմնով․ և 'ի տեառնէ
քումմէ ընկալցիս զու զվարձս հա-
տուցման հաւատոյ քոյ․ և յորինչ հա-
ւատացեր դու, ցնծասցես, և ուրախ
լիցիս․

Elias illuc, & non descendit, ut testimonium perhiberet mecum, atque ita testimonio duorum certum haberetur. At vero, Charissime, nullum sit tibi dubium de resurrectione mortuorum. Quoniam os ejus, in quo vita est, testimonium perhibuit, dicens: *Ego mortifico, & ego vivifico*: Et ex uno ore illa duo mors, & vita exierunt. Quemadmodum certum est, quod mortificat, & ipsimet videmus; ita certum apud nos, & omni fide dignum esse debet, quod rursum nos vivificabit. Itaque quidquid credendum ostendi tibi, accipe, & crede, ut in die resurrectionis resurgas integro corpore, & a Domino tuo mercedem, & retributionem fidei tuæ recipias, & in iis, quæ credidisti, læteris, atque exultes.



SER-

SERMO NONUS.

De Humilitate.

Quàm magnum bonum sit humilitas.

BOna est Humilitas omni tempore. Ab omnibus angustiis eripit eos, qui eam amplectuntur; & fructus ejus plurimus est, multa enim parit bona. Ex illa oritur simplicitas, qua Noe placuit Deo, & salvatus est ab eo: Sicut & scriptum est: *Vidi te justum, & simplicem in generatione hac.* Multa sunt præconia humilitatis. Dicit enim Scriptura: *Mites possidebunt terram, & habitabunt in ea in sæcula sæculorum.* Item dicit Dominus per Isaiam Prophetam: *In quo requiescam, vel in quo habitabo, nisi in mitibus, & in humilibus, & qui contremiscunt a sermone meo* (1)? Iterum dicit: *Melior est humilis spiritu, & humilis oculis, eo, qui accipit civitatem* (2). Et iterum: *Justitia humilis deducet eum.* Et de Moyse viro fideli scriptum est: *Humilior erat omnibus filiis hominum, qui erant super terram* (3). Humilitas signum & indicium est bonitatis & pietatis. Multa sunt dona, quæ per humilitatem acquirunt, qui diligunt eam. Misericordia enim reperitur in humilibus. Humilitas est habitaculum sanctitatis. Disciplina apud humiles invenitur, & eorum labia eructant scientiam. Sapientiam, & intelligentiam dat humilitas, & exultationem adipiscuntur humiles. Si quæris sobrietatem, & patientiam, in humilibus inveniuntur, & illis vita solitaria (h.e. ascetica) congruit. Amabilis est humilis, & dulcia sunt verba illius, & hilaris est facies ejus. Ridet, & lætatur. Dilectio ornat humiles, quia sciunt ambulare in illa. Humiles & mites servantur ab omnibus malis, & exultant facies eorum in bonitate cordis sui. Loquitur humilis, & de-

Gen. VII. 1. Matth. V. 4. Isa. LXVI. 2. Prov. XVI. 19. 32. Ibid. XXIX 23. Num. XII. 3.

ՃԱՌ ԻՆՆԵՐՈՐԴ.

Վասն խոնարհութեան.

Բարւոք է խոնարհութիւն յամենայն ժամ. Յամենայն նեղութեանց ապրեցուցանէ զայնոսիկ, որք մերձենան առ նա. Եւ պտուղ նորա բազում է յոյժ. և զբարութիւնս բազումս ծնուցանէ. Միամտութիւն ՚ի նմանէ ծնանի, որով հաճոյ եղև Նոյ այ, և ապրեցոյց զնա. որպէս և գրեալ է; զքեզ տեսի արդար, և միամիտ յազգի յայսմիկ. բազում վկայութիւնք են խոնարհութեան. Ասէ ՚ի գիրս; Հեզք ժառանգեսցեն զերկիր, և բնակեսցեն ՚ի նմա յաւիտեանս յաւիտենից. Դարձեալ ասէ Եսայի մարգարէ; յո՞վ հանգեայց, կամ յո՞ւմ բնակեցայց. բայց ՚ի հեզս, և ՚ի խոնարհս, և որք դողան ՚ի բանէ իմմէ. Դարձեալ ասէ; լաւ է խոնարհ ոգւով, և խոնարհ աչօք, քան զայն, որ առնու զքաղաք. Եւ դարձեալ; արդարութիւն խոնարհի առաջնորդեսցէ նմա. Եւ վն Մովսիսի առն հաւատացելոյ գրեալ է; խոնարհ էր քան զամենայն որդիս մարդկան որ ՚ի վերայ երկրի. Խոնարհութիւն վկայութիւն բարեաց, և ածպաշտութե. Եւ բազումեն պարգևք, որք վասն խոնարհութե ստանին, ոյք սիրեն զնա. Ողորմութիւն ՚ի խոնարհս գտանի. Խոնարհութիւն բնակեալ է սրբութե. Ուսումն առ խոնարհս գտանի, և զգիտութիւն բղխեն շրթունք իւրեանց. Զիմաստութիւն, և զհանճար ծնանի խոնարհութիւն, և զցնծութիւն ստացեալ ունին խոնարհք. Զզգաստութիւն, և զհամբերութիւն եթէ խնդրեսցես, ՚ի խոնարհս գտանիցես, և միանձնութիւն նոցա վայելէ. Ցանկալի, և քաղցրաբան է խոնարհ. և զուարթագին են երեսք նր. Ծիծաղի, և խնդայ; սէր խոնարհաց վայելէ,

(1) In versione vulgata locus Isaiæ talis est: *Ad quem autem respiciam, nisi ad pauperculum, & contritum spiritu, & trementem sermones meos?* In Græca autem in hunc modum: *Et super quem respiciam, nisi super humilem, & quietum, & trementem sermones meos?* In Syriaca: *In quem ego respiciam, & in quo habitabo, nisi in tranquillo, & humili spiritu, qui ad verbum meum contremiscit?*

(2) Hæc verba sumpta sunt ex Capite XVI. Proverbiorum vers. 19. & 32., ubi juxta versionem vulgatam legitur v. 19. *Melius est humiliari cum mitibus, quàm dividere spolia cum superbis.* Et vers. 32. *Melior est patiens viro forti: & qui dominatur animo suo, expugnatore urbium.* In versione autem Syriaca vers. 19. *Melior est humilis spiritu, & humilis oculis eo, qui partitur spolia cum potentibus.* Sed forte S Jacobus non ex codice, sed memoriter, ut non semel aliàs, verba Scripturæ allegavit.

(3) In versione vulgata legitur: *Erat Moyses vir mitissimus super omnes homines, qui morabantur in terra.* Numer XII.13. Sed in versione yriaca ita habetur: *Vir autem Moses humillimus erat omnium hominum, qui erant super terram.* Et eum ea concordat versio Arabica.

լէ, զի գիտեն շրջել նովաւ. Պահին խոնարհք, և հեզք յամենայն չարեաց. և ցնծան երեսք իւրեանց 'ի բարութի սրտի իւրեանց. Լսօղն խոնարհ, և վայելէ նմա; ծիծաղին շրթունք իւր, և բարբառ իւր ոչ լսի. Երկնչի խոնարհ 'ի հակառակութենէ, քանզի ծնունդ է նա նախանձու. Յորժամ զբանս չարութե լսէ խոնարհն, խնու զականջս իւր, զի մի՛ մտցէ 'ի սիրտ նր. Ծնանի խորհուրդ խոնարհին զամենայն բարիս. և զգաստութի խելաց նր Թևակոխէ 'ի բարիս. Ըմպէ խոնարհն զուսումն վարդապետութե իբրև զջուր. և մտանէ իբր զիւղ ընդ յօդս նորա. Խոնարհն խոնարհագոյն է, և սիրտ նր 'ի բարձունս; և 'ի տեղի, ուր գանձք իւր են, անդ հոգան խորհուրդք նր. Աչք տեսլեան նր ընդ երկիր հային. և աչք մտաց նորա 'ի բարձունս վերին. Խիթայ խոնարհ յամենայն ժամ, զի բան պատուհասի, և բամբասանաց մի՛ ելցի նմա ընդ ումեք; և յօրէն տն հոգայ խոնարհն, և 'ի նմանէ առնու զդեղ, զոր խնդրէ. Ուրախ լինի խոնարհն ընդ բարի ընկերի իւրոյ, և իբրև զանձն իւր համարի զընկերն իւր. Մերձենայ խոնարհն առ հպարտ, և ամբարտաւանն, և գերէ, առնու զմիտս նորա. Քակէ խոնարհութի զբերդս ամրացեալս. և դարձուցանէ զսրտմտութի, և զԹշնամութի.

& decet ipſum. Labia ejus rident, & non auditur loquela ejus. Timet humilis animi averſionem, quia illa partus eſt invidiæ. Quando audit humilis verba malitiæ, obturat aures ſuas, ne intrent in cor ſuum. Cogitatio humilis generat omnia bona, & ſolertia ingenii ejus ad ea pertingit. Bibit humilis diſciplinam doctrinæ, tamquam aquam, & intrat, ſicut oleum, per interiora ejus. Humilis eſt aliis demiſſior, cor autem ejus in excelſis: Et illic, ubi ſunt theſauri ſui, verſantur cogitationes ejus. Oculi vultus ejus aſpiciunt terram; oculi vero mentis ejus in ſublimibus, & ſupernis. Formidat humilis jugiter, ne verbum vindictæ, & detractionis ſibi exeat adverſus aliquem. Sollicitus eſt humilis in lege Domini, & ab ea accipit medicinam, quam exquirit. Lætatur humilis de bono proximi ſui, & reputat proximum ſuum, ſicut ſeipſum. Accedit humilis ad ſuperbum, & arrogantem; & captivat, & alligat mentem ejus. Deſtruit humilitas arces munitas, & avertit furorem, & inimicitiam.

Յաղթեաց խոնարհութի յակոբայ սրտմտութե եսաւայ եղբօր իւրոյ, և չորեք հարիւր արանցն, որք ընդ նմա. Եւ յաղթեաց խոնարհութի յովսեփայ սրտմտութե եղբարց իւրոց, որք նախանձեցան ընդ նա, և ատեցին զնա. Եւ յաղթեաց մովսէս խոնարհութբ իւրով. և խոնարհեցոյց զամենայն հպարտութե փարաւոնի. Յաղթեաց խոնարհութի դաւթի բարձրութե գողիադու, որ դիմեաց 'ի վերայ նր սրտմտութբ իւրով. Յաղթեաց խոնարհութի եզեկիայ, բարձրութե սենեքերիմայ արքայի, որ սպառնացաւ, և հայհոյեաց. Յաղթեաց խոնարհութի մուրթքէի ամենայն հպարտութե պարծանաց համանու. Եւ յաղթեցին դանիէլ, և եղբարք նորա խոնարհութբ իւրեանց արանց ամբարշտաց, չարախօսացն իւրեանց.

§. 2. Vicit humilitas Jacob furorem Eſau fratris ſui, & quadringentorum virorum, qui erant cum eo. Et vicit humilitas Joſeph iram fratrum ſuorum, qui invidia, & odio eum proſequebantur. Et vicit Moyſes humilitate ſua, & ſubjugavit omnem ſuperbiam Pharaonis. Vicit humilitas David elationem Goliath, qui aggreſſus eſt eum indignatione ſua. Vicit humilitas Ezechiæ jactantiam Regis Sennecherib, qui minatus eſt, & blaſphemavit. Vicit humilitas Mardochæi omnem faſtum gloriæ Aman. Et vicerunt Daniel, & fratres ejus humilitate ſua viros impios obloquentes de ipſis. Victoria Humilitatis.

Ամենևին խոնարհք զանձինս իւրեանց 'ի նախանձուէ, 'ի հեստութե, և 'ի հակառակութե. Զազրացեալ է

յաչս

§. 3. Humiles longe abſunt ab omni invidia, æmulatione mala, & contentione. Abominabilis eſt in oculis eorum Virtutes Humilium.

elatio

elatio superbiæ, & duritiam inobedientiæ non participant. Amovent a se mendacium, & alieni sunt a maledicentia: Repellitur, & rejicitur ab eis hostilitas; quia filii ædificationis sunt. Amovent, & eliminant e medio sui levitatem; quia vigilantes sunt super bonum nomen suum. Dolos nesciunt, quoniam ingenuitatem, & sinceritatem diligunt. Quieti sunt; quia sperant requiem. Alieni facti sunt ab hoc mundo, & remota sunt ab eis convicia. Exosi sunt in oculis eorum homicidæ. Horrea cordium eorum plena sunt thesauris bonis. Mundæ sunt cogitationes eorum a dolo. Oculi cordium eorum aspiciunt excelsa, & dirigunt aspectum in pulchritudinem Domini sui, & exultant. Corda eorum concipiunt bona, & labia eorum pariunt fructum bonum. Amorem bonum Domini sui receperunt, & evellunt, & abjiciunt a se spinas pravas; & semina eorum dant fructum centuplum, quia irrigant ea ex fonte vitæ. Plantata est in medio eorum animi demissio, & fructificat fidem, & dilectionem. Induunt Christum, tamquam vestem pretiosam, & custodiunt eam ab omni coinquinatione. Habitat in eis spiritus, quem acceperunt; Dilectus est eis, & non contristant illum. Ornant templa sua Regi, qui venturus est, qui intrat, & habitat in mitibus, & humilibus. Ponunt ædificia sua super firmum lapidem, & non timent fluctus, & ventos. Lucidi sunt, tamquam Sol. Præparant lampades Regi venienti, & expectant intrare in thalamum ejus. Accipiunt argentum, & negotiantur, ut possideant decem civitates. Libenter extrahunt, & distribuunt facultates suas; & non reponunt argentum, nec abscondunt. Corpore, quod videtur, ambulant super terram, & cogitationes eorum intentæ sunt ad Dominum. Incedunt, & ambulant per viam sanctam, & intrant per portam angustam Regni. Se arcte adstringunt in servanda lege: student, & solliciti sunt in ea jugiter. Sunt in mundo tamquam extranei, & expectant Civitatem illam, quæ in Cælis est. Elevatæ sunt cogitationes eorum, & positæ sunt in excelsis, & in domum sanctam, quæ sursum est, festinant ingredi. Aperiunt oculos suos, & intuentur desuper, & vident sponsum se præparantem. Eunt illuc semper eorum Angeli, & accipiunt, & deferunt ædi-

Matth. XXV. 7.

Luc. XIX. 16. 17.

յաչս նոցա բարձրութիւն հպարտութեան. և ոչ հաղորդին ՚ի խստութիւն ստամբակութեան. Հեռի առնեն յանձանց իւրեանց զստութիւն, և օտարացեալք են ՚ի չարախօսութենէ. Մերժեալ, ընկեցեալ է ՚ի նոցանէ թշնամութիւն. քանզի մանկունք շինութեան են. Հանեն, ընկենուն ՚ի միջոյ իւրեանց զթեթևութիւն. զի զգաստանան ՚ի վերայ անուան բարւոյ իւրեանց. Օխնութիւն ինչ ոչ գիտեն. զի սիրեն նոքա զառատութիւն, և զստուգութիւն. Հանգիստ են. զի ակն ունին հանգստեան. Օտարացեալք են յաշխարհէ աստի. Հեռի է ՚ի նոցանէ պարսաւութիւն. Ատելիք են յաչս նոցա սպանողք. Շտեմարանք սրտից նոցա լի են գանձիւք բարեօք. Սուրբք են խորհուրդք նոցա ՚ի նենգութենէ. Աչք սրտից նոցա հայեցեալք նային ՚ի բարձունս; և հային ՚ի գեղ տեսոյ Տն իւրեանց, և ցնծան. Ցղանան սիրտք իւրեանց բարեօք, և ծնուցանեն շրթունք նոցա զպտուղ բարութեան. Զսէր բարի, Տն իւրեանց ընկալան, և քաղեն, ընկենուն ՚ի նմանէ զփուշս չարաչարս. և և սերմանիք նոցա զպտուղս հարիւրաւորս; զի արբուցանեն զնա յաղբերէ անմահ կենաց. Տնկեալ է ՚ի միջ նոցա խոնարհութիւն. և բուսուցանէ զպտուղ զհաւատս, և զսէր. Զգենուն զՔն իբրև զհանդերձ պատուականս. և պահեն զնա յամենայն աղտեղութենէ. Բնակի ՚ի նոսա ոգին, զոր ընկալան. սիրելի է նմա, և ոչ տրտմեցուցանեն զնա. Զարդարեն զտաճարս իւրեանց արքային, որ գալոց է, և մտանէ, բնակի ՚ի հեզս, և ՚ի խոնարհս. Դնեն զշինուածս իւրեանց ՚ի վերայ ապառաժից վիմին հաստատնոյ, և ոչ երկնչին յալեաց, և ՚ի հողմոց. Լուսաւորք են իբրև զարեգակն առաջի իւրեանց. Պատրաստեն զջահս արքային, որ գայ, և սպասեն մտանել յառագաստ նր. Առնուն զարծաթն, և գործեն նովաւ, զի ժառանգեսցեն զտասն քաղաքս. Կամին, հանեն և վաճառեն զինչս իւրեանց. և ոչ ծրարեն զարծաթն, և թաքուցանեն. Մարմին տեսլեան նոց գնայ ՚ի վերայ երկրի, և խորհուրդք նոց առ Տր իւրեանց եղեալք են. Գնան, և շրջին ընդ սբ ճանապարհն. և մտանեն ընդ նեղ դրունս արքայութեան. Նեղեն զինքեանս իւրեանց ՚ի պահել զօրէնս. Թևականեն, և հոգան ՚ի նա յամենայն ժամ. Շրջին յաշխարհ

խարհին երկրէ օտարք, և քաղաքին այնմիկ անուն ունին, որ յերկինսն է։ Յափշտակեցեալք են խորհուրդք նոցա, և եղեալք ՚ի բարձունս. և ՚ի տուն սրբութեան, որ անդ է, կամին մտանել։ Բանան զաչս իւրեանց, և հային անդր. և տեսանեն զփեսայն, որ հանդերձէ զանձն իւր։ Երթան հրեշտակք նց անդհանապազ. և առնուն բերեն զշինութիւն, և զխաղաղութիւն։ Գրեցեալք են անուանք նց ՚ի դպրութին կենաց։ Կան յաղօթս, և յոգւոց հանեն, զի մի՛ ջնջեսցին ՚ի նմանէ։ Զկաշառս մատուցանեն զպահս, և զաղօթս այնմ, որ իշխէն գրել, և ջնջել։ ՚Ի վերայ սրտից իւրեանց գրեն զօրէնս նր, զի գրեսցին նոցա յայնմ դպրութե, որ յաւիտենից։ Ջնջեն զմեղս իւրեանց յամ ժամ. զի մի՛ ջնջեսցին անուանք նոցա ՚ի դպրութե անտի կենաց։ Սիրեն զնեղութիւնս ժամանակի. զի ընդարձակեսցի նց ՚ի տանջանաց անտի, որ յաւիտենից է։ Զլեզուս իւրեանց ուսուցանեն յերգս ոգևորս. զի ուրախ լիցին ՚ի գաւառի իւրեանց, ուր քաղցր ձայն բարբառոյն ելանէ։ Նկրտին ՚ի հայել յայն գաւառն. և կարօտեալք են, զի կատարութիւն լիցի ՚ի վերայ նց։ Սոքա են սիրելիք, և բարեկամք խոնարհութեան. որոց ողջոյնն իւրեանց յոյժ բազում է առ ամենայն մարդ։

Խոնարհք որդիք բարձրելոյն են, և եղբարք Քի։ Ինքն երբև աւետարանեցաւ, ՚ի պատճառս ողջունին եկն առ մեզ. և վասն խոնարհութե իւրոյ Մարիամ ընկալաւ զնա։ ՚Ի ժամանակի երբև ետ զողջոյն գաբրիէլ Մարիամայ երանուհւոյ, ասէ ցնա; ողջոյն ընդ քեզ, օրհնեալդ ՚ի կանայս։ Եւ ողջոյն առեկն ՚ի պտուղ. և սերմանեցաւ ՚ի մէջ նր ծնունդ սիրոյն։ Եւ օրհնեաց, և բարձր արար զՏր. զի հայեցաւ ՚ի խոնարհութի աղախնոյ իւրոյ. և ոչ կամեցաւ ՚ի

ædificationem, & pacem. Scripta sunt nomina eorum in libro vitæ. Orant, & suspirant, ne ex eo deleantur. Munera offerunt jejunia, & preces ei, qui scribendi, & delendi potestatem habet. Super corda sua scribunt legem ejus, ut scribantur ipsi in libro illo, qui est ab æterno. Delent peccata sua jugiter, ne nomina eorum deleantur ex libro vitæ. Amant angustias hujus vitæ, ut condonentur eis tormenta, quæ sunt æterna. Linguas suas instruunt in canticis spiritualibus, ut lætentur in regione illa, unde suavis vox locutionis egreditur. Nituntur aspicere regionem illam, & tenentur ejus desiderio, & suspirant, ut desiderium compleatur. Hi sunt amici submissionis, & amatores eorum, quorum multa est erga omnes mansuetudo.

§. 4. Humiles sunt filii Altissimi, & fratres Christi (1). Ipse cum annuntiatum est, per salutationem venit ad nos: & propter humilitatem Maria suscepit illum, quando Gabriel salutavit Beatam Mariam, dixit ei: *Salutatio tibi, benedicta in mulieribus*. Et salutatio peperit (2) fructum: & conceptus est intra eam partus amoris. Et benedixit, & exaltavit Dominum, quia respexit humilitatem ancillæ suæ: & non respexit superbos, & arrogantes: Nam excelsus exaltat omnes humi-

Christus dilexit humilitatem, & humiles sunt ejus filii.

Luc. I. 28.

(1) Quæ hoc loco egregie differit S. Jacobus, probe conveniunt cum iis, quæ scribebat ad Corinthios Sanctus Clemens PP. I. epist. 1. § 16. *Christus*, inquit, *siquidem eorum est, qui humiliter de se sentiunt, non eorum, qui supra ovile ejus efferunt sese. Sceptrum Majestatis Dei Dominus noster Christus Jesus, non venit in jactantia arrogantiæ, neque superbiæ, cum potens sit, sed in humilitate, quemadmodum Spiritus Sanctus de ipso locutus est.*

(2) *Simul atque B. Virgo Angeli verbis assentiens dixit*: ECCE ANCILLA DOMINI, FIAT MIHI SECUNDUM VERBUM TUUM: *Statim Sanctissimum Christi Corpus formatum, eique anima rationis compos conjuncta est, atque ita in ipso temporis articulo perfectus Deus, & perfectus homo fuit*: Ita inquit Catechismus Romanus *Part. I. cap. IV. num* 4., ex antiquorum Patrum, & Theologorum sententia, *S. Leo de Nat. Domini Serm. VIII., Jo: Dam. de fid. Orthod. lib. IV. cap. XV.*, & alii, quibuscum concordat S. Jacobus Nisibenus, qui præterea Christi Domini Incarnationem partum amoris vocat; & quidem recte: nam, ut docet idem Catechismus, rationem reddens, cur opus Incarnationis, cum illud tribus personis commune sit, tamen Spiritui Sancto tribuatur, cui, quemadmodum potestas Patri, sapientia Filio, amor adscribitur: *Quoniam*, inquit ibid. num. 3., *Divinæ Incarnationis mysterium singularem, atque immensam Dei erga nos benignitatem declarat, ob eam rem peculiari quadam ratione hoc opus Spiritui Sancto tribuitur*. Cæterum verba, quæ dixit Angelus Mariæ, talia sunt in versione Latina, quæ cum Græco textu convenit: *Ave, gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus*. Luc. I. 28.

humiles, eosque respicit, ut salutationis bona ad eos deveniant. Porro cum Christus natus est, docuerunt nos vigiles Cælorum humilitatem, ita benedicentes, & canentes: *Gloria in Cœlis, & salus terræ, & spes bona filiis hominum* (1). Et cum docere nos vellet Dominus humilitatem in adventu suo, sic ait: *Qui percutit te in maxillam tuam colaphis, præbe ei & alteram. Et quicumque te angariaverit mille passus, vade cum illo & alia duo. Et qui aufert tibi vestimentum, tribue ei etiam tunicam tuam.* Hæc quidem, quæ dixit Salvator noster, humiles exequi possunt. Celsitudo, & gloria non convenit humili: neque corona Regni in capite pauperis. Humilem, qui elevatur, odio prosequitur eum Dominus. Pauperem, qui assumit sibi coronam, interficit eum Rex, quia gloria, & sublimitas Regem solum decent. Nam gloria ejus est, & celsitudo naturæ ipsius convenit. Insignia Regni Regem decent, non viles, ac ignobiles. Exosus, & odibilis est omnibus, qui non discernit conditionem suam. Propterea, Dilectissime, quidquid Deus non vult esse apud nos, & diligit, ut apud se sit, non reperiatur in nobis; sed apud ipsum maneat, quod suum est, & nos maneamus in statu nostro. Nos decet humilitas, & eum gloria, & celsitudo: Ipse, quod suum est, habeat, & nos nostrum: nobis autem dedit humilitatem. Et quidquid ille non dedit, non usurpemus. Imo vero etiamsi aliquid dederit nobis, probando probat nos: Qui vero usurpat aliquid, quod non est suum, stultus, & fraudulentus habetur. Qui autem stat, & manet in gradu humilium, exaltat eum Altissimus in regione gloriæ suæ.

Luc. II. 14. — Matt. V. 39. — Ibid. 41. — Ibid. 40.

Superbia, & humilitas simul esse nequeunt.

§. 5. Non potest homo duobus servire. Non est communicatio inter elationem, & humilitatem, neque societas inter iracundiam, & mansuetudinem. Nec consortium inter inertiam & diligentiam, & inter sollicitudinem, & tranquillitatem. Qui percipit hic voluptatem, delitiasque suas, privabitur eis in sæculo venturo. Et omnis, qui diligit humilitatem, elevabitur, & exaltabitur in

՚ի հպարտս, և յամբարտաւանս. և բարձրեալն բարձրացուցանէ զամենայն խոնարհս. Եւ անոհ ողջոյնն, առ խոնարհս ընթանայ. Եւ իբրև ծնաւ ուսուցին զխոնարհութիւն. Այսպէս օրհնէին զուարթունք երկնից, և ասէին; փառք յերկինս, և ողջոյն երկրի. և յոյս բարի որդւոց մարդկան. Եւ իբրև ուսոյց զխոնարհութիւն ՚ի գալստեան իւրում, այսպէս ասաց; որ հարկանէ զքեզ ՚ի ծնօտ քո ապտակ մի, մատո նմա և զմիւսն. Եւ որ տարապարհակ վարէ զքեզ մի մղոն, և՛րթ ընդ նմա երկուս ևս. Եւ որ հանէ ՚ի քէն զքաղկոն քո, տուր նմա և զշապիկդ. Զայս ամենայն զոր ասաց փրկիչս մեր, խոնարհք կարեն առնել. բարձրութիւն, և փառաւորութիւն ոչ վայելէ խոնարհի. և ոչ Թագ արքայութեան ՚ի գլուխ աղքատի. Խոնարհ, որ բարձրանայ, ատէ զնա Տր. Աղքատ, որ Թագ կապէ իւր, սպանանէ զնա Թագաւոր. Վն այն, զի փառք և բարձրութիւն նմա առանձինն վայելեն. Քանզի փառք նր են, և բնութեան նր վայելէ բարձրութիւն, և նշանք արքայութեան արքայի վայելեն, և ոչ անկարգաց. Ատելի, և զազրալի է ամենայն մարդկան, որ ոչ ճանաչէ զչափ իւր. Վն այսորիկ սիրելի, որինչ ատեայ ԱԾ առ մեզ, և սիրէ առ իւր, մի՛ գտցի առ մեզ. այլ առ նմա մնասցէ իւրն, և մեք մնասցուք ՚ի մերում բնութեան. Մեզ վայելէ խոնարհութիւն, և նմա փառք, և բարձրութիւն. Նմա իւրն, և մեզ մերս, զի ետ մեզ զխոնարհութիւն. Եւ զորինչ նա ոչ ետ մեզ, մի՛ առցուք. Թէպէտ և տացէ մեզ, փորձելով փորձէ զմեզ; իսկ այն, որ առնու ինչ, որ ոչ է իւր, համարի զնա շաղփաղփ, և սուտ. Եւ որ կայ, և մնայ ՚ի բնութիւն խոնարհաց, բարձրեալն բարձրացուցանէ զնա ՚ի գաւառն փառաց իւրոց.

Ո՛չ կարէ մարդ ծառայել երկուց. Ո՛չ հաղորդի բարձրութիւն առ խոնարհութիւն. և ոչ սիրութիւն ընդ հեզութեան. Ո՛չ հաղորդի յամառութիւն ընդ զգաստութեան. և զբաղութիւն ընդ հանդարտութեան. Որ աստէն ընդունի զփափկութիւն զգրդանաց իւրոց, զրկեալ գտանի ՚ի նոցանէ յաշխարհին, որ գալոց է. Եւ ամենայն որ սիրէ զխոնարհութիւն, վերանայ բարձրանայ ՚ի գաւառն փառաց.

(1) In Latina versione verba, quæ dixerunt Angeli ad Pastores, hæc sunt: *Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis*. In textu autem Græco; *In hominibus beneplacitum*. In Syriaca verò: *Spes bona hominibus.* Ita etiam in Persica. In Arabica autem: *Et in hominibus hilaritas*. In Æthyopica demum: *Filiis hominum voluntas ejus*. In reliquis omnes concordant.

ռաց։ Մեծատունն որ զծիրանիսն ագանէր, և բարձրացաւ, և հպարտացաւ. իբրև չոգաւ անդր, անկաւ նա 'ի տանջանսն. և Ղազար, որ խոնարհեցոյց զանձն իւր վերացաւ, և եկն նստաւ 'ի գոգն Աբրահամու. փարիսեցին և մաքսաւորն 'ի միասին 'ի տաճարին անդ կային յաղօթս, փարիսեցին բարձրացաւ, և արդարացոյց զանձն իւր, և եկն էջ 'ի տուն իւր դատապարտեալ. և մաքսաւորն որ խոնարհեցոյց զանձն իւր, էջ 'ի տուն իւր արդարացեալ։ Եդաւ չար հակառակ բարւոյ. և խաւար հակառակ լուսոյ, և թշնամութի. Հակառակ նախանձու խոնարհութի, և ընդդէմ հակառակութե լռութի։ Ջէք ինչ զօրութի չարի հակառակ կալ բարւոյ. և խաւար իբրև տեսանէ զլոյս, փախչի. և զդառնութի անցուցանէ քաղցրութի. և թշնամութե յաղթէ խոնարհութի, և զհակառակութի շիջուցանէ լռութի. Ո՛չ նախանձի խաւար ընդ աղջամուղջ, և ոչ թշնամութի ընդ հեռութի, և ոչ նախանձ ձաղայ զհակառակութի. և ոչ դառնութի ատէ զլեղի. այլ չարք նախանձին ընդ բարիս, և ամբարիշտք ընդ արդարս. և բարձրունք հպարտանան 'ի վերայ խոնարհաց. և ստողք արհամարհեն զճշմարիտս. և անմիտք անգոսնեն զիմաստունս. և առ որում ստուգութի ոչ գտանի, ոչ կամի թէ բնաւ գոցի ուրեք ստուգութի. Եւ որ զբարձրութի զգեցեալ է, խոնարհ նմա իբրև սպանող թուի. Եւ որոյ ձեռք յանօրէնութի պատրաստեալ են, ոչ կամի զմարդ արդար. Եւ որոյ ստութեան լի է բերան իւր, ստուգութի ատելի, և զազիր է յաչս նորա.

Նախանձու դեղ ինչ չիք, բայց եթէ լռութի, և համբերութի, և զհատուցումն չարաչար ընդունին նախանձոտք։ Փոխանակ զի նախանձեցաւ օձն ընդ ադամ 'ի դրախտին անդ, զերիս անէծս ընկալաւ 'ի պատիժ պատուհասից իւրոց։ Եբարձ 'ի նմանէ զոտս նր, և գնաց 'ի վերայ որովայնի իւրոյ. Եհատ 'ի նմանէ զկերակուր նորա, և ետ նմա զհող կերակուր։ Եդ զնա թշնամի, և արար զնա կոխան մարդկան։

Եւ

in regione gloriæ. Dives, qui induebatur purpura, superbivit; & elatus est: Cum autem mortuus est, cecidit in tormenta. Et Lazarus, qui humiliavit semetipsum, exaltatus est; & veniens sedit in sinu Abrahæ. Pharisæus & Publicanus simul in Templo orabant: Pharisæus elatus est, & justificavit semetipsum, & abiit, & descendit in domum suam damnatus; Et Publicanus, qui humiliavit semetipsum, descendit in domum suam justificatus. Malum est contrarium bono, & tenebræ luci, & benignitati hostilitas: humilitas contraria est invidiæ, & æmulationi, & silentium altercationi. Nulla malo vis est ad obsistendum bono: Et tenebræ, cum venit lux, fugiunt: Et dulcedo pellit amaritudinem: Et mansuetudo vincit simultatem: Et silentium extinguit rixas, Tenebræ non opponuntur obscuritati; neque odium hostilitati, neque invidia obstat aversioni, neque fel odit amaritudinem: sed mali invident bonis, & impii justis; & superbi efferuntur super humiles; & mendaces spernunt veridicos; & insipientes contemnunt sapientes, & in quo nullus animi candor est, odio ubique habet sinceritatem. Et qui induit elationem, humilis exosus est ei, tamquam homicida. Et cujus manus paratæ sunt ad iniquitatem, odit hominem justum. Et cujus os plenum est mendacio, veracitas exosa, & fæda est in oculis ejus.

§. 6. Contra invidiam nullum remedium, nisi silentium, & patientia: sed retributionem pessimam recipiunt invidi. Pro eo quòd invidit serpens Adæ in Paradiso, tres maledictiones suscepit in pœnam, & punitionem suam. Abstulit Deus ab eo pedes, & gressus est super umbilicum ventris sui. Privavit eum esca sua, & dedit ei pulverem in cibum. Posuit eum inimicum, & calcabilem fecit (1) hominibus. Et Cain occidit Abel ex invidia

Invidiæ mala, & exempla ejus punitionis.

Gen. III. 14. 15.

Gen. IV. 15.

(1) Pœnas, quæ a Deo in serpentem statuuntur, referendas esse, & ad animal hujus nominis, & ad Diabolum, qui antiquus serpens dictus est, communiter sentiunt Interpretes. Graditur autem Diabolus *super pectus, ac ventrem suum*, vel, ut hic habetur, *super umbilicum ventris sui*, quia sicut exponit Sanctus Augustinus *lib. II de Genes. contr. Manich. cap. XVII.*, duabus viis tentat homines seducere per superbiam, quæ indicatur in pectore, per libidinem, quæ ventre significatur: vel secundum Gregorium *Moral. lib. XXI. cap. II.* per ventrem significatur executio operis luxuriæ, per pectus ejusdem desiderium; terram autem comedit, quia terrenis vitiis delectatur, & horum sectatores homines scilicet terreni ad eum pertinent.

vidia, & recepit maledictionem in septimum ævum (1), & fuit vagus, & profugus super terram. Esau invidit Jacobo humili, & Jacob primogenita, & benedictiones ejus accepit, & excelsus humili obedivit. Et qui ex odio inviderunt Joseph humili, adoraverunt Joseph exaltatum. Et Pharao, qui invidit Hebræis, & pueros eorum interfecit in aquis; judicio, quo judicavit, retributionem peccatorum suorum recepit. Et quando Core cum sociis suis invidit Moysi, venit super eo retributio mala: Infernus aperuit os suum, & deglutivit eos: & ignis accensus est, & socios ejus consumpsit. Et quando Aaron, & Maria inviderunt Moysi, minitatus est Sanctus eos interficere: Et Maria apparuit candens lepra septem diebus. Et quando Saul invidit David, & odio prosecutus est, recessit ab eo Spiritus Sanctus, & turbavit, & cruciavit eum spiritus nequam. Et quando Achab invidit Naboth, & eum occidit, ubi effusus est sanguis Naboth, sanguinem illius linxerunt canes. Et Jezabelem, quæ persequuta est Eliam, & nequaquam potuit ei nocere, canes devoraverunt, & Elias elevatus est in Cælum. Et obloquentes, qui inviderunt justis, comedit flamma ignis, & justi ab ea erepti sunt. Et Chaldæi, qui male loquuti sunt de Daniele, inciderunt in foveam, quam ei foderant. Et Aman, qui invidit Mardochæo, & populo ejus, mortem crucis subivit cum filiis suis. Et durum, & insipientem populum, qui non recepit Regem Christum, e regionibus suis evulsit, & dissipavit. Ipse autem, quasi recipiens coronam, in sedem suam rediens coram eo inimici ejus interficientur. Hæc omnia diligenter scripsi tibi, ut certum tibi esset, quod punitionis pœnæ, quibus puniendi sunt, acriter exiguntur ab humilibus e manibus impiorum.

Gen. XXV. 31. XXVII. 5. Gen. XXXVII. 36. XLV. 1. Exod. I. 22. XIV. 28. Num. XVI. 32. Num. XII. I. Reg. XVI. 14. III. Reg. XXI. 2. XXII. 38. III. Reg. XIX. 2. IV. Reg. II. 11. IX. 36. Dan. III. 22. Dan. VI. 24. Dan. VII. 19. IX. 6.

§. 7. Præ-

Եւ կայէն եսպան զաբէլ 'ի նախանձու իւրում, և ընկալաւ զանէծս յեօթն դարս և եղև երեր, և տատան 'ի վերայ երկրի։ Եսաւ որ նախանձեցաւ ընդ յակոբայ խոնարհի, ընկալաւ նա զանդրանկութի, և զօրհնութիւն նորա. և հնազանդեցաւ բարձրն խոնարհին։ Եւ որք նախանձեցան ընդ յովսեփու խոնարհի. յովսեփ բարձրացաւ, և առելիք նդ երկիր պագին նմա։ Եւ փարաւոն, որ նախանձեցաւ ընդ հեբրայեցիս, և զտղայս նց 'ի ջուրս սատակեաց։ յայսմ դատաստանի յորում դատեացն, ընկալաւ զհատուցումն մեղաց իւրոց։ Եւ կորխ ընդ ընկերաց իւրոց նախանձեցան մովսիսի, եկ 'ի նոսա հատուցումն չար. դժոխք բացին զբերան, և կլին զնոսա. և հուր բորբոքեցաւ, և եկեր զընկերս նց։ Եւ ահարօն, և մարիամ որք նախանձեցան մովսիսի, յայտնեցաւ տէրն սատակել զնս. և բորոտեցաւ մարիամ զեօթն օր։ Եւ սաւուղ որ նախանձեցաւ դաւթի, և ատեաց զնա, վերացաւ գնաց 'ի նմանէ ոգին սբ. և խռովէր չարչարէր զնա այսն պիղծ։ Եւ ախաաբ, որ նախանձեցաւ ընդ նաբովթայ, և եսպան զնա. 'ի տեղւոջ արեանն նաբովթայ, զնդ արիւնն լափեցին շունք։ Եւ եզաբէլ որ հալածեաց զեղիայ, ոչ ինչ կարաց վնասել նմ. զնա շունք կերին, և նա ընդ երկինս վերացաւ։ Եւ չարախօսքն որք նախանձեցան ընդ արդարս, զնոսա եկեր բոց հրոյն, և արքն արդարք ապրեցան 'ի նմանէ։ Եւ քաղդէացիքն որք եղեն չարախօսք զդանիէլէ, անձինք իւրեանց զխորխորատն, զոր փորեցին նմա։ Եւ համան, որ նախանձեցաւ ընդ մուրթքէի, և ժողովրդեան իւրոյ, զմահ խաչի ընկալաւ նա որդւովք հանդերձ։ Եւ յամառ անզգամ ժողովուրդն, որ ոչ ընկալաւ զարքայն քն, 'ի գաւառաց իւրեանց խլեաց ցրեաց զնոսա, ինքն առնու զթագ, և դառնայ 'ի տեղի իւր, առաջի իւր կոտորին թշնամիք նր։ Զայս ամենայն անձանձրոյթ գրեցի քեզ, զի ստուգեսցի քեզ բանն, զի զպատիժ պատուհասից չարաչար ընդունին խոնարհք 'ի ձեռաց ամբարշտաց։

Կն̄

(1) Ad verba illa Scripturæ, quæ leguntur *Genes. cap. IV. v. 15.* juxta versionem vulgatam; *Omnis, qui occiderit Cain, septuplum punietur.* Et in textu Hebraico; *Omnis occidens Cain septempliciter punietur*, talia adnotat Fagius; *Alii per septuplum, sive septempliciter exponunt, ut sit certus numerus pro incerto, hoc sensu* SEPTIES GRAVIORE POENA INTERFICIETUR, QUI OCCIDERIT CAIN, *hoc est; gravissimas dabit pœnas: & hunc sensum amplectitur R. D. K., qui in libro Radicum sic explicat:* נקמות רבות יקח ממי שיהרגהו VINDICTAS MULTAS SUMET AB EO, QUI OCCIDERIT EUM; secus verò intelligunt veteres Hebræi, qui שבעתים PRO SEPTIMA GENERATIONE *exponunt hoc sensu*. SEPTIMA DEMUM GENERATIONE AD ULTIONEM VOCABITUR CAIN. *Septima enim generatione plerique*

Առ այսորիկ սիրելի, այսպէս ստու-գեսցի քեզ բանս, զի ամենայն որ զգե-ցեալ է զնա, նախանձ չար բնակեալ է 'ի նմա, և այսն պիղծ որ զՍաւուղն հա-լածեաց. Եւ յորժամ Դաւիթ հարկա-նէր զքնարն վասն Սաւուղայ, զի ընդ-արձակեսցի նմա, Սաւուղ 'ի նախանձ իւր զոր զգեցեալ էր, սկսեալ կամէր հարկանել զբարերարն իւր. Եւ առ որում խոնարհութիւն գտանի, բնակէ 'ի նմա հեզն, և հանդարտն. և լինի նա տուն բնակութեան Քրի. Եւ յիշեցից դար-ձեալ, զոր վերագոյն գրեցի, թէ ոչ նա-խանձին բարիք ընդ չարս, այլ չարք ընդ բարիս. Ոչ երբէք տեսեալ եղէ, թէ նախանձեսցին մեծատունք ընդ աղքա-տաց. և ոչ արդարք ընդ ամբարշտաց. և ոչ ստոյգք ընդ անօրէնս. և ոչ ման-կունք շինութեան ընդ խռովիչս. և ոչ ճշմարիտք ընդ ստուտս. և ոչ ուղիղք ընդ անուղղայս. և ոչ համեստք ընդ թշնամանօղս. Առ այսորիկ երթ զհետ խոնարհութեան, որ յաղթէ նախանձու. և անցուցանէ զհակառակութիւն; և զհամբերութիւն զօդեաց ընդ նմա, զի եղիցիս դու ամրացեալ 'ի բազում հա-կառակութեանց. Սիրեա զխոնարհութիւն. և ստասցիր զզգաստութիւն. և զհամբե-րութիւն զուգեա ընդ նոսին. Զխոնարհ բազումք սիրեն; և բարձր, և անօրէնք, որք նման նմա են, ատեն զնա. Հեռացո զբարկութիւն, և 'ի բաց լեր 'ի բծէ աղտոյ, զի ատելի են; սրտմտութեան քում մի' բանար դուռն նմա զդուռն, զբե-րան քո. և զերես քո մի' պատրաստեր դու նմա 'ի գոյն գոյն կերպարանս. և մի' ընծայեցուցաներ դու զնա լեզուի քում, զի մի ծնանիցի 'ի նմանէ պտուղ չարեաց. Ծնունդք սրտմտութեան մի' ծնցին. զի մի' բազում խորհուրդք յղասցին 'ի ծնունդ նոցա.

Սրտմտութիւն յորժամ յղանայ 'ի քեզ, եղիցի նա քեզ երբև զմէգ. և մի' ընծայեցուցաներ զնա լեզուի քում. և մի' տար լեզուի քում զամենայն խոր-հուրդս, որ ելանեն 'ի վերայ սրտի քում. այլ 'ի ներքս 'ի շտեմարան սրտի քո թաղեա զնոսա. Զբարին երբև յղա-

§. 7. Praeterea, Chariſſime, id perſuaſum tibi ſit, quod in quocumque, qui inquinatus eſt impietate, invidiae pravitas inhabitat, & regnat ſpiritus immundus, quo agitatus fuit Saul. Nam quando David pulſabat cytharam pro Saul, ut quieſceret; Saul invidia, qua plenus erat, exagitatus liberatorem ſuum percutere volebat. Sed apud quem invenitur humilitas, inhabitat in eo ſpiritus mitis, & manſuetus; & fit domus habitationis Chriſti. Et repetam, quod ſuperius ſcripſi, bonos non invidere malis, ſed malos bonis. Nunquam viſum eſt, quod divites invideant pauperibus, neque pii impiis, neque juſti iniquis, neque pueri aedificationis deſtructoribus, neque veridici mendacibus, neque recti perverſis, neque honeſti calumniatoribus. Propterea ſequere humilitatem, quae vincit invidiam, & expellit inimicitiam. Et adjunge ei ſilentium, & patientiam, ut protegaris contra perverſitatem. Dilige humilitatem, & adipiſcere ſobrietatem: Et patientiam adnecte eis. Multi diligunt humilem; elatum enim & ſuperbum etiam iniqui, qui ſunt ejus ſimiles, odio habent. Averſare furorem, & abſtine ab omni macula, & coinquinatione; quia Deo exoſa ſunt. Noli irae reſerare oſtium, nempe os tuum: Et faciem tuam noli in varias formas ob iracundiam immutare: Et noli ei tradere linguam tuam, ne enaſcantur ex ea fructus mali. Foetus irae non oriantur, pravaeque cogitationes in ortu ſuo eliminentur.

Hortatur ad ſequendam humilitatem, & ad fugiendam iram, & indignationem.

§. 8. Si quando exarſerit ira in te, erit tibi tamquam caligo. Noli ergo ei concredere linguam tuam, & noli linguae tuae tradere omnes cogitationes; quae aſcendunt ſuper cor tuum. Sed intus in horreo cordis tui ſepeli eas. Bonum, cum concipit cor tuum, praebe linguae tuae.

De cuſtodienda lingua, & amovendis cogitationibus pravis.

que Hebraeorum Cain a Lamech jaculo occiſum eſſe ajunt. In hunc ſenſum accepiſſe videtur S. Jacobus verba Sacrae Scripturae ſuperius allata, veterem Hebraeorum traditionem ſecutus; unde etiam antiquitas Scriptoris, ejuſque operis colligitur. Cum S. Jacobo concordat S. Ephraem ejus diſcipulus, qui verba ſuperius adducta in commentariis in Geneſim (quae Syriace, & Latine edidit Petrus Benedictus Soc. Jeſu, doctrina, pietate, ac modeſtia egregie ornatus, quicum, donec vixit, familiaris conſuetudo, & amicitia mihi interceſſit) ita exponit: *Cain in ſeptuplum punietur, & quoniam mortem expetiit, ne ſibi ob praeſentem calamitatem homines inſultarent, idcirco ſeptem generationes venient, & videbunt ignominiam ejus, atque ita demum morietur.*

tuæ: Et sic os tuum ediscet verba bona. Volvatur verbum in corde tuo multis diebus, & si videris dignum esse, trade illud linguæ tuæ; sin secus, moriatur in corde tuo, & in cogitationibus tuis sepeliatur. Custodi linguam tuam a falso testimonio, ne accendas ignem in corpus tuum. Dominus tuus, qui inhabitat in te, bene custodiatur: Et noli introducere ad illum, quæ sunt ei inimica. Solus seorsum vult habitare in homine, & apud eum, cujus pravæ sunt cogitationes, non manet. Diligat silentium lingua tua, qua vulnera Domini tui lingis. Caveant a discordia labia tua, quibus Regem filium oscularis. Ex ore tuo inane aliquid non exeat: ne seipse subducat, & a te discedat. Amabis humilitatem: quia similis est ea muro ferreo. Diliges sobrietatem, & fructus benignitatis. Anima enim ejus, qui comedit ex eis, satiatur, & lætatur, & exultat. Omnis arbor ex fructu suo cognoscitur: & cogitationes hominis ex ore ejus manifestantur. Nam sapiens ex lingua illius, cui appropinquat, ipsius cogitationes agnoscit: Quoniam ex illarum reliquiis eloquuntur labia. Vir timens Deum; solum bona loquitur: Et quando audit verbum scurrilitatis, non intendit auditum suum ad illud: Et verbum malum non loquitur os ejus. Cogitatio enim ejus non concipit, quod abominabile est: Et his delectatur, quæ in lege Domini sui meditatur. Hi sunt fructus arboris bonæ. Et hominem mala cogitantem, ex labiis ejus internoscit sapiens. Si solum loquitur verba ludrica, & amara, & verba contemptus, & blasphemiæ, ille, qui audit ea, cognoscit, quod conceptione mala concepta sunt, & deinceps enata sunt. Omnia enim, priusquam oriantur, concipiuntur. Recordare, quod dixit Salvator noster: *Arbor bona bonum fructum facit, & arbor mala fructum malum fert. Non potest arbor amara facere fructum dulcem, neque arbor dulcis ferre fructum amarum. Ex ipso enim fructu cognoscitur arbor.* Ita & vir bonus ex bonis thesauris, qui sunt in corde ejus, extrahit, & loquitur bona: Et vir malus ex malis thesauris, qui sunt in corde suo, extrahit, & loquitur mala; quia ex iis, quæ intus reliqua sunt, loquuntur labia. Si in arbore sunt mille fructus, ex uno potes agnoscere totam

Matth. 7.

յղանայ սիրտ քո, ապա և լեզուին քում. Եւ զբանս բարիս եթէ ուսցի բերանն քո, շրջեսցի բանն ՚ի սրտի քում զաւուրս բազումս. և տես թէ արժան իցէ, տուր զնա լեզուին քում. ապա թէ ոչ, մեռցի՛ ՚ի սրտի քում, և թաղեսցես զնա ՚ի խորհուրդս քո. Պահեա՛ զլեզու քո ՚ի սուտ վկայութենէ, զի մի՛ վառեսցես զհուր յանդամս մարմնի քո. Տէրն քո, որ բնակի ՚ի քեզ, բարւոք սնանիցի. և մի՛ մուծաներ դու ընդ նա զդժնեարիսն չարս. Միայն առանձինն կամի բնակել ՚ի մարդ անդր, և ընդ այն, որոյ խորհուրդք բազում են, ոչ մնայ. Լեզու քո սիրեսցէ զլռութիւն, զի զվէրս տեառն քոյ լեզուաւ դու. Շրթունք քո զգուշասցին ՚ի բաժանելոյ, զի համբուրես նորօք զարքայ որդին. Ի բերանոյ քումմէ նանրութիւն ինչ մի՛ ելցէ. ապա թէ ոչ զանձն իւր հատուցանէ, և ոչ մտանէ ՚ի քեզ. Սիրեսցես զխոնարհութիւն, զի նման է նա երկաթեղէն պարսպի. Սիրեսցես զզգաստութիւն, զպտուղ անուշութե. զի որ ուտէ ՚ի նոցանէ, յագի անձն նր, և ուրախ լինի, և ցնծայ. Ամենայն ծառ ՚ի պտղոյ իւրմէ ճանաչի. և խորհուրդք մարդոյ ՚ի բերանոյ իւրմէ ճանաչի. Զի ամենայն մարդ, առ որում մերձենայ իմաստունն, ՚ի լեզուէ նր ճանաչէ զխորհուրդս նր, քանզի ՚ի մնացորդաց անտի խօսին շրթունք. Այր մարդ որ երկնչի յԱՅ, և եթ զբարիս խօսի. Եւ յորժամ լսէ զբան խեղկատակութե, ոչ հաստատէ առ նա զլսելիս իւր. Եւ բան պակասութե ոչ խօսի բերան իւր. զի ոչ յղանայ խորհուրդ նր որինչ պատելի է. Եւ յայսպիսեաց աստի ճաշակէ մարդ, որ յօրէնս տն իւրոյ խորհի. Սոքա են պտուղ ծառոյն բարւոյ. Եւ մարդ որ զչարիս խորհի, ՚ի շրթանց նր ճանաչէ իմաստունն. Եթէ և եթ զբանս խաղու, և ձաղանաց, և արհամարհանաց, և հայհոյութե խօսի, ճանաչէ այն, որ լսէ զնոսա, եթէ յղանալով յղացեալ են, և ապա ծնանին; զի զամենայն ինչ յղութիւք ածեն ՚ի ծնունդս. Յիշեա՛, զոր ասն փրկիչ մեր; ծառ բարի զպտուղ բարի առնէ, և ծառ չար զպտուղ չար բերէ. Ո՛չ կարէ ծառ դառն զպտուղ քաղցր առնել. և ոչ ծառ քաղցր բերել զպտուղ դառն, քանզի ՚ի պտղոյ անտի ճանաչի ծառ. Սոյնպէս և այր քաղցր ՚ի բարի գանձուց անտի, որ կայ ՚ի սրտի նր, հանէ և խօսի զբարիս. և այր

[illegible]

[illegible]

totam arborem. Si gustes fructum unum ex arbore, cujus fructus dulcis, & suavis est; cupit anima tua omnes fructus illius arboris, sola comedere. Ita vir sapiens, quando appropinquat homini malo, illico cognoscit eum ex verbis suis. Si videat, abominanda verba ejus esse, & prava, non vult amplius audire. Si accedat ad hominem sapientem, & gustet verba ejus bona, & dulcia, & plena scientiæ, & intelligentiæ; ex eadem hora vult omnia verba ejus audire, & discere. Itaque hominem, qui dicitur humilis, ex sapore ejus dignoscit sapiens. Nam qui videri vult sapiens, & quietus, & humilis, & cor ejus cogitat mala; speciem quidem gerit humilis inter homines; & veluti sapientis cogitantis bona. Sed similis est fructui amaro, qui speciem habeat fructus mali cotonei, quoniam aspectus ejus similis est malo cotoneo, sed sapor ejus amaritudinem faucibus ingerit (1).

§. 9. Dilige, Charissime, humilitatem, cujus odor suavis est, & sapor dulcis. Humilis est in celsitudine. Sed ejus cor in inferioribus manet, & amabilis est excelsis. Si humilibus acciderit humile aliquid, non conturbantur. Nam in gradu, & conditione sua, in qua stabant, permanent. Sed magna est subversio superbi, qui non humiliat seipsum, quando humile aliquid ei advenit, quoniam in superbia sua non se humiliat. Amici humilis multi sunt, & non est numerus eorum, qui de valetudine ejus interrogant. Gloriam ejus multi narrabunt; & ejus humilitas cooperit maculas delictorum suorum. Quod est in corde suo, nemini dicit. Stat humilis, & meditatur in sapientia, & mens ejus occupata est in excelsis, & supernis. Verbum humilis audiendum est, quia excogitat, & profert illud in sta-

Rursus humilitatem commendat, & ad eam hortatur.

(1) De terra Sodomæ, & Gomorrhæ, ejusque malogranatis hæc scribit Chrysostomus *Hom. I. de perfecta Char. p.297.*: *Verum hæc nunc est omnium desertorum desertissima. Stant enim arbores, & fructum habent, at fructus ille iræ Divinæ monimentum est. Stant malogranata splendida facie spem bonam ignorantibus præbentia, manibus autem accepta, & fracta fructum quidem nullum, sed pulverem, cineremque multum intus positum exhibent.* His igitur fructibus, quos memorant Chrysostomus, & Nisibenus assimilantur hypocritæ, de quibus Ecclesiasticus: *Est*, inquit, *qui nequiter humiliat se, & interiora ejus plena sunt dolo.* Eccles. XIX. 23.

statera. Anguli cordis ejus pleni sunt thesauris bonis: Et lingua ejus parturit fructum dulcem. Humilitas fons pacis: & aquæ ædificationis exeunt ex ea. Dilexit Noe humilitatem, & ipsa eripuit eum a diluvio aquarum. Et accessit ad eam Abraham, & factus est hæres terræ vitæ; quia cecidit coram Domino Deo, & humiliavit seipsum tamquam pulverem, & cinerem. Et educatus est Isaac in humilitate, & obediverunt ei Reges, & amaverunt fœdera ejus. Jacob vir simplex Domi in familia enutritus recepit a Patre benedictionem Esau fratris sui: Et singuli ex primis illis patribus nostris erant humiles, mites, & pacifici. Et excelsus exaltavit humiles, & humiliavit elatos, & venire fecit eos in contemptum. Dilexit Job humilitatem, & de ejus innocentia perhibuit testimonium Dominus. Invidit ei iniquus Satanas, sed ipse hostem, & adversarium justorum confudit. Exaltavit Dominus Job; quia confirmatus est in innocentia sua, sicut os ejus testimonium perhibuit.

խոնարհին լսելի է. զի ատեղծանէ, և հանէ զնա կշռով. Խորշք սրտի նորա լի են գանձիւք բարեօք. և ծնուցանէ լեզու նորա զպտուղ քաղցր. Խոնարհութիւն աղբիւր խաղաղութե. և վտակք շինութեան ելանեն 'ի նմանէ. Սիրեաց Նոյ զխոնարհութիւն. և նա ապրեցոյց զնա 'ի ջուրցն հեղեղէ. Եւ մերձեցաւ առ նա աբրահամ, և եղև ժառանգաւոր երկրին կենաց. զի անկաւ առաջի տեառն այ̃, և խոնարհեցոյց զանձն իւր իբրև զհող, և զմոխիր. Եւ սնաւ իսահակ 'ի խոնարհութե, և հնազանդեցան նմա թագաւորք, և սիրեցին զդաշինս նորա. Յակոբ այր միամիտ ընտանուն, և ընկալաւ 'ի հօրէ իւրմէ զօրհնութի եսաւայ եղբօր իւրոյ. Եւ մի մի 'ի հարց անտի մերոց առաջնոց, խոնարհք էին, և հեզք, և հանդարտք. և բարձրեալն բարձրացոյց զխոնարհս, և խոնարհեցոյց զբարձրեալս, և եդոյց զնոսա յանարգանս. Սիրեաց Յոբ զխոնարհութի, և վս̃ անմեղութե նր̃ ած̃ իւր վկայեաց. Նախանձեցաւ ընդ նմա անօրէնն սատանայ, և յամօթ արար զթշնամին, զհակառակորդն արդարոց. Բարձրացոյց ած̃ զՅոբ. զի հաստատեցաւ յանմեղութե իւրում, որպէս և վկայեաց բերան իւր.

Humilitas convenit humanæ naturæ.

§. 10. Dilige, Charissime, virtutem humilitatis, quæ ex origine corporeæ nostræ conditionis indita nobis, & conveniens est. Nam justitia est, cum aliquis humiliat seipsum. Origo enim Adæ est ex pulvere terræ; & Dominus imposuit ei mandatum, ut custodiret illud. Nam si custodisset quidquid ei præceptum fuerat, in naturam excelsam perduxisset eum Dominus. Sed quia voluit adipisci celsitudinem, quæ naturæ ejus non conveniebat; convertit eum Dominus in originem humilitatis suæ. Profecto hac de re testimonium perhibuit Salvator noster, dicens: *Omnis, qui se exaltaverit, humiliabitur*. Exaltavit se Adam, & reversus est in terram in primum originis suæ principium. Addita enim erat illi gloria (1), & obediverant illi omnia. Salvator noster, qui humiliavit se, recepit gloriam suam, &

Matth XXIII. 12. Luc. XIV. 11. XVIII. 14.

Սիրեա́ սիրելի զայս բանս բուն, որ բնակի ընդ մարմնաւորս. Արդարութեան է այս, յորժամ խոնարհեցուցանէ ոք զանձն իւր. Բուն ադամայ հող է յերկրէ. և ած̃ իւր եդ պատուէր թէ պահեսցէ. զի իբրև պահեսցէ որ ինչ պատուիրեցաւ նմա, 'ի բնութի բարձրութե հասուցանէ զնա ած̃ իւր. Եւ իբրև կամեցաւ առնուլ զբարձրութի որ ոչ 'ի բնութե նր̃. դարձոյց զնա ած̃ 'ի բուն խոնարհութե. Եւ վս̃ այսր վկայեաց փրկիչն մեր, և ասէ; ամենայն որ բարձրասցի, խոնարհեսցի. Բարձրացաւ ադամ, և դարձաւ անդրէն 'ի հող, 'ի բուն իւր առաջին. Եւ յաւելան նմա փառք, և հնազանդեցան նմա ամ̃. Փրկիչն մեր որ խոնարհեցաւ, ընկալաւ զփառս իւր, և ընկալաւ զյաւելուածս. Եւ ադամ, որ բարձրացաւ, ընկալաւ զխոնարհութի, և

(1) Spoliatus est omni gloria Adam, & se nudum agnovit, e sublimitate gradus sui in terram decidens, cum elatus animo similem Dei fieri concupivit, ob idque, superbè contempto Dei præcepto, vetitum fructum comedit, suadente, ac fraudulenter dicente Diabolo: *In quocumque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri; & eritis, sicut Dii, scientes bonum, & malum.* Genes. III. 5. In versione Arabica: *Et fietis velut Angeli, abundantius scientes &c.* In versione autem Syriaca: *Et eritis sicut Deus, scientes &c.*

և ընկալաւ զանէծս յաւելուածս ՚ի վերայ խոնարհութե. Վասն այսորիկ սիրելին իմ, այսպէս պարտ և պատշաճ է սիրել մարդոյ զխոնարհութի, և կալ մնալ ՚ի բնութե իւրում. Քանզի արմատ խոնարհութե յերկիր տնկեալ է. և շահք պտղոց նորա մտանեն՝ առաջի մեծութե խոնարհութե. զի պտուղ նորա ցանկալի է. զի զհանդարտութի և զզգաստութիւն զմիտս քաղցունս. Պարզք են խոնարհք, համբերողք, սիրունք, և անմեղք. ստոյգք, և գիտունք. իմաստունք, և խորհրդականք, և խորագէտք. ցածունք, և ողորմածք, և ապաշաւողք, և անխայօղք. խորինք, և հանդարտք, վայելուչք. և սիրէ զայս ծառ, որ այսպիսի պտուղ է նորա. երանի է անձին նորա, զի ՚ի հանգըստեան բնակեալ է. և բնակի ՚ի նմա այն, որ բնակի ՚ի հեզս, և ՚ի խոնարհս.

& alia insuper superaddita est: Sed Adam, qui elatus est, humiliatus est, & maledictiones humilitati superadditæ sunt. Propterea, Charissime, oportet utique, & convenit homini diligere humilitatem, & stare, & manere in statu, & conditione sua. Nam radix humilitatis in terra plantata est: Et emolumenta fructuum ejus pro magnitudine profunditatis suæ exoriuntur. Fructus autem ejus desiderabiles sunt, quia generat tranquillitatem, & modestiam, & mentem suavem, ac mitem. Humiles sunt simplices, patientes, amabiles, & innocentes; sinceri, & docti, & sapientes, & providi, & prudentes; pacati, & misericordes, & contriti, & indulgentes; penitissimè intelligentes, & tranquilli, & decori. Qui diligit hanc arborem, cujus sunt hujusmodi fructus, beata anima ejus, quia in requie est, & in eo inhabitat is, qui habitat in mitibus, & in humilibus.



SERMO DECIMUS.

De Pastoribus (1).

Pastor bonus vigilat, & laborat pro ovibus suis, & id exemplo antiquorum Patrum ostenditur.

SEdent Pastores in capite gregis, & cibum vitæ ovibus distribuunt. Ille habet curam de ovibus pascui sui, qui pro eis vigilat, & laborat: Et discipulus est Pastoris nostri boni, qui dat animam suam pro ovibus suis. Et qui non pascit gregem suum, similis est mercenario, quia nulla cura est ei de ovibus. Similes estote, o Pastores, primis Pastoribus justis. Pavit Jacob oves Laban, laboravit, vigilavit, custodivit, & mercedem accepit. Ait Jacob ad Laban: *Ecce viginti annis fui tecum: Oves tuæ, & capræ steriles non fuerunt: Et gregem ovium tuarum nunquam comedi, neque ego duxi ad te fractam, & debilitatam ovem: quoniam a manibus meis exigebas illam: Die æstu urebar, diluculò gelu algebam: fugit somnus ab oculis meis.* Videte, Pastores, Pastorem hunc, quantam curam habuit super oves pascui sui. Vigilabat nocte ad custodiam: & vigilabat, & laborabat die ad pascendum. Jacob pastor, Joseph pastor, & Fratres ejus pastores: Moyses pastor, & Amos pastor: Hi omnes pastores sunt, qui bene paverunt, & deduxerunt oves. Et quare, dilectissime, illi antea pastores fuerunt, paveruntque oves, & deinde electi sunt, ut homines (2) pascerent, nisi ut prius discerent, qualem curam impendere oportet in pascendis ovibus, & quantum vigilandum, & laborandum est pro ovibus suis. Et cum didicissent officium Pastoris, electi sunt ad munus ducis, & rectoris hominum. Pavit Jacob oves Laban, & laboravit, & vigilavit, & bene duxit: Deinde duxit filios suos, & præbuit eis exemplum officii pastoralis. Et Joseph pascebat oves cum fratribus suis;

Gen. XXXI. 38.

ՃԱՌ ՏԱՍՆԵՐՈՐԴ։

Վասն Հովուաց։

Նստին հովիւք 'ի գլուխ հօտի, և ճաշակեն խաշանց զկերակուր կենաց։ Որ տքնի, և վաստակի վասն խաշին իւրոյ, զփոյթ յանձին ունի նա վասն խաշին արօտի իւրոյ. և աշակերտ է նա հովուին մերոյ քաջի, որ ետ զանձն իւր փոխանակ խաշին իւրոյ։ Եւ որ ոչ շրջէ զհօտ իւր, վարձկանի նման է. զի ոչինչ փոյթ է նմա վասն խաշինն։ Նմանօղ եղերուք ո՛ հովիւք, առաջին հովուաց արդարոց։ Հովուեաց Յակոբ խաշանցն Լաբանու, վաստակեցաւ, տքնեցաւ, պահեաց, և էառ։ Ասէ Յակոբ ցԼաբան; ահա քսան ամ է իմ ընդ քեզ. զոչխս, և զայծիս քո ես ոչ կորեցի. և զհօտ խաշանց քոց երբէք ոչ կերայ. և զբեկեալն ես ոչ ածի քեզ. զի 'ի ձեռաց իմոց պահանջէիր դու զնա։ 'Ի տուէ այրեալ լինէի 'ի խորշակէ, և զցայգ 'ի ցուրտ փայտանայի։ Հատանէր քուն յաչաց իմոց։ Տեսէ՛ք հովիւք զհովիւն զայս, որչափ փոյթ էր նմա վասն խաշին արօտի իւրոյ։ Արթուն էր 'ի գիշերի 'ի պահել. և տքնէր, և վաստակէր 'ի տուէ յարածել։ Յակոբ հովիւ. Յովսէփ հովիւ. և եղբարք նր հովիւք. Մովսէս հովիւ. և Ամովս հովիւ. այս ամենայն հովիւք, որ հովուեցին խաշանց, և առաջնորդեցին բարւոք։ Եւ ընդէ՛ր սիրելի, այն հովիւք նախ խաշանց հովուէին, և ապա ընտրեցան հովուել զմարդիկ; այլ զի ուսցին թէ ո՛րպէս, կամ զի՛արդ փոյթ է հովուել խաշին իւրոյ. և տքնել, և վաստակել վասն խաշանց իւրոց։ Եւ իբրև ուսանէին զհովուութիւն, ընտրէին յառաջնորդութիւն։ Հովուեաց Յակոբ խաշանցն Լաբանու, և վաստակեցաւ, և տքնեցաւ,

(1) De Pastoribus egregium librum, seu sermonem scripsit Augustinus *Oper. Tom. V. pag.* 226. *nov. edit. Serm. XLVI.*, cujus verba, & sensus mire consentiunt cum iis, quæ scribit S. Jacobus, adeo ut modus, ac differendi ratio similis vicinitatem quoque temporum, quibus uterque floruerunt, non obscure demonstret. His autem adjungi debet Pastoralis, quem S. Gregorius PP. composuit, ex quibus, qui Christi ovibus pascendis præfecti sunt, saluberrima monita, & sapientissima præcepta haurire poterunt.

(2) De S. Spyridione Cypriorum Episcopo tradit Socrates *lib. I. cap. XII.* in historia Ecclesiastica: *Tanta in eo adhuc ovium Pastore inerat vitæ sanctitas, ut dignus habitus sit, qui hominum quoque pastor existeret.* Quin etiam ob singularem animi ejus modestiam, quod certe mirum est, posteaquam Episcopus creatus est, & Ecclesiæ sibi commissæ regimen suscepit, Pastoris officium non dimisit: *Vir unus*, inquit Ruffinus *lib. X. hist. Eccl. cap. V.*, verba faciens de illustrioribus Episcopis, qui in Nicæna Synodo interfuerunt, *ex ordine Prophetarum, quantum etiam nos eorum, qui eum viderant, narratione comperimus. Hic pastor ovium etiam in Episcopatu positus permansit.* Idem cum Ruffino testatur Socrates loco laudato his verbis: *Ob multam animi humilitatem etiam in Episcopatu oves pascere non destitit.*

ցաւ, և առաջնորդեաց քաջուղ. ապա առաջնորդեաց որդւոց իւրոց, և ուսոյց նց̄ զօրինակ հովուութե̄. Եւ յովսէփ արածէր զխաշինս ընդ եղբարս իւրս. և յերկրին եգիպտացւոց եղև առաջնորդ զօրաց. և շրջէր զնոսա, իբրև հովիւ̄ քաջ զհօտ իւր.

Եւ մովսէս հովուեաց խաշանցն յոթորայ. և ընտրեցաւ 'ի խաշանց անտի հովուել ժողովրդեան իւրոյ. և իբրև զհովիւ̄ քաջ առաջնորդեաց նց̄. Բարձեալ ունէր մովսէս զգաւազն 'ի վերայ ուսոց իւրոց. երթայր 'ի գլուխ ժողովրդեանն, որում առաջնորդէրն. և հովուեաց նա զքառասուն ամս. և տքնեցաւ, և վաստակեցաւ փոխանակ խաշինն իւրոյ, հովիւ̄ քաջ, և հոգած. Եւ իբրև կամեցաւ տր̄ իւր ջնջել զնոսա վասն մեղաց իւրեանց, զի երկիրպագին որթուն խոտակերի. կայր մովսէս յաղօթս, և խնդրէր 'ի տե̄, և ասէր; Եթէ թողուս զմեղս ժողովրդեանս այսորիկ, թող. ապա թէ ոչ, ջնջեա զիս 'ի դպրութե̄ քումմէ զոր գրեցեր. Այս է հովիւ̄ քաջ, որ զանձն իւր մատնեաց փոխանակ խաշանց իւրոց. Այս է առաջնորդ առաքինի, որ զանձն իւր եդ 'ի վերայ խաշանց իւրոց. Եւ այս է հայր գթած, որ գթացաւ 'ի վերայ որդւոց իւրոց, և սնոյց զնոսա. Եւ ուսոյց վարդապետն իմաստուն մովսէս զաշակերտն, որ գիտէ շրջել զհօտն, զյեսու որդի նաւեայ, զայր հոգւոց, որ առաջնորդէր հօտին, ամենայն բանակի որդւոցն իսրայելի. Կոտորեաց զթագաւորս, և հնազանդեցոյց զերկիր, և ետ նց̄ զտեղիս արօտի. Եւ բաշխեաց եւ մակաղատեղս, և բնակս խաշին իւրոյ. Հովուեաց դարձեալ դաւիթ խաշին հօտին իւրոյ. և խաշանց անտի վերացաւ նա հովուել ժողովրդեան իւրոյ. և հովուեաց նց̄ 'ի միամտութե̄ սրտի իւրոյ, և յիմաստութե̄ ձեռաց իւրոց առաջնորդեաց նց̄. 'Ի ժամանակի իբրև սկսաւ դաւիթ համրել տանել, և զհամար ունել զհօտից խաշանց իւրոց. ել 'ի նոսա սրտմտութի̄ բարկութե̄, և սկսան կոտորել; յայնժամ մատնեաց դաւիթ զանձն իւր փոխանակ խաշին իւրոյ; կայր յաղօթս, և ասէր; տր̄ ած̄, ես մեղայ, զի ընդ թիւ̄

արկի

suis; & in terra Ægyptiorum factus est Dux populi, & eos gubernabat, tamquam Pastor bonus, gregem suum.

§. 2. Moyses etiam pavit oves (1) Jethro: Et ab illis ovibus assumptus est: ut pasceret populum suum; & tanquam Pastor bonus eas duxit. Ferebat Moyses baculum super humeros suos: progrediebatur in capite populi, quem ducebat: Et pavit quadraginta annis: & vigilavit, & laboravit pro ovibus suis Pastor bonus, & sollicitus. Et cum vellet Dominus delere populum pro peccatis eorum, quoniam adoraverunt vitulum comedentem fœnum, Moyses orabat, & petebat a Domino, dicens: *Si dimittis peccata populi hujus, dimitte: Si autem non, dele me de libro tuo, quem scripsisti*. Hic est Pastor bonus, qui tradidit animam suam pro ovibus suis. Hic est dux probus, qui posuit animam suam pro pecoribus suis. Et hic est Pater misericors, qui misertus est super filios suos, & nutrivit eos. Et hic est Doctor sapiens, qui docuit discipulum suum ducere gregem, nempe Josue filium Nave, virum fortem, & animosum, qui ducebat gregem, universa castra filiorum Israel. Occidit Reges, & domuit terram, & præbuit loca pascua, & irrigua, & distribuit, & dedit habitationes, & ovilia ovibus suis. Similiter pavit David oves gregis sui, & ab ovibus elevatus est ad pascendum populum suum: & pavit eos in simplicitate cordis sui, & in sapientia manuum suarum duxit eos. Quando autem exorsus est recensere, & numerare greges ovium suarum, exivit in eas furor iræ Domini, & cœperunt illæ occidi: Tum vero tradidit David animam suam pro ovibus suis, & oravit, dicens: *Domine Deus, ego peccavi, quia numeravi populum hunc: Erit manus tua contra me, & contra domum Patris mei: Oves hæ innocentes quid fecerunt?* Profecto omnes boni Pasto-

Exemplum boni Pastoris in Moyse, & in David proponitur.

Gen. XXXII. 31. 32.

II. Reg. XXIV. 17.

res

(1) De Sancto Propheta Moyse scribit etiam Hieronymus in epistola IV. ad Rusticum pag. 18. Edit. Rom.: *Moyses, ut praesset populo Judaeorum, quadraginta annis eruditur in eremo: pastor ovium, hominum factus est pastor.*

res ita ponebant animas suas pro ovibus suis.

Pastores mercenarii qui sint, & quomodo a bono, & magno Pastore puniantur.

§. 3. At Pastores, qui nullam habuerunt curam de ovibus, ii mercenarii erant; quoniam semetipsos solum pascebant (1). Propterea ita compellat eos Propheta, dicens: *O Pastores, qui dissipatis, & perditis oves pascui mei; audite sermones Domini. Sic dicit Dominus:* *Jer. XXIII. 1. Ezech. XXXIV. 2.* *Ecce congregabo oves meas, quemadmodum Pastor congregat greges suos in diebus caliginis, & turbinis, & requiram oves meas a manibus vestris. O Pastores insipientes, qui pinguia comeditis, pretiosa induitis, saginata conciditis, & oves meas non pascitis: Infirmatum non sanastis, & debilitatum non corroborastis: fractum non ligastis, & afflictum non estis consolati: Quod abjectum est, non reduxistis, & quod perierat, non quæsivistis, & pingue, & saginatum non custodistis; sed vi, & deceptione eos vexabatis: & vos, quod pulcrum, & delicatum pascui erat, prius comedebatis: Deinde, quod remanserat, pedibus conterebatis, & ungulis vestris conculcabatis: aquas dulces, & puras bibebatis, & reliquam pedibus turbabatis: Et oves meæ comedebant, quod conculcaverant pedes vestri, & aquas a vobis turbatas, & ungulis vestris inquinatas bibebant* (2). Hi sunt Pastores mali, & mercenarii, qui neque paverunt oves, neque bene duxerunt, neque eripuerunt a lupis. Cum venerit Pastor magnus (3) magister Pastorum, congregabit oves suas, & visitabit greges suos, & advocabit Pastores illos, & petet ab eis rationem, & eos

արկի զժողովուրդս . եղիցի ձեռն քո յիս, և 'ի տուն հօր իմոյ . խաշինս այս անմեղ զի՞ մեղան . Եւ ամենայն քաջք, սոյնպէս դնէին զանձինս իւրեանց 'ի վերայ խաշանց իւրեանց .

Եւ հովիւք, որք ոչինչ փոյթ արարին վասն խաշին, նոքա վարձկանք էին. զի զանձինս իւրեանց միայն արածէին. Վասն այսորիկ կոչէ զնոսա մարգարէն, և ասէ ; ո՞վ հովիւք, որք ցրուէք, և կորուսանէք զխաշինս արօտի իմոյ, լուարուք զպատգամս տն. Այսպէս ասէ տր ; ահաւասիկ զհանդէս արարից խաշանց իմոց. զոր օրինակ առնէ հովիւ զհանդէս հօտից իւրոց, յաւուրս մգի մառախլի ; և պահանջեցից զխաշինս իմ 'ի ձեռաց ձերոց. Ո՛վ հովիւք անմիտք, որք զճարպ ուտէք, զփափուկս ագանիք, զպարարտս կրճատէք, և զխաշինս իմ ոչ արածէք ; զհիւանդացեալսն ոչ բժշկեցիք, և զտկարացեալսն ոչ զօրացուցիք, զբեկեալսն ոչ պատեցիք. և զչարչարեալսն ոչ մխիթարեցիք. զմոլորեալսն ոչ դարձուցիք, և զկորուսեալսն ոչ խնդրեցիք, և զհաստահարուստն, և զպարարտն ոչ պահեցիք ; այլ բռնութբ, և խաբէութբ չարչարէիք զնս. և դուք զգեղեցիկս, զփափուկս արօտս յառաջագոյն ճարակէիք. դարձեալ զմնացեալ ճարակն առ ոտս կոտորէիք, և կճղակաց ձերոց կոխան առնէիք ; զջուրս անուշս զյստակն ըմպէիք, և զմնացեալսն ոտիւք պղտորէիք. Եւ խաշինք իմ զկոխեալսն ոտից ձերոց ճարակէին, և զջուրս պղտորեալս 'ի ձէնջ զամբռականսն ըմպէին. Նոքա են հովիւք չարք, և վարձկանք. զի ոչ արածեցին զխաշինս, և ոչ առաջնորդեցին բարւոք, և ոչ Թափեցին ի գայլոց. Յորժամ գայ հովիւն մեծ վարդապետն հովուաց, զհան-

(1) *Cum ergo Præpositi ad hoc sint, ut his, qui subjecti sunt, consulant; non in eo, quod præsint, omnino utilitatem suam attendant, sed eorum, quibus ministrant. Quisquis ita præpositus est, ut in eo, quod præpositus sit, gaudeat, & honorem suum quærat, & commoda sua sola respiciat, se pascit, non oves*: his verbis Pastores instruit Beatus Augustinus initio sermonis, seu opusculi superius laudati. *Serm. XLVI. cap. I.*

(2) Sumpta hæc sunt ex capite XXXIV. Ezechielis, sed memoriter ea, ut puto, allegavit S. Jacobus, ideoque neque eadem verba, neque eo ordine, quo dicta sunt a Propheta, afferuntur. Sed potius verborum sensus exprimitur; quod pluries a S. Nisibeno Episcopo factum fuisse, in his sermonibus, studiosus lector inveniet. Hinc autem non obscurè antiquitas Scriptoris ostenditur. Id enim non semel factum occurrit in libris novi Testamenti, & in vetustioribus Catholicæ Ecclesiæ Scriptoribus, cum memoriter scilicet Scripturas ediscebant, easque in suis operibus memoriter citabant. Nam tum rari erant Scripturarum codices, & valde cari, ac pretiosi, & raro aliorum librorum, præter sacrorum codicum, auctoritate, allatis eorum verbis, seu sententiis, in suis scriptis uti solebant, quia Ecclesiasticorum auctorum opera, quæ per id tempus paucissima erant, in promptu, ut puto, & ad manus non habebant, vel si quæ habebant, non tantæ auctoritatis, ac ponderis esse ducebant, ut eorum testimonia ad aliquid adstruendum, vel probandum, vel confirmandum adhibere opus esse censerent.

(3) Ita Christum vocat Apostolus in epistola ad Hebræos cap. ult. v. 20. *Deus pacis, qui eduxit de mortuis pastorem magnum ovium, in sanguine testamenti æterni, Dominum nostrum Jesum Christum.*

զհամարեա առնէ խաշանց իւրոց, և այց առնէ հօտից իւրոց, և ածէ զայնս հովիւս, և առնէ ընդ նոսա համար, և դատապարտէ զնոսա 'ի գործս իւրեանց. Եւ որք հովուեցին խաշանցն բարւոք, ուրախ առնէ զնոսա վարդապետն հովուաց, և ժառանգեցուցանէ զկեանս, և զհանգիստ. Ո՜վ հովիւ ապարապարտաւոր, որ թողի զխաշինս իմ յաջ բազուկ քո, և յաջ ական քո; փոխանակ զի ասացեր դու վն խաշանցդ; որ մեռանելոցն իցէ, մեռցի. և որ սատակելոց իցէ, սատակեսցի. և որ մնացեալն իցէ, կերիցէ զմարմին ընկերի իւրոյ; վասն այսորիկ աւասիկ կուրացուցանեմ զական քո աջ, և զօսացուցանեմ զաջ բազուկ քո. զի որ ոչ առաջնորդեաց ստուգութբ, ցօսասցի. Եւ դուք խաշինք արօտի իմոյ, մարդիկք էք, և ես եմ տր ած ձեր. այսուհետև արածեցից զձեզ յարօտս փափուկս, և գեղեցիկս.

Եւ հովիւ քաջ մատնեաց զանձն փոխանակ խաշանց իւրոց. Եւ դարձեալ ասէ; են իմ այլ ոչխարք, և զնոսա արժան է ինձ ածել այսր, զի եղիցի մի հօտ, և մի հովիւ. Եւ հայր իմ վասն այսորիկ սիրէ զիս. զի զանձն իմ դնեմ ես փոխանակ ոչխարաց. Եւ դարձեալ ասէ; ես եմ դուռն ոչխարաց. ամ որ ընդ իս մտցէ, կեցցէ, մտցէ, ելցէ, և ճարակ գտցէ. Նմանեցարուք ո՜վ հովիւք այսմ հովուին քաջի, որ է գլուխ ամենայն հօտի. Ո՜րչափ փոյթ եղև վասն հօտից իւրոց. Մերձեցոյց զհեռաւորս, դարձոյց զմոլորեալս, բժշկեաց զհիւանդացեալս, զօրացոյց զտկարացեալսն, պատեաց զբեկեալսն, և պահեաց զպարարտսն, և զանձն իւր մատնեաց փոխանակ խաշանց. Եւ ընտրեաց, և ուսոյց զաշակերտս առաքինիս, և աւանդեաց զհօտսն ամ 'ի ձեռս նց. ասէ ցՇմաւոն վէմ; արածեա՛ զխաշինս իմ դու ինձ, և զգառինս իմ, և զոչխարս իմ. Եւ արածեաց Շմաւոն, և կատարեաց զժամանակ իւր, և աւանդեաց ձեզ զհօտդ, և գնաց. Արածեցէ՛ք և դուք, և առաջնորդեցէ՛ք բարւոք. Հովուին, որում փոյթ է վն խաշանց իւրոց, զայլ ինչ

& eos ex operibus suis condemnabit. Eos autem, qui paverunt bene oves, lætificabit magister Pastorum, & eos possidere jubebit vitam, & requiem. O Pastor male pascens, cujus dextero brachio, & dextero oculo commisi oves meas. Tu vero dixisti de ovibus illis: *quod moriturum est, moriatur, & quod periturum est, pereat, & reliquum devoret corpus socii sui*: *Propterea ecce excæco dexterum oculum tuum, & confringo dexterum brachium tuum, ut quod non duxit fideliter, arefiat. Vos homines oves pascui mei estis, & ego sum Dominus Deus vester, & deinceps pascam vos in pascuis irriguis, & pulchris*.

Zach. XI. 9.

Ibid. 17.

Ezech. XXXIV. 13. 17.

§. 4. Pastor bonus tradidit animam suam pro ovibus suis. Et insuper dicit: *Et alias oves habeo, & illas decet me adducere huc, ut fiat unum ovile, & unus pastor. Et Pater meus ideo diligit me, quia ego animam meam pono pro ovibus*. Tum etiam inquit: *Ego sum ostium ovium. Omnis, qui per me introierit, salvabitur: ingredietur, & egredietur, & pascua inveniet*. Assimilamini, o Pastores, huic Pastori bono, qui est caput totius gregis. Quantam curam habuit pro ovibus suis? Accessit ad longinquas, reduxit errantes, sanavit infirmas, corroboravit debiles, alligavit confractas, & custodivit saginatas, & tradidit animam suam pro illis. Et elegit, & erudivit discipulos virtute eximios, & greges omnes in eorum manus tradidit. Dixit Simoni (1) Petro. *Pasce pecudes meas mihi, & agnos meos, & oves meas*. Et pavit Simon, & complevit tempus suum, & tradidit vobis greges istos, & abiit. Pascite & vos, & ducite bene. Pastor, qui habet curam de ovibus suis, nullum aliud opus facit. Non plantat vineas, non viridaria, neque in negotia hujus mundi distenditur. Nullus

Hortatur Pastores, ut Pastorem bonū Christum Dominum imitentur.

Joan. X. 16.

Ibid. 9.

Joan. XXI. 15.

(1) *De toto mundo*, inquit S. Leo Papa Serm. III. de Assumpt. cap. II., *unus Petrus eligitur, qui & universarum gentium vocationi, & omnibus Apostolis, cunctisque Ecclesiæ Patribus præponatur, ut, quamvis in populo Dei multi Sacerdotes sint, multique Pastores, omnes tamen proprie regat Petrus, quos principaliter regit & Christus. Magnum & mirabile huic viro consortium potentiæ suæ tribuit Divina dignatio, & si quid cum eo commune cæteris voluit esse principibus, nunquam nisi per ipsum dedit, quidquid aliis non negavit.*

lus unquam visus est Pastor, qui relinqueret oves suas, ut manum admoveret aratro. Si enim relinquat greges suos, tradet illos in ora luporum. Et memento, Charissime, quod scripsi de primis patribus nostris, quod munera pastoralis officii discebant prius, & inde sumebant experimentum debitæ curæ pro ovibus suscipiendæ, antequam eligerentur, ut aliis præessent, & ita instruebantur, compertumque habebant quanta deberet esse sollicitudo Pastori de gregibus suis, ut eadem diligenti cura, qua duxerant oves, præsulum officium obirent (1). Joseph, Moyses, David ab ovibus electi sunt ad ducendum populum, & non redierunt ad pecora rationis expertia. Accepit Dominus Amos ex pecoribus, & fecit eum Prophetam; & non reversus est ille, ut pasceret pecora, & mora colligeret. Et Elisæus assumptus est ex jugo boum, ut fieret Propheta in Israel, & non est reversus ad boves suos, sed ministravit Eliæ, ejusque in locum successit. Discipulus autem ejus, eo quod dilexit agros, mercaturas, hortos, pomaria, & negotia, noluit eum habere in discipulum suum, ejusque manibus greges tradere.

IV. Reg. V. 26.

ինչ գործ ոչ գործէ նա. ոչ զայգին
տնկէ, և զբուրաստանս, և ոչ ՚ի դժուա-
րինս աշխարհիս անկանի. Ոչ երբէք
տեսեալ է հովիւ, որ եթող զխաշն իւր,
և եղև մաճակալ. Ապա եթէ թողու
զհօտս իւր, մատնէ զայն ՚ի ձեռս գայ_
լոց. Եւ յիշեա սիրելի, զոր գրեցի քեզ
վասն հարցն մերոց առաջնոց. զի զիրս
հովուութեան ուսուցանէին յառաջ, և
՚ի նմանէ առնուին զփորձ հոգաբար_
ձութե. և ապա ընտրէին նք յառաջ-
նորդութի ; զի ուսցին, և տեսցեն,
քանիօն փոյթ իցէ հովուին վասն հօ_
տից իւրոց ; և որպէս խաշանց առաջ-
նորդէին հոգաբարձութե, նոյնպէս
յայսմ առաջնորդութե կատարեսցեն.
Յովսէփ, Մովսէս, Դաւիթ ՚ի խաշանց
առեալ ընտրեցան առաջնորդել ժողովր-
դեան, և ոչ դարձան առ խաշինս ան_
բանս. Ամովս էառ տր ՚ի խաշանց,
և արար զնա մարգարէ. և նա ոչ դար-
ձաւ արածել զխաշինս, և քաղել զթութ.
Եւ եղիշայ առեալ ՚ի վերջոյ եզանցն
զի եղիցի մարգարէ ՚ի մէջ Իսրայէլի.
և ոչ դարձաւ նա առ եզինս իւր, այլ
պաշտեաց զեղիայ, և եկաց զտեղի նր.
Եւ աշակերտ նր փոխանակեղի սիրեաց
զագարակս, զվաճառս, զձիթենիս, և
զգործս, ոչ կամեցաւ թէ աշակերտ լի_
նիցէր նա նր, և ոչ աւանդեաց ՚ի ձեռս
նորա զհօտսն.

Constituendi sunt Pastores boni, qui ex fructibus gregis sui vivere debent.

§. 5. Rogo vos, Pastores, nolite constituere super gregem istum discipulos stul-

Աղաչեմ զձեզ հովիւք, մի կացու-
ցանէք ՚ի հօտի այդր զաշակերտս ան_
միտս,

(1) Prius Pastorum gregum munus obivisse in præclaro illo secessu, ubi etiam agricolarum laboribus pertuncti sunt, summos illos duos viros, ac præstantissima Ecclesiæ Catholicæ lumina, Basilium, & Gregorium, quàm ad Episcopalem Sedem eveherentur, haud obscurè mihi indicare videntur verba illa Nazianzeni in Oratione, *Orat. VII. pag.* 144., qua excusat, quod Patri suo, ac Basilio ad Antistitis dignitatem, ac onus eum vocantibus non prompte obtemperaverit; hæc autem habita est coram Patre, præsente ipso Basilio, quem his verbis alloquitur: *Te, inquam, appello, qui humanior eras inter oves (nisi quid te offendit hæc oratio) cum pascui bruti participes una essemus, quàm nunc inter Pastores, posteaquam Divino beneficio ad spirituale pascuum ascits sumus.* Duplicem horum verborum expositionem affert Jacobus Billius in scholiis ad hanc orationem. Verùm utraque, ni fallor, incongrua, ne dicam absurda, mihi videtur. Prima est: Pascui bruti nomine externarum, & profanarum disciplinarum studia intellexisse; altera verò, cujus Eliam Cretensem auctorem esse affirmat, verbis illis significari mutum pastum, quem Basilius, & Gregorius simul percipiebant, cum, aliis docentibus, ipsi tacerent. E diverso quamsimillimum vero est, cum uterque in solitaria loca secessisset, agricolarum laboribus, quibus corpus suum in servitutem redigebant, pastoritiam etiam curam addidisse? Profecto id ipsum etiam in Oratione I., qua causas exponit, cur se fuga subtraxerit, posteaquam Presbyter creatus fuisset, haud dubiè innuere voluit; nempe se prius greges, aut armenta rexisse, & ovibus, aut bovibus pastorali cura præfuisse, priusquam hominibus regendis præficeretur; ubi insuper ostendit, quantum discriminis sit inter munus, & curam animalia bruta regendi, & inter officium animas hominum gubernandi: *Haudquaquam*, inquit, *idem esse existimabam, ac ne nunc quidem existimo, gregi, aut armento præesse, & hominum animas gubernare. Illic enim quam pinguissimas, & obesissimas oves, ac boves reddere sufficit: idque sibi & pastor, & bubulcus ob oculos ponens, irrigua, & compascua loca explorabit, gregemque, & ad pascua ducet, & a pascuis educet, fessumque recreabit, & alio movebit, ac revocabit, aliquoties quidem pedo, ut plurimum autem fistula. Nihil porrò aliud negotii pastor, aut armentarius habet, quàm ut cum lupis nonnunquam pugnet, atque interdum etiam ægram ovem, aut bovem visitet.* Hæc, & alia de brutorum animalium cura; de regimine autem hominum talia subjungit: *At verò homini, cum difficile sit scire parere, tum multo difficilius esse videtur scire hominibus imperare, ac præsertim in hoc nostro imperio, quod in lege Divina situm est, & ad Deum ducit: cujus quo majus est fastigium, majorque dignitas, eo etiam majus periculum est.* Pluribus deinde prosequitur, quæ lector per se videre poterit.

միտս, և զագէտս. և մի՛ զագահս, և որք սիրեն զստացուածս։ Ամենայն որ արածէ զխաշինս, կերիցէ 'ի կաթանէ նց; և որ զեզինս վարիցէ, 'ի վաստակոց իւրոց լցցէ զպէտս իւր։ Եւ քահանայից, 'ի սեղանոյ անտի արժան է նց բաժանել։ Եւ ղևտացիք զտասանորդս իւրեանց առցեն։ Որ ուտէ 'ի կաթանէ անտի, սիրտ իւր 'ի վերայ հօտին լինիցի։ Եւ որ լնու զպէտս իւր 'ի վաստակոց եզանց իւրոց, եղիցի յօժար 'ի գործ իւր։ Եւ քահանայք, որք 'ի սեղանոյ բաժանեն, չքով զգուշութբ պաշտեսցեն զսեղանն։ Եւ ղևտացիք, որք առնուն զտասանորդս իւրեանց, բաժին 'ի մէջ Իսրայէլի չիք նց։ Ով հովիւք, աշակերտք մեծի հովուին մերոյ, աղաչեմ զձեզ, մի՛ նմանիք դուք վարձկանց. զի վարձկանին չէ ինչ փոյթ վասն խաշին; բայց դուք նմանօղք եղիջիք քաղցր հովուին մերոյ, որում ո՛չ սիրեցաւ նմա անձն իւր, քան զխաշինս։ Սիրեցէ՛ք զերիտասարդս, բարձրացուցէ՛ք զկուսանս, գգուեցէ՛ք զգառինս, և 'ի ծոց ձեր սնանիցին։ Եւ յորժամ երթայցէք առ վարդապետն հովուաց, մատուցանիցէք նմա զամենայն խաշինս ձեր կատարեալ. և տացէ ձեզ, զորինչ խոստացաւ նա ձեզ; ուր ես իցեմ, և դուք անդ իցիք։ Այս սակաւիկս շատ եցէ խաշանց, և հովուաց։ 'Ի վերոյ սիրելի, գրեցի յիշեցուցի քեզ գնացք, որք վայելեն ամենայն հօտից; և յայս խօսս գրեցի քեզ վասն հովուաց առաջնորդաց հօտից։ Զյիշատակս զայս գրեցի քեզ սիրելի, որ ինչ 'ի սիրելի թղթին քոյ հարցեր զիս։

Հազարապետն էառ տարաւ զիս 'ի տուն գանձի արքունի, և եցոյց ինձ անդ երանութիս բազումս. որ առնու 'ի նմանէ, մեծանայ, և մեծացուցանէ։ Բացեալ թողեալ կայ առաջի ամենայնի, որ խնդրեն զնա։ Եւ իբրև բազումս առցեն 'ի նմանէ, ոչինչ պակասի։ Եւ իբրև տացեն յընչէ անտի, զոր առնուցուն իւրեանց, ևս քանզի ևս բազմանայ։ Եւ որք առցեն, ձրի տացեն, որպէս և առին։ Գնոց ինչ նա ո՛չ վաճառի, զի չէ ինչ, որ արժէ զնա։ Ո՛չ գանձն պակասի, և ո՛չ առօղքն յագին։ Ըմպեն, և ծարաւեալ են։ Ուտեն,

stultos, & imperitos: Et nolite præficere avaros, & qui possessiones diligunt. Omnis, qui pascit oves, ex lacte earum (1) comedat. Et qui curat boves, ex laboribus suis sublevet indigentias suas. Dignum quidem est, ut Sacerdotes ex Altari ipso suas portiones habeant, &, ut Levitæ, decimas suas accipiant. Cor ejus, qui comedit ex lacte ovium, sit super gregem suum. Et qui implet indigentias suas ex laboribus boum suorum, promptus sit ad opus suum. Et Sacerdotes, qui ex Altari accipiunt portiones, exacte, & reverenter Altari serviant. Et Levitis, qui accipiunt decimas suas, non est ulla portio in Israel. O Pastores, discipuli magni Pastoris, rogo vos, nolite assimilari mercenariis, quia mercenarius non curat de ovibus: Sed vos similes estote miti Pastori nostro, qui plus oves amavit, quàm animam suam. Custodite Juvenes, sublevate Virgines, fovete agnos, & in sinu vestro nutrite eos. Et cum iveritis ad Magistrum pastorum, offeretis ei omnes oves vestras bonas, & perfectas; & dabit vobis, quod promisit, inquiens: *Ubi ego ero, & vos illic eritis*. Hæc pauca satis sint de ovibus, & Pastoribus. In anterioribus sermonibus, Charissime, scripsi, & revocavi in mentem tuam, quæ necessaria sunt, ut oves gregis recte incedant: In hoc autem scripsi tibi de Pastoribus, ducibus gregum. Ut quidem in memoria tua sint, hæc scripsi tibi, de quibus me interrogasti in dilecta epistola tua.

I. Cor. IX.

Joan. XII. 26.

§. 6. Dispensator sumpsit me, & duxit in domum regii thesauri, & ostendit mihi illic divitias multas. Qui accipit ex illo, ditatur, & ditat. Apertus est omnibus quærentibus eum. Et cum ex illo multa acceperint, non minuitur. Et cum dederint ex divitiis, quas acceperunt, magis illæ multiplicantur. Et qui acceperunt, gratis dabunt, sicuti & gratis acceperunt. Pretio nullo venditur, quia non est quidquam, quod, quanti illud, tanti valeat. Nec thesaurus deficit, neque accipientes satiantur. Bibunt, & sitiunt; manducant, & esuriunt. Qui non sitit,

Thesaurus Divinæ Sapientiæ nunquã deficit, aut minuitur.

(1) Quid sit lac gregis, quo vivere debent Pastores, explicat luculenter Augustinus *loc. cit. cap. II.* his verbis: *Invenimus esse lac gregis quidquid a plebe distribuitur præpositis ad eorum sustentandum victum temporalem*.

sitit, non potest bibere; & qui non esurit, non potest manducare. Esuries ejus plures satiat; & sitis ejus aperit fontes aquarum. Homo accedens ad cultum Dei, similis est viro sitienti, accedenti ad fontes. Bibit, & satiatur, & ex fonte illo aquæ non deficiunt. Profecto terra, quamvis bibat, tamen iterum sitit; fons autem non minuitur ex decursu suo. Sic est scientia Dei: Nam cum omnes acceperint ex ea, nihil deest; nullisque creatis rebus ipsa concluditur, & continetur. Nec qui accipit, cessat accipere: Et cum dederit, nihil ei deficit. Cum accenderis lucernam tuam ex igne, multas lucernas ex illa accendes: Nec ignis, cum tu ex eo accipis, deficit; neque lucerna tua, quæ accendit multas, minuitur. Nullus homo potest exhaurire omnes thesauros regios; neque, quando sitiens bibit ex fonte, aquæ ejus deficiunt. Cum steterit homo super montem excelsum, non pertinget oculus ejus ad proximum, & remotum: Et cum numeraverit stellas Cælorum, nequibit ille virtutes earum assequi. Ita cum accesserit ad cultum Dei, haud omnia poterit percipere. Quamvis multum, multumque sumpserit, nihil imminutum remanet. Et cum dederit, quod accepit, illud neque exhauritur, neque consumitur. Et memento, Charissime, in priori sermone de Fide me ad te scripsisse, quod, qui accipit gratis, debet ille dare, sicuti accepit; quemadmodum & dixit Dominus noster:
Matth. X. 8. *Gratis accepistis, gratis date*. Qui prohibet sumi ex illo, quod accepit, & quod accepit, aufertur ab eo. Propterea, Charissime, quantum potui in præsens accipere ex illo thesauro, qui non deficit, misi ex eo ad te. Et cum miserim ad te, totus thesaurus est apud me. Nam nunquam deficit, quia sapientia Dei est. Dispensator autem est Dominus noster Jesus Christus, sicut & ipse
Matth. XI. 27. testatus est, dicens: *Omnia data sunt mihi a Patre meo*. Et cum ipse sit dispensator sapientiæ, rursus ille idem ipse est sapientia, sicut & Apostolus di-
I. Cor. I. 30. xit: *Christus virtus Dei est, & sapientia*. Et hæc quidem sapientia distributa est multis, & nulla ex parte diminuta, sicut paulo supra dixi tibi: quia ex spi-

ոտն, և քաղցեալ են։ Որ ոչ ծարաւի, ոչ կարէ ըմպել։ Եւ որ ոչ քաղցնու, ոչ կարէ ուտել։ Քաղց նր զբազումս յագեցուցանէ. և ծարաւ նր, զվտակս աղբերաց գնացուցանէ։ Նմանեալ է մարդ, որ մերձենայ առ ածպաշտութի, առն ծարաւոյ, որ մերձենայ առ աղբիւրս. ըմպէ, և յագի, և յաղբերէ անտի ոչ պակասին ջուրք նր։ Եւ երկիր Թէպէտ և ըմպիցէ, սակայն դարձեալ կարօտի ըմպելոյ. և աղբիւրն ինչ նուազի ՚ի գնացից իւրոց։ Այսպէս է գիտութի ԱԾյ; զի իբրու ամենայն մարդ առցէ ՚ի նմանէ, պակասութի ինչ ոչ լինի ՚ի նա. և ոչ բովանդակի նա ՚ի մարմնաւորաց ստանի։ Ոչ որ առնուն, ժամանէ առնուլ. և ոչ իբրու տայցէ, պակասի ինչ։ Օկրակ յորժամ առցես ճրագաւ ՚ի հրոյն, զճրագս բազումս լուցանիցես դու ՚ի նմանէ. ոչ կրակն պակասի իբրու առնուս դու ՚ի նմանէ, և ոչ ճրագն նուազի, որ զբազումս լուցանէ։ Ոչ կարէ մի մարդ առնուլ զամենայն գանձս արքունի. և ոչ ծարաւին յորժամ ըմպիցէ յաղբերէ, պակասին ջուրք նր։ Եւ ոչ իբրու կայցէ մարդ ՚ի վերայ լերին բարձու, հասու լինիցի ակն նր մերձաւորին, և հեռաւորին։ Եւ յորժամ զաստեղս երկնից Թուեսցէ, կարիցէ նա բովանդակել զզօրութիւն երկնից։ Եւ ոչ իբրու մատչի յածպաշտութի, զամենայն կարասցէ առնուլ։ Թէպէտ և կարի յոյժ առցէ, ոչ երևի Թէ նուազեաց։ Եւ ոչ իբրու տայցէ որ էառն, սպառի նա ՚ի նմանէ, և հատանէ կատարած նր։ Եւ յիշեա սիրելի, զի ՚ի խօսսն առաջինս հաւատոյ գրեցի քեզ, Թէ որ առնու ձրի, պարտ է նմա տալ որպէս էառն. ոպ և ասաց տր մեր; ձրի առէք, և ձրի՛ տուք։ Որ արգելու յինչէ անտի զոր էառն, և զոր ընկալաւն, բառնի նա ՚ի նմանէ։ Վասն այսորիկ սիրելի, որչափ կարացի առնուլ յայսմ ժամանակի յայնմ գանձէ որ ոչն պակասի, ետու բերել քեզ ՚ի նմանէ։ Եւ իբրու քեզ ետու բերել, առ իս է ամենայն գանձն։ Որ ոչ պակասի, իմաստութի ԱԾյ է։ Եւ հազարապետ, տր մեր Յս Քս է. որպէս և ինքն իսկ վկայեաց և ասէ; ամենայն ինչ տուաւ ինձ ՚ի հօրէ իմմէ։ Եւ իբրև ինքն է հազարապետ իմաստութե, դարձեալ նա ինքն է իմաստութի. որպէս և առաքեալ ասաց; Քրիստոս զօրութի ԱԾյ է, և իմաստութի։ Եւ սոյն իսկ իմաստու_

տութն բաշխեցաւ բազմաց, և ոչինչ պակասեաց. որպէս 'ի վերոյ համառօտե-ցուցի զքեզ. զի 'ի հոգւոյ անտի Քի ընկալան բազումք, և Քս ինչ ոչ պա-կասեցաւ:

Զտասն ճառս գրեցի ես քեզ, զոր օրինակ հարցեր դու զիս: Որ ինչ 'ի քէն հաւանեցուցի քեզ: Ինչ զոր խնդրեցեր յինէն, ետու քեզ: Որչափ ինչ կարացի հաւանեցուցանել զքեզ զայս ինչ զոր գրեցի քեզ: Թեւակոխեա՛ դու 'ի դը-նդ յամենայն ժամ. և լե՛ր դու վաստա-կել, և զգիրս ընթեռնուլ, որ յեկե-ղեցւոջ Այ ան ընթեռնանին: Զայս տասն դպրութիւս փոքրիկունս, զորս գրեցի քեզ, 'ի միմեանց առնուն, և 'ի վր միմեանց շինին. և 'ի միմեանց մի' որոշեր զնոսա: Յաղբերէ անտի միոջէ յորդ գրեցի քեզ զիր հետ ըն-կերի իւրոյ: Ընթե՛րց, և ուսի՛ր դու, և եղբարք ուխտակիցք, և հաւատա-կիցք մեր, որ հեռի իցէ 'ի նոցանէ խեղ-կատակութիւն, որպէս և 'ի վերոյ գրեցի քեզ: Յիշեա՛ զոր ինչ և նկարեցի ես քեզ: Ոչ զբանս զայս ոչ եթէ 'ի չափ կատարածի հասուցի. այլ եւս այսր ես քան զչափ կատարածի: Եւ ոչ եթէ այս է, և շատ. այլ զայս յինէն լուի-ջիր առանց հակառակութեան. և եղբարց մերոց մանկանց հաւատութբ խելա-մուտ արասցես զնն: Եւ զամենայն ինչ զոր լսես թէ շինելով շինեսցէ, ընկա՛լ դու: Եւ յամենայն ընչէ, որ զայլոյ շինեալ քակեսցէ, նա կործանելով կոր-ծանէ, և շինել ոչ կարէ: Ես իբրև քարահատ, զքարինս մատուցի 'ի շի-նուած. և իմաստուն ճարտարապետք քանդակեսցեն, և դիցեն 'ի շինուածի: Եւ ամենայն մշակք, որք վաստա-կեսցեն 'ի շինուածի անդ զվարձս 'ի Տնէ անտի տանն ընդունիցին:

spiritu illo Christi multi acceperunt, & Christus in nihilo defecit.

§. 7. Decem sermones scripsi ad te, quemadmodum a me postulasti, & de quibus a te interrogatus sum, ea tibi exposui. Quidquid petiisti a me, præstiti tibi. Quidquid potui differere, ac explanare, hoc totum tibi manifestavi. Incumbe tu his jugiter, & attende ad meditationem, & ad lectionem Scripturarum, quæ in Ecclesia Dei leguntur. Hæ decem breves lucubrationes, quas tibi mitto, invicem a se ipsis lumen accipiunt, & invicem super seipsas ædificantur: Et noli eas a seipsis separare: Nam omnes inter se conjunctas, consociatasque ex eodem fonte affluenter ad te scripsi. Lege, & disce tu, & Fratres nostri, qui votum fecerunt, & crediderunt nobiscum, ut longe sit ab eis turpitudo, & improbitas, sicuti & supra scripsi tibi. Memento, quodcumque ego tibi significavi, non ita quidem accipias velim, quasi in his, quæ locutus sum, absoluta, & consummata perfectio contineatur. Neque enim sufficiunt, sed ea audies a me libenti animo, & fratres nostros juniores eadem ita docebis, ut instruantur. Omnia autem, quæ audisti, & ad spiritualem ædificationem pertinent, cum ædificatione suscipe. Nam qui ædificatum ab altero evertit, & quod ædificat, subversione subvertetur, & ædificare nequibit. Ego, tamquam incisor lapidum, lapides obtuli in ædificium, ut sapientes Architecti scalpant, aptent, & poliant ad ædificandum. Et omnes operarii, qui opem, & adjumentum præbent, & laborant in ædificio isto, mercedem a Domino domus recipient.

Decem sermones ad S. Gregorium mittit iis de rebus, quæ sciscitatus fuerat.



Oo SER-

SERMO UNDECIMUS.

De Circumcisione contra Judæos.

ՃԱՌ ՄԵՏԱՍԱՆԵՐՈՐԴ.

Վասն Թլփատութեան ընդդէմ Հրէից.

Judæi superbiebant, quia erant ex semine Abrahæ.

CUm benedixisset Deus Abrahæ, & constituisset eum Caput omnium credentium justorum, & Sanctorum, voluit, ut esset Pater non unius Populi, sed multarum gentium, dicens ei: *Non vocabitur nomen tuum Abram, sed Abraham, quia Patrem multarum gentium constitui te*. Ergo, Fratres mei dilectissimi, qui considerat, quid significet sermo iste, & scrutatur funditus veritatem, quæ in eo continetur, intelligit, quid dicendum sit de antiquo illo populo, qui se, suasque laudes memorans superbit, gloriaturque esse semen Abrahæ (1).

Gen. XVII. 5.

Matth. III. 9. Joan. VIII. 39.

Gentiles, qui amplexi sunt justitiã, evaserunt filii Abraham. Judæi autem populus Sodomæ, & Gomorrhæ.

§. 2. Illud autem non intelligunt, quod vocati sunt Principes Sodomæ, & populus Gomorrhæ: *Pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa, Argentum abjectum, filii rebelles*. Et quod: *Exasperantes fuistis vos, ex quo novi vos*. Et quod: *Ex vinea Sodomorum plantaria eorum, & vitis eorum ex Gomorrha. Uva eorum, uva amaritudinis, & racemus eorum amaritudinis, & fellis*. Et in eodem cantico testimonium perhibuit de populo, qui venturus erat ex gentibus, dicens ibi: *Provocabo vos in eo, qui non est populus, & in gente stulta irritabo vos*. Et contra eos protestatus est Sanctus etiam per Isaiam Prophetam dicentem in cantico suo: *Vineam plantavi, & operatus sum, & attulit mihi spinam* (2) *pro uva*. Et iterum per Jeremiam: *Ego*, ait,

Ezech. XVI. 45. Jerem. VI. 30. Deut. IX. 24. Ezech. XII. 9. Deut. XXXII. 32.

Ibid. 21.

Isai. V. 2.

Jer. II. 21.

Իբրեւ օրհնեաց ԱԾ զաբրահամ, եւ արար զնա գլուխ ամենայն հաւատացելոց արդարոց, եւ սրբոց. ոչ եւս զնա ԱԾ միում ժողովրդեան, այլ ազգաց բազմաց յառնել հայր ; մի՛ կոչեսցի անուն քո աբրամ, այլ աբրահամ. վ̄զի եդու զքեզ հայր ազգաց բազմաց. Այսուհետեւ եղբարք իմ սիրելիք, միտ եդեալ ուրուք զնշանակ խօսիցս, եւ զհիմն ճշմարտութեան, իմանայ, որինչ պարտ, եւ պատշաճ է ասել ընդդէմ առաջին ժողովրդեանն, որք յիշատակեն սրբութեամբ վասն անձանց իւրեանց, եւ պերճացեալ հպարտանան, զի զաւակ են աբրահամու.

Եւ զայն ոչ իմանան, զի կոչեցան իշխանք սոդոմայ, եւ ժողովուրդ գոմորայ. Հայր քո ամուրհացի, եւ մայր քո քետացի. Արծաթ անարգ, որդիք ապստամբք. Եւ թէ դառնացօղք էիք դուք, յորմէ հետէ ծանեայ զձեզ. Եւ թէ յայգւոյն սոդոմացւոց որթատունկ նոցա, եւ որթ նոցա 'ի գամորայ ; խաղող նց խաղող դառնութեան, եւ ողկոյզ նց դառնութեան լեղւոյ. Եւ երգեաց 'ի նոյն օրհնութեան վկայութիւն վասն այլոց ժողովրդեանն, որք գալոց էին 'ի հեթանոսաց, յասել անդ իւրում; նախանձեցուցից զձեզ յազգս ապստամբս, եւ անմիտ ազգաւ զկծեցուցից զձեզ. Եւ վկայեաց դարձեալ մեզ 'ի ձեռն եսայեայ մարգարէի, յասել անդ իւրում; զայգի տնկեցի, եւ գործեցի, եւ եբեր ինձ զփուշ փոխանակ խաղողոյ. Եւ

դար_

(1) Inanem Hebræorum jactantiam, quod originem ex Patriarcha Abraham ducerent, exprobat eis etiam Sanctus Justinus Martyr in Dialogo cum Tryphone Judæo §. 44. in hunc modum: *Ac vos quidem ipsi decipitis, qui, eo quod semen Abrahæ sitis secundum carnem, omnino bonorum, de quibus nuntiatum est fore, ut a Deo per Christum dentur, hæreditatem accepturos putetis. Nemo enim ne ex illo quidem semine quidquam accipere potest, præter eos, qui animo assimilati fuerint Abrahæ fidei, & mysteria omnia agnoverint, idest alia quædam præcepta ad Dei cultum, & justitiæ observationem esse data; alia autem præcepta & opera vel ad Christi mysterium, vel ob duritiam cordis populi vestri similiter esse descripta*. Superbientes de nobilitate parentum, eorumque virtutum degeneres Judæos primus omnium redarguit Joannes Baptista Præcursor Domini verbis illis: *Et ne velitis dicere intra vos: Patrem habemus Abraham*: quæ ita exponit Chrysostomus in Homil. undec. in Matth.: *Nolite ergo in iisdem vitiis permanere, nec solito prætextu velare culpas vestras, Abraham, Isaac, & Jacob superba voce resonantes, & de Sanctorum vobis parentum nobilitate plaudentes*. Et in Homilia octava in caput IV. epistolæ ad Romanos loquens de Abraham: *Hunc*, inquit, *Judæi sursum ac deorsum versabant, quod videlicet Patriarcha cum esset tum autem Dei amicus, circumcisionem primus omnium accepisset*. Sed vanam Judæorum jactantiam præclare his verbis rejicit Paulinus in epistola IV. ad Severum: *Sibi ergo habeant arrogantiam, sibi divitias, sibi nobilitatem, & justitiam suam, qui Abraham patrem corpore magis, quàm spiritu gloriantur, incircumcisi corde, & sola carne Judæi. Nobis & ad salutem, & ad gloriam satis est Christus, & ipse crucifixus; qui nos de lapidibus in Abraham filios excitavit, illis contra de Abraham filiis in nostræ originis lapides obrigescentibus*.

(2) Latina vulgata: *Et fecit labruscas*. Versio LXX. *Et fecit spinas*. Syriaca: *edidit siliquas*. Arabica: *spinas produxit*.

դարձեալ երեմիայիւ ասաց ; ես տնկեցի զքեզ այգի, և բարունակ պտղաբեր, առ 'ի սերմն զաւակի ճշմարտութե. արդ զիա՞րդ դարձար 'ի դառնութի, իբրև զայգի օտարասէր, և այլազգի. Վկայեաց դարձեալ եզեկիէլ 'ի վերայ այգւոյն, և ասէ ; զոստսն եկեր հուր, և մէջ նր խոպանացաւ. Քանզի իբրև որթ յայգւոջ տնկեալ էին առաջին հարքն ձեր. այգի, և բարունակ, առ 'ի զաւակ ճշմարտութե. և դարձան խոտորեցան որդիքն 'ի գործս պղծութե ամուրհացւոց. Արդ յամ հեթանոսաց յորժամ գործեցին զարդարութի. և պաշտեցին զճշմարտութի, անուանեալ կոչին որդիք, և ժառանգք աբրահամու հօր նոցա. Եւ որդիք աբրահամու, յորժամ գործեցին զգործս պղծութե օտարասէր հեթանոսաց, եղեն սոդոմացիք, և ժողովուրդ գոմորայ ; որպ եսայի իսկ վկայեաց զնոցանէն, ասելով ; լուարուք զպատգամս տեառն իշխանք սոդոմացւոց, և ժողովուրդք գոմորացւոց. Եւ եթէ ոչ. արդ եկ ցոյց դու ինձ իմաստուն ճարտարապետ. ո՞ր ժողովուրդ, և իշխանք եղեն 'ի սոդոմ, և 'ի գոմոր, յաւուրս եսայեայ, զի 'ի ղովտայ, և այսր, կործանեալք հրձիգք են քաղաքութք, և մինչև յաւիտեան այլ ոչ շինին. Եւ եզեկիէլ ցուցանէ, և յայտ առնէ զանօրէնութիւնս սոդոմայ, և անուանէ զնա քոյր երուսաղեմի, յասելոյն իւրում ցնա ; քոյրն քո սոդոմ, և դստերք իւր, ոչ գործեցին զգործս անօրէնութե, որպէս դուք գործեցեր դստերբք հանդերձ. Եւ անօրէնութի սոդոմայ, և դստերաց նր այս է. զի ոչ եղեն ձեռնտու աղքատաց, և կարօտելոց. Եւ իբրև զայս գործս տեսի 'ի նոսա, ատեցի զնոսա. Արդ զի սոդոմ, և գոմոր, հանդերձ անօրէն քաղաքացեօքն, յառաջագոյն իսկ էին աւերեալք.

զում-

ait, *plantavi te vineam, & palmitem fructiferum, ad semen prolis veritatis; quomodo autem conversa es in amaritudinem, tamquam vinea amatrix extranei, & alienigena* (1)? Iterum testatus est Ezechiel de vinea ista: *Ramos*, inquiens, *comedit ignis, & medium ejus vastatum* (2) *est*. Ezech. XIX. 12. Quia tamquam vitis in vinea plantati erant Patres vestri; vinea, & palmites erant ad semen veritatis: Et conversi sunt, & declinaverunt filii in opera contaminata, & polluta Amorrhæorum. Cum autem ex omnibus gentibus plures operati sint justitiam, & coluerint veritatem, ipsi nominati sunt filii, & hæredes Abrahæ patris illorum. Et filii Abrahæ, cum patraverint opera turpia, & contaminata alienigenarum gentium, facti sunt Sodomitæ, & populus Gomorrhæ; Sicut loquutus est de eis Isaias, dicens: *Audite sermones* Isai. I. 10. *Domini, Principes Sodomorum, & Populi Gomorrhæ*. Quod si res non ita se habet: veni, & ostende mihi tu, sapiens Archisynagoga, qui fuerint populi, & Principes Sodomæ, & Gomorrhæ in diebus Isaiæ? Quoniam in diebus Lot Urbes illæ ira Dei eversæ sunt, & combustæ, & in æternum amplius non ædificantur. Et quidem Ezechiel recenset iniquitates Sodomæ, & nominat eam sororem Jerusalem, dicens ei in sermone suo: *Soror tua* Ezech. XVI. 46. *Sodoma, & filiæ ejus nonne operatæ sunt opera iniquitatis, sicut tu operata es cum filiabus tuis? Et iniquitas Sodomæ, & filiarum ejus hæc est: Quoniam non porrexerunt manum pauperibus, & egenis. Et cum viderim opera hæc in eis, odio habui eos* (3). Cum ergo Sodoma, & Gomorrha cum iniquis Civibus suis longe ante destructæ essent; ad quos dixit Isaias: *Audite Principes Sodomæ, & populi Gomorrhæ*; nisi ad eos, quos ita nuncu-

pavit,

(1) In versione vulgata: *Ego autem plantavi te vineam electam, omne semen verum; quomodo ergo conversa es mihi in pravum vinea aliena?* In versione autem Syriaca: *Equidem planta veram te virgultum, quod totum erat semen fidele; quomodo ergo conversa es, & rebellasti, ut vitis aliena?*

(2) Versio Latina hæc habet: *Marcuerunt, & arefactæ sunt virgæ roboris ejus: ignis comedit eam*. Syriaca: *Sejuncti sunt, & aruerunt scipiones roboris ejus, & ignis consumpsit eam*. Arabica: *Exiccata, atque arefacta est virga roboris ejus, demum consumpsit eam ignis*.

(3) S. Jacobus hoc loco non verba Sacræ Scripturæ, sed potius eorum sensum, ut sæpius facere solet, summatim referre videtur. Nam capite XVI. Ezechielis vers. 46. juxta versionem vulgatam ita legitur: *Et soror tua major Samaria, ipsa, & filiæ ejus, quæ habitant ad sinistram tuam: soror autem tua minor te, quæ habitat a dextris tuis, Sodoma, & filia ejus. Sed nec in viis earum ambulasti, neque secundum scelera earum fecisti pauxillum minus: pene sceleratiora fecisti illis in omnibus viis tuis. Vivo ego, dicit Dominus Deus, quia non fecit Sodoma soror tua ipsa, & filia ejus, sicut fecisti tu, & filiæ tuæ. Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, superbia, saturitas panis, & abundantia, & otium ipsius, & filiarum ejus, & manum egeno, & pauperi non porrigebant, & elevatæ sunt, & fecerunt abominationes coram me, & abstuli eas, sicut vidisti &c.*

pavit, & vocavit, quia fecerunt, & amaverunt opera Sodomorum? Jam circumcisi erant, & contaminati sunt: electi erant, & reprobati sunt. Et gloriabantur, dicentes: nos circumcisi sumus, & clari, & conspicui præ omnibus gentibus.

Circumcisionis nulla est utilitas, si fides, & observantia legis desit.

§. 3. Profecto id plane manifestum unicuique est, qui intelligit, quod, si circumcisio sit sine fide, nulla in ea utilitas est, nullum emolumentum. Quia fides fuit prius conciliatrix, & pronuba sanctitatis; & deinde circumcisio data est Abrahæ in fœdus, & in signaculum electionis; sicut & dixit ei Deus: *Hæc quidem est observatio fœderis mei, circumcidebitis omnem masculum*. Donec placuit Datori suo, & observata est circumcisio una cum præceptis legis, fuit illa fructuosa, & utilis (1). Cum vero lex amplius servata non est, a circumcisione nullam receperunt utilitatem. Jeroboam filius Nabat ex filiis Joseph, ex generatione Ephraim circumcisus erat, sicut Sanctus præcepit Abrahæ, cavitque Moyses in lege: Et Reges omnes Israelitarum, qui ambulaverunt in via iniquitatis Jeroboam, circumcisi erant; sed propter impietatem nulla eorum recordatio fuit apud Deum. Quam igitur utilitatem accepit Jeroboam filius Nabat per circumcisionem, & omnes Reges Israelitarum, qui ambulaverunt juxta vias ejus? Non utilis certe fuit, nec profuit Manasse filio Ezechiæ, propter

Genes. XVII. 10.

Paralip. XXXIII.

զորմէ ասաց եսայի ; լուա՞րուք իշխանք սոդոմայ, և ժողովուրդ գոմորայ, եթէ ոչ զնոսա կոչեաց յորջորջմամբ. վ՞ս զի պաշտեցին, և 'ի կիր արկին զգործս սոդոմացւոց. Աւրդ թլփատեալք էին, և պիղծք էին. ընտրեալք էին, և անարգեցան. Եւ պարծէին, թէ մեք թլփատեալք եմք, և յայտ, և երևելի եմք, քան զամենայն հեթանոսս.

Աւրդ այդ յայտ իսկ է ամենայնի որ իմանայ, և խելամուտ է, եթէ թլփատութիւն առանց հաւատոյ է, չէք ինչ շահ, և օգուտ 'ի նմա. Վ՞ն զի հաւատն եղև յառաջ հրաւիրակ, և կարապետ մաքրմութեան. և ապա տուաւ թլփատութիւն աբրահամու յուխտ, և 'ի նշանակ ընտրութեան. որպէս և ասաց իսկ ցնա Ա՞ծ ; թէ այս իսկ է պահպանութիւն ուխտի իմոյ, յորժամ թլփատեցէք զա՞մ արու. Եւ երբ հաճոյն եղև տուողին իւրոյ, և պահեցաւ թլփատութիւն հանդերձ պատուիրանօքն օրինաց, շահաւորական եղև, և օգտակար. Յորժամ օրէնքն ոչ պահեցան, 'ի թլփատութենէ անտի ինչ ոչ օգտեցան. Յերոբովամ որդի նաբատայ, յորդւոցն յովսէփու, յեփրեմեան ազգէն, թլփատեալ էր. որպէս և Տ՞րն պատուիրեաց աբրահամու ; ետ զգուշութիւն և մովսէս, յօրէնս անդ. Եւ թագաւորքն ամենայնք իսրայելացւոց, որք գնացին ըստ անօրէնութեան յերոբովամու, թլփատեալք էին նոքա. Եւ վասն ամբարշտութեան իւրեանց ոչ եղև յիշատակ. Աւրդ զի՞նչ ինչ օգտեցաւ յերոբովամ որդի նաբատայ թլփատութեամբն իւրով. և թագաւորքն ամե-

նե-

(1) Quæ contra Judæos de circumcisione superbientes S. Jacobus hoc loco scribit, jam antea adversus eosdem late disseruerat S. Paulus in epistola ad Romanos *Cap. III. & IV.*, & in epistola ad Galatas, aliisque in locis, ut Judaicam arrogantiam, ac superbiam de nobilitate Parentum, donisque a Deo acceptis intumescentem coerceret. Apostoli igitur cælestem doctrinam secutus S. Episcopus Nisibenus ostendit, circumcisionem sine fide, ac observantia præceptorum inutilem fuisse; data enim fuerat, ut esset signum, non autem causa, & effectrix justitiæ, & sanctitatis; id ipsum enim B. Apostolus in laudata epistola docuerat, ubi loquens de circumcisione Abraham: *Et signum accepit circumcisionis signaculum justitiæ fidei, quæ est in præputio*. ad Rom. *IV.* v. 11 Ad hæc Apostoli verba scribit S. Cyrillus Alexandrinus: *In signum fidei, quam in præputio habuit Abraham, ei circumcisionem datam asseruit: voluit enim vocationem, & justitiam fidei omni legali mandato priorem, & superiorem ostendere, ut facilius persuaderet Hebræis, ne justitiam fidei prævaricationem legis putarent, sed reditum quemdam, atque recursum in priorem hominis statum. Cyril. lib. IV. in Joan. cap. LI.* ita Cyrillus. Apostolus autem capite præcedenti ejusdem epistolæ disputans de necessitate bonorum operum, & de prævaricatione tum gentium, tum Judæorum, tam legis naturæ, quam legis scriptæ: *circumcisio quidem*, inquit, *prodest, si legem observes*. ad Rom. *II.* 25. Quibus talia subjungit Chrysostomus: *Atqui licebat aliter ipsam* (hoc est circumcisionem) *excludere, ac dicere, quid enim est circumcisio? num illius est meritum, qui eam habuerit? num rectæ voluntatis demonstratio? etenim in ætate immatura fit: Et qui in eremo vixerunt, multos annos incircumcisi manserunt, & aliunde multis argumentis videre possis, illam non admodum necessariam esse; sed tamen non hinc ipsam excludit, sed unde maxime oportebat, ab ipso Abraham. Nam ea demum est victoriæ excellentia, perficere, ut ostendas, hinc illam despicabilem esse, unde ipsis venerabilis erat: quanquam dicere poterat, quod & Prophetæ incircumcisos Judæos appellant. Verum non id est circumcisionem elevare, sed eos potius, qui ea male utuntur. Pauli porro scopus is est, ut ostendat, ne in optima quidem vita illam robur habere*. Chrysost. Homil. V. in d. cap. II. pag. 51.

նեղեան իսրայելացւոց, որք գնացին զհետ չաւղաց նր․ Եւ եԹէ ոչինչ չահ, և օգուտ եղև մանաւանդ որդւոյ եղէ_կեայ․ զի վասն բազմութե մեղաց նր, այլ ոչ կարաց այ ներել Եէմի․

Այմենայն դարուց, և ազգաց ետ այ զուխտ հրամանին իւրոյ, 'ի տոհմս տոհմս ազգաց, ըստ հաճութե կամաց իւրոց, և պահեցան յիւրաքանչիւր ժա-մանակս, և փոխեցան, և անցին․ Այդա-մայ հրամայեաց, զի մի' ուտիցէ 'ի ծա_ռոյն գիտութե բարւոյ, և չարի․ Եւ վն զի ոչ պահեաց զուխտ պատուիրա_նին, պարտաւորեցաւ․ Եւ Ենովք, որ հաճոյ եղև առաջի այ, ոչ եԹէ զպա_տուիրան ծառոյն պահեաց նա, զի վե_րացոյց զնա կենդանւոյն; այլ վն զի հա-ւատաց․ Եւ ոչ նման է մտերմութի հպատակութե պատուիրանին, զի մի' կերիցէ 'ի ծառոյ անտի․ Նոյ, զի պա_հեաց զհեզութիւն և զարդարութի, ապրեցոյց զնա 'ի բարկութէ ջուրցն հեղեղի; և ետ զուխտ նմա, և ազգաց իւրոց ըստ նմանէ, զի սերեսցին, և բազմասցին; և զուխտն աղեղան ետ 'ի յամպս, միջնորդ ընդ այ, և ընդ երկիր, և ընդ ամենայն մսեղի․ Եւ ոչ ընդ միոջ ուխտի ուխտիցն այնոցիկ, օգտեցաւ ինչ Թլփատութի աբրահա_մու․ Այրդ իբրև ընտրեացն զնա, ոչ եԹէ Թլփատութե կոչեաց, և ընտրեաց, զնա, և անուանեց, զի եղիցի հայր ամե-նայն ազգաց; այլ նովին հաւատով․ և

ապա

pter cujus peccatorum multitudinem non potuit ultra Deus parcere Jerusalem.

§. 4. Omnibus quidem sæculis mandata aliqua hominibus dedit Deus, & fœderis, seu pacti conditiones, & signa, quæ in generationibus, & generationibus hominum juxta placitum voluntatis suæ, & singula suis temporibus observata sunt, & deinceps mutata transiverunt. Præcepit Adæ, (1) ne comederet ex arbore scientiæ boni, & mali: Et quia non observavit præceptum fœderis, reus factus est. Enoch autem fuit acceptus coram Deo, non ex eo, quod custodierit præceptum de arboris fructu, neque id propter, adhuc vivens, translatus est, sed quia credidit; eadem certe res non est fides, ac obedientia præcepti non comedendi ex arbore. Noe, quia servavit mansuetudinem, & justitiam, ereptus est ab ira aquarum diluvii. Et percussit Deus fœdus cum eo, & cum generationibus ejus, promittens fore, ut augerentur, & multiplicarentur. Et posuit in fœderis signum arcum in nubibus, mediatorem inter Deum, & terram, & inter omnem carnem. Ex omnibus fœderibus, & pactionibus, quas pepigit Deus cum hominibus, non fuit circumcisio Abrahæ, quæ una præ aliis omnibus sanctitatem aliquam (2) contineret. Nam cum

Deus

Diversa diversis temporibus fuerat pacta, & signa fœderis inter Deum, & homines.

(1) In lege, quam Deus posuit Adam, omnia per Moysen scriptæ legis præcepta, summatim contenta quodammodo fuisse, ingeniose æque, ac eloquenter ostendit Tertullianus hoc modo: *In hac lege*, ait, *Adæ data omnia præcepta condita recognoscimus, quæ postea pullulaverunt data per Moysen*. Refert deinde mandata legis per Moysen in monte Sinai scriptæ, ostendens, quod, servato a primis parentibus præcepto sibi a Domino dato, omnia legis scriptæ mandata implevissent: mox hæc subjungit: *Primordialis lex est enim data Adæ, & Evæ in paradiso, quasi matrix omnium præceptorum Dei. Denique si Dominum Deum suum dilexissent, contra præceptum ejus non fecissent; si proximum diligerent, idest semetipsos, persuasioni serpentis non credidissent, atque ita in semetipsos homicidium non commisissent, excidendo de immortalitate, faciendo contra Dei præceptum; a furto quoque abstinuissent, & de fructu arboris clam non degustassent, nec a conspectu Domini Dei nostri sub arbore delitescere gestivissent; nec falsum asseveranti Diabolo participes efficerentur, credendo ei, quod similes Deo essent futuri: Atque ita nec Deum offendissent, ut patrem, qui eos de limo terræ, quasi ex utero matris, figuraverat; si alienum non concupissent, de fructu illicito non gustassent*. Tertull. adv. Jud. pag. 160. In eamdem sententiam de gravitate peccati Adam disserit Augustinus in Enchiridio cap. XLV., ostendens, in uno illo peccato plura peccata intelligi posse: *Nam & superbia*, inquit, *est illic, quia homo in sua potius esse, quàm in Dei potestate dilexit; & sacrilegium, quia Deo non credidit; & homicidium, quia se præcipitavit in mortem; & fornicatio spiritalis, quia integritas mentis humanæ serpentina suasione corrupta est; & furtum, quia cibus prohibitus usurpatus est; & avaritia, quia plus, quàm illi sufficere debuit, appetivit*.

(2) In signum datam fuisse circumcisionem a Deo hominibus, non ut per eam justitiam, & sanctitatem consequerentur, uno ore testantur omnes antiqui Patres. Ita S. Justinus in Dialogo cum Triphone Judæo §. 23. *Nam & ipse Abraham*, inquit, *cum in præputio esset propter fidem, qua credidit Deo, justificatus & benedictus est, ut Scriptura demonstrat. Circumcisionem autem in signum, non ad justitiam accepit, ut Scripturæ, & res ipsæ nos cogunt confiteri. Quocirca jure de populo illo dictum est, animam, quæ octavo die non circumciditur, ex genere suo exterminatum iri. Nam quod genus muliebre circumcisionem accipere non potest, id argumento est, in signum datam esse, non ut opus justitiæ*. Et S. Irenæus in lib. IV. cap. XVI. contra hæref. *Quoniam autem*, ait, *& circumcisionem non quasi consummatricem justitiæ, sed in signo eam dedit Deus, ut cognoscibile perseveret genus Abrahæ, ex ipsa Scriptura discimus &c.* Et paulo post: *Hoc idem de Sabbatis Ezechiel Propheta*

Deus elegit eum, non per circumcisionem vocavit, & elegit, & constituit, ut fieret pater omnium gentium; sed per fidem: Et deinde post fidem jussit circumcidi. Si enim per circumcisionem donata fuisset vita, prius Abraham circumcisus esset, & deinde credidisset. Et si utilitatem vitæ æternæ præstitisset circumcisio, scriptura ostenderet, Abraham prius circumcisum esse, & deinde credidisse. Et si utilitatem vitæ æternæ præstitisset circumcisio, scriptura doceremur, quod Abraham prius circumcisus est, & deinde circumcisio ejus reputata fuit ipsi ad justitiam. Sed sic scriptum est: *Credidit Abraham in Deum, & fides ejus reputata est ad justitiam.* Porro omnes, qui crediderunt ex fide, non autem ex circumcisione, utilitatem adepti sunt. Abel, Henoch, Noe, Sem, & Japheth non per circumcisionem facti sunt cari Deo, sed singuli eorum, quia custodierunt (1) pacta, quæ mandaverat Deus, & crediderunt (2). Nam unus, & idem

Rom. IV. 3.

ապա յետ հաւատոյն, եւ հրաման թլփատել։ Զի եթէ թլփատութբ եղեալ էին կեանք, նախ թլփատեալ աբրահամ, եւ ապա հաւատայր։ Եւ եթէ յօգուտ յաւիտենականն կենացն տուեալ էր զթլփատութիւն, գիրն ցուցանէր, թէ թլփատեցաւ աբրահամ, եւ համարեցաւ նմա թլփատութիւն իւր յարդարութիւն։ Այլ այսպէս գրեալ է; հաւատաց աբրահամ յած, եւ համարեցաւ հաւատն իւր յարդարութիւն։ Այլ որք հաւատացին, ոչ ինչ եղեւոց շահ թլփատութիւն իւրեանց։ Հաբէլ, Ենովք, Նոյ, Սէմ, եւ Յաբեթ, ոչ եթէ թլփատութբ եղեն հաճոյք առաջի այ; այլ մի մի 'ի նոցանէ, որք պահեցին զուխտս պատուիրանի իւրեանց, եւ հաւատացին։ Մի զի մի է տուօղն ուխտից ամենայն ազգաց, յիւրաքանչիւր դարու, ըստ կամացն։ Ածն է; Մելքիսեդէկ երէց էր Աստուծոյ բարձրելոյ. եւ օրհնեաց նա զաբրահամ, յանթլփատութեան իւրում, զի չեւ եւս թլփա-

pheta ait &c. Deinde ita concludit: *In signo ergo data sunt hæc, non autem sine symbolo erant signa, id est sine argumento, neque otiosa, tanquam a sapiente artifice darentur, sed secundum carnem circumcisio circumcisionem significabat spiritalem.* Et ex Patribus Latinis Tertullianus adv. Judæos cap. III. pag. 160 *Sed Abraham*, inquit, *circumcisus est. Sed ante Deo placuit, quàm circumcideretur, nec tamen sabbatizavit. Acceperat enim circumcisionem, sed quæ esset in signum temporis illius, non in salutis prærogativam. Denique sequentes Patriarchæ incircumcisi fuerunt, ut Melchisedech, ut qui ipsi Abrahæ jam circumciso revertenti de prælio, panem & vinum obtulit incircumcisus.* Quibus addi possunt Chrysostomus *Homil XXVII. in Genes.*, Ambrosius *epist. LXII.*, Cyprianus *lib. I contra Judæos*, Hieronymus *in cap. III. epist. ad Galat.*, Cyrillus Alexandrinus contra Julianum *lib. X. in fine*, Gregorius Nyssenus *de Trinitate adversus Judæos*, aliique. Itaque disputant Theologi, an circumcisio deleret culpam, & an hominem sanctificaret, conferendo gratiam, & justitiam. Quidam utrumque effectum ei adimunt, & signum dumtaxat, sacramque cæremoniam fuisse volunt: alii verò solùm primum, nempe abstersionem, & deletionem culpæ ei concedunt, non autem dationem gratiæ, ac justitiæ: alii utrumque ei attribuunt, sed diversimode, quidam ex opere operato, quidam verò ex opere operantis, nempe non propria vi, ac virtute circumcisionis; sed virtute fidei in Messiam venturum, cujus signum erat & sacramentum circumcisio. Et hæc est communis inter Theologos sententia, atque etiam videtur verior, utpote Concilio Florentino, ac Tridentino magis consona. Ita S. Thomas *III. part. quæst. 70. art. 4.*, ibique Sylvius, aliique Theologi, Hugo a S Victore *lib. I. de Sacram.*, Petrus Lombar. *lib. IV. sentent. dist. I*, & S. Bonaventura, Estius, Sotus, cæterique, qui in libros sententiarum scripserunt.

(1) Quod Mosaicam legem lex alia, & pacta, seu præcepta præcesserint, quorum observatione veteres Patres Deo credentes justificati sunt, Tertullianus adversus Judæos loco superius laudato demonstrat. Nam posteaquam verba fecit de præcepto non comedendi fructum, quod legem generalem, & primordialem vocat, quia in eo præcepta legis scriptæ omnia insita fuerunt, quæ suis temporibus, ut verbis ejus utar, edita germinaverunt; deinde institutum sermonem ita prosequitur: *Ejusdem est enim postea docere legem, qui ante præmiserat præceptum; quoniam & ipsius est erudire postea, qui ante justos formare instituerat. Quid enim mirum, si is auget disciplinam, qui instituit? Si is perficit, qui cœpit? Denique ante legem Moysis scriptam in tabulis lapideis, legem fuisse contendo non scriptam, quæ naturaliter intelligebatur, & a Patribus custodiebatur. Nam unde Noe justus inventus, si non illum naturalis legis justitia præcedebat? Unde Abraham amicus Dei deputatus, si non de æquitate, & justitia legis naturalis? Unde Melchisedech Sacerdos Dei Summi nuncupatus, si non ante Leviticæ legis Sacerdotium Levitæ fuerunt, qui sacrificia Deo offerebant? Sic enim post suprascriptos Patriarchas data lex est Moysi, eo tempore, posteaquam ab Ægypto excesserunt, post intervallum multorum temporum, & spatia.* Deinde, nonnullis aliis verbis interpositis, ita concludit: *Nec adimamus hanc Dei potestatem pro temporum conditione legis præcepta reformantem, in hominis salutem.*

(2) Ut coerceret Judæorum superbiam, & arrogantiam, qui adeo de circumcisione carnis gloriabantur, ejusque necessitatem jactabant, ex antiquis veteris Testamenti Patribus sumpto argumento, ita eos redarguit S. Justinus Martyr: *Ac vos quidem, qui carne circumcisi estis, indigetis nostra circumcisione; nos autem cum hanc habeamus, nihil ista opus habemus. Nam si esset necessaria, ut existimatis, non finxisset Deus Adamum cum præputio; nec Abelis dona respexisset, qui in carnis præputio victimas obtulit; nec ei placuisset in præputio Henoch, qui non est inventus, quia transtulit eum Deus. Loth incircumcisus ex Sodomis salvus evasit, Angelis eum, & Domino deducentibus. Noe principium generis; sed tamen una cum filiis incircumcisus in Arcam ingressus est. Incircumcisus erat Sacerdos Altissimi*

Թլփատեալ էր. Եւ արդ յայտնի են իրքն, զի տկարն օրհնի 'ի լաւէ անտի, որ առաւելն է քան զնա.

Այսուհետեւ սիրելի իմ, եկ լուր, ցուցից քեզ, թէ թլփատութիւն յո՞ր պատճառս տուաւ. Զի երբ հաւատաց Աբրահամ, և ել յերկրէն քաղդէացւոց, և եկն բնակեցաւ 'ի խառան. ոչ ետ նմա զհրաման սուրբն թլփատել. Եւ երբ բնակեցաւ յերկրին քանանացւոց զքսան և չորս ամս, ոչ թլփատեաց. վա՞ն զի ոչ ունէր նա զորդի պարգեւաց, ուստի թագաւորք, և արդարք, և քահանայք, և օծեալք ծնանելոց էին. Այլ երբ եղեւ նա իննսնամեան, և իննն ամեան, եցոյց, և յայտ արար նմա սուրբն, 'ի կատարումն հարիւրերորդ ամին, եթէ որդի լինելոց է նմա. և ապա թլփատեաց. Եւ երբ եղեւ նա հարիւրամեան, և եղեւ նմա որդի իսահակ, հրամայեաց թլփատել զմարմին անթլփատութեան նորա. նշան, և հաստատութիւն ուխտին. Զի յորժամ բազմանայցի զաւակն նորա.

& idem est præscribens pacta omnibus nationibus in omni sæculo, secundum voluntatem suam. Melchisedech erat Sacerdos Dei excelsi, & benedixit Abraham in præputio suo, nondum enim erat circumcisus. Atqui manifestum est, quod qui minor est, a majore benedicitur, quia eo præstantior est. *Hebr. VII. 7.*

§. 5. Charissime, attende itaque, & ostendam tibi, quare data sit circumcisio. **Cur circumcisio Abraham a Deo data fuerit.** Cum credidisset Abraham, & egressus esset ex terra Chaldæorum, & venisset, & habitasset in Charan, non jussit Sanctus eum circumcidi; Et cum moram fecisset in Terra Chananæorum viginti quatuor annis, non est circumcisus; quoniam non habebat filium benedictionis, unde Reges, & justi, & Sacerdotes, & uncti nascituri erant. Sed cum esset nonaginta *Gen. XVII. 1.* novem annorum ostendit, & manifestavit ei Sanctus in consummatione centesimi *Ibid. 17.* anni, quòd filius ei nasceretur, & postea ipse circumcisus est. Cum autem centum *Ibid. 24.* esset annorum, & natus esset filius ejus Isaac, jussit eum Sanctus circumcidere car- *Gen. XXI. 5.* nem præputii filii sui in signum, & con- *Ibid. 4.* firmationem fœderis; ut, cum multiplicaretur semen ejus, distingueretur (1), & sepa-

simi Melchisedech, cui decimas obtulit Abraham, is, qui primus carnis circumcisionem accepit, eique benedixit Melchisedech, cujus secundum ordinem Deus Sacerdotem æternum a se institutum iri Davidis ore declaravit. Dialog. contra Triphon. §. 19. Eadem via incedit Sanctus Epiphanius, similem adhibens inductionem ad refellendum Ebionem, qui sanctitatem, ac justitiam in carnali circumcisione reponebat: *Etenim si*, inquit, *ingenerandæ sanctitatis, cælestisve Regni, veluti hæreditario jure, conferendi gratia esset circumcisio instituta, consequens esset, Saram, ac Rabeccam, & Liam, ac Rachelem, & Jochabetem, ac Mariam Moysis sororem, cæterasque sanctas mulieres eo esse Regno privatas, nec celestem illam hæreditatem potuisse capessere. Epiph. adv. hæres. hæres.* 30. §. 30. Eadem argumentatione revincit Judæos antiquissimus Latinorum Patrum Tertullianus: *Nam si circumcisio purgat hominem, Deus Adam incircumcisum cum faceret, cur eum non circumcidit; vel postea quàm deliquit, si purgat circumcisio? Certe in paradiso constituens eum incircumcisum, colonum paradisi præfecit. Igitur cum neque circumcisum, neque sabbatizantem Deus Adam instituerit, consequenter quoque sobolem ejus Abel offerentem sibi sacrificia, incircumcisum, nec sabbatizantem laudavit, accepto ferens, quæ offerebat in simplicitate cordis, & reprobans sacrificium fratris Cain, ejus qui quod offerebat, non recte dividebat. Noe quoque incircumcisum Deus, sed & non sabbatizantem de diluvio liberavit. Nam & Enoch justissimum non circumcisum, nec sabbatizantem de hoc mundo transtulit, qui necdum mortem gustavit, ut æternitatis candidatus, jam nobis ostenderet, nos quoque sine legis onere Moysi Deo posse placere. Melchisedech quoque summi Dei Sacerdos incircumcisus, & non sabbatizans, ad Sacerdotium Dei allectus est. Et probatus Loth frater Abrahæ, quod pro meritis justitiæ sine legis observatione de Sodomitarum incendio sit liberatus &c.*

(1) Non diversam causam affert, cur circumcisio a Deo Hebræis præcepta fuerit, S. Justinus Martyr. Nam in Dialogo cum Triphone Judæo §. 16. ita eum docet: *Hæc enim ab Abrahamo accepta secundum carnem circumcisio in signum data est, ut ab aliis gentibus, & a nobis discreti sitis, & soli patiamini, quæ nunc merito patimini; atque ut regiones vestræ in solitudinem redigantur, & civitates in ignes confidant, frugesque vestras, inspectantibus vobis, alieni consumant, nec quisquam vestrum Jerusalem ascendat. Nulla enim re alia a cæteris hominibus dignoscimini, nisi vestra in carne circumcisione.* Consentit cum Justino, præter alios, Isidorus Hispalensis, qui libro secundo contra Judæos cap. XVI. ad Florentinam sororem ex aliorum veterum Patrum doctrina scribit: *Jam tibi, post populi perpetuam captivitatem, post Urbis æternam ruinam carnales Judæorum observantias, & celebrationes evacuatas enuntiabo. Accipe ergo primum causam circumcisionis. Quia enim ex semine Abrahæ secundum carnem futurus erat Christus, in quo cunctarum gentium fuerat benedictio repromissa, & ab Abraham usque ad Christum multa erant sæcula post futura, prævidens Deus, ne genus Abraham reliquis gentibus misceretur, & paulatim propago ejus fieret incerta; populum Judaicum circumcisionis signo notavit, ut viventes inter Ægyptios, atque Assyrios, inter Babilonios, sive Chaldæos, hoc signaculo ab iis, vel a cæteris gentibus, nationibusque distinguerentur.* Nec admodum his dissimilia Origenes, Tom. II. Selecta in Jesum Nave p. 394. *Sciendum est*, ait, *eum*, hoc est Deum, *ad instar signi*

separaretur ab omnibus nationibus, inter quas habitaturi erant, nec commiscerentur cum pollutione operum illarum. Itaque in præputio suo cum esset nonaginta novem annorum Abraham, & circumcidisset Ismael filium suum tredecim annorum, & vernaculos suos, & emptitios suos; circumcisus ipse est in die illa, sicut locutus est cum eo Deus; & deinde post circumcisionem, natus est filius ejus Isaac, & circumcisus est die octavo. Et servata est circumcisio in semine Abrahæ, in Isaac, & in Ismael, & in Jacob, & in filiis ejus, & in Esau, & in generationibus ejus centum nonaginta annis, donec ingressus est Israel Ægyptum. Et in Ægypto observaverunt Filii Israel circumcisionem centum viginti quinque annis, donec exierunt in desertum. Et cum vidisset Loth, quod circumcisus esset Abraham Patruus suus, circumcidit & ipse filios suos, (1) postquam sejunctus est a Patruo. Et postmodum eorum posteri circumcisionis morem retinuerunt sine Fide.

նորա. և եղիցի զատ, և ընտրեալ յամենայն ազգաց, որոց 'ի մէջ բնակելոցն էր. զի մի' խառնակեսցին ընդ պղծութի գործոց նոցա. Մինչ յանթլփատութե իւրում, իններ էր նա իննսուն և ինն ամաց, և թլփատեաց զիսմայել որդի իւր զերեքտասանամեան, և զընդոծինս իւր և զարծաթագինս իւր. Թլփատեաց աբրահամ յաւուր յայնմիկ, որպէս խօսեցաւ ընդ նմա ած. և ապա յետ թլփատելոյն, եղև նորա իսահակ որդի. և թլփատեցաւ յութերորդում աւուր. և պահեցաւ թլփատութի 'ի զաւակին անդ աբրահամու, յիսահակ, և յիսմայել, և 'ի յակոբ, և յորդիս նր; և յեսաւ, 'ի ծնունդս նր հարիւր իննսուն ամ, մինչև եմուտ իսրայէլ յեգիպտոս. Եւ յեգիպտոս պահեցին որդիքն իսրայէլի զթլփատութի, երկերիւր քսան և հինգ ամ, մինչև ելին նոքա յանապատն անդ. Եւ իբրև ետես ղովտ, եթէ թլփատեցաւ աբրահամ հօրեղբայր նորա, թլփատեաց և նքն զորդի իւր, յետ անջրպետելոյն նր 'ի հօրեղբօրէ անտի իւրմէ. Եւ կալան կարգաւ զթլփատութիւն սովորութբ առանց հաւատոյ.

Circumcisio carnis sine circumcisione cordis, nihil prodest.

§. 6. Si itaque vita ex circumcisione est: ergo vitam adepti sunt & filii Ismael, & filii Ceturæ, & filii Esau, quoniam ecce & hi carne circumcisi sunt. Sed in circumcisione sua adorabant imagines Idolorum, & simulacra diaboli. Jeremias Propheta ostendit nobis manifestè, quod quicumque sine fide circumcisi sunt, immundi, & incircumcisi reputati sunt; Et circumcisio ab ira (2) Dei eos protegere, ac

Արդ եթէ կեանք 'ի թլփատութէ անտի են, կենդանի ուրեմն են ապա և որդիքն իսմայելի, որդիքն կետուրայա, և որդիքն եսաւայ. զի ահա և նոքա իսկ թլփատեալք են. Եւ 'ի թլփատութե անդ իւրեանց երկիր պագանէին կռոց պատկերաց, դից դիւականաց. Նաև երեմիա իսկ մարգարէ եցոյց մեզ յայտնապէս. զի որք միանգամ առանց հաւատոյ թլփատեալք են, պիղծ,

signi circumcisione, & non sola fide voluisse illos, nempe Israelitas, *discerni, ut quemadmodum pecora irrationabilia, quibus candentis ferri nota inusta est, facile, etiamsi erraverint, reperiuntur, ita Judæi gentibus permixti circumcisione manifesti fierent*. Hujus rei argumento est, quod in Ægypto quidem circumcisionem acceperint, in deserto verò, quoniam soli erant, & ab Ægyptiis, aliisque Palestinæ vicinis gentibus separati, incircumcisi permanserint, quando autem Jordanem transgressi in medio gentium versaturi erant, rursus circumcidi jubentur. Theodoretus demum quæst. III. in Josue verba faciens de præcepto, quod Deus fecit Josue, ut secundo circumcideret filios Israel: *Cum introduxit*, inquit, *illos in terram promissionis, circumcidi præcepit, ne per conversationem cum extraneis pietas labefactaretur. Si enim contingeret, quempiam decipi, facile erat perspecta nota in gregem recipi: sicut oves aliquo signo notatæ, si errent, facile repeviuntur*.

(1) Moabum, & Ammonem, quos ex filiabus suis suscepit, ut legitur *Genes. XIX.* 37. 38., horum autem posteri Moabitæ, & Ammonitæ se circumcidebant.

(2) Ad inutilitatem circumcisionis ostendendam, si præceptorum observatione destituatur, hujusmodi argumento, quod ea impiis hominibus nihil profuerit, omnes veteres Patres usi sunt. Ita Barnabas, vel alius auctor epistolæ sub ejus nomine §.9. *Verum*, ait, *& circumciduntur Syri omnes, ac Arabes, & omnes Sacerdotes Idolorum. Hinc ergo pertinent quoque ad Domini testamentum? sed & Ægyptii circumcisionem usurpant*. Et his consona scribit S. Justinus Martyr. *Videtis, ut Deus in signum datam respuat? Neque enim Ægyptiis prodest, nec filiis Moab, nec filiis Edom. At etiamsi quis Scytha sit, aut Persa, modo habeat Dei cognitionem, & Christi ejus, ac æterna jura custodiat, circumcisus præclara & utili circumcisione, ac Dei amicus est, ejusque dona, & munera Deo grata sunt*. Et Origenes, Homil. V. in Jerem. §. 14. *Circumciduntur*, inquit, *secundum id, quod sensile est, non solum qui secundum legem Moysis ex circumcisione sunt; sed alii plurimi Ægyptiorum Idolis Sacerdotes circumciduntur; sed ista circumcisio Idolis circumcisio est, & minime fit Deo*. Et S. Epiphanius eadem ratione innixus Ebionem Judaicam circumcisionem extollentem his verbis aggreditur: *Et vero*

պիղծ, և անթլփատ համարեալ են. և ոչ լինի թլփատութիւն իւրեանց վասա_պանողութեան 'ի բարկութենէ անտի. Քան_զի ասաց ; Ահաւասիկ արարից հանդէս 'ի վերայ ամենայն թլփատելոց, զան_թլփատութիւն իւրեանց. 'ի վերայ եգիպ-տացւոց, և 'ի վերայ յուդայ, և 'ի վերայ եդովմայ, և 'ի վերայ որդւոցն ամոնայ, և 'ի վր որդւոցն մովաբու. և 'ի վերայ ամենայն բնակչաց անապա_տի. և 'ի վերայ ամենայն ազգաց, որք յապաւեցին զերեսօք իւրեանց. Զի ա_մենայն հեթանոսք անթլփատք են մարմ-նով, այլ ամենայն տունն իսրայելի անթլփատ է սրտիւ. Եւ արդ եթէ օգնեալ ինչ էր նոցա 'ի թլփատութենէ անտի, ընդէ՞ր մտանէ յուդա ընդ եգիպտացիս 'ի թիւ համարոյ, և ընդ եդոմացիս, մովաբացիս, ամոնացիս, և ընդ բնակիչս անապատի, որք յապա_ւեն զերեսօք իւրեանց, որդիքն հագա_րու, և որդիքն կենտուրայ ; Այլ յայտ է, թէ թլփատութիւն նոցա եղև ան_թլփատութիւն, զի ահա և 'ի վերայ յու_դայ դումարեալ հասուցանէ զդատաստա_վճիռ բարկութէ. որպէս և 'ի վերայ ամենայն թլփատելոց առանց հաւա_տոյ. Արդ իբրև ետես սբն, զի ասէին, թէ այսու կեամք մեք, զի որդիք եմք աբրահամու, թլփատեալ եմք. և զծըն-կէց պարանոց իւրեանց ոչ մուծին 'ի լուծ հնազանդութէ օրինաց, բարբա_ռեցաւ նոց 'ի ձեռն մարգարէին, յասել անդ յիւրում ; թլփատեցէ՛ք զանթլփա_տութիւն սրտից ձերոց, և խստապարա_նոց այլ մի՛ լինիջիք. Եւ յայտ է, թէ որ ոչ թլփատէ զանթլփատութիւն սրտի իւրոյ. և թլփատութիւն մարմնոյ ոչինչ օգտէ նմա ; զոր օրինակ ոչ եղև շահ ա-մենայն թլփատելոց պղծութէ.

Եւ. զի ճշմարտեսցիս սիրելի իմ, թէ նշան ուխտի է թլփատութիւն, որ_պէս զի մեկնեսցին, և ընտրեսցին 'ի պիղծ,

ac salvare non potuit. Nam dixit: *Ecce visitabo super omnes circumcisos præputium eorum, super Ægyptios, & super Juda, & super Edom, & super filios Ammon, & super filios Moab, & super omnes habitantes in deserto; & super omnes nationes, quæ raserunt facies suas, quia omnes gentes incircumcisæ sunt carne, omnis autem domus Israel incircumcisi sunt corde.* Si autem ex circumcisione sanctitas aliqua fuisset, quare Juda connumeratur cum Ægyptiis, cum Edomitis, cum Moabitis, cum Ammonitis, & cum habitantibus in deserto, *qui radunt facies suas*, filii Agar, & filii Ceturæ? Et quidem negari nequit, quod circumcisio eorum facta est præputium; quoniam ecce & super Judam adducit judicium coacervatum, & sententiam iræ, sicut & super reliquos omnes circumcisos sine fide. Porro cum vidisset Sanctus, quod dicerent: Ideo nos vitam habemus, quia sumus filii Abrahæ, & sumus circumcisi, & cervicem suam jugum succutientem non subjiciebant jugo obedientiæ legis; locutus est eis per Prophetam, dicens in sermone suo: *Circumcidite præputium cordium vestrorum, & nolite esse duræ cervicis.* Et notum, ac certum est, quod ei, qui non circumcidit præputium cordis (1) sui, circumcisio carnis nihil prodest, quemadmodum non profuit omnibus circumcisis in pollutione.

Jerem. IX. 25.

Jerem. IX. 26. XXV. 23. XLVIII. 32.

Deut. X. 16.

§. 7. Sed ut cognoscas, Charissime, quod circumcisio data sit in signum fœderis, ut Israeliticus populus distingueretur,

Circumcisio præcepta est, ut populus Israeliticus ab aliis distingueretur.

vero quid est, quod Ebion adeo de circumcisione sua glorietur, & cum Idolorum cultores, & sacerdotes Ægyptii se ipsos quoque circumcidant? Quod & Saraceni, & Ismaelitæ, ac Samaritani, Judæi, Idumæi, & Homeritæ faciunt? Epiph. hæref. XXX. §. 30.

(1) Origenes Homil. V. Tom. III. §. 14. in Jeremiam exponens verba illa Prophetæ: *Circumcidite præputium cordis vestri*, hæc alia subjicit: *Est igitur quoddam præputium cordis, & illud circumcidendum est.* Et paulo post: *præputium congenitum est, circumcisio adscititia est, quod ue ex generatione advenit, hoc adimit circumcisio. Si igitur auferre jubet sermo præputium cordis, oportet esse quidpiam una cum corde natum, quod vocat præputium, quodque auferendum est, ut quis præputium cordis sui circumcidat. Si quis consideraverit illud:* ERAMUS NATURA FILII IRÆ &c. Deinde, nonnullis interiectis: *Videbit*, ait, *quonam modo cum impuritate, & præputio cordis nati sumus.* De circumcisione aurium loquitur vetustissimus Auctor in epistola, Barnabæ nomine inscripta. Allatis enim pluribus Sacræ Scripturæ testimoniis, quibus homines ad audiendum verbum Domini excitantur, sermonem, de Christo Domino adversus Judæos §. 10. verba faciens, ita prosequitur: *Ergo circumcidit aures nostras, ut audito verbo credamus; circumcisio enim, in qua confidebant, irrita facta est Præcipit enim circumcisionem non carnis, illi autem trangressi sunt, quia malus Angelus decepit illos.*

tur, & secerneretur a coinquinatis Gentibus, adesis nunc & vide. Cum eduxit Deus Israelitas ex Ægypto, & ambulaverunt per desertum quadraginta annis, non sunt circumcisi (1), quia illic erant ipse unus ac solus populus, & seorsum degebant, & non erant mixti cum Gentibus. Postea vero Deus circumcidi voluit iterum semen Abrahæ. Non autem, quod

պիղծ հեթանոսաց, եկ արդ տե՛ս ; զի իբրեւ եհան զնոսա յեգիպտոսէ, եւ գնացին ընդ անապատն զամս քառասուն, ոչ թլփատեցաւ. վասնզի մի ժողովուրդ էր, եւ առանձին արածեին նոքա, եւ ոչ էին խառնեալք ընդ այլ հեթանոսս. Եւ այսու զի թլփատեաց դարձեալ զզաւակն աբրահամու, ոչ եթէ վն զի ամենայն հեթանոսք չէին նր, եղաւ եւ ընտրեաց իւր

(1) *Hæc autem*, inquit Scriptura, *causa est secundæ circumcisionis: Omnis populus, qui egressus est de Ægypto generis masculini, universi bellatores viri, mortui sunt in deserto per longissimos viæ circuitus, qui omnes circumcisi erant. Populus autem, qui natus est in deserto, per quadraginta annos itineris latissimæ solitudinis incircumcisus fuit.* Josue cap. V. 4. Quæri solet a sacri eloquii Expositoribus, cur circumcisio per longum adeo tempus, dum Israelitæ in deserto morarentur, intermissa fuerit: Respondent aliqui, quia ambulantes per desertum dubii, ac incerti erant, quamdiù, & quo loco consisterent; sanandi autem vulneris ex circumcisione accepti, dolorisque abstergendi aliqua mora, ac tempus requirebatur. *S. Thom. III. par. quæst. LXX. art.* 4., *Abulens. quæst. XX.* 57.59., *Vatablus*, *Drusius*, *Clarius*, *Pererius*, *Cornelius a Lapide*, *Menochius*, *Estius*, *Tirinus*, *Malvenda*, *Gordonus*, & *alii*. Fieri autem poterat, ut repente se commoveret nubes, & statio mutanda esset, infantibus recens circumcisis tunc ex motu itineris vitæ periculum creari potuisset, quod ex facto Sichemitarum suadetur. *Genes. XXXIV.* 25. Verum hæc sententia, quæ omnium communissima est, quibusdam non probatur. Primum, quia Moyses in vitæ discrimen incidit, quod filium iter faciens non circumcidisset. Et quidem nulla mora facta mandato Dei obtemperavit, & in ipso itinere puerum circumcidit. *Exodi IV.* 24. Præterea, quia admisso etiam, quod pauci dies ad curandum circumcisionis vulnus satis esse non possent, certum est autem, ab Israelitis non unum, aut alterum diem, sed menses, & annos integros uno in loco, dum per desertum iter facerent, consumptos fuisse. *Deuter. I.* 46 & *II.* 14. Propterea alii existimant, Hebræos non circumcisos in deserto fuisse, quia licet ipsis tumultuantibus negata fuisset facultas Ægyptum repetendi, *Num. XIV.* 4.; nihilominus taciti in animo suo cupiditatem hanc fovebant, quam vel ex circumcisionis neglectu declararunt; vel quia flagitiosa illa rebellione cum se indignos promissis Divinis fecissent, & pro palam dijudicati, damnatique a Deo spem adipiscendæ terræ promissionis amisissent, præ impietatis obstinatione sanctum illud fœderis Divini monumentum, cum sibi deinde prodesse non posse autumarent, etiam posteris suis inviderunt. Hanc eamdem causam omissæ circumcisionis indicare videtur S. Augustinus *quæst. VI. in Josue*, inquiens: *Filios genuerunt in deserto, & contempserunt eos circumcidere, quod inobedientes erant legi Dei*. Inverisimile tamen id quibusdam videtur, qui haud facile animum suum inducunt, ut credant, immanem adeo pravitatem per quadraginta annos populo Dei inhæsisse. Ad hæc accedit, quod etiam extinctis omnibus rebellionis illis auctoribus, & consciis, nihilominus, priusquam Chananæam attigissent, & otium, ac quietem ab itinere, & longa peregrinatione nacti essent, solemnem circumcisionis cæremoniam non peregerunt. In hac quæstione solvenda more suo ineptiunt Talmudici Scriptores. Commentum eorum hujusmodi est: per omnes illos quadraginta annos non spirasse Boream ventum nubibus inimicum, ne nubes illa Sanctuarii dissiparetur; ideoque abstinuisse Israelitas a circumcisione, cum eum ventum maxime sibi observandum putent, ut qui plagis facillime medeatur. Sed, omissis nugacissimis istis fabulatoribus, opinio eorum tertio loco recenseatur, qui suspicantur, Israelitarum filios mansisse in deserto incircumcisos ob flagitiosam parentum rebellionem, quos Deus morte, filios autem in circumcisione punivit. Sed nihil hujusmodi innuitur in Sacra Scriptura, ex qua potius colligitur, Patres quidem a Deo punitos, filios autem dilectos, quibuscum fœdus pepigit, & in terram repromissionis, portentis, ac prodigiis præcedentibus, fugatisque inimicis, induxit. Demum magni nominis, & summæ antiquitatis Scriptores censent, circumcisionem in deserto omissam fuisse, quia ea opus minime habebant, ut ab aliis gentibus distinguerentur, quando solitudo ipsa populum Hebræum ab aliis populis satis secernebat; ita Theodoretus *quæst. III. in Josue*, Hieronymus *in cap. III. ep. ad Galat. lib. I. in fine*, Justinus *in Dialogo cum Tryphone pag.* 236. 241., Joannes Damascenus *lib. IV. de Fide*, Irenæus *lib. IV. cap.* 30., Tertullianus *in lib. contr. Judæos cap.* 25., Origenes *selecta in Jesum Nave Tom. II. pag.* 394., Ambrosius *lib. I. de Abraham cap. IX.*, Auctor Commentarii *in ep. ad Rom. cap. IV. inter. op. S. Ambrosii*, Joannes Chrysostomus *in ep. ad Rom. cap. IV. hom. XXVII. XXXIX.* & *XL. in Genesim*, Epiphanius *hæres. XXX.*, & alii, quibuscum consentit S. Jacobus. Sed dissimulandum non est, huic sententiæ nonnullos haud libenter assentiri. Primum quia etiam in Judæa populus a reliquis gentibus divisus, ac separatus erat; nihilominus pueri circumcidebantur, ut Dei præcepto parerent, & fierent filii Abraham, ac populus Dei; tum etiam, quia existimant, circumcisionem institutam fuisse non solum ad segregandum populum electum a cæteris gentibus, inter quas versabatur; verum in primis, ut corruptæ, depravatæque ab ipsa origine hominum naturæ mysterium simul, & expiatio esset. Verumtamen neque isti Scriptores inficiantur circumcisionem a Deo institutam ad discernendum populum Dei a reliquis gentibus; neque veteres Patres a circumcisione, cui populum electum ab aliis secernendi munus adscribunt, si fidei in Christum venturum conjuncta esset, uberrimos illos, ac cælestes effectus expresse removent, atque abjudicant. Ideoque ait Hieronymus in epistola ad Galatas: *Tunc utique non prodest circumcisio, cum aliquid per semetipsam putatur utilitatem afferre*. Cæterum quod ad effectum attinet delendi culpam, expiandumque peccatum circumcisioni attributum ob multa veterum Patrum testimonia, qui affirmant, circumcisionem in signum datam fuisse, non autem ad justitiam, Estius *in Comment. in Ep. ad Rom. cap. IV.* 11. *Nec facile*, inquit, *quemquam reperias Augustino priorem, qui in signaculo circumcisionis virtutem agnoscat animas a peccato mundandi; tametsi hæc opinio post Augustinum, eoque, ut apparet, auctore, multum apud Latinos fuerit recepta*. Quod tamen omnino verum esse, affirmare non ausim.

իւր սեպհական զզաւակն աբրահամու թլփատելոյ ; այլ զի ամենայն հեթանոսք որք պաշտէին զչարագործսն անօրէնութբ, խոտեաց, և անարգեաց զնոսա, վասն ամբարշտութե գործոց իւրեանց ; և վասնզի ընտրեաց զնոսա իւր թլփատութեն ժողովուրդ, ոչ եթէ զի ինքն իւր ցուցցէ, և յայտ արասցէ զի զաւակ են նոքա աբրահամու. վասն զի և յերբ ոչ թլփատէր զնոսա, ինքն լիով քաջատեղեակ գիտէր զնոսա ; այլ զի նոքա ճանիցեն զինքեանս, զի մի՛ ղօղեալ թաքչիցին ընդ սուտ պատճառանօք. վասն զի դիւրաւ կարէին իւրեանց, եթէ ոչ էին թլփատեալք ։ Զի երբեւ գտանէր ոք ՚ի նոցանէն կռապաշտ, կամ շուն, խարդախ, և գող. և առնէին որինչ արտաքս էր քան զօրէնս, վշտանային ումանք ՚ի նոցանէն լիրբք, և պարտաւորք, յուրաստ լինելով որք գտանէին յայսպիսի իրս. և ունէին զմին կողմն ուրացութե, թէ ոչ եմք որդիք աբրահամու. որպէս զի մի՛ ընկալցին զպատիժս պատուհասի, և մեռանիցին. և զդատապարտեալս մահու որ գրեալ է յօրէնս առն ՚ի վերայ այնոցիկ, որք յայսպիսի իրս կալեալ գտանին ։ Այլ որ գտանի օրինազանց, և գործէ զմի ՚ի չարեացս յայսցանէ, այլ ոչ կարէ ղօղել անդուստ պատճառանօք, թէ ոչ է նա զաւակ, և ծնունդ աբրահամու ։ Այլ զի եթէ գտեալ լինի պարտաւոր, և յեղտող, մեկուսեն զնա ՚ի թլփատութե անտի նիւթեն նմա զպատիժս պատուհասից, խիստ և անաչառ դատաստանաւն, ըստ արժանի յանցանաց նորա ։ Այլ զի եթէ ոչ յայս միտս տուեալ էր թլփատութի, պիտոյ էր նց, զի և յանապատի անդ թլփատեսցեն. այլ վն զի զատեալ մեկնեալ էին ՚ի հեթանոսաց անտի, և միայն միայնուկ առանձինն էին, վասն այնորիկ ոչ թլփատեցան ։ Եւ ՚ի ժամանակի անցանելոյն ընդ յորդանան, եա զհրաման տր յեսուայ

quod omnes gentes Dei non essent, ideo separavit, & elegit sibi peculiare semen Abrahæ circumcisi, sed quia omnes Gentes in iniquitate colebant Idola; idcirco sprevit, & contempsit eas propter impia opera sua. Et elegit illos sibi per circumcisionem in populum, non quidem ut ipse sibimet indicaret, & demonstraret, illos esse semen Abrahæ; quia & cum non circumcidebantur, ipse plane eos notos ac cognitos habebat; sed ut illi agnoscerent seipsos, nec latere possent, vel malis dolis, fraudeque abscondi, quod haud difficile contigisset, si essent incircumcisi. Contra vero, si quis eorum deprehendebatur vel idolatra, vel adulter, vel veterator, aut fur, vel facere aliquid contra legem; & aliqui eorum ejusmodi criminum rei, audaces, & impudentes puniendi erant, nullum habebant effugium, negando, dicendoque, non sumus filii Abrahæ, ut evitarent pœnas punitionis, & judicium, sententiamque mortis, quæ scripta est in lege contra illos, qui in talibus delictis reperiuntur. Nam circumcisus, qui invenitur transgressor legis, & perpetrat aliquod ex his malis, non ea se potest tergiversatione occulere (1), quod non sit ipse ex semine, & generatione Abrahæ. Quare si convincatur reus, & criminosus, separatur a circumcisis, & decernuntur in eum pœnæ punitionis, duro, & absque acceptione personæ judicio pro meritis suorum delictorum. Quippe, nisi in hunc finem data fuisset circumcisio, oportuisset, eos & in deserto circumcidi; sed quia sejuncti, & separati erant a Gentibus, & soli, & solitarii seorsum erant, ideo non sunt circumcisi. Et cum transituri essent per Jordanem, præcepit Dominus Josue filio Nave, dicens: *Redi, & circumcide* (2) *iterato filios Israel*. Et quare imperavit circumcidi eos iterato (3)? quia circumcisi erant semel *Jos. V. 2.*

(1) Ita etiam Theodoretus loquens de Josue, cum jussus est, ut Israelitas in Galgalis circumcideret: *At verò postea, cum introduxit illos in terram promissam, circumcidi præcepit, ne per conversationem cum extraneis pietas labefactaretur. Si enim contigerat, quempiam decipi, facile erat perspecta nota in gregem recipi, sicut oves aliquo signo notatæ, si errent, facile reperiuntur*. Theod. qu. 3. in Josue.

(2) In versione Syriaca legitur: *Et reversus circumcide filios Israel secundo*. In Arabica: *Et eras circumcide filios Israel vice secunda*. In Latina vulgata: *Circumcide secundo*. In Papaphrasi Chaldaica: *Et redi circumcide filios Israel secundo*. In Textu Hebraico legitur ישוב מול *jeschub mol* שוב *scub* potest esse imperativus: *Et revertere circumcide*, & potest esse infinitivus, *&* *reverti* vel *revertendo circumcide*. Sed dictio illa cum construitur cum alio verbo, tum in adverbium transire solet, adeo ut tum significet *rursus*, *iterum*, *denuo*, ut notat Malvenda, a quo dissentire non videntur Drusius, Masius, & alii, & hinc nata est versionum, & interpretationum diversitas.

(3) In vulgata versione latina legitur *secundo*, quod in idem recidit. Sed cur circumcisio, quæ Dei jussu peracta est a Josue, secunda dicatur, inter Sacrarum Scripturarum Interpretes non convenit; alii aliter explicant. Plures enim

Jer. IV. 4. semel in cordibus suis; de qua circumcisione loquitur Propheta: *Circumcidite præputium cordium vestrorum, & nolite esse amplius duræ cervicis*. Obtemperans Josue iterum eos circumcidit, signumque Jos. V. 8. impressit iterato in carne: *Postquam omnes circumcisi sunt*, inquit Scriptura testimonium perhibens, circumcidisse Josue Ibid. 5. 6. omnes mares, qui nati sunt in deserto, quia omnes erant incircumcisi.

սուայ որդւոյ նաւեայ, և ասէ ; դարձ
Թլփատեա՛ կրկնակի զորդիսդ Իսրայէլի .
Եւ ընդէ՞ր կրկնակի ասաց Թլփատել
զնոսա, այլ վ՟ զի Թլփատեալք էին ՚ի սրտս
իւրեանց . որպ և ասաց մարգարէն անդ ;
Թլփատեցէ՛ք զանԹլփատութի սրտից
ձերոց , և խստապարանոց այլ մի՛ լինի_
ջիք . դարձեալ յետոյ վերստին Թլփա_
տեաց զնոսա . և նշանակեաց զնոսա
կրկնակի ՚ի մարմինս իւրեանց . Վ՟ զի
յետ Թլփատելոյն զնոսա յեսուայ, վկայ-
եաց գիրն , Թէ զամենայն Թլփատեաց
յեսու , որք ծնան յանապատի անդ . վ՟
զի ոչ էր Թլփատեալ ամենայն արու ,
որք միանգամ յանապատի անդ ծնան .

Hebræi circumcisi perierunt in deserto, nati autem in deserto incircumcisi ingressi sunt terram promissionis.

§. 8. Agesis, & vide, dilectissime, & obstupesce super hæc, quoniam qui circumcisi egressi sunt de Ægypto, mortui sunt, deleti sunt, & perierunt in deserto (1), quia propter impietatem peccatorum suorum, exasperaverunt sanctum verbum Dei, & ei non crediderunt. Id autem sanè manifestum est: Nam si credidissent, non fuissent prohibiti ingredi in terram illam donorum. Et ex sexcentis millibus, qui egressi sunt de Ægypto, Josue

Եւ արդ ե՛կ տե՛ս սիրելի իմ , և
հիացեալ զարմացի՛ր ընդ այս . զի
Թլփատեալքն որք ելին յեգիպտոսէ ,
մեռան ջնջեցան սատակեցան յանապա_
տի անդ , վասն ամբարշտութե մեղաց
իւրեանց . զի դառնացուցին զս՟ բանն
ա՟յ , և ոչ հաւատացին նմա . Եւ այս
յայտ իսկ է , զի եԹէ հաւատացեալ էին
նոքա , ոչ դատէին արգելք մտանե_
լոյ յերկիրն այն պարգևաց . Եւ յեսու
նաւեայ , և քաղէբ ապրեցան ՚ի վեց
հա_

enim dicunt, vocatur secunda, quia hæc fuit secunda circumcisio, qua solemniter vniversus Dei populus circumcisus est; prima enim fuit, qua Abraham universam ejus familiam, in qua totus populus electus continebatur, circumcidit; quæ sententia receptissima est. Nonnulli vero inquiunt; quod hæc secunda fuit post alteram, quam exequutus est Moyses, cum populum Israeliticum e Pharaonis captivitate in desertum eduxit; sed de hac circumcisione Mosaica nulla in Scripturis, neque apud Josephum, aut Philonem mentio occurrit. Itaque alii censent, ut refert Malvenda, quia dictio illa Hebraica, quæ, ut paulo ante dictum est, *secundo*, vel *iterum* latine redditur, significat etiam diligentiam, studium, aut iterationem; verborum S. Scripturæ sensum esse: Deum præcepisse, ut Josue omnem diligentiam, ac studium semel, atque iterum percurrendo castra adhiberet, ne ullus remaneret incircumcisus: vel *secundò circumcidere* Josue imperatum esse, quia circumcisio omnium Israelitarum non simul, atque uno, eodemque tempore peragi debebat, sed pluribus vicibus, ac per partes eam iterando, & secundo, ac iterum faciendo, ne tam numerosa multitudo circumcisionis vulnere infirma in castris universa langueret: vel quia adverbium illud *secundò*, quod idem est, ac iterum, rursus, ita intelligi debet, perinde, ac si diceret, circumcisionem per longum adeo tempus intermissam iterum renova, repete, instaura. Verùm tres istæ relatæ a me expositiones argutæ potius, quàm veræ videntur, & sacrorum verborum simplicitati, & usitatæ significationi non admodum consonæ. Quare nonnulli putant, circumcisionem Josue secundam vocari, quia Israelitæ, quos circumcidere jubetur Josue, erant jam corde circumcisi; nam Dei promissis omnem fidem habentes animo expulerant, & corde abjecerant omnem errorum, deliciarumque Ægypti amorem, & eò revertendi cupiditatem, ob quam eorum Patres in deserto, licet circumcisi, perierant; & hæc, ut videtur, sententia est S. Jacobi Nisibeni, optima quidem, sed allegorica potius, quàm litteralis, & historica videtur. His autem expositionibus addam, quam Thalmudici non insulsè modo, sed impiè, si nuda verba spectentur, comminiscuntur: Absolutum, ajunt, perfectumque circumcidendi ritum a Deo Abrahamo traditum non fuisse; propterea illud *secundò* cæremoniæ perfectionem, quam Josue demum, Deo docente, accepit, indicare. Ad quæ rectè Masius in suo præclaro Commentario in Josue: *Verum ista*, inquit, *fortassis a veteribus Hebræis rectè dicta sunt, qualia in Thalmude multa passim reperies, non de adumbrato Josue filio Nun, sed de expresso, Jesu Christo, a quo vetus illa circumcisio perfecta est. Epist. ad Colossen. II.* 11. Ab interpretatione Sanctissimi Doctoris nostri Nisibeni non multum abludere videntur, quæ ad eumdem Josue locum scribit Origenes: *Vellem ego in hoc loco percontari Judæos, quomodo potest quis secundo circumcidi circumcisione carnali. Semel enim circumcisus, quisque ultra non habet, quod possit auferri. A nobis verò, quibus dicitur, quia lex spiritalis est, vide, quàm digne, & convenienter ista solvantur. Dicimus enim, quia ille, qui in lege eruditus est, & per Moysen edoctus, abjecit Idololatriæ errores, simulacrorum superstitionem, cultumque deposuit; Hæc est ei circumcisio prima per legem. Si verò is veniat a lege, & Prophetis ad Evangelicam fidem, tunc accipit etiam secundam circumcisionem per petram, qui est Christus*. Orig. in Libr. Jesu Nave *homil. V.* §. 5.

(1) Consentanea ad hæc scribit Theodoretus: *Lugendi sunt itaque Judæi, qui videre nequeunt, circumcisos quidem variis suppliciis affectos interiisse, incircumcisos autem servatos esse: & patres periisse, filios recepisse, quod erat promissum. Ita nos, qui sumus filii, regnum Cœlorum accipimus: Judæi verò, qui Patrum locum tenebant, bonis æternis exciderunt, & a cognatione Patriarcharum sunt expulsi*. Theod. qu. 3. in Jos.

Հարիւր հազարաց անտի, ուր եղին 'ի յեգիպտոսէ, և մտին յերկիրն, և ժառանգեցին. Եւ հաւատացեալ ծնունդն յանապատի անդ, իբրև ոչ էին Թլփատեալք, կեցին, և արժանի եղեն մտանել յերկիրն ժառանգութեան. Եւ Թլփատեաց զնս, իբրև մտանէին յերկիրն օտարազգաց, և համարեցաւ նց երկրորդ Թլփատութիւն. Ընդէ՞ր, վասն ո՞յր, իբրու գումարեալ հասուցին զբարկութի՛ 'ի վերայ ամենայն Թլփատելոց, որք Թլփատեալքն էին անԹլփատութբ̃, Թուէ, և համարէ, և զեգիպտացիսն որք ոչ էին 'ի զաւակէ աբրահամու, իբրև զամոնացիսն, և զմովաբացիսն ղովտայ որդիքն եղբօրորդւոյն աբրահամու, իբրև զեդովմացիսն զորդիսն եսաւայ. և իբրև բնակիչքն անապատի, որք յապաւեցին զերեսօք իւրեանց որդիքն իսմայէլի, և կետուրայ. և յուդա և զաւակն յակոբեան. Սոքա ամենեքեան զաւակք են աբրահամու.

Եւ եգիպտացիք ընկալան զԹլփատութի՛ սովորութբ̃, առանց հաւատոյ, յորդւոցն իսրայէլի որք բնակեալք էին 'ի մէջ նց. և ընկալան դարձեալ յովսէփայ. զի իբրև ծնան որդիքն յովսէփայ մանասէ, և եփրեմ, Թլփատեաց զնս. ուսան և նոքա 'ի յովսէփայ, և սկսան Թլփատել. վս̃ զի հրաման պատուիրանին յովսէփու ամենայն իշխանութբ̃ տիրէր 'ի վերայ եգիպտացւոց. Աղդ- վս̃ զի դոն ոմանք սիրելի իմ, զի ասեն, Թէ

Josue vero filius Nun, & Caleb dumtaxat vixerunt, & ingressi sunt in Terram, & possederunt eam. Qui vero nati sunt in deserto, quia crediderunt, cum non essent circumcisi, vixerunt, & facti sunt digni ingredi in terram Promissionis, & circumcidit eos Josue, dum intrabant in terram alienigenarum; & hæc circumcisio reputata est eis secunda, sed quare? quia cum crederent, jam circumcisi erant corde, propterea, ut dixi, circumcisio illa reputata est secunda. E diverso cumulatim inducta est ira super omnes circumcisos carne, qui erant in præputio cordis, connumeratis etiam, & comprehensis Ægyptiis, qui non erant ex semine Abrahæ; hoc est, una cum Ægyptiis super Ammonitas, & Moabitas filios Lot filii fratris Abrahæ, tum etiam super Edomitas filios Esau, & super habitantes in deserto, qui *raserunt facies suas* filios Ismael, & Ceturæ, & super Judam, & semen Jacob: Hi enim omnes sunt ex semine Abrahæ.

§. 9. Ægyptii enim circumcisionem sine fide a filiis Israel, qui habitaverant inter illos; tum etiam a Joseph acceperunt. Nam cum natos sibi filios Manasse, & Ephraim Joseph circumcidisset: Didicerunt & illi a Joseph circumcidendi ritum, & circumcidi cœperunt. Quippe Joseph summo imperio, supremaque potestate Ægyptiis dominabatur. Sunt quidem aliqui, dilectissime, qui dicunt, quod filia Pharaonis (1) cum invenisset Moy-

Ægyptii Circumcisionis ritum a filiis Jacob didicerunt.

(1) Quærit Theodoretus *quæst. III. in Exod.*, unde agnoverit Filia Pharaonis, Moysem puerulum esse Hebræum: respondet, ex Circumcisione agnovisse. Hinc autem constare autumat, Ægyptios illis temporibus nondum circumcidi consuevisse. At verò Theodoretus in hac re sibi constare non videtur. Nam in Commentariis in *cap. IX.* Jeremiæ loquens de Circumcisione: *At Ægyptios populi* (hoc est Israelitici) *apud illos habitatio docuit circumcisionem*. Sed responderi posset, Theodoretum hoc loco ea tempora respicere, quæ effluxerunt longe post Israelitici populi servitutem in Ægypto sub Pharaone, qui cum exercitu suo in mari submersus est, nempe quæ erant Jeremiæ ætati proximiora. Tempore autem Jeremiæ plurimos Hebræos in Ægypto habitasse, minime dubium est. Verum quidquid hac de re sit, plures SS Scripturarum Interpretes Theodoreti sententiam de Filia Pharaonis sequuntur, *Cornelius a Lap. in Comment. ad cap. II. v. 8. Exod. Menoch. Ibid.*, *aliique*. Quibus tamen locus iste S. Jacobi adversatur, cujus sententia verior esse videtur, firmioribusque argumentis suffulta. Nam ad ea, quæ hic a S. Doctore Nisibeno afferuntur, addi potest, adeo vetustum circumcidendi pueros morem apud Ægyptios fuisse, ut inter eorum singularia instituta, & a cæteris nationibus diversa, circumcisionis ritum referat Herodotus *hist. lib. II. cap. XXXVI.*, quicum concordat Strabo *Geograph. lib. XVII. pag.* 1180. *nov. edit.*, qui Ægyptiacas res enarrans: *Id*, inquit, *de maxime laudatis eorum moribus est, quod omnem prolem educant, circumcidunt etiam mares: & fœminas excidunt, quod Judæis est legitimum, qui (ut supra diximus, cum de eis loqueremur) origine sunt Ægyptii*. Quin imo diserte affirmat Diodorus Siculus *Bibl. hist. lib. I. pag.* 24., ab Ægyptiis in Hebræos derivatum esse ritum natos apud se pueros circumcidendi: *Colchorum etiam*, ait, *nationem ad Pontum, & Judæorum Arabibus interjectorum, & Syris ab Ægyptiis egressos quidam crediderunt; Ideoque per antiquam traditionem in usu his gentibus esse, ut pueros apud se natos ritu ab Ægyptiis derivato circumcidant*. Quare plures tum veteres, tum recentiores, qui rebus Divinis auctoritatem improbo conatu detrahere student, circumcisionis institutum Ægyptiis adscripserunt, a quibus Hebræos accepisse affirmarunt. Ita Celsus Epicureus Philosophus in lib. contra Christianos, adversus quem scribens Origenes: *Celsus*, inquit, *circumcisionis apud Judæos usum non reprehendit, sed ait, Judæos illum ab Ægyptiis fuisse mutuatos, nimirum Ægyptiis maluit fidem adjungere, quàm Moysi, qui Abraham scribit primum hominum circumcisum fuisse*. Orig. *contra Celsum lib. I. n.* 22. E diverso a filiis, & posteris Abraham circumcidendi morem edoctos fuisse Ægyptios, priusquam Moyses nasceretur,

Moysen, ex signo illo fœderis in carne, cum novit, quod esset ex filiis Israel. Sed non est ita, sicut ex Scriptura intelligere licet. Nam fœdus, & pactum Mosaicæ circumcisionis non erat apud Ægyptios signum aliquod, certumque indicium, quo Hebræorum filii ex Ægyptiis similiter circumcisis discerni possent. Etenim qui ignorant Ægyptios circumcisos fuisse, ediscere, ac percipere id possunt ex Jeremia Propheta (1). Itaque Filia Pharaonis cum invenisset Moysen, & vidisset eum deportari ab aquis fluminis super salientes undas, agnovit, & intellexit, eum esse ex filiis Hebræorum, quia præceptum non fuerat Ægyptiis, ut infantes suos projicerent in flumen, sed Hebræis. At vero, si per circumcisionem manifestabantur, & distinguebantur Hebræi, eo, quod Ægyptii non essent circumcisi, illi non licuisset Moysen nutrire in domo Pharaonis; quia, cum adhuc infans esset, facile, & omni momento inspici, & agnosci potuisset signum fœderis in carne ejus; neque filia Pharaonis ausa esset transgredi jussum Patris sui, constituens in terra Ægypti arbitraria potestate aliam quasi legem sine præcepto Pharaonis.

Jerem. cap. IX. 26.

§. 10. Præterea hoc loco dicam tibi, Charissime, aliquid etiam de filiis Ceturæ; quoniam & illi confines erant filiis Israel. Cum itaque, inito inter se fœdere, congregati essent ad præliandum Madianitæ filii Ceturæ, & filii Cedar, gens Ismaelitica (2) in diebus Gedeonis filii Joas,

De Madianitis filiis Ceturæ, aliisque populis ex Esau, Lot, & Ismaele, quibus nihil profuit Circumcisio.

Թէ դուստրն փարաւոնի իբրեւ եգիտ զմովսէս, 'ի նշանէ անտի ուխտի մարմնոյ նր̅ ծանեաւ զնա, թէ յորդւոց անտի իսրայելի էր նա. Բայց ոչ եթէ այսպէս որպէս և 'ի գործ տեսչութե̅ բանին. Վս̅ զի ուխտ թլփատութե̅ մովսիսի չէր ինչ յայտ 'ի թլփատութե̅ անտի եգիպտացւոց. Արդ որ ոչ է գիտակ, թէ եգիպտացիք թլփատեալք իցեն, հաւանեսցի, և իմասցի յԵրեմիայ մարգարէէ. Վս̅ զի դուստր փարաւոնի իբրեւ եգիտ զմովսէս. և ետես զի բարձեալ ունէին ջուրքն գետոյն 'ի վերայ վէտ վէտ ալեացն, գիտաց և իմացաւ, թէ յորդւոց անտի եբրայեցւոց է. Վս̅ զի ոչ էր տուեալ հրաման եգիպտացւոց ընկենուլ 'ի գետ զմանկունս իւրեանց, այլ եբրայեցւոց. Վս̅ զի եթէ թլփատութե̅ յայտ, և որիշ էին եբրայեցիք, զի եգիպտացիք չէին թլփատեալք, ոչ էր մարթ մովսիսի սնանիլ 'ի տան փարաւոնի. քանզի 'ի մանկութե̅ անդ իւրում, յամենայն ժամ երեւէր նշան ուխտի մարմնոյ նորա; և ոչ դուստրն փարաւոնի անցանէր ըստ օրէնս հրամանի հօր իւրոյ, հաստատել ընդ երկիրն եգիպտոսի կամակար իշխանութե̅ զօրէն, Թարց հրամանի փարաւոնի.

Եւ դարձեալ հաւանեցուցից զքեզ սիրելի, և վս̅ որդւոցն կետուրայ. զի և նոքա սահմանակիցք էն ընդ որդիսն իսրայելի. Արդ իբրեւ ժողովեցան մադիանացիք որդիք կետուրայ 'ի մարտ պատերազմի, և որդիքն կեդովրայ ազգն իսմայելի յաւուրս գեդէոնի որդւոյ յովա_

tur, tradit auctor libri recognitionum. *Script. sub nom. Clemen. lib. I. Recognit. num.* 33. Et antiquissimus scriptor Artapanus, teste Eusebio, in suo de Judæis opere scribit: *Æthyopes tam propenso in Moysen animo fuisse, ut ipsius quoque circumcisionis ab eo ritum acceperint. Apud Euseb. præp. Evang. lib. IX.* §. 27. Addit insuper, id fecisse omnes Sacerdotes, an sub hoc nomine comprehendat non modo Æthyopum, sed etiam Ægyptiorum Sacerdotes, ut affirmat Calmet *in dissert. de orig. & antiquit. Circumcis.*, ex verbis hujus scriptoris non liquet. Testatur quidem S. Ambrosius, Ægyptios impium judicasse Sacerdotem, qui Circumcisionis insigne non haberet. *Epist. LXXVI. nov. edit.* Ex recentioribus autem Scriptoribus Daniel Huetius de Circumcisionis ritu, ejusque origine verba faciens: *Ego verò*, inquit, *Circumcisionis mandatum a Deo primum Abrahamum, ab abrahamo, ipsiusque nepotibus reliquas gentes accepisse opinor, & ab Ismaele quidem, & Ceturæ filiis Arabes, vicinosque populos, inde Troglodytes, Arabicam gentem; ab Arabibus quoque; vel ipsis etiam Israelitis Ægyptios, & Æthyopes; ab Ægyptiis Cholcos, quos Circumcisionem suam, tanquam Ægyptiacæ originis argumentum proferre tradit Diodorus lib. I.* Huet. *in Comment. ad Homil. V. Orig. in Jerem.* §. 14. Plura in hanc rem disseruntur a Cotelerio, & Menardo in notis ad epistolam S. Barnabæ §. 9., qui censent, Circumcisionem primum a Deo Abrahamo datam, & per ejus filios, & nepotes ad alios populos pervenisse, ejusque deinde usum apud varias gentes invaluisse: Cotelerius potissimum id plurima eruditione ostendit, quem lector, si vacat, ac plura discere cupit, legere poterit: &, præter eum, Calmet *in dissert. de Origine, & antiquit. Circumcis.*, aliosque recentiores, qui hac de re fuse tractarunt.

(1) Jeremiæ *cap. IX. v.* 25. 26. verba juxta vulgatam talia sunt: *Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & visitabo super omnem, qui circumcisum habet præputium, super Ægyptum, & super Juda, & super Edom, & super filios Ammon, & super Moab, & super omnes, qui attonsi sunt in comam, habitantes in deserto: quia omnes gentes habent præputium, omnis autem domus Israel incircumcisi sunt corde.*

(2) Judicum *cap. VI.* 33., ubi gesta Gedeonis referuntur, habetur juxta versionem Latinam vulgatam: *Igitur omnis Madian, & Amalech, & Orientales populi congregati sunt simul.* Madianitæ quidem genus ducebant ex Cetura Abraham concubi-

վասն, խաղաղութ̃բ և միաբանութ̃բ
միմեանց, կամեցան արկանել զիսրայէլ
'ի հարկ ծառայութե̃, և մատնեցան 'ի
ձեռս գեդէօնի, արդ այս զի ասաց քեզ
հաւատութ̃ն վասն կենտուրայ. վ̃ն զի նց̃,
և որդւոց իսմայելի յանապատի եղև
բնակութի. Որպ̃ և գրեալ է, Թէ բնա_
կեցաւ յանապատի, և ուսաւ զկորո_
վութի աղեղան, զի եղիցի ձեռն նր̃ յա_
մենեսեան, և ձեռն ամենայնի 'ի նա.
Եւ մի եղերի սահմանաց ամենայն եղ_
բաց իւրոց բնակեալ է. Եւ յարևելից
բնակեցան եդովմեացիք որդիք եսա_
ւայ. Եւ ամոնացիք, և մովաբացիք
սահմանակիցք են դէմ յանդիման նց̃,
'ի կողմանէ հիւսիսոյ; և սահմանա_
կիցք և որդիք կենտուրայ յարևելից
կողմանէ, ընդ եդովմեացիս որդիս
եսաւայ. Վասն զի իբրև արձակեաց
աբրահամ զորդիսն կենտուրայ, նախ
յարևելս արձակեաց. Եւ որդիքն հա_
գարայ կալան զամենայն երկիրն հա_
րաւոյ. Եւ եդոմեացիք որդիք եսաւայ,
յարևելից կողմանէ ամենեցուն բնակե_
ցան, մինչև 'ի բոսոր քաղաք. Եւ իբրև
հասին որդիքն իսրայէլի մինչև յակիմ
գայացւոց, արձակեցին հրեշտակս խա_
ղաղութ̃բ առ արքայն եդոմայեցւոց,
զի անցցեն ընդ երկիր նր̃. և նա ոչ
ետ թոյլ անցանել. դարձաւ գնաց իս_
րայէլ 'ի նմանէ. Եւ յանցանելն ընդ
սահմանօք նց̃, առին 'ի նոցանէ զբո_
սոր քաղաք յանապատի. և բաժանե_
ցին զնա քաղաք ապաստանի ապաւի_
նութե. Եւ արդ որ կամի ընդունել
զհաւատութ̃ին, թէ բոսոր քաղաք եդո_
մայե_

Joas, conati sunt redigere Israel in servitutem tributi, sed traditi sunt in manus Gedeonis: hoc autem dixi tibi de filiis Ceturæ, quia istorum, & filiorum Ismael habitatio fuit in deserto. Sicut scriptum est: *quod habitavit in deserto, & didicit virtutem arcus, ut manus ejus esset contra omnes, & manus omnium contra eum*. Et habitatio filiorum Ismael contermina fuit habitationi omnium fratrum suorum. Nam ex Oriente habitaverunt Edomitæ filii Esau. Et Ammonitæ, & Moabitæ confines fuerunt eorum e regione partis septemtrionis. Et etiam filii Ceturæ confines fuerunt ex parte Orientis cum Edomitis filiis Esau. Nam quando Abraham dimisit filios Ceturæ, primo in Orientem dimisit: Filii autem Agar acceperunt omnem terram Austri. Et Edomitæ filii Esau ex parte Orientali habitaverunt usque ad Civitatem Bozor, seu Bosra. Et cum pervenissent Filii Israel usque ad Cades Gai-abarim, seu Jejabarim miserunt nuntios pacis ad Regem Edomitarum, ut transire eis liceret per illorum terram; illi autem non permiserunt. Recedens igitur discessit illinc Israel, & transiens juxta Edomitarum confinia abstulit eis Civitatem Bosra in deserto, & separaverunt eam in Civitatem Refugii securitatis. Qui autem persuaderi sibi desiderat, Civitatem Bosra antea fuisse Edomitarum filiorum Esau, attente audiat Prophetam Isaiam, quemadmodum viderit ille Sanctum glorificatum, prælíantem, & venientem de Edom tin-

Genes. XVI. 12. XXI. 20. *Genes. XXV. 2. & 6.* *Num. XX. XXI. 11.* *Judic. XI. 17.* *Deuter. IV. 43.* *Jos. XX. 8. XXI. 27.* *Isa. 63. v. 1.*

cubina, seu uxore secundaria. Amalecitæ autem non erant ex filiis Ismael, sed nomen & genus ducebant ab Amalec filio Eliphæ, & Esau nepote, atque ex Tamna concubina; Ideoque S. Jacobus legisse videtur in S. Scriptura Madian, & filii Cedar. Et quidem in Textu Hebraico legitur: *Midian, & Amelec, & filii Chedem*: Cedar autem fuit Ismaelis filius, ex quo Cedareni, & regio Cedar dicta est, quæ Palestinæ erat Orientalis; ideoque filii Cedar, seu filii, aut populi Chedem, quod idem est, ac Orientales, eandem gentem significant, quæ ex Ismaele ortum habuerat. *Est autem Cedar*, inquit S. Hieronymus, *regio in eremo Saracenorum a filio Ismaelis Cedar ita cognominata*. Et Procopius Gazæus in Comment. ad Octateuchum: *Ismaelitæ*, inquit, *qui Agareni, & Saraceni occuparunt universam solitudinem, quæ se extendit ab Assyria versus Orientem solem, usque ad mare rubrum, & regionem, quæ Nabathene vocatur, & ad præjacentem solitudinem usque in Ægyptum*. Et quidem populi illi Orientales Arabes erant. Hinc autem Josephus verba faciens de bello, quod tempore Gedeonis contra Hebræos motum est: *Post hæc*, inquit, *Madianitæ, Amalecitis, & Arabibus in auxilium advocatis, bellum intulerunt Israelitis*. Arabes autem procreati sunt ex duodecim filiis Ismael, qui duodecim Arabum Tribuum principes fuerunt, quorum nomina ab eodem Josepho *lib. I. cap. XII.*, & Genesis *cap. XXV. v. 13.* referuntur, & deinde hæc subjungit: *Hi terram omnem ab Euphrate ad mare rubrum pertingentem habitant, regionem Nabatenam appellantes. Sunt autem illi, qui toti Arabum genti, & tribubus nomina sua dederunt, cum propter ipsorum virtutem, tum propter Abrahami dignitatem*. Eadem habet Hieronymus in traditionibus Hebraicis, additque, *ab unoquoque ex his* (nempe filiis Ismael) *Cedar in deserto, & Duma alia regio, & Theman ad Austrum, & Cedma ad Orientalem plagam dicitur*. Et Genesis *cap. XXV. v. 18.*, ubi Scriptura loquitur de generationibus, seu progenie Ismael, hæc leguntur: *Habitavit autem ab Hevila usque Sur, quæ respicit Ægyptum introeuntibus Assyrios*. Ad hæc autem notant recentiores Interpretes: *Hoc de uno Ismaele non dicitur, sed de omnibus filiis ejus, qui ea loca inhabitaverunt, quæ etiam hodie nominibus filiorum Ismael vocantur, ut sunt Nabathæi a Nabajoth; Arabes a Kedar &c.* Munsterus, & Clarius in cap. XXV. Genesis Tom. I. critic. sacr.

Moysen, ex signo illo fœderis in carne, cum novit, quod esset ex filiis Israel. Sed non est ita, sicut ex Scriptura intelligere licet. Nam fœdus, & pactum Mosaicæ circumcisionis non erat apud Ægyptios signum aliquod, certumque indicium, quo Hebræorum filii ex Ægyptiis similiter circumcisis discerni possent. Etenim qui ignorant Ægyptios circumcisos fuisse, ediscere, ac percipere id possunt ex Jeremia Propheta (1). Itaque Filia Pharaonis cum invenisset Moysen, & vidisset eum deportari ab aquis fluminis super salientes undas, agnovit, & intellexit, eum esse ex filiis Hebræorum, quia præceptum non fuerat Ægyptiis, ut infantes suos projicerent in flumen, sed Hebræis. At vero, si per circumcisionem manifestabantur, & distinguebantur Hebræi, eo, quod Ægyptii non essent circumcisi, illi non licuisset Moysen nutrire in domo Pharaonis; quia, cum adhuc infans esset, facile, & omni momento inspici, & agnosci potuisset signum fœderis in carne ejus; neque filia Pharaonis ausa esset transgredi jussum Patris sui, constituens in terra Ægypti arbitraria potestate aliam quasi legem sine præcepto Pharaonis.

Jerem. cap. IX. 26.

De Madianitis filiis Ceturæ, aliisque populis ex Esau, Lot, & Ismaele, quibus nihil profuit Circumcisio.

§. 10. Præterea hoc loco dicam tibi, Charissime, aliquid etiam de filiis Ceturæ; quoniam & illi confines erant filiis Israel. Cum itaque, inito inter se fœdere, congregati essent ad præliandum Madianitæ filii Ceturæ, & filii Cedar, gens Ismaelitica (2) in diebus Gedeonis filii Joas,

Թէ դուստրն փարաւոնի իբրև եգիտ զմովսէս, 'ի նշանէ անտի ուխտի մարմնոյ նո՛ր ծանեաւ զնա, Թէ յորդւոց անտի իսրայէլի էր նա. Բայց ոչ եԹէ այսպէս որպէս և 'ի գործ տեսչուԹե՛ բանին. Ուխտն զի ուխտ ԹլփատուԹե՛ մովսիսի չէր ինչ յայտ 'ի ԹլփատուԹե՛ անտի եգիպտացւոց. ուՀրդ որ ոչ է գիտակ, Թէ եգիպտացիք Թլփատեալք իցեն, հաւանեսցի, և իմասցի յերեմիայ մարգարէէ. Ուստի զի դուստր փարաւոնի իբրև եգիտ զմովսէս. և եպես զի բարձեալ ունէին Ջուրք գետոյն 'ի վերայ վէտ վէտ ալեացն, գիտաց և իմացաւ, Թէ յորդւոց անտի եբրայեցւոց է. վ՚ զի ոչ էր տուեալ հրաման եգիպտացւոց ընկենուլ 'ի գետ զմանկունս իւրեանց, այլ եբրայեցւոց. Ուստի եԹէ ԹլփատուԹե՛ յայտ, և որիշ էին եբրայեցիք, զի եգիպտացիք չէին Թլփատեալք, ոչ էր մարԹ մովսիսի սնանիլ 'ի տան փարաւոնի. քանզի 'ի մանկուԹե՛ անդ իւրում, յամենայն ժամ երևէր նշան ուխտի մարմնոյ նորա; և ոչ դուստրն փարաւոնի անցանէր ըստ օրէնս հրամանի հօր իւրոյ, հաստատել ընդ երկիրն եգիպտոսի կամակար իշխանուԹե՛ զօրէն, Թարց հրամանի փարաւոնի.

Եւ դարձեալ հաւանեցուցից զքեզ սիրելի, ևս վա՛ որդւոցն կենտուրայ. զի և նոքա սահմանակիցք էն ընդ որդիս իսրայէլի. ուՀրդ իբրև ժողովեցան մադիանացիք որդիք կենտուրայ 'ի մարտ պատերազմի, և որդիքն կեդովրայ ազգն իսմայէլի յաւուրս գեդէօնի որդւոյ յովա-

tur, tradit auctor libri recognitionum. *Script. sub nom. Clemen. lib. I. Recognit. num.* 33. Et antiquissimus scriptor Artapanus, teste Eusebio, in suo de Judæis opere scribit: *Æthyopes tam propenso in Moysen animo fuisse, ut ipsius quoque circumcisionis ab eo ritum acceperint. Apud Euseb. præp. Evang. lib. IX. §.* 27. Addit insuper, id fecisse omnes Sacerdotes, an sub hoc nomine comprehendat non modo Æthyopum, sed etiam Ægyptiorum Sacerdotes, ut affirmat Calmet *in dissert. de orig. & antiquit. Circumcis.*, ex verbis hujus scriptoris non liquet. Testatur quidem S. Ambrosius, Ægyptios impium judicasse Sacerdotem, qui Circumcisionis insigne non haberet. *Epist. LXXVI. nov. edit.* Ex recentioribus autem Scriptoribus Daniel Huetius de Circumcisionis ritu, ejusque origine verba faciens: *Ego verò*, inquit, *Circumcisionis mandatum a Deo primum Abrahamum, ab abrahamo, ipsiusque nepotibus reliquas gentes accepisse opinor, & ab Ismaele quidem, & Ceturæ filiis Arabes, vicinosque populos, inde Troglodytes, Arabicam gentem; ab Arabibus quoque; vel ipsis etiam Israelitis Ægyptios, & Æthyopes; ab Ægyptiis Cholcos, quos Circumcisionem suam, tanquam Ægyptiacæ originis argumentum proferre tradit Diodorus lib. I.* Huet. *in Comment. ad Homil. V. Orig. in Jerem. §.* 14. Plura in hanc rem disseruntur a Cotelerio, & Menardo in notis ad epistolam S. Barnabæ §. 9., qui censent, Circumcisionem primum a Deo Abrahamo datam, & per ejus filios, & nepotes ad alios populos pervenisse, ejusque deinde usum apud varias gentes invaluisse: Cotelerius potissimum id plurima eruditione ostendit, quem lector, si vacat, ac plura discere cupit, legere poterit: &, præter eum, Calmet *in dissert. de Origine, & antiquit. Circumcis.*, aliosque recentiores, qui hac de re fuse tractarunt.

(1) Jeremiæ *cap. IX. v.* 25. 26. verba juxta vulgatam talia sunt: *Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & visitabo super omnem, qui circumcisum habet præputium, super Ægyptum, & super Juda, & super Edom, & super filios Ammon, & super Moab, & super omnes, qui attonsi sunt in comam, habitantes in deserto: quia omnes gentes habent præputium, omnis autem domus Israel incircumcisi sunt corde.*

(2) Judicum *cap VI.* 33., ubi gesta Gedeonis referuntur, habetur juxta versionem Latinam vulgatam: *Igitur omnis Madian, & Amalech, & Orientales populi congregati sunt simul.* Madianitæ quidem genus ducebant ex Cetura Abraham concubi-

վասն, խաղաղութք և միաբանութք միմեանց, կամեցան արկանել զԻսրայէլ 'ի հարկ ծառայութե՟, և մատնեցան 'ի ձեռս Գեդէօնի, արդ այս զի ասաց քեզ հաւանութի վասն կենտուրայ. վն զի նց, և որդւոց Իսմայելի յանապատն եղև բնակութի. Որպ և գրեալ է, Թէ բնակեցաւ յանապատի, և ուսաւ զկորովութի աղեղան, զի եղիցի ձեռն նր յամենեսեան, և ձեռն ամենայնի 'ի նա. և մի եղերի սահմանաց ամենայն եղբաց իւրոց բնակեալ է. Եւ յարևելից բնակեցան եդովմեացիք որդիք եսաւայ. Եւ ամոնացիք, և մովաբացիք սահմանակիցք են դէմ յանդիման նց, 'ի կողմանէ հիւսիսոյ; և սահմանակիցք և որդիք կենտուրայ յարևելից կողմանէ, ընդ եդովմեացիս որդիս եսաւայ. Վասն զի իբրև արձակեաց աբրահամ զորդիսն կենտուրայ, նախ յարևելս արձակեաց. Եւ որդիքն հագարայ կալան զամենայն երկիրն հարաւոյ. Եւ եդովմեացիք որդիք եսաւայ, յարևելից կողմանէ ամենեցուն բնակեցան, մինչև 'ի բոսոր քաղաք. Եւ իբրև հասին որդիքն իսրայելի մինչև յակիմ գայացւոց, արձակեցին հրեշտակս խաղաղութք առ արքայն եդովմայեցւոց, զի անցցեն ընդ երկիր նր. և նա ոչ ետ Թոյլ անցանել. դարձաւ գնաց իսրայել 'ի նմանէ. Եւ յանցանելն ընդ սահմանօք նց, առին 'ի նոցանէ զբոսոր քաղաք յանապատի. և բաժանեցին զնա քաղաք ապաստանի ապաւինութե. Եւ արդ որ կամի ընդունել զհաւանութիւն, Թէ բոսոր քաղաք եդոմայե_

Joas, conati sunt redigere Israel in servitutem tributi, sed traditi sunt in manus Gedeonis: hoc autem dixi tibi de filiis Ceturæ, quia istorum, & filiorum Ismael habitatio fuit in deserto. Sicut scriptum est: *quod habitavit in deserto, & didicit virtutem arcus, ut manus ejus esset contra omnes, & manus omnium contra eum*. Et habitatio filiorum Ismael contermina fuit habitationi omnium fratrum suorum. Nam ex Oriente habitaverunt Edomitæ filii Esau. Et Ammonitæ, & Moabitæ confines fuerunt eorum e regione partis septemtrionis. Et etiam filii Ceturæ confines fuerunt ex parte Orientis cum Edomitis filiis Esau. Nam quando Abraham dimisit filios Ceturæ, primo in Orientem dimisit: Filii autem Agar acceperunt omnem terram Austri. Et Edomitæ filii Esau ex parte Orientali habitaverunt usque ad Civitatem Bozor, seu Bosra. Et cum pervenissent Filii Israel usque ad Cades Gai-abarim, seu Jjabarim miserunt nuntios pacis ad Regem Edomitarum, ut transire eis liceret per illorum terram; illi autem non permiserunt. Recedens igitur discessit illinc Israel, & transiens juxta Edomitarum confinia abstulit eis Civitatem Bosra in deserto, & separaverunt eam in Civitatem Refugii securitatis. Qui autem persuaderi sibi desiderat, Civitatem Bosra antea fuisse Edomitarum filiorum Esau, attente audiat Prophetam Isaiam, quemadmodum viderit ille Sanctum glorificatum, præliantem, & venientem de Edom tin-

Genes. XVI. 12. XXI. 20.
Genes. XXV. 1. 2. & 6.
Num. XX. XXI. 11.
Judic. XI. 17.
Deuter. IV. 43. Jos. XX. 8. XXI. 27.
Isa. 63. v. 1.

cubina, seu uxore secundaria. Amalecitæ autem non erant ex filiis Ismael, sed nomen & genus ducebant ab Amalec filio Eliphæ, & Esau nepote, atque ex Tamna concubina; Ideoque S. Jacobus legisse videtur in S.Scriptura Madian, & filii Cedar. Et quidem in Textu Hebraico legitur: *Midian, & Amelec, & filii Chedem*: Cedar autem fuit Ismaelis filius, ex quo Cedareni, & regio Cedar dicta est, quæ Palestinæ erat Orientalis; ideoque filii Cedar, seu filii, aut populi Chedem, quod idem est, ac Orientales, eamdem gentem significant, quæ ex Ismaele ortum habuerat. *Est autem Cedar*, inquit S Hieronymus, *regio in eremo Saracenorum a filio Ismaelis Cedar ita cognominata*. Et Procopius Gazæus in Comment. ad Octateuchum: *Ismaelitæ*, inquit, *qui Agareni, & Saraceni occuparunt universam solitudinem, qua se extendit ab Assyria versus Orientem solem, usque ad mare rubrum, & regionem, quæ Nabathene vocatur, & ad præjacentem solitudinem usque in Ægyptum*. Et quidem populi illi Orientales Arabes erant. Hinc autem Josephus verba faciens de bello, quod tempore Gedeonis contra Hebræos motum est: *Post hæc*, inquit, *Madianitæ, Amalecitis, & Arabibus in auxilium advocatis, bellum intulerunt Israelitis*. Arabes autem procreati sunt ex duodecim filiis Ismael, qui duodecim Arabum Tribuum principes fuerunt, quorum nomina ab eodem Josepho *lib. I cap. XII.*, & Genesis *cap. XXV. v.* 13. referuntur, & deinde hæc subjungit: *Hi terram omnem ab Euphrate ad mare rubrum pertingentem habitant, regionem Nabatenam appellantes. Sunt autem illi, qui toti Arabum genti, & tribubus nomina sua dederunt, cum propter ipsorum virtutem, tum propter Abrahami dignitatem*. Eadem habet Hieronymus in traditionibus Hebraicis, additque, *ab unoquoque ex his* (nempe filiis Ismael) *Cedar in deserto, & Duma alia regio, & Theman ad Austrum, &* CEDMA *ad Orientalem plagam dicitur*. Et Genesis *cap. XXV. v.* 18., ubi Scriptura loquitur de generationibus, seu progenie Ismael, hæc leguntur: *Habitavit autem ab Hevila usque Sur, quæ respicit Ægyptum introeuntibus Assyrios*. Ad hæc autem notant recentiores Interpretes: *Hoc de uno Ismaele non dicitur, sed de omnibus filiis ejus, qui ea loca inhabitaverunt, quæ etiam hodie nominibus filiorum Ismael vocantur, ut sunt Nabathæi a Nabajoth; Arabes a Kedar &c.* Munsterus, & Clarius in cap. XXV. Genesis Tom. I. critic. sacr.

tinctis vestibus suis de Bosra (1). Nam Sanctus percussit, & fugavit eos, tamquam calcans torcular, & sumpsit vindictam retributionis de filiis Esau, quia non receperunt fratrem suum (2), & servaverunt in æternum odium iræ suæ. Qui autem sibi non persuadet, quod Civitas Bosor, seu Bosra obediret Edomitis in tributo servitutis, intelligat id
Genes. XXXVI. 33. etiam, si vult, ex libro creationis. Nam cum regnarent Reges in Edom, narratur, regnasse Jobab filium Zara de Civitate Bosra. De Edomitis similiter prædixit
Isa. XXXIV. 5. Isaias: *Ecce* (3) *descendit* (gladius meus) *super*

մայեցուց որդւոյն եսաւայ էր յառա–
Զաղոյն, լուծեալ եսայեայ մարգարէն
մատուրութէ, զհարդ եառեսնա, զի մըն
փառաւորեալ իբրև դիմեալ զայր յե–
դովմայ, և կարմրութի ձորձոց իւրոց
՚ի բոսորայ. Օի եհար վանեաց զնոսա,
իբրև զհնձանահար, և խնդրեաց զվրէժ
հատուցման յորդւոց եսաւայ. վն զի
ոչ ընկալան զեղբայր իւր, և պահեաց
յաւիտեան զոխս բարկութէ իւրոյ. Եւ
արդ որ ոչ ունի յանձին, թէ բոսոր
քաղաք հնազանդեցեալ էր եդոմայեց–
ւոց ՚ի հարկ ծառայութէ, լուծեալ
դարձեալ և յարարածոց. Օի իբրև
Թա–

(1) Capite LXIII. Isaiæ legitur: *Quis est iste, qui venit de Edom tinctis vestibus de Bosra?* Hæc a sacri eloquii Expositoribus communiter censentur dicta de Christo Domino post Passionem suam ascendente in Cœlum, & cum triumpho revertente ad Patrem, devicta morte, Dæmone, ac peccato. Notat S. Hieronymus, multos ex antiquis Scriptoribus ad finem mundi, seu ad secundum Christi adventum ea retulisse. Sed recte animadvertit idem Sanctissimus Doctor, cum ea, quæ superius ab eodem Propheta dicuntur cap. LXI. *Spiritus Domini super me &c.* Dominus, atque Salvator noster, lecto Isaiæ volumine in synagoga Judæorum, super se expleta esse monstraverit: *Necessitate*, ut ipse ait, *compellimur, omnia, quæ dicuntur, in primo accipere Salvatoris adventu*. Hugo Grotius, & Calmet, aliique putant, literali, seu historico sensu intelligi posse, prædicta fuisse de Juda Macchabæo, qui Idumæam vastavit, & Bosram evertit. Verba Grotii talia sunt: *Hic Prophetæ oblatum est visum de Juda Maccabæo, qui Idumæam vastavit, Bosram, quæ* Βοσσα *Ptolomæo, & Straboni* Βοσόῤῥα *Josepho, & Maccabaicorum Scriptori, cepit, atque incendit, cunctis maribus, qui militaris essent ætatis, interfectis*. Post hæc, nonnullis interjectis, *Idumæi*, inquit, *plurimum semper gavisi fuerant Judæorum malis. Vide Psal* 137. 7. *Ideo multum ad rem pertinebat solatium hoc ex malis, quæ Idumæis per Judæos eventura erant per Prophetam Judæis velut repræsentari. Joseph Antiq. lib. XII cap. XI.* Hujusmodi historica expositio haud parum abesse videtur ab ea, quam nobis hoc loco exhibet S. Jacobus Nisibenus, qui tamen quid intelligat nomine Sancti glorificati, an Deum, an Angelum, an hominem, haud satis aperte manifestum esse videtur. Ego equidem puto, S Jacobum verbis Prophetæ indicari censuisse eum, de quo legitur Exodi cap. XXIII. v. 20. *Ecce ego mittam Angelum meum, qui præcedat te, & custodiat in via, & introducat in locum, quem paravi*. Et quem in agro urbis Jericho vidit Josue cap. V. v. 13. *Virum stantem contra se evaginatum tenentem gladium*. Hunc autem fuisse æternum Dei filium Verbum Patris, nonnulli ex veteribus, tum etiam ex recentioribus existimarunt. *Corn. a Lapid. in Exod. XXIII. 20., Malv. in Jos cap. V. 13.* Et quidem animadvertit Malvenda, quem hoc loco Scriptura virum nominat, capite sequenti versiculo secundo *Jehovah* nominare; & Masius ad eumdem Josue locum, postquam eorum opinionem retulit, qui putant, allatis Scripturæ verbis Michaelem Archangelum denotari, cui, teste Daniele, Israelitarum cura a Deo commissa fuerat, talia subjungit: *Ego vero existimo, fuisse quidem hunc eum ipsum Angelum, de quo Deus ad Mosen verba illa faciebat:* ECCE EGO *&c. Exod. XXIII. 20. Sed eum Angelum esse puto, non Michaelem, verum æternum Dei Filium, & perpetuum Principem, Directoremque populi Dei. Quanquam enim tum demum proprie Nuncius Patris ille factus est* κατ' οἰκονομίαν, *cum ex Beata Virgine carnem indutus plane ad nos accessit, & in terris visus, atque nobiscum versatus est, tamen inde a condito, lapsoque Adamo ejus perpetua curatio fuit humanum genus Patri reconciliare, atque Ecclesiæ Sanctæ Religionem constituere; ut recte etiam, ante quàm homo esset factus, Dei Angelus sit vocatus, cum per eum Deus Pater de rebus omnibus semper cum mortalibus communicaverit*. Ideoque, ut superius attigi, arbitror, existimasse S. Doctorem Nisibenum, Prophetæ Isaiæ verbis significari, historico quidem sensu æternum Dei Filium redeuntem ex prælio contra Edomitas, seu Idumæos, cum scilicet, eo Duce, vindice, ac ultore, civitatem Bosra Israelitæ illis abstulerunt; arcano autem, ac prophetico sensu eumdem Dei Filium, cum ipse, humana natura assumpta, & per Passionem, & Crucem suam, victa morte, ac Diabolo, ad Patrem, veluti victor, ac triumphator, ex cruento, & atroci prælio reversus est, genusque humanum a morte, & peccato sanguine suo redemptum secum in cælestem patriam, æternamque felicitatem introduxit. Quapropter idem Dominus, ac Salvator noster Nazareth in Synagoga Judæorum, sumpto, ac lecto Isaiæ volumine, super se Prophetiam expletam esse monstravit. *Luc. IV. 17.* Quod vero docet nos hoc loco S. Jacobus, Bosram Idumæis ademptam fuisse ab Israelitis, dum iter per desertum ad terram promissam facerent, quia iisdem Israelitis fratribus suis innoxium transitum contra omnium Gentium jura negaverant, haud memini, quempiam alium ex antiquis Scriptoribus posteritatis memoriæ tradidisse. Observandum præterea est, ex verbis S. Jacobi rejici eorum sententiam, qui existimarunt, Bosor, seu Bosra duas fuisse hujus nominis civitates, quarum altera in campis Moabiticis esset, altera vero ad Idumæam pertineret. Nam unam, eamdemque fuisse, aperte hoc loco indicat S. Jacobus, sed forte quia in confiniis Idumææ, & Moabitidis erat, nonnunquam Moabitidi adscribitur. *Jerem. XLVIII. 24.*

(2) Edomitæ, sive Idumæi, qui erant progenies Esau, non receperunt populum Hebræum progeniem Jacob, & consequenter fratrem suum, & servaverunt odium, atque iram, quam habuit Esau adversus Jacob, quia ei paternam benedictionem surripuit.

(3) In versione latina vulgata locus Isaiæ *cap. XXIV. 5.*, cujus sensum compendiatim, ut sæpe facere solet, allegavit S. Jacobus, ita se habet: *Quoniam inebriatus est in Cœlo gladius meus: Ecce super Idumæam descendet, & super populum interfectionis meæ ad Judicium*. Et in versione 70. *Ecce super Idumæam descendet, & super populum perditionis cum judicio*. Et in Paraphrasi Chaldaica:

Թագաւորեցին Թագաւորք յԵդոմ, ոչ Թագաւորեաց յոբաբ որդի զարեհի, 'ի բոսոր քաղաքէ. Եւ ասաց դարձեալ Եսայի ; ահա 'ի վերայ Եդոմայեցւոց իջցէ, և 'ի վ͞ր պարտաւոր ժողովրդեանն 'ի դատաստանի. Եւ Դաւիթ ասաց ; յԵդոմայ լուծից զխրացս իմ. Ըս͞ն զի ապականեաց եսաւ զգութ սիրոյ յաւիտեան. և պահեաց յաւիտեան զոխս բարկութ͞ե իւրոյ, և ոչ եթող զեղբայր իւր ընդ սահմանս իւր անցանել. վասն այսորիկ պարտաւորեցաւ նա 'ի դատաստանի. Իբրև դարձաւ իսրայէլ յեսաւայ եղբօրէ իւրմէ, առաքեաց հրեշտակս առ մովաբացիս, որդիսն ղովտայ, զի տացէ նմա անց ընդ սահմանս իւր. և ոչ լուեան, և ոչ կարան յանձին ; այլ և վարձեցին ևս իւրեանց զբաղաամ որդի բէովրայ, անիծանել զնոսա. Եւ վասն զի ոչ ետուն ն͞ց թոյլ անցանել ընդ սահմանս իւրեանց, ետ զհրաման ս͞բն մովսէսի, թէ մի՛ մտցէ ամոնացին, և մովաբացին 'ի ժողովուրդ ա͞յ, և ոչ 'ի տասն դար. վ͞ս զի ոչ մատոյց զհաց բարեկամութ͞ե իսրայէլի 'ի ճանապարհ անդր, և կալաղեմ նոցա 'ի սուր սուսերի իւրոյ. Եւ 'ի վերայ եգիպտացւոց, և եդոմայեցւոց ետ հրաման, զի մի՛ մերժեսցէ իսրայէլ զեգիպտացիսն, որ բնակեաց նա յերկրի ն͞ց. և զեդոմայեցիս, զի եղբարք են ն͞ր. Եւ զայս ամենայն, զոր զատի, և ընտրեցի, և ցուցի քեզ. զի գիտասցես, և իմասցիս, թէ իսրայէլն է սահմանակողմն եղբարց իւրոց, որ բնակեալ են. Եւ եղև ցիր որդւոց մարդկան, և որդւոցն կետուրայ յետ աբրահամու պարգևի, և արձակեաց առ իսմայել եղբայր իւր, զի մի՛ գացի ժառանգակից որդւոցն իսահակայ, որդւոյ աբրահամու. Արդ եթէ թլփատեցան որդիքն իսմայելի, որդիքն կետուրայ, և որդիքն ղովտայ, ամովնացիք, եդոմայեցիք, և եգիպտացիք. ապա և նոքա ևս առաւելագոյն պերճացեալ հպարտացեալ պարծեսցին. զի ահա և նոքա իսկ թլփատեալք են, և երկիրպագանեն

կռոց

super Edomitas, & *super Populum reum in judicio*. Et David dixit: *In Edom* Psalm. LIX. 10.
solvam corrigiam meam (1). Quia Edo- CVII. 10.
mitarum, seu Idumæorum populus ex stirpe Esau nulla animi commiseratione motus est, sed perpetuum servavit odium, & iram, & non sivit, ut populus Israeliticus frater suus per fines suos transiret, & ideo reus factus est in judicio. Cum autem filii Israel a filiis Esau fratribus suis digressi essent, miserunt Nuntios ad Moabitas filios Lot, ut eis transitum per fines suos permitterent, & non audiverunt eos, neque commiserati sunt;
quin imò conduxerunt Balaam filium Num. XXII.
Beor, ut maledicerêt eis. Et quia non XXIII.
permiserunt eos transire per fines suos, neque audiverunt, neque miserati sunt; præcepit Sanctus Moysi, ne intrarent Ammonites, & Moabites in populum Domini, neque etiam post decem sæcu-
la (2), quia non præbuerunt panem ami- Deuter. XXIII. 3.
citiæ Israeli in itinere illo, & restiterunt eis in furore gladii sui. Sed de Ægyptiis, & Edomitis jussit, ne Israel expelleret eos: Ægyptios quidem, quia habitavit in terra eorum; Edomitas autem, quia fratres ipsius Israel sunt. Hæc autem omnia diligenter a me recensita sunt, ut ostenderem tibi, & scires, & intelligeres, Israelem conterminum fuisse fratrum suorum habitationi. Et versatum esse in vicinia filiorum hominum, & filiorum Ceturæ, ex quo Abraham largitus est munera, & dimisit Ismaelem filium suum, ne esset Ismael cohæres cum filiis Isaac
filii Abrahæ. Porro si circumcisi sunt Gen. XXV. 6.
filii Ismael filii Ceturæ, & filii Lot, Am- XXI. 10.
monitæ, Edomitæ, & Ægyptii, ergo & ipsi merito superbientes, & elati de circumcisione gloriabuntur: quoniam ecce & illi revera circumcisi sunt; adorant tamen imagines Idolorum, & simulacrorum multorum. Jam itaque manifestum est, quod nulla sit utilitas circumcisionis sine fide; sed quicumque circumcidit præputium cordis sui, & credit, vi-

vit

ca: *Quia revelatus est in Cælo gladius meus, ecce super Idumæam revelatus est, & super populum, quem condemnavi in judicio.*

(1) In versione Latina vulgata Psalmo LIX. 10 *Moab olla spei meæ, in Idumæam extendam calceamentum meum, mihi alienigenæ subditi sunt, quis deducet me in Civitatem munitam? quis deducet me usque in Idumæam?* Psalm. CVII. 10. *in Idumæam extendam calceamentum meum, mihi alienigenæ amici facti sunt.* In Textu Hebraico: *Moab olla lotionis meæ, super Edom projiciam calceamentum meum.* In Paraphrasi Chaldaica: *Confregi Moabitas, tanquam ollas lotionis meæ: super Regnum Edom projiciam calceamentum meum.* Psalm. CVII. 10.

(2) In Deuteronomio *XXIII.* 3. juxta Latinam versionem ita legitur: *Ammonites, & Moabites etiam post decimam generationem non intrabunt Ecclesiam Domini in æternum, quia noluerunt vobis occurrere cum pane & aqua in via, quando egressi estis de Ægypto &c.*

vit etiam, & est filius Abrahæ: Et impletur verbum illud, quod dixit Deus ad
Gen. XVII. 5.
Abraham: *Dedi te Patrem gentibus multis*.

կուոց պատկերաց բազում դից դիւականց։ Աղէր այսուհետեւ յայտ է, թէ չէր ինչ շահ թլփատութեան առանց հաւատոյ; այլ ամենայն որ թլփատէ զանթլփատութիւն սրտի իւրոյ, նա հաւատայ, և կեայ, և լինի որդի աբրահամու; և կատարի բանն այն, զոր ասաց Աստուած ցաբրահամ, թէ եդու զքեզ հայր ազգաց բազմաց։

Diversa fuerunt fœdera, pacta, ac leges, quas Deus variis temporibus constituit, donec datum est fœdus numquam immutandum,

§. 11. Omnia fœdera, & pacta, seu testamenta mutata sunt, & transierunt. Nam primum mutavit Deus testamentum, & fœdus initum cum Adam, & dedit aliud Noe: dedit itidem aliud Abrahæ, mutavitque illud Noe; deditque demum aliud Moysi. Hæc autem cum non fuerint servata, dedit aliud in novissimo ævo fœdus, quod non erat abrogandum, nec immutandum, nec finiendum. Fœdus Adæ, ne comederet ex arbore: Fœdus Noe arcus in nubibus: Fœdus Abrahæ, cum antea propter fidem eum elegisset, fuit circumcisio, nota, & signaculum seminis ejus: Fœdus vero Moysis agnus paschalis populo edendus. Omnia autem hæc fœdera inter se similia non sunt. Circumcisio vero, quam voluit, & quam dedit in fœdus, & signum, eadem ipsa est, quam enun-
Jerem. 4.
ciavit Jeremias, inquiens: *Circumcidite præputium cordium vestrorum*. Si autem verum est fœdus, quod Deus inivit cum Abraha, verum & fidele est illius signum, nec licet illud contemnere, nec ejus legislatorem de iis, quæ sunt extra legem, vel de iis, quæ sunt intra legem. Dedit etiam Moysi testamentum cum pactis, & observationibus. Et cum non observassent legem primi testamenti, abrogatum est; promisitque, se daturum alterum te-
Baruc. 11. 35.
stamentum (1): Et dixit, quod non foret sicut primum. Profecto unus est da-
Jer. XXXI. 31. & seqq. Hebr. VIII. 8. 9. 10.
tor amborum. Testamentum autem, quod promisit, se daturum, hoc est, ut omnes cognoscant ipsum a parvulo usque ad senem. Et in hoc testamento non est circumcisio carnis signaculum, & indicium in populo. Scimus quoque, Charissi-

Յամենայնի փոխեցան և անցին ուխտ, և օրէնք։ Քանզի յառաջագոյն փոխեաց Աստուած զուխտ ադամայ. և ետ միւս եւս այլ նոյի։ Եւ ետ դարձեալ և աբրահամու. և փոխեաց զաբրահամուն, և ետ միւս եւս այլ մովսիսի։ Իբր ոչ պահեցան, ետ միւս եւս այլ 'ի միւսում դարու, ուխտ անխափան, և անփոփոխ, և անվախճան։ Ուխտ ադամայ, զի մի՛ կերիցէ 'ի ծառոյ անտի։ Իսկ նոյի, ուխտ աղեղան յամպս։ Ուխտն աբրահամու, զի վասն հաւատոյն իւրոյ ընտրեաց զնա յառաջագոյն. և ապա յետ այսորիկ ուխտ թլփատութեան, կնիք և նշան զաւակին նորա։ Եւ մովսիսի գառն զատկին ժողովրդեանն։ Եւ ամենայն ուխտք ոչ նմանին միմեանց։ Այլ թլփատութիւն յորում կամեցաւ ետ զնա ուխտ, և նշան. նոյն ինքն է զոր ասաց երեմիա. թէ թլփատեցէ՛ք զանթլփատութիւն սրտից ձերոց։ Աղէր եթէ ճշմարիտ է ուխտն զոր ետ Աստուած աբրահամու, ճշմարիտ հաւատարիմ է և այս, և չէ մարթ եթէ եպերեսցի օրինադիր նորա, յայնցանէ որք արտաքս քան զօրէնս են, և կամ յայնցանէ, որք 'ի ներքոյ օրինացն են։ Քանզի ետ մովսիսի հանդերձ ուխտիւքն, և պահպանութեամբք։ Եւ իբրև ոչ պահեցին զօրէնս ուխտիւքն հանդերձ, խափանեցան։ Խոստացաւ տալ նմա զկտակարանս. և ասաց, թէ ոչ իբրև զառաջինն. իբրև մի իսկ է տուօղ երկոցունց։ Եւ այս են կտակարանքն զոր խոստացաւն տալ, թէ ամենեքեան ճանիցեն զիս 'ի փոքրկանց մինչև յերիցունս։ Եւ յայսմ կտակարանիս չիք թլփատութիւն մարմնոյ, և կնիք նշան է 'ի ժողովրդեանն։

Նաև

(1) De duplici testamento eodem fere modo differit S. Justinus Martyr in Dialog. cum Tryphone §. 11. *Lex adversum legem posita priorem abrogat: similiter testamentum posterius superiori finem imponit, ac æterna nobis & novissima lex Christus datus est, & Testamentum fidele, post quod non lex, non præceptum, non mandatum.* Et deinde, interjectis verbis Isaiæ, & Jeremiæ, quibus nova lex, & novum testamentum promittitur, prosequitur sermonem incœptum hoc modo: *Si ergo novum Testamentum Deus institutum iri prædicavit, illudque in lucem gentium; videmus autem, ac persuasum habemus per nomen ipsius Crucifixi Jesu Christi, a simulacris, & ab alia nequitia homines ad Deum accedere, ac ne morte quidem proposita, a confessione, & pietate discedere; cum ex operibus, tum ex consequentibus miraculis licet omnibus intelligere, hunc esse novam legem, & novum Testamentum, & expectationem eorum, qui ex omnibus gentibus a Deo bona expectant.*

Նաեւ գիտեմք եւս մեք ճշմարտութե ան_
քելի եմ, զի յիւրաքանչիւր դարու եւ
ԱԾ օրէնս ժողովրդեան, եւ պահպանեցին
զիւրաքանչիւր կարգ ժամանակի իւր_
եանց, որպ եւ հաճոյ եղեւ կամաց նր. Եւ
առեն զառափոփոխումն, որպէս եւ ասաց
առաքեալն. ԵԹէ նախ եւ յառաջ ամ
նմանութիւնս օրինաց հաստատեցաւ բանն
ԱՅ. Յամենայնս ժամանակս իմաստ_
նոց, եւ հմուտ հանճարեղաց յայտ եւ
երեւելի է այս. զի ամենայն մարդ որ
մի անգամ յուխտէ անտի է, եւ զկնի
Թլփատութե մտաբերին վասն գիճալից
լկտութե եւ աղտեղութե իւրոյ Թլփա_
տի, եւ ոչ իմանայ, եւ խելամուտ բանին
զոր ասաց առաքեալ. զի երանի Թէ հա_
տանելով հատանեին այնոքիկ որք խռո-
վենն զձեզ. ԱՅրդ ԱԾ մեր ճշմարիտ է,
եւ յոյժ հաւատարիմ են ուխտք պատ_
ուիրանաց. Եւ ամենայն ուխտք յո_
րում ճշմարտելոյ հաստատեցաւ, եւ
հաւատարիմ եղեւ. եւ Թլփատեալքն
սրտին Թլփատին կրկնակի 'ի յորդա_
նան ճշմարտութբ, 'ի մկրտութի աւ_
ազանին քաւութե 'ի Թողութի մեղաց.

Յեսու որդի Նաւեայ Թլփա_
տեաց զժողովուրդն կրկնակի սրով,
յանցանելն ընդ յորդանան. Յս փրկիչ
մեր Թլփատեաց զհեԹանոսս որք հաւա-
տացին 'ի նա, կրկնակի 'ի Թլփատութի
սրտի. Եւ մկրտեցան 'ի մկրտութի
աւազանին քաւութե. Եւ Թլփատին
սուսերաւն, որ նա ինքն է բանն ԱՅ.
զի սուր է նա, քան զսուր երկսայրի.
Յեսու տարաւ զժողովուրդն յերկիրն
պարգեւաց. Իսկ Յս փրկիչն մեր խոս_
տացաւ զերկիրն կենդանեաց ամ մկր_
տելոց 'ի յորդանան ճշմարտութբ, որ
հաւատայ եւ Թլփատէ զանԹլփատութի
սրտի իւրոյ. Յեսու կարգեաց կանգ_
նեաց զարձանս առ վկայութի իսրայէ_
լի. Եւ Յս փրկիչ մեր կոչեաց զշմաւոն
վէմ ճշմարիտ, եւ կացոյց զնա վկայ հա_
ւատարիմ 'ի մէջ հեԹանոսաց. Յեսու
արար զզատիկն 'ի դաշտին անդ երիքո_
վի, յերկրին անիծեալ, եւ նզովեալ.
եւ կերին ժողովուրդն 'ի հացէ անտի
երկրին. Եւ Յս փրկիչ մեր արար զզա_
տիկ ընդ աշակերտսն իւր յերուսա_
ղէմ քաղաքի, զոր անէծ, զի մի' մնա_
ցէ

rissime, quod unumquodque testamentum, quod Deus lege lata constituit, servatum est juxta ordinem temporis sui, sicut & placuit voluntati ejus. Et deinde immutatio facta est, sicut & dixit Apostolus, *Galat. III. 17.* quod primo, & ante omnes similitudines, & allegorias legis firmatum est verbum Dei (1). In omni tempore sapientibus, & peritis, ac intelligentibus manifestum, & notum fuit, quod omnis homo quicumque est ex fœdere illo, & posthabita circumcisione mentis, in luxuria, impudicitia, & immunditia sua circumciditur, non intelligit, nec percipit verbum, quod dixit Apostolus, nempe: *utinam abscissi* *Galat. V. 12.* *abscinderentur illi, qui turbant vos*. Porro verax est Deus noster, & valdè fidelia sunt pacta mandatorum ejus. Et omnia pacta, in quo verificanda erant, firmata sunt, & fuere fidelia: Et qui circumcisi erant corde, circumciduntur iterato in Jordane cum veritate in Baptismo lavacri propitiationis in remissionem peccatorum.

§: 12. Nam Josue filius Nave populum iterum gladio circumcidit, cum transiret Jordanem. Jesus Salvator noster gentes, quæ crediderunt in eum, iterum circumcidit in circumcisione cordis. Baptizantur enim in Baptismo lavacri expiationis. Et circumciduntur gladio, qui est verbum Dei, quod acutius est gladio ancipiti. Josue duxit populum in terram promissionis. At Jesus Salvator noster promisit terram viventium omnibus baptizatis in Jordane veritatis, qui credunt, & circumcidunt præputium cordis sui. Josue disposuit, & erexit lapides in testimonium Israeli. Et Jesus Salvator noster vocavit Simonem petram veritatis, & statuit eum testimonium fidele inter gentes. Josue celebravit Pascha in campo Jericho in terra maledicta, & imprecationi tradita, & comedit Populus ex frumento illius terræ. Et Jesus Salvator noster fecit Pascha cum Discipulis suis in Civitate Jerusalem, cui maledixerat, prænuncians fore, ut lapis super lapidem non remaneret, & dedit

Comparatio, & similitudo Jesu Christi cum Josue.

Josue V. 10.

(1) Verbum scilicet, quod Deus loquutus est ad Abraham, ut nos docet Apostolus in epist. ad Galat. III. 8., ubi hæc habentur: *Providens autem Scriptura, quia ex fide justificat gentes Deus, prænuntiavit Abrahæ: Quia benedicentur in te omnes gentes*. Hoc autem verbum, seu testamentum confirmatum, ut illud Paulus vocat, irritum fieri haud potuit per legem, quæ post quadringentos & triginta annos lata est; ut latius ibidem præclare, ac divine idem Apostolus exponit.

dit poftea panem Sacramentum vitæ. Jofue declaravit reum Achan, quia furatus eft, & abfcondit argentum humi in tentorio, quo morabatur. Et Jefus Salvator nofter dedit talenta ad lucrum (1). Jofue occidit gentes immundas. Et Jefus Salvator nofter evertit diabolum cum exercitu fuo. Jofue fecit ftare Solem in Cælo. Jefus Salvator nofter obfcuravit Solem in meridie, quando crucifixus eft. Jofue filius Nave falvator populi; Et Jefus Salvator nofter, Salvator mundi. Beati circumcifi corde in præputio cordis, & baptizati aqua in fecunda circumcifione. Nam fiunt hæredes cum Abraham, qui caput eft credentium, & Pater omnium gentium, quoniam reputata eft ei fides fua ad juftitiam.

ցէ քար 'ի վերայ քարի. և ետ անդէն հաց, զխորհուրդն կենաց։ Յեսու պարտաւորեաց զաքար, զի գողեաց և թաքոյց զարծաթն 'ի մէջ է անտի զոր ունէր։ Եւ Յն փրկիչ մեր ետ զքանքարս առ շահս։ Յեսու կոտորեաց զպիղծ հեթանոսս։ Եւ Յն փրկիչ մեր կործանեաց զսատանայ հանդերձ զօրօքն։ Յեսու կացոյց զարեգակն յերկինս։ Յն փրկիչ մեր խաւարեցոյց զարեգակն 'ի միջօրէի, իբրև հանին զնա 'ի խաչ։ Յեսու որդի Նաւեայ փրկիչ ժողովըրդեանն։ Եւ Յն փրկիչ մեր փրկիչ աշխարհի։ Երանի թլփատելոց սրտիւ, յանթլփատութէ սրտի. և մկրտելոց 'ի ջուր, յերկրորդում թլփատութէ. Զի լինին ժառանգորդք ընդ աբրահամու գլխոյն հաւատացելոց, և հօրն ամենայն ազգաց. զի համարեցաւ նմա հաւատն իւր յարդարութի։

(1) Hoc loco aliquid deeffe, fufpicor; hæc enim præcedentibus non bene refpondent, nec comparationis membra inter Jofue, & Jefum probe convenire videntur. Profecto indubium eft, alludere hic S. Jacobum ad parabolam, quæ legitur in Evangelio fecundum Matthæum cap. XXV. 14. de homine, qui peregre proficifcens fervis fuis talenta diftribuit; & ad alteram in Evangelio fecundum Lucam cap. XIX. 12. de homine nobili, qui cum abiturus effet in regionem longinquam, ut regnum acciperet, decem fervis decem mnas dedit, ut negotiarentur. Itaque ut comparatio inter Jefum, & Jofue, feu Jefu melius procedat, ita fupplendum mihi videtur: *Jofue declaravit reum Acban, quia furatus eft, & abfcondit argentum, quod de anathemate fumpferat: Et Jefus Salvator nofter indicavit difcipulum, qui eum a Principibus Sacerdotum accepto argento traditurus erat. Jofue divifit terram promiffionis Ifraelitis, ut habitarent, & colerent: & Jefus Salvator nofter diftribuit talenta hominibus, ut lucrum facerent.* Matth. *XXVI.* 14. 23. *XXVII.* 3. 6., Marc. *XIV.* 10. 20., Luc. *XXII.* 4. 21., Joan. *XIII.* 26.



ՃԱՌ ԵՐԿՈՏԱՍԱՆԵՐՈՐԴ.

Վասն շաբաթու ընդդէմ հրէից.

Հրամայեաց տէր Մովսէսի ծառայի իւրոյ վն̄ աւուրն շաբաթու, զի պահեսցեն որդիքն Իսրայէլի, և ասէ; Զվեց օր գործեսցէ քեզ ծառայն քո. և օրն եօթներորդ շաբաթ հանգիստ տն̄ այ̄ քո. Վն̄ զի զվեց օր արար այ̄ զերկինս, և զերկիր, զծով, և զամենայն որ զեռայ 'ի նս̄. և հանգեաւ յաւուրն եօթներորդի. Վն̄ այսորիկ օրհնեաց այ̄ զօրն եօթներորդ. և սրբեաց զնա. վն̄ զի 'ի նմ հանգեաւ յամենայն գործոց իւրոց, զոր արար. Եւ այսպէս զգուշութի եւ նց, թէ հանգիցես դու, և ծառայ, և աղախին քո, եզն, և գրաստ քո. Եւ յաւել, թէ հանգիցէ եկն, և պանդուխտն, և վարձկանն, և ամենայն անասուն, որ աշխատեալ վաստակի 'ի սարկութե ծառայութե. Վրդ վասն այսր աւուր շաբաթու սիրելի իմ, զի պերճացեալ հպարտանան, և պարծին նովաւ ժողովուրդն հրէից, և ասեն, թէ այսու կեանք մեր, զի պահեմք զշաբաթս, և զտօնս զատկաց; որչափ և ունիցիմ կար յանձին, զհաւատութիս սակաւ բանիւք տաց քեզ, ըստ այնմ հաւատութե, զոր ետու քեզ վասն թլփատութե, և զատկաց.

Վասն զի շաբաթ ոչ եթէ ընդ մահ, և ընդ կեանս եդեալ է. ըստ այս պա_

SERMO DUODECIMUS.

De Sabbato contra Judæos.

PRæcepit Dominus Moysi servo suo de die Sabbati, ut observarent eum filii Israel, dicens: *Sex diebus operabitur servus tuus: septimus autem dies Sabbatum requies Domini Dei tui. Sex enim diebus fecit Deus Cælum, & Terram, mare, & omnia, quæ reptant in eis; & requievit in die septimo. Propterea benedixit Deus diei septimo, & sanctificavit* (1) *eum*; quia in eo requievit ab omnibus operibus suis, quæ fecit. Et ideo hanc legem dedit eis: *Requiesces tu, & servus, & ancilla tua, bos, & jumentum tuum*. Et addidit: *Requiescet Advena, & Peregrinus, & Mercenarius, & omne animal, quod laborans defatigatur in humilitate servitutis* (2). Itaque de hoc die Sabbati, Charissime, pro quo gestiens superbit, & gloriatur (3) Populus Judæorum dicens: *Ex hoc vita est, quia observamus Sabbata, & Festivitates Paschales*; quantum potero, curabo, ut paucis te instruam, perinde ac feci de circumcisione, & de Festis Paschalibus.

Præceptum Sabbati cur Moysi a Deo datum sit.

Exod. XX. 9.

Exod. XXIII. 12.

Deut. V. 14.

§. 2. Sabbatum constitutum est, non quia ex eo mors, ac vita (4) sit, ut com-

Sabbatum constitutum est pro requie, non pro consequenda justitia.

(1) Verba Scripturæ detruncata attulit hoc loco S. Jacobus Nisibenus, nisi Librarii oscitantia ea omissa sint. Nam locus Exodi juxta Latinam vulgatam, & Hebraicum Textum ita se habet: *Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua: Septimo autem die Sabbatum Domini Dei tui est: Non facies omne opus in eo, & filius tuus, & filia tua, servus tuus, & ancilla tua, jumentum tuum, & advena, qui est intra portas tuas: Sex enim diebus fecit Dominus cælum, & terram, & mare, & omnia, quæ in eis sunt, & requievit in die septimo; idcirco benedixit Dominus diei Sabbati, & sanctificavit eum*. Exod. *XX*. 9.

(2) In Latina vulgata Exodi XXIII. 12. ita legitur: *Sex diebus operaberis, septimo die cessabis, & requiescat bos, & asinus tuus, & refrigeretur filius ancillæ tuæ, & advena*. Et Deuteronomii Cap. V. 14. *Septimus dies Sabbati est, idest requies Domini Dei tui. Non facies in eo quidquam operis tu, & filius tuus, & filia, servus, & ancilla, bos, & asinus, & omne jumentum tuum, & peregrinus, qui est intra portas tuas: ut requiescat servus tuus, & ancilla tua, sicut & tu*.

(3) Primis Christianæ Fidei temporibus Judæos, quorum arrogantiam hisce sermonibus refellit S. Jacobus Nisibenus, solitos fuisse de circumcisione, de sabbato, de ciborum delectu, de festis Paschalibus, aliisque hujusmodi legalibus observantiis insolenter adversus Christianos efferri, superbire, ac gloriari, fidem nobis facit, præter Joannem Chrysostomum pluribus in locis suorum operum, aliosque veteres Patres, Sanctus Justinus Martyr in epistola ad Diognetum, ubi §. 4. *Eorum*, inquit, (hoc est Judæorum) *meticulosam cautionem, & superstitionem circa sabbata, & jactantiam de circumcisione, & quæ de jejunio, ac noviluniis simulant, quæ ridicula sunt, & relatu indigna, te a me discere, necesse habere non arbitror. Nam eorum, quæ a Deo in usum hominum creata sunt, alia quidem tanquam recte creata admittere; alia vero, ut inutilia, & supervacanea recusare, quomodo fas est? De Deo autem hoc mentiri, eum vetare aliquid, quod honestum sit facere die sabbati, quomodo impium non sit? jam vero & de carnis imminutione, tanquam electionis testimonium sit, gloriari, & tanquam eam ob rem Deus eximio illos amore prosequatur, quomodo subsannatione non sit dignum?*

(4) Sabbatum datum a Deo fuisse, ut esset signum, non quod in illius observatione hominis sanctificationem collocare voluerit, docet nos ipse Deus per

comperitur ex iis, quæ præcepit Moyses, & ipsi Judæi filii hominum testantur, qui quando Sabbatum transgrediuntur, dictitant, se transgredi legem suam. Siquidem quandoque observatum est Sabbatum, ideo quia datum fuit, veluti in requiem populi (1), & non hominum dumtaxat, sed etiam brutorum. Nam dixit: *Requiescet bos, & jumentum, & omne animal.* Porrò si pro morte, & pro vita, vel pro peccato, & justitia posita est lex de Sabbato, quæ utilitas est bruto in ejus observatione? vel quodnam detrimentum est in illius transgressione? Ecce videmus, quod iis diebus, quibus peragit animal brutum opus servitutis, & operosa labore defatigatur, amplius meretur. Nam eo tempore, quo operatur, & laborat jumentum cum conatu ferens onus, & patienter opus faciens, & boves sedulo arant, quia defatigantur, non vacat eis quodammodo tempus ad patranda peccata. Sed die Sabbati, quia vacant jumenta, & bo-

Exod. XXIII. 12. Deut. V. 13.

պատուիրանացս, որք են 'ի Մովսիսէ, եւ երեւ վկայեն որդիքն մարդկան, եւ ասեն, եթէ անցանեմ ընդ օրէնս իւրեանց։ Արդ երբեմն ուրեմն զի պահեցաւ շաբաթն, տուեալ որպէս 'ի հանգիստ ժողովրդեանն. եւ ոչ մարդկան միայն, այլ եւ անասնոց։ Քանզի ասաց. Հանգիցէ եզն, եւ գրաստ, եւ ամենայն անասուն։ Արդ եթէ ընդ մահ, եւ ընդ կեանս ինչ իցէ. կամ ընդ մեղս, եւ ընդ արդարութիւն ինչ եդեալ. զի՞նչ օգուտ իցէ անասնոյն 'ի պահել անդ շաբաթուն. կամ զի՞նչ վնաս լինիցի 'ի չպահելն անդ։ Ահաւասիկ տեսանեմք մեք, զի զոր աւուրս գործէ անասուն զգործ հնազանդութեան, եւ աշխատի զաշխատութիւն վաստակոց, աւելի եւս արդարանայ. վասն զի յաւուրս վաստակոց գործէ, եւ աշխատի, ջանալով անասունն 'ի բեռն, եւ 'ի հեզ կոկլարարոյն; եւ եզինք վարեն զհարկն։ Եւ վասն զի վաստակին, ոչ գոյ նոցա պարապ ատ 'ի գործել զմեղս։ Բայց յաւուրն շաբաթու, վասն զի

per os Ezechielis Prophetæ, inquiens: *Sabbata mea dedi eis, ut essent signum inter me & eos, & scirent, quia ego Dominus sanctificans eos.* XX. 12. & Exodi XXXI. 13. *Videte, ut Sabbatum meum custodiatis, quia signum est inter me, & vos in generationibus vestris, ut sciatis, quia ego Dominus, qui sanctifico vos.* Et Deuter. V. 14. de Sabbato præcepit Dominus: *Non facies in eo quidquam operis &c., ut requiescat servus tuus, & ancilla tua, sicut & tu. Memento, quod & ipse servieris in Ægypto, & duxerit te inde Dominus Deus tuus in manu forti, & brachio extento, idcirco præcepit tibi, ut observares diem Sabbati.* Et quidem post sacra hujusmodi oracula, Divini eloquii auctoritati inhærentes, Sabbati, aliorumque festorum cultu, & circumcisionis, aliorumque legalium observantia hominem non justificari, ac proinde ex sola Sabbati, aliorumque præceptorum Mosaicorum custodia hominis vitam, & justificationem coram Deo, aut mortem & reprobationem minime pendere, testantur omnes Patres adversus Judæos, qui in legalibus hisce observationibus gloriabantur. Ita S. Justinus *in Dialogo cum Tryph.* § 21. scribit, Sabbatum datum Judæis fuisse in signum: *Propter vestras*, inquit, *ac Patrum vestrorum iniquitates in signum, ut jam dixi, Sabbatum etiam a vobis Deus jussit observari, & alia præcepta imposuit.* Et paulo supra in eodem Dialogo § 19. *Jussit etiam sabbatum observari, ut memoriam Dei teneretis.* Quod autem & sabbatum, atque etiam circumcisio non fuerit data propter adipiscendam justitiam, scribit Irenæus *adv. hæres lib. IV. cap.* 16. in hæc verba: *Quoniam autem & circumcisionem, non quasi consummatricem justitiæ, sed in signo eam dedit Deus, ut cognoscibile perseveret genus Abrahæ, ex ipsa Scriptura discimus.* Et paulo post: *Hoc idem de Sabbatis Ezechiel Propheta ait:* ET SABBATA MEA DEDI EIS, UT SINT IN SIGNO INTER ME, ET IPSOS, UT SCIANT, QUIA EGO DOMINUS, QUI SANCTIFICO EOS *Et in Exodo Deus ait ad Moysem:* ET SABBATA MEA OVSERVABITIS: ERIT ENIM SIGNUM APUD ME VOBIS IN GENERATIONES VESTRAS. *In signo ergo data sunt hæc.* Et Tertullianus in lib. advers. Judæos cap. 11. *Denique qui contendit, & Sabbatum adhuc observandum, quasi salutis medelam, & circumcisionem octavi diei propter mortis criminationem, doceat, in præteritum justos sabbatizasse, aut circumcidisse, & sic amicos Dei effectos.* Quibuscum concordat S. Joannes Chrysostomus *Homil. XXXV. adv. Jud. II ed. Front. p.*460. verba faciens de Sanctis Dei servis veteris Testamenti, qui extra Hierosolyma legalia festa, & sacrificia, & Mosaicas cæremonias non servarunt: *Quin & aliud quiddam*, inquit, *ex his perspicue colligitur longe maximum, videlicet, quod observationes sacrificiorum, sabbatorum, & noviluniorum, denique similium rituum omnium ex superfluo additæ sunt Judaicæ vitæ, ut neque, si serventur, aliquid magni momenti conferre possint ad virtutem; neque si prætermittantur, possint ex bono facere malum, aut pietatis studium, quod in animo situm est, aliqua ex parte imminuere.* Consona his sunt, quæ ex allatis Scripturarum testimoniis contra Judæos carnaliter sabbatum custodientes, affert Isidorus Hispalensis: *Quibus testimoniis*, inquiens, *edocemur, non pertinere ad fidem istum Sabbati elementarium diem servare, sed alium spiritualem; nam hoc carnale sabbatum non est datum propter purificationem, sed propter tentationem, dicente in lege Domino, ut tentem eos, utrum ambulent in lege mea, an non, sex diebus colligetis manna, septimo non colligetis. Itaque dum dicit: ut tentem eos: apparet, Sabbatum non fuisse præceptum propter justificationem, sed propter tentationem.* Isidor. Hispal. lib. II. contra Jud. cap. XV. His autem addi possunt plurimi alii ex antiquis Patribus, quos brevitatis studio omittimus.

(1) Sabbatum a Deo institutum fuisse, ut populus abstineret a laboribus, quibus se, servosque suos, ac jumenta sua ob nimiam lucri cupiditatem opprimebat, ita nos docet S. Gregorius Nyssenus in lib. de S. Trinit. adv. Judæos de Sabb. celebr.: *Sabbatum datum est eis ad sedandum nimium pecuniæ studium eorum. Nam cum populus pauper egressus esset ex Ægypto, & nihil haberet, præter ea, quæ accommodato acceperunt ab Ægyptiis, unusquisque dabat operam, ut continenti, atque assiduo labore sibi divi-

զի խառնակեալ կան զրաստք, և եզինք, և ամենայն անասունք խառնագնացին ընդ երամս ազգին իւրեանց, անխտիր հազորդին պոռնկութե ընդ մարս, և ընդ քորս, ընդ ամենայն մերձաւորս հարազատութե մարմնոյ իւրեանց; և չիք ինչ մեղք, և ոչ պարսաւին, և եպերին, զի գործեն զայսոսիկ մեղս յաւուր անդ շաբաթու. վն զի այս չափ անասնոյ. Եւ ծանի՛ր, և գիտա՛ն լեր. զի որպէս ոչ են մեղք անասնոց, որք գործեն զայս ամենայն խառնակութիս. սոյնպէս և ոչ արդարութի ինչ. Վասնզի հատուցումն արդարութե յաշխարհին, որ հանդերձելոց է, լինի 'ի յարութե մեռելոց այնոցիկ, որք գործեն զգործս արդարութե; իսկ անասնոց ոչ լինի յարութի, զի առցեն զհատուցումն շաբաթուն պահելոյ. և ոչ 'ի դատաստանս մերձենան. Եւ որպէս յայլ պատուիրանս ոչ եդեալ են օրէնք անասնոց, զի պահեսցեն. նոյնպէս և ոչ շաբաթն ինչ օգնէ նց. Քանզի հրամայեաց Տէր յօրէնս անդ իւրում, թէ մի՛ պոռնկիր; իսկ անասունն համարձակ, անխտիր, յայտնապէս շնայ, և պոռնկի. Ասաց յօրէնս. անիծեալ ամենայն, որ առնու զքոյր իւր կնութե, հանդերձ այլովք ամենիւք, որք մերձաւորք իցեն արեան ըստ հարազատութե. Եւ զայս ամենայն անասունն գործէ. Եւ դարձեալ գրեալ է. մի՛ սպանաներ. Եւ անասունն վասն անխմար ագիտութե իւրոյ սպանանէ զընկեր իւր, և ուտէ զմարմինն նր. Եւ դարձեալ գրեալ է. զամենայն ինչ զե՛ն, և կեր. բայց զարիւն մի՛ ուտեր. Եւ անասունն լեզու զարիւն անձին իւրոյ. և առաւել անուշ թուի նմա ուտել զմիս պիղծ. Արդ եթէ օգուտ ինչ էր նմա 'ի պահել անդ շաբաթու, նախ յայսց ամենից պղծութեց արգելուին զնա օրէնք, և ապա արդարացուցանէին զնա 'ի պահս անդ շաբաթու. Եւ զի գրեցի զայս ամենայն հաւանութիս, զի գիտասցես, և ճշմարտեսցիս, թէ շաբաթ առ 'ի հանգիստ տուեալ է ամենայն արարածոց, որք գոր-

& boves, & omnia bruta, singula in turmis suis sine delectu fornicantur, commiscenturque matribus, sororibus, & omnibus cognatione carnis sibi conjunctis. Hæc autem nec eis crimini dantur, nec redarguuntur, nec condemnantur, quod hæc perpetrant in die illa Sabbati; quoniam hujuscemodi est ingenium, & natura bruti. Agnosce itaque, & scito, quod sicut non imputantur in peccatum brutis, quæ perpetrant turpibus hisce commixtionibus, ita neque justitia aliqua, aut meritum eis tribuitur. Nam retributio justorum meritorum in sæculo futuro in resurrectione mortuorum fit eis, qui operantur opera justitiæ; Brutorum autem resurrectio nulla est, ideo neque accipiunt retributionem sabbati observati, neque veniunt ad judicium. Et sicut de aliis præceptis non est imposita lex brutis, ut ea observarent, ita neque ex sabbato ulla est illis utilitas. Nam Sanctus jussit in lege sua: *Non mœchaberis*; Exod. XX. 14. brutum autem audacter, & sine ulla exceptione, & delectu mœchatur, & fornicatur. Dictum est in lege: Maledictus omnis, qui accipit in uxorem sororem suam, omnesque alias sanguine conjunctas. Levit. XVIII. 9. Hæc autem omnia, quæ vetita sunt, patrantur a brutis. Item scriptum est: *Non occides*. Ibid. 2. Et brutum animal propter ruditatem, & feritatem suam occidit socium suum, & comedit carnes ejus. Scriptum est etiam: *Omnia macta, & comede; sanguinem autem non comedes*. Deut. XII. 23. Et animal lingit sanguinem, & suave ei videtur carnem immundam comedere. Jam si utilitas aliqua esset ei in observatione sabbati, primo lex prohiberet brutum ab his omnibus immunditiis, ut deinde justificaret illud in observatione sabbati. Hæc omnia scripsi, ut scires, & certo teneres, sabbatum in requiem datum fuisse omnibus creaturis, quæ operantur, & defatigantur in operibus defatigationis. Nam nisi propter requiem datum esset sabbatum creaturis illis corpo-

divitias pararet, quamobrem dicit: sex dies opus fac, die verò septimo non facies quodvis opus in eo &c. Continere enim jubebat eos Lex ab omni opere servili, idest, ab omni avaritia, quæ per negotiationem, & reliquo terreno actu agitur: animæ autem opera, quæ fiunt per sententiam, & sermones bonos, in auxilium eorum, qui proximi sunt, adhortabatur fieri. S. Irenæus adv. hæref. lib. IV. cap. 8. §. 2. Et S. Joannes Damascenus de fid. Orth. lib. IV. cap. XXIII. inquit: *Cum sciret Deus, Israeliticum populum pinguem esse, & carni addictum, inque res terrenas impensè pronum, nec discretionis ullius, hanc legem sanxit. Primum,* UT SERVUS, ET JUMENTUM REQUIESCERENT, *sicut scriptum est. Etenim* JUSTUS MISERATUR ANIMAS JUMENTORUM SUORUM. *Deinde vero, ut ipsi terrenis occupationibus feriati ad Deum se colligerent.* Deut. 5. v. 14. Prov. 12. v. 10.

poreis, quæ operando laſſantur; neceſſarium, convenienſque fuiſſet, ut, cum ea quoque creata ſint, quæ in opere ſuo non defatigantur, data quoque eis eſſet lex obſervandi ſabbatum, ut ejus obſervatione ſanctificarentur. Sed ecce videmus (1), quod ſol graditur: luna, & ſtellæ currunt: Nubes inſtar jaculi volantes expanduntur: Aves ludunt in aereis regionibus: Fontes perenniter emanant: undæ ſaliunt, earumque fluctus fluctibus cumulantur: fulgura ex vehementi impetu currunt, & illuminant terram: tonitrua ſi convenienti tempore obmuteſcant, mox vi repentina perſtrepunt: arbores fructus germinant: arbuſta, plantæ, & germina omnium olerum hilareſcentia vireſcunt: & omnia in rebus juxta genus ſuum producendis firmiter perſeverant. Et ex cæteris rebus nulla eſt, quæ quieſcat die ſabbati, præter homines, & bruta, quæ ſub ſervitute ſunt laboris defatigantis eos.

գործեն, և աշխատին 'ի գործս վաստակոց ։ Օհ եթէ ոչ մի հանգստեան տուեալ էր մարմնաւորաց, որք վաստակին, և գործեն. ապա պարտ, և պատշաճ էր, զի զատուածին ժամանակն արարածք, որք ոչ վաստակէին, օրէն իցէր նց, զի պահիցէին զշաբաթս, որպէս զի արդարանայցէին ։ Այլ ահաւասիկ տեսանեմք, զի արեգակն գնայ. լուսին, և աստեղք ընթանան. ամպք սլացեալք տարածանին. թռչունք խաղան ընդ այերս օդոց. աղբիւրք վայելեն 'ի բղխմունս իւրեանց. ալիք կուտակին վէտք վէտք, խորշեղէն պարուտակեալ մկանամբք իւրեանց. փայլատակմունք ընթանան 'ի սաստիկ անտի հրամանին, և լուսաւորեն զարարածս. որոտմունք ստիպաւ դիզադեղ 'ի պատշաճ ժամու իւրեանց կարկեալ որոտան. ծառք բողբոջեն պտղովք իւրեանց. բոյս, և ննունդ ամենայն բանջարաց զուարթացեալ հզօրանայ ; և իրք ամենայն հաստատեալ կան յածումն ազգի իւրեանց. և ինչ ոչ երևի մեզ, և ոչ մի ինչ, թէ հանգեաւ յաւուրն շաբաթու, բայց 'ի մարդոյ, և յանասնոց, որք ընդ հնազանդութբ աշխատութե վաստակոց են ։

Antiqui Patres ante Moyſen ſine obſervatione Sabbati juſti fuerunt.

§. 3. Porro ſi ſabbatum datum eſſet ad juſtitiam aſſequendam, oportuiſſet dari Adæ, ut ſervaret, & juſtificaretur per illud, priuſquam daretur Iſraeli, & non præceptum arboris ſcientiæ boni, & mali. Sed quia Deus non impoſuit Adam opus laboris ante tranſgreſſionem præcepti, non dedit ei ſabbatum, ſed poſt tranſgreſſionem præcepti præſcripta ſunt ei opera ſudoris, & laboris, ut ſudaret in colenda terra tamquam reus, & criminoſus, in quem ſententia mortis pronunciata erat. Et ſi ex obſervatione ſabbati eſſet juſtitia, Enoch per illud placuiſſet Deo, & juſti omnes, qui ejus ſimiles fuerunt.

Արդ եթէ յարդարութիւն ինչ տուեալ էր շաբաթն. ապա ադամայ օրէն էր տալ, զի պահիցէ, և արդարասցի նովաւ յառաջ քան զԻլի. և ոչ զպատուիրան ծառոյն գիտութե բարւոյ, և չարի ։ Այլ վասն զի ոչ էր տուեալ զադամ 'ի գործ աշխատութե յառաջ քան զպատուիրանազանցութն, ոչ ետ նմա զշաբաթն ; այլ յետ պատուիրանազանցութե, ապա ընկալաւ նա զդատավճիռ վաստակոյ, և աշխատութեան ջանոյն, զի վաստակիցէր յերկիր իբր պարտաւոր, և յանցաւոր. և եդ 'ի վերայ նր զդատաստան մահու ։ Եւ եթէ շաբաթուն պահելն էր արդարութի, Ենովք նովաւ հաճոյ լինէր ԱԾ, և արդարքն ամենայնքն, որք սոցին նման են ։

Noe non ex Sabbati obſervatione juſtificatus eſt, ſed quia in ſæculo corrupto ſe immaculatum ſervavit, ita Abraham, Iſaac, Jacob, & Joſeph. *Gen. VII. 1.*

§. 4. Etenim Noe non obſervavit ſabbatum, & tamen dixit ad eum Deus: *Vidi te juſtum, & ſanctum, & immaculatum in generatione iſta*. Itaque non in obſervatione ſabbati juſtificatus eſt; ſed quia

Եւ ոչ Նոյ պահէր զշաբաթն, և ասաց ցնա ԱԾ, զքեզ տեսի արդար, և սր, և անարատ յազգիս յայսմիկ ։ Եւ ոչ եթէ 'ի պահել անդ շաբաթու արդարացաւ ; այլ զի պահեաց զանա-

րա

(1) Ita etiam Juſtinus Martyr in ſæpius laudato Dialogo cum Tryphone §. 23. *Videtis, ut elementa nec otientur, nec ſabbata agant?* Et S. Gregorius Nyſſenus in lib. adv. Judæos de Sancta Trinitate de Sabb. celebr. *Quomodo item ſol, & luna, & ſydera definitum curſum etiam in ſabbato conficiunt?*

զսրբութիւն ամբծութեան յապականեալ դա-
րու անդ. որպէս և ցուցանէ գործ-
ոնէսչութեան բանին, զի և ոչ ամուսնա-
ցաւ, իբրև ետես թէ խառնեցաւ ազգն
սէթեան ընդ անիծեալ ազգն կայենի;
եդ 'ի մտի իւրում, զի մի՛ առասցէ զկին,
և մի՛ որդիք լինիցին, զի մի՛ 'ի խառ-
նակիլ անդ, անիծիցին և նոքա. Իբրև
ետես Աստուած զսիրտ նր զի սր, և անա-
րատ էր, կամեցաւ զի 'ի նմանէ լինի-
ցէր երկրորդ խմոր բազմանալոյ սերե-
լոյ մարդկան. վն զի խորհեցաւ ջնջել
սատակել զանօրէնս; երևեցաւ նմա,
մինչ հինգերիւր ամեան էր նոյ, և ա-
սաց; զքեզ տեսի սր, և անարատ առա-
ջի իմ յազգի աստ. արդ արա՛ քեզ տա-
պան փայտեղէն, զի լիցի քեզ դարան,
և ամուր ապաստանի. զի ջնջեմ զամե-
նայն մարդիկս վասն մեղաց իւրեանց.
Իբրև լուաւ նոյ զհրամանս զայս,
մինչ էր ամաց հինգերիւրոց, էած նա
'ի դստերաց անտի սէթայ, յօրհնեալ
զաւակէն արդարոց, իւր կին, և ծնաւ
զերիս որդիս, զսէմ, զքամ, և զյա-
բէթ. և զգուշացոյց զորդիսն, զի մի՛
ածցեն 'ի կնութի 'ի դստերաց անտի
կայենի. և էած նց կանայս 'ի դստե-
րացն արդարոց, յորժամ մտանելոց էին
'ի տապանն, զի պահեսցի 'ի նոցանէ
զաւակ 'ի վերայ երեսաց երկրի, և եղի-
ցի հայր թագաւորաց, և արդարոց.
և էանց ընդ նա հօգին սրբութե 'ի
փորձ հանդիսի. զի և քն կենարար
աշ-

quia servavit integritatem vitæ immacu-
latæ in sæculo illo corrupto; sicut res
ipsa comprobavit; neque enim matrimo-
nium contrahere volebat. Nam animad-
vertens, generationem Seth cum maledi-
cta generatione Cain commixtam fuisse,
secum statuerat uxorem non ducere, ne
filios susciperet, qui commiscerentur cum
generatione illa, & simul cum illa & ipsi
maledicerentur. Cum autem vidisset
Deus cor ejus, quod esset sanctum, &
immaculatum, voluit, ut ex eo esset se-
cundum fermentum multiplicationis, pro-
creationis hominum: decreverat enim de-
lere, & interimere iniquos. Apparuit
igitur Deus Noe, cum esset quingento-
rum annorum, & dixit: *Vidi te* (1) *Jan-* Gen. VII. 1.
ctum, & immaculatum coram me in ge-
neratione hac: Nunc fac tibi arcam li- Gen. VI. 9. 14.
gneam, ut sit tibi, veluti arx, ad quam
confugias, & in qua servari possis, quia
delendo delebo omnes homines propter pec-
cata eorum. Cum audisset Noe, qui erat
quingentorum annorum, hoc mandatum,
duxit de filiabus Seth, ex benedicto se-
mine justorum, uxorem, & genuit tres
filios Sem, Cham, & Japhet (2). Et Gen. V. 31.
monuit filios, ne ducerent uxores ex fi-
liabus Cain, sed elegit eis uxores ex fi-
liabus justorum, quando ingressuri erant
in arcam, ut servaretur ex eis semen su-
per faciem terræ, & fieret Pater Regum
& justorum. Præclare autem demonstra-

tum

(1) In Latina vulgata cap. VII. 1. Genesis legitur: *Te enim vidi justum coram me in generatione hac*. Et cap. VI. 14. *Fac tibi arcam de lignis levigatis*. Verba autem, quæ in Textu Armeno post hæc sequuntur, non sunt verba ipsa Scripturæ, sed potius paraphrasis, aut eorum interpretatio, quæ majoris claritatis gratia a S. Jacobo apposita est.

(2) Vatablus ad verba illa: *Noe verò cum quingentorum esset annorum, genuit Sem, Cham, & Japhet. Genes. V. 31.* talia adnotat: *Hæc dicta sunt per hysteron proteron: Evenerunt enim, posteaquam Deus tulit sententiam de perdendis hominibus. Non servatur autem semper in sacris litteris ordo historiæ*. Nemo autem Interpretum est, quem ego viderim, sive veterum, sive recentiorum, qui rationem, & causam aliquam reddat, cur Noe tamdiu, nempe usque ad annum quingentesimum ætatis suæ conjugium distulerit; cum nullus alius illo ævo, neque ante, neque post Noe, id fecisse in Sacra Scriptura legatur. At verò præclaram affert rationem SS. noster Jacobus Nisibenus, qui insuper nos docet, quid causæ fuerit, cur Noe, cum universus mundus, excepta ejus familia, periturus esset, adeo sero filios suos cum filiabus Seth, & non aliis fœminis matrimonio conjunxerit; quæ autem S. Doctor affirmat, vera esse, non obscure probantur ex eo, quod in Genesis libro non legitur, præter Sem, Cham, & Japhet, eorumque uxores, ac suam, alios filios, aut nepotes in arcam a Noe introductos fuisse. *Genes. VII* 13. Profecto Cornelio a Lapide, Menochio, & aliis Scriptoribus, cum dilati in longum adeo tempus a Noe connubii causam ignorarent, inverisimile visum est, tamdiu Noe sine uxore, & liberis permansisse. Quamobrem contra veriorem plurium Scriptorum sententiam, qui Scripturæ verbis inhærentes recte cum S. Jacobo existimant, Noe, neque uxorem, neque liberos ante annum quingentesimum habuisse, Menochius ex Cornelii, aliorumque gravissimorum auctorum opinione ad verba Scripturæ superius allata ita scribit: *Non est credibile, Noe usque ad annum quingentesimum abstinuisse conjugio, ergo alios ante Sem, Cham, & Japhet genuit filios, qui mortui sunt ante diluvium*. Quæ etiam quorumdam aliorum, ut dixi, sententia est. Idcirco Gordonus ad eumdem Scripturæ locum talia monet: *An Noe ante diluvium alios filios genuerit, certatur. Volunt enim aliqui, Noemum quingentis annis abstinuisse conjugio, aut non habuisse liberos ante diluvium*. At verò quàm a verisimilitudine alienum sit, Noe, ducta uxore, per quingentos annos nullos suscepisse liberos, vel susceptos omnes tam eos, quàm eorum filios, seu nepotes ad unum usque, ante diluvium interiisse, præsertim cum hac de re nulla, neque in sacris libris, neque apud veteres Scriptores mentio fit, quisque per se facile intelligit.

tum est, quod per eum transivit spiritus sanctitatis, adeo ut & Christus Salvator mundi, & abrogator maledictionum Adæ ex semine ejus nasceretur. Genuit igitur Noe Sem Patrem justorum anno quingentesimo secundo (1) vitæ suæ: Et cum genuisset tres filios, cœpit ædificare arcam. Et cœlibes servavit filios nonaginta septem annos, & postea dedit eis uxores. Ingressus igitur est Noe cum suis in arcam, cum esset sexcentorum annorum, & Sem filius ejus nonaginta septem annorum. Et manserunt in arca duodecim mensibus, & decem (2) diebus usque ad diem exitus. Ex Noe factus est secundus mundus, & recte ambulavit, stetitque firmus in proposito suo, servans se immunem a contaminatione in sæculo illo corrupto. Et non, quia servavit sabbatum, neque quia circumcisus fuit, justificatus est, sed ex eo, quod dixi, & ostendi tibi. Ex Noe autem ortum habuit vir fidelis caput justorum, Abraham observator legis, qui servavit præcepta legis, cum non esset ei adhuc imposita lex. Et genuit Isaac filium benedictionis, & Jacob Patriarcham generationum, & tribuum populi. Isti autem Patres, & Patriarchæ justi fuerunt, & non servaverunt sabbatum, sed justificati sunt per fidem, & virtutibus claruerunt. Sicut & scri- (Rom. IV. 3.) ptum est: *Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad justitiam*. Et Isaac, & Jacob filii ejus ambulaverunt in lege, & in præceptis Patris sui, & justificati sunt per fidem, & non per sabbatum. Et Joseph in terra Ægypti non in observatione sabbati justificatus est, sed innocentiâ suâ justus vocatus est, qui cum domina sua decoram ejus in flore ætatis pulchritudinem concupiscente noluit peccare in Deum. Si propter mortem, & vitam constitutum esset sabbatum, & in eo posi-

աշխարհի, խափանիչ անիծիցն ադամայ ծնցի 'ի զաւակէ նր̅: Արդ ծնաւ նոյ զհայր արդարոց զսէմ հինգերիւր երկու ամի կենաց իւրոց. և իբրև ծնաւ զորդիսն երեսին, սկսաւ գործել զտապանն: Եւ պահեաց զորդիս իւրուն և եօթն ամ, և ապա ետ նց̅ կանայս: Եմուտ նոյ իւրայնովքն 'ի տապանն վեցերիւր ամեան: և սէմ որդի նորա իննուն և եօթնամեան: Եւ եղեն 'ի տապանին երկոտասան ամիս, և տասն օր, մինչ յօր ելանելոյն: Եւ 'ի նոյէ եղև երկրորդ աշխարհս, և կարգեցաւ եկաց յիւրում հաստատութե̅. վն̅ զի պահեաց նա զանարատութի̅ ամբծութե̅ յապականիչ դարու անդ: Եւ ոչ թէ ըզշաբաթ պահեաց, և ոչ թլփատութե̅ արդարացաւ. այլ այսու, զոր ասացի, և ցուցի քեզ հաւանութե̅: Եւ եղև 'ի նոյէ այր հաւատարիմ, գլուխ արդարոց, աբրահամ օրինապահ, որ պահեաց զկարգս օրինաց, իբր ոչ եդան նմա օրէնք: Եւ ծնաւ զիսահակ որդի պարգևաց. և զյակոբ նահապետ ազգաց ժողովրդեան: Եւ այսոքիկ հարք, և նահապետք արդարք ոչ պահեցին զշաբաթ. այլ հաւատովք արդարացան, և արդարև առաքինացան: Որպէս և գրեալ իսկ է; հաւատաց աբրահամ յած̅, և համարեցաւ նմա յարդարութի̅: Եւ իսահակ, և յակոբ որդիք նորա գնացին յօրէնս, և 'ի պատուիրանս հօր իւրեանց, և հաւատով արդարացան, և ոչ շաբաթու: Եւ յովսէփ յերկրին եգիպտոսի, ոչ 'ի պահել շաբաթու արդարացաւ. այլ սրբութե̅ իւրով արդար կոչեցաւ. որ 'ի պակշոտիլ տիկնոջ իւրոյ 'ի վայելուչ գեղ հասակի նր̅, ոչ կամեցաւ մեղանչել այ̅: Զի եթէ ընդ մահ, և ընդ կեանս եդեալ իցէր շաբաթ. ընդ մեղ, և ընդ արդարութի̅, այսոցիկ արդարոց վերոյիչեցելոց տուեալ լինէր, զի պահիցեն, և

(1) Nam anno secundo post diluvium annum centesimum agebat Sem, cum genuit Arphaxad. *Genes. XI* 10. Ideoque, ut recte a S. Jacobo narratur, genitus est a Noe anno quingentesimo secundo; natus est autem anno sequenti, anno igitur sexcentesimo Noe, erat ille annorum nonaginta septem.

(2) Ita Cornelius a Lapide, Mariana, Gordonus, aliique plures. Tempus autem, quo Noe in arca permansit, ita computari solet. Cum Noe ingressus est arcam, per dies quadraginta pluit; centum & quinquaginta diebus stetit diluvium plenum super terram: deinde diminutæ sunt aquæ centum viginti novem diebus, quibus elapsis, apparuit terra; postea per quinquaginta sex dies in arca se continuit, donec siccaretur terra. His autem diebus simul collectis, habetur summa dierum 375., qui conficiunt annum unum integrum solarem, & decem dies. Sed alii aliter calculum ineunt, putant enim, annum illum lunarem fuisse, eo, quia Hebræi mensibus Lunaribus uterentur. Verum quidquid sit de illo anno, an lunaris, an solaris fuerit, cum diluvium cœperit anno sexcentesimo vitæ Noe, mense secundo, septimodecimo die mensis *Genes. VII.* 11., & anno sequenti mense secundo septimo, & vigesimo die mensis *Genes. VIII.* 14. terra arefacta, Noe exiverit de arca, certum est, Noe mansisse in arca duodecim mensibus sive lunaribus, sive solaribus, & insuper diebus decem, ut scribit hic S. Iacobus.

և կեցցեն ։ Այլ վն այսր է շաբաթ, զի հանգիցեն ծառայք, և աղախնայք, և եկն, և պանդուխտն, և վարձկան, և անասուն, զի որք վաստակին, հանգիցեն ։

Այլ զի փոյթ է Այ վասն արարածոց, երէոց, անասնոց, Թռչնոց, և վայրենի գազանաց ։ Քանզի աստ Մովսէս յերկրորդելն իւր զօրէնսն, ցժողովուրդն ։ Զվեց ամ սերմանեսջիր, զի կերիցեն աղքատք ժողովրդեան քոյ, և զայլն կերիցէ երէ վայրենի ։ Եւ վասն Թռչնոց ասաց; եԹէ գտանիցես զբոյն ճնճղկի կամ 'ի ծառ, կամ 'ի վերայ երկրի, յորում կայցեն մարին, և ձուն, և ձագք. և նստցի մարին 'ի վերայ ձուոց, կամ ձագուց. մի' առնուցուս զմարին ձուօքն հանդերձ. այլ արձակեսջիր եԹալ զմարին, և առցես զձուսն 'ի քեզ. և վն այսորիկ օրհնեսցէ զքեզ տր Այ քո ։ Եւ դաւիԹ ասաց; ձագուց ագռաւուց, որք կարդան առ նա, նա է համբարակ, և կերակրիչ. զմարդ, և զանասուն կեցուցանես դու տր ։ Եւ յոբ ասաց; ո՞ արար զցիռ վայրի ազատացեալ շրջել. և եառ 'ի նմանէ զլուծ հարկի հնազանդուԹե; զի արար զանապատն տուն բնակուԹե նր, և զվայր աղտաղտուկ տեղի դադարոյ նր ։ Եւ դարձեալ ասէ; ձագուց արծուեաց պատրաստէ զկերակուր ։ Եւ դարձեալ ասաց դաւիԹ վասն Թռչնոց, և անասունոց; ամենեքեան քեզ սպասեն, և տաս դու նց զկերակուր 'ի ժամու ։ Տաս դու նց, և կերակրին, բանաս զձեռն քո,

positum esset peccatum, vel justitia, his, quos dixi, justis mandatum fuisset, ut illud servarent, & viverent. Verum enim ideo hoc sabbatum præceptum est, ut quiescant servi, & servæ, & advena, & peregrinus, & mercenarius, & jumentum, nempe ut qui fatigantur, quiescant.

§. 5. Profecto cura est (1) Deo de omnibus creaturis, feris, brutis, avibus, & sylvestribus belluis. Moyses iterando legem suam dixit ad Populum: *Sex annis seminabis, ut comedant pauperes populi tui, & reliquum edat bestia agri*. Et pro avibus dixit: *Si inveneris nidum passeris vel in arbore, vel super terram, in quo stent mater, & ova, vel pulli, & sedeat mater super ova, vel pullos, non accipies matrem cum ovis; sed dimittes matrem abire, & accipies ova tibi; & propter hoc benedicet tibi Dominus Deus tuus*. Et David: *Pullis*, inquit, *corvorum invocantibus eum ipse dat cibum, & escam: hominem, & jumentum vivificas tu, Domine*. Et Job: *Quis fecit*, ait, *onagrum campestrem liberum ad ambulandum, & accepit ab eo jugum tributi obedientiæ? Nam fecit desertum domum habitationis ejus, & agrum salsuginis locum receptaculi ejus*. Et iterum: *Pullis aquilarum præparat cibum*. Et rursus David de avibus, & jumentis: *Omnia*, inquit, *a te expectant, & tu das illis escam in tempore. Das tu illis, & vescuntur: aperis manum tuam, & imples illa. Avertis faciem tuam ab eis, & turbantur*. Et Isaias dixit: *Illic congregabuntur milvi (2) ad invicem*. Nam

Deo est cura de omnibus Creaturis etiam de animalibus.

Exod. XXIII. 10.

Deut. XXII. 6.

Psal. CXLVI. 9.

Job XXXIX. 5.

Psal. CIII. 27.

Isai. XXXIV. 15.

Rr 2

(1) Sed quæ S. Jacobus hoc loco nos docet, adversari his videntur verba Apostoli, qui in epistola IX ad Corinthios 9.: *Numquid*, inquit, *de bobus cura est Deo?* Verum dogma Catholicæ fidei est, Dei curam, seu providentiam ad res omnes, etiam ad minima quæque, extendi, ut ex pluribus sacræ Scripturæ locis, præter eos, quos hic allegat S. Jacobus, & ex omnium Patrum consensu probant Theologi. *Petav. Theol. Dogm. Tom. lib. VIII. cap. 1., & seq., & alii plurimi*. Verborum autem Apostoli sensus talis est: Num Deo cura est de bobus; ut propter illos det hominibus præcepta? ac non potius propter ipsos homines? adeo ut, quod de bobus, aliisque animalibus præcipitur, multo magis erga alios homines observandum esse, intelligi oporteat. Ita Estius, Cornelius a Lapide, cæterique Interpretes. Cæterum Servi Dei, qui se ad divinam pulchritudinem, & cælestem bonitatem se quotidie, quoad humana imbecillitas finit, se conformare student, non solum hominum, sed etiam bestiarum miserentur. Ideoque sapiens in Proverbiis XII. 10. dicit: *Novit* (hoc est miseretur Ruth. XI. 10.) *Justus jumentorum suorum animas: viscera autem impiorum crudelia*. Charitas enim, & amicitia licet erga creaturas ratione præditas solummodo esse possit, tamen etiam ad bruta animalia quodammodo se diffundit. Quoniam ut S. Joannes Chrysostomus *Homil. XXIX. in epist. ad Rom. pag. 307.* sapienter scribit: *Sunt Sanctorum animæ vehementer mites, & hominum amantes non solum erga suos, sed etiam alienos; ita ut hanc suam mansuetudinem etiam ad animalia bruta extendant. Propterea & sapiens quidam dixit*, JUSTUS MISERETUR ANIMARUM JUMENTORUM SUORUM. *Si autem jumentorum, multo magis hominum*. Καὶ γὰρ σφόδρα εἰσὶν αἱ τῶν ἁγίων ψυχαὶ ἥμεροι καὶ φιλάνθρωποι, καὶ πρὸς τοὺς οἰκείους, καὶ πρὸς τοὺς ἀλλοτρίους, καὶ μέχρι τῶν ἀλόγων αὐτῶν ταύτην ἐκτείνουσι τὴν ἡμερότητα. Διὰ τοῦτο καὶ σοφός τις ἔλεγε· δίκαιος οἰκτείρει ψυχὰς κτηνῶν αὐτοῦ· εἰ δὲ κτηνῶν, πόσῳ μᾶλλον ἀνθρώπων. Verum plura hae de re videri possunt in Commentariis apud Cornelium a Lapide, aliosque sacrarum Scripturarum Interpretes in Proverbiorum locum superius a me allegatum.

(2) In Textu Hebraico *Isaiæ XXXIV. 15.* habetur: *Ibi congregati sunt vultures unusquisque ad socium suum*. In versione 70. *Ibi occurrerunt cervi, & viderunt facies inter se*. In Latina: *Illuc congregati sunt milvi, alter ad alterum*. In Syriaca: *Ibi congregabuntur milvi alter cum altero*.

Nam ipſe imperavit imperio oris ſui; Et ſpiritus Domini congregavit eas, & manus Domini diviſit cuique earum menſuram ſortis hæreditatis. Ex his igitur obſerva, & percipe, quanta cura ſit Deo de omnibus creaturis ſuis. Et nihil fallit, & præterit ſapientiam ejus obliviſci neſciam. Propterea monuit, & præcepit, ut eis eſſet requies die Sabbati.

Verba illa *requievit &c.* non ita accipienda ſunt, quaſi Deus defatigatus fuerit, aut laboraverit, *Gen. II. 2. 3.*

§. 6. Attende, & audi iterum, quid dixerit Scriptura: *Sex diebus fecit Deus Cælum, & terram, & die ſeptimo requievit ab omnibus operibus ſuis: Propterea benedixit diei ſeptimo, & ſanctificavit illum.* Porrò quid dicemus ad hæc? vel quomodo intelligemus, quod requievit Deus die ſeptimo? Audi, & oſtendam tibi, non quia Deus defatigatus ſit, eo quod laboraverit in operibus ſex dierum, ideo requievit die ſeptimo. Abſit a te hæc opinio; ſed vis, & ſenſus verborum eſt, quod ſex diebus perfecit omnia opera ſua, & die ſeptimo ceſſavit ab omnibus operibus ſuis, quæ fecit. Audi probationem, quod Deus non fatigetur.

Pſal. CXX. 4. Dixit enim David: *Non dormit, neque dormitat, qui cuſtodit Iſrael.* At qui non dormit, & non dormitat, neque laborando defatigatur. Similiter ad filios

Iſai. XL. XLI. &c. Iſrael loquutus eſt Iſaias: *Quoniam cecidit in corda* (1) *veſtra cogitatio hæc, quod non poſſit Deus ſalvare vos. Numquid meſſem meſſui, & defatigatus ſum? vel non habeo virtutem eripiendi? quoniam ecce increpatione mea exicco mare, & facio flumina ſicut deſertum, & fœtent piſces defectu aquarum: Et induo Cælos tenebris, & facio veſtimenta eorum, tamquam colorem ſacci. Sicut exiccavi mare rubrum in diebus Patrum veſtrorum:* Di-

քո, և լցուցանես զնոսա։ Դարձուցանես զերեսս քո 'ի նոցանէ, և խռովին։ Եւ եւայլ ասաց; անդ ցինչ ժողովեցին առ միմեանս։ Եւ ինքն հրամայեաց 'ի հրաման բերանոյ իւրոյ; և հոգի ա՟յ ժողովեաց զնա, և ձեռն ա՟յ բաժանեաց նոցա զիւրաքանչիւր չափ վիճակին ժառանգութե՟։ Տե՛ս արդ յայսմանէ, և 'ի միտ առ, քանիօն փոյթ է՟ն Ա՟Ծ վս՟ ամ՟ արարածոց իւրոց, և ոչինչ վրիպի, և անցանէ ըստ անմոռաց իմաստութե՟ նր՟; վս՟ այսորիկ զգուշացոյց, և պատուիրեաց լինել հանգիստ օրն շաբաթու։

Եւ ե՛կ լուր դարձեալ զինչ ասաց։ Զվեց օր արար Ա՟Ծ զերկինս, և զերկիր, և յեօթներորդում աւուրն հանգեաւ յամ՟ գործոց իւրոց, վս՟ այսորիկ օրհնեաց զօրն եօթներորդ, և ս՟ք արար զնա։ Արդ զի՞նչ ասիցեմք մեք առ այս. և կամ զի՞նչ իմանայցեմք, թէ հանգեաւ Ա՟Ծ յաւուրն եօթներորդի։ Արդ լո՛ւր, հաւանեցուցից զքեզ վս՟ այսր; զի Ա՟Ծ ոչ եթէ վաստակեցաւ ինչ, և կամ աշխատեցաւ 'ի գործս վեց աւուրն, և հանգեաւ յաւուրն եօթներորդի; քա՛ւ 'ի քէն ասել զայս; այլ զօրութի՟ բանին այս է, թէ կատարեաց 'ի վեց աւուրս զամ՟ գործս իւր. և դադարեա՟ց յաւուրն եօթներորդի յամ՟ գործոց իւրոց, զոր արար։ Լո՛ւր զհաւատութի՟ս, թէ ո՛չ վաստակի Ա՟Ծ։ Դաւիթ իսկ ասաց, թէ ո՛չ ննջէ, և ո՛չ 'ի քուն երթայ պահապանն Իէ՟ղի։ Եւ որ ո՛չ ննջէ, և ո՛չ 'ի քուն երթայ, և ո՛չ վաստակելով վաստակի։ Եւ ցորդիսն Իէ՟ղի ասաց Եսայի; վս՟ զի անկաւ խորհուրդ այս 'ի սիրտս ձեր, թէ ո՛չ կարէ Ա՟Ծ փրկել զմեզ։ Մի՟ թէ հունձ հնձեցի, և վաստակեցայ. և կամ ո՛չ ունիցիմ զզօրութի՟ ապրեցուցանելոյ; զի ահա 'ի սաստէ իմմէ ցամաքեցուցի զծով, և առնեմ զգետս որպէս զանապատ, և նեխին ձկունք առ 'ի չգոյէ ջուրց. և զգեցուցանեմ զերկինս խաւարաւ, և առնեմ զզգեստ

նց՟

(1) Quæ hic a Sancto Jacobo ex Iſaia Propheta allegantur, non uno ex loco ſumpta videntur, ſed ex diverſis, neque quoad verba, ſed quoad ſenſum memoriter ab eodem Sancto Doctore adducta fuiſſe. Nam capite XL. verſ. 27. legitur: *Quare dicis Jacob, & loqueris Iſrael, abſcondita eſt via mea a Domino, & a Deo meo judicium meum tranſivit? Numquid neſcis: aut non audiſti? Deus ſempiternus Dominus, qui creavit terminos terræ, non deficiet, neque laborabit, nec eſt inveſtigatio ſapientiæ ejus* Et cap. XLI. v. 18. *Aperiam in ſupinis collibus flumina, & in medio camporum fontes; ponam deſertum in ſtagna aquarum, & terram inviam in rivos aquarum.* Et cap. XLIII. v. 24. *Verumtamen ſervire me feciſti in peccatis tuis, præbuiſti mihi laborem iniquitatibus tuis.* Et cap. L v. 1. *Ecce iniquitatibus veſtris venditi eſtis, & in ſceleribus veſtris dimiſi matrem veſtram, quia veni, & non erat vir; vocavi, & non erat, qui audiret. Numquid abbreviata, & parvula facta eſt manus mea, ut non poſſim redimere, aut non eſt in me virtus ad liberandum? Ecce in increpatione mea deſertum faciam mare, ponam flumina in ſiccam, computreſcent piſces ſine aqua, & morientur in ſiti; induam cælos tenebris, & ſaccum ponam operimentum eorum.*

նշ իբր զգոյն քրձի։ Որպ̄ ցամաքեցուցի զծովն կարմիր յաւուրս հարցն ձերոց. բաժանեցի զյորդանան, և անցուցի զնոսա։ Եւ այժմ կարող էի փրկել զձեզ. այլ յանօրէնութեան ձերում անկայք դուք 'ի վաճառ, և իբր ոչ վաստակէի, վաստակեցուցիք զիս։ Որպ̄ և ասաց Մաղաքիա մարգարէ; Ձանձրացուցիք դուք զտ̄ր պատգամօք ձերովք։ Արդ լուր, և 'ի միտ առ, զի Ած̄ ոչ վաստակի, և ոչ աշխատի, և հաստատեաց զամենայն գործս իւր։ Քանզի ասաց; բանիւն տն̄ երկինք հաստատեցան, և հոգւովն բերանոյ նր̄ ամենայն զօրութիւնք նց̄։ Բայց զադամ արար ձեռօք իւրովք. և ոչ գրեալ է, թէ վաստակեցաւ յառնելն նր̄. Եւ զամենայն արարածս իբրև արար բանիւ բերանոյ իւրոյ, ասաց, և եղեն; ասաց, և աշխատութեան, և վաստակելոյ զյիշումն ոչ արար. Այլ այսպէս լուաք, զի ասաց; դադարեաց Ած̄ յամենայն գործոց իւրոց, և հանգեաւ յաւուրն եօթներորդի. Արդ եթէ Ած̄, որ անվաստակն է, հանգեաւ, և դադարեցաւ 'ի գործոց իւրոց, ո՞րչափ ևս առաւել պարտ էր հանգչել այնմիկ, որ ընդ վաստակօք, և ընդ հնազանդութեամբ կապեալ իցէ։ Նաև Եսայի մարգարէ ինքն ասաց վասն Ած̄, թէ ոչ վաստակի, և ոչ աշխատի. և չիք քննութիւն հանճարեղ իմաստութեան նորա։ Եւ 'ի միւսում վայրի ասաց վասն մեղաց ժողովրդեանն, թէ ձանձրացուցեր զիս մեղօք քովք. աշխատ արարեր զիս։ Արդ տե՛ս, զիա՞րդ երբեմն գրէ, թէ ոչ վաստակի, և ոչ 'ի քուն երթայ. և վասն մեղաց նց̄ ասէ; աշխատ արարեր զիս։ Ամենայն բանք գրոց բարւոք գրեալ են, և իմաստունք հաւանութբ̄ լսեն, և իմանան. ըստ ասելոյ առաքելոյն, թէ օրէնք բարիք են, բայց եթէ իմանալով ոք ընթեռնուցու զնս̄։ Եւ մարգարէն դարձեալ ասաց, թէ ուղիղ են ճանապարհք տն̄, և անօրէնք գայթին, և գայթակղին 'ի նս̄. և արդարք յստակամտութեամբ գնան 'ի նս̄, և վայելեն։ Արդ նման է այս ըստ արտաքին երեւոյց բանին, թէ հանգեաւ Ած̄ 'ի գործոց իւրոց; և անմտաց այսպէս թուի, թէ վաստակեցաւ, և աշխատեցաւ նա։ Եւ իբրև կամեցաւ ջնջել սատակել զմարդիկ վս̄ բազում ամբարշտութեան մեղաց իւրեանց, ասաց; զղջա-

ցայ.

Divisi Jordanem, & feci eos transire. Et nunc poteram salvare vos; sed in iniquitate vestra vos venundati estis; & cum non fatigarer, fecistis me defatigari. Sicut etiam Malachias Propheta: *Delassari*, inquit, *vos fecistis Dominum sermonibus vestris*. Insuper audi, & cognosce, quod Deus non fatigetur, neque laboret, imò quod confirmet omnia opera sua. Nam scriptum est: *Verbo Domini Cœli firmati sunt, & spiritu oris ejus omnis virtus eorum*. Adamum fecit manibus suis, & non est scriptum, quod fatigatus sit in operatione sua. Et omnes creaturas cum fecisset verbo oris sui; dixit, & facta sunt; dixit, sed de labore, & fatigatione mentionem nullam fecit: Sed sic audivimus: *Cessavit Deus ab omnibus operibus suis, & requievit die septimo*. At si Deus, qui non fatigatur, requievit, & cessavit ab operibus suis; quanto magis debuit requiescere ille, qui manens in servitute obnoxius est defatigationi? Etiam Isaias Propheta alio loco affirmavit de Deo, quod non fatigetur, & non laboret, & quod non sit indagatio altissimæ sapientiæ ejus. Et alibi Deus dixit de peccatis populi: *Fecisti me delassari peccatis tuis; & fecisti me laborare*. Jam vide, qualiter modo scribit, quod non fatigetur, & modo quod non dormitet, & de peccatis eorum dicit: *fecisti me laborare*. Omnia verba scripturarum bene scripta sunt, & sapientes assentientes audiunt, & intelligunt, juxta dictum Apostoli, quod lex bona sit, sed siquis intelligens legat illam. Nam etiam Propheta Osea dixit: *Quod recta sit via Domini, sed iniqui labuntur, & offendiculum patiuntur in ea: justi autem pura mente ambulant in ea, & delectantur*. Porro hujusmodi esse videtur sermo ille, si verbotenus intelligatur, quod *quieverit Deus ab operibus suis*. Nam dementes putant, quod desatigatus fuerit Deus, & laboraverit. Ita etiam cum vellet delere, & interimere homines propter multam impietatem peccatorum eorum dixit: *Pœnitet me, quod fecerim eos*. Age insuper, & audi Apostolum dicentem: Quod si non ita est, *quomodo judicabit Deus hunc mundum*? (1) Sed audi demum, Charissime, accipe, & disce

id

Malach. II. 17.
Psal. XXXII. 6.
Genes. II. 2.
Isai. V. 19.
Malach. II. 17.
I. Tim. I. 8.
Rom. VII. 12.
Osea XIV. 10.
Gen. VI. 7.
Rom. III. 6.

(1) Aliquid hoc loco deesse videtur; non enim bene ea, quæ præcedunt, cum iis, quæ subsequuntur, cohærere videntur.

Nam ipse imperavit imperio oris sui; Et spiritus Domini congregavit eas, & manus Domini divisit cuique earum mensuram sortis hæreditatis. Ex his igitur observa, & percipe, quanta cura sit Deo de omnibus creaturis suis. Et nihil fallit, & præterit sapientiam ejus oblivisci nesciam. Propterea monuit, & præcepit, ut eis esset requies die Sabbati.

Verba illa *requievit &c.* non ita accipienda sunt, quasi Deus defatigatus fuerit, aut laboraverit, *Gen. II. 2. 3.*

§. 6. Attende, & audi iterum, quid dixerit Scriptura: *Sex diebus fecit Deus Cælum, & terram, & die septimo requievit ab omnibus operibus suis: Propterea benedixit diei septimo, & sanctificavit illum.* Porrò quid dicemus ad hæc? vel quomodo intelligemus, quod requievit Deus die septimo? Audi, & ostendam tibi, non quia Deus defatigatus sit, eo quod laboraverit in operibus sex dierum, ideo requievit die septimo. Absit a te hæc opinio; sed vis, & sensus verborum est, quod sex diebus perfecit omnia opera sua, & die septimo cessavit ab omnibus operibus suis, quæ fecit. Audi probationem, quod Deus non fatigetur. Dixit enim David: *Non dormit, neque dormitat, qui custodit Israel.* At qui non dormit, & non dormitat, neque laborando defatigatur. Similiter ad filios Israel loquutus est Isaias: *Quoniam cecidit in corda* (1) *vestra cogitatio hæc, quod non possit Deus salvare vos. Numquid messem messui, & defatigatus sum? vel non habeo virtutem eripiendi? quoniam ecce increpatione mea exicco mare, & facio flumina sicut desertum, & fœtent pisces defectu aquarum: Et induo Cælos tenebris, & facio vestimenta eorum, tamquam colorem sacci. Sicut exiccavi mare rubrum in diebus Patrum vestrorum: Di-*

Psal. CXX. 4.

Isai. XL. XLI. &c.

քո, և լցուցանես զնոսա․ Ողարձու-
ցանես զբերս քո 'ի նոցանէ, և խոր-
վին․ Եւ եսայի ասաց; անդ ցնէք ժո-
ղովեցին առ միմեանս․ Եւ ինքն հրա-
մայեաց 'ի հրաման բերանոյ իւրոյ; և
հոգի տն ժողովեաց զնս, և ձեռն տն
բաժանեաց նոցա զիւրաքանչիւր չափ
վիճակին ժառանգուԹե․ Ահա՛ս առդ-
յայսմանէ, և 'ի միտ առ, քանիօն փոյԹ
են այ վն ամ արարածոց իւրոց, և
ոչինչ վրիպի, և անցանէ ըստ անմոռաց
իմաստուԹե նր; վն այսորիկ պատուիրա-
ցոյց, և պատուիրեաց լինել հանգիստ
օրն շաբաԹու․

Եւ ե՛կ լուր դարձեալ զինչ ասաց․
Զվեց օր արար այ զերկինս, և զեր-
կիր, և յեօԹներորդում աւուրն հան-
գեաւ յամ գործոց իւրոց․ վն այսորիկ
օրհնեաց զօրն եօԹներորդ, և սրբեաց
զնա․ այժմ զի՞նչ ասիցեմք մեք առ այս․
և կամ զի՞նչ իմանայցեմք, Թէ հանգեաւ
այ յաւուրն եօԹներորդի․ այժմ լուր,
հաւանեցուցից զքեզ վն այսր; զի այ
ոչ եԹէ վաստակեցաւ ինչ, և կամ աշ-
խատեցաւ 'ի գործս վեց աւուրն, և
հանգեաւ յաւուրն եօԹներորդի; քաւ
'ի քէն ասել զայս; այլ զօրուԹի բանին
այս է, Թէ կատարեաց 'ի վեց աւուրս
զամ գործս իւր․ և դադարեաց յաւուրն
եօԹներորդի յամ գործոց իւրոց, զոր
արար․ Լուր զհաւաստուԹիս, Թէ ոչ վաս-
տակի այ․ Դաւիթ իսկ ասաց, Թէ
ոչ ննջէ, և ոչ 'ի քուն երԹայ պահա-
պանն իղի․ Եւ որ ոչ ննջէ, և ոչ 'ի
քուն երԹայ, և ոչ վաստակելով վաս-
տակի․ Եւ ցորդիսն իղի ասաց եսայի;
վն զի անկաւ խորհուրդ այս 'ի սիրտս
ձեր, Թէ ոչ կարէ այ փրկել զմեզ․
մի Թէ հունձ հնձեցի, և վաստակեցայ․
և կամ ո՞չ ունիցիմ զզօրուԹի ապրե-
ցուցանելոյ; զի ահա 'ի սաստէ իմմէ
ցամաքեցուցի զծով, և առնեմ զգետս
որպէս զանապատ, և նեխին ձկունք
առ 'ի չգոյէ ջուրց․ և զգեցուցանեմ
զերկինս խաւարաւ, և առնեմ զզգեստ
նո

(1) Quæ hic a Sancto Jacobo ex Isaia Prophetæ allegantur, non uno ex loco sumpta videntur, sed ex diversis, neque quoad verba, sed quoad sensum memoriter ab eodem Sancto Doctore adducta fuisse. Nam capite XL. vers. 27. legitur: *Quare dicis Jacob, & loqueris Israel, abscondita est via mea a Domino, & a Deo meo judicium meum transivit? Numquid nescis: aut non audisti? Deus sempiternus Dominus, qui creavit terminos terræ, non deficiet, neque laborabit, nec est investigatio sapientiæ ejus* Et cap. XLI. v. 18. *Aperiam in supinis collibus flumina, & in medio camporum fontes; ponam desertum in stagna aquarum, & terram inviam in rivos aquarum.* Et cap. XLIII. v. 24. *Verumtamen servire me fecisti in peccatis tuis, præbuisti mihi laborem iniquitatibus tuis.* Et cap. L v. 1. *Ecce iniquitatibus vestris venditi estis, & in sceleribus vestris dimisi matrem vestram, quia veni, & non erat vir; vocavi, & non erat, qui audiret. Numquid abbreviata, & parvula facta est manus mea, ut non possim redimere, aut non est in me virtus ad liberandum? Ecce in increpatione mea desertum faciam mare, ponam flumina in siccam, computrescent pisces sine aqua, & morientur in siti; induam cælos tenebris, & saccum ponam operimentum eorum.*

նչ իբր զգոյն քրձի. Որպէս ցամաքեցուցի զծովն կարմիր յաւուրս հարցն ձերոց. բաժանեցի զյորդանան, և անցուցի զնոսա. Եւ այժմ կարող էի փրկել զձեզ. այլ յանօրէնութեան ձերում անկայք դուք ՚ի վաճառ, և իբր ոչ վաստակէի, վաստակեցուցիք զիս. Որպէս և ասաց Մաղաքիա մարգարէ; ձանձրացուցիք դուք զՏէր պատգամօք ձերովք. Արդ լուր, և ՚ի մի՛տ առ, զի Ած ոչ վաստակի, և ոչ աշխատի, և հաստատեաց զամենայն գործս իւր. Քանզի ասաց; բանիւ տն երկինք հաստատեցան, և հոգւով բերանոյ նր ամենայն զօրութիւնք նց. Բայց զադամ արար ձեռօք իւրովք. և ոչ գրեալ է, թէ վաստակեցաւ յառնելն նր. Եւ զամենայն արարածս իբրև արար բանիւ բերանոյ իւրոյ, ասաց, և եղեն; ասաց, և աշխատութե, և վաստակելոյ զյիշատակ ոչ արար. Այլ այսպէս լուաք, զի ասաց; դադարեաց Ած յամենայն գործոց իւրոց, և հանգեաւ յաւուրն եօթներորդի. Արդ եթէ Ած, որ անվաստակն է, հանգեաւ, և դադարեցաւ ՚ի գործոց իւրոց. ո՞րչափ ևս առաւել պարտ էր հանգչել այնմիկ, որ ընդ վաստակօք, և ընդ հնազանդութե կապեալ էր. Նաև եսայի մարգարէ այլ ասաց վասն այ, թէ ոչ վաստակի, և ոչ աշխատի. և չիք քննութի հանճարեղ իմաստութե նորա. Եւ ՚ի միւսում վայրի ասաց վասն մեղաց ժողովրդեանն, թէ ձանձրացուցեր զիս մեղօք քովք. աշխատ արարեր զիս. Արդ տե՛ս, զիա՞րդ երբեմն գրէ, թէ ոչ վաստակի, և ոչ ՚ի քուն երթայ. և վասն մեղաց նց ասէ; աշխատ արարեր զիս. Ամենայն բանք գրոց բարւոք գրեալ են, և իմաստունք հաւանութբ լսեն, և իմանան. ըստ ասելոյ առաքելոյն, թէ օրէնք բարիք են, բայց եթէ իմանալով ոք ընթեռնուցու զնն. Եւ մարգարէն դարձեալ ասաց, թէ ուղիղ են ճանապարհք տն, և անօրէնք գայթին, և գայթակղին ՚ի նն. և արդարք յառաջանալով մտօք գնան ՚ի նն, և վայելեն. Արդ նման է այս ըստ արտաքին երեւոյթ բանին, թէ հանգեաւ Ած ՚ի գործոց իւրոց; և անմտաց այսպէս թուի, թէ վաստակեցաւ, և աշխատեցաւ նա. Եւ իբրև կամեցաւ ջնջել սատակել զմարդիկ վն բազում ամբարշտութե մեղաց իւրեանց, ասաց; զղջացայ.

Divisi Jordanem, & feci eos transire. Et nunc poteram salvare vos; sed in iniquitate vestra vos venundati estis; & cum non fatigarer, fecistis me defatigari. Sicut etiam Malachias Propheta: *Delassari*, inquit, *vos fecistis Dominum sermonibus vestris*. (Malach. II. 17.) Insuper audi, & cognosce, quod Deus non fatigetur, neque laboret, imò quod confirmet omnia opera sua. Nam scriptum est: *Verbo Domini Cæli firmati sunt, & spiritu oris ejus omnis virtus eorum*. (Psal. XXXII. 6.) Adamum fecit manibus suis, & non est scriptum, quod fatigatus sit in operatione sua. Et omnes creaturas cum fecisset verbo oris sui; dixit, & facta sunt; dixit, sed de labore, & fatigatione mentionem nullam fecit: Sed sic audivimus: *Cessavit Deus ab omnibus operibus suis, & requievit die septimo*. (Genes. II. 2.) At si Deus, qui non fatigatur, requievit, & cessavit ab operibus suis; quanto magis debuit requiescere ille, qui manens in servitute obnoxius est defatigationi? Etiam Isaias Propheta alio loco affirmavit de Deo, quod non fatigetur, & non laboret, & quod non sit indagatio altissimæ sapientiæ ejus. (Isai. V. 19.) Et alibi Deus dixit de peccatis populi: *Fecisti me delassari peccatis tuis; & fecisti me laborare*. (Malach. II. 17.) Jam vide, qualiter modo scribit, quod non fatigetur, & modo quod non dormitet, & de peccatis eorum dicit: *fecisti me laborare*. Omnia verba scripturarum bene scripta sunt, & sapientes assentientes audiunt, & intelligunt, (I. Tim. I. 8. Rom. VII. 12.) juxta dictum Apostoli, quod lex bona sit, sed siquis intelligens legat illam. Nam etiam Propheta Osea dixit: *Quod recta sit via Domini, sed iniqui labuntur, & offendiculum patiuntur in ea: justi autem pura mente ambulant in ea, & delectantur*. (Osee XIV. 10.) Porro hujusmodi esse videtur sermo ille, si verbotenus intelligatur, quod *quieverit Deus ab operibus suis*. Nam dementes putant, quod defatigatus fuerit Deus, & laboraverit. Ita etiam cum vellet delere, & interimere homines propter multam impietatem peccatorum eorum dixit: *Pœnitet me, quod fecerim eos*. (Gen. VI. 7.) Age insuper, & audi Apostolum dicentem: Quod si non ita est, *quomodo judicabit Deus hunc mundum*? (Rom. III. 6.) (1) Sed audi demum, Charissime, accipe, & disce id

(1) Aliquid hoc loco deesse videtur; non enim bene ea, quæ præcedunt, cum iis, quæ subsequuntur, cohærere videntur.

id de Sabbato, quod dixi tibi de circumcisione, scilicet in ejus observatione frustra, & inaniter gloriantes illos superbire.

ցայ զի պարտին զնա։ Այլ ասէ, եթէ լինիք առաքեալն, որ ասաց. զի եթէ ոչ այսպէս, զիա՛րդ դատէ Ած զաշխարհս։ Արդ լուր սիրելի իմ, և յանձին կալ իմանալով վասն շաբաթու, ըստ հաւանութե, որ հաւանեցուցի զքեզ վասն Թլփատութե. զի զուր տարապարտուց պերճացեալ հպարտանան ՚ի պահել ընդ նոցա։

Non semel veteres sabbatum non observarant, nec idcirco reprehensi sunt.

§. 7. Nam neque Jesus filius Nave fecit eos quiescere die Sabbati, dum pugnaret contra Civitatem Jericho (1): quemadmodum testatur Apostolus, dicens: *Nam si Jesus filius Nave præstitisset eis requiem, nihil aliud diceret ille de die Sabbati; at vero, ecce remanet Sabbatum Dei.* Et Machabæi Sabbatum custodientes, cum occiderentur ab hostibus suis, ceperunt consilium communi voluntate, ut pugnarent, & inirent certamen potius, quàm servarent Sabbatum. Et inde ibi Sabbatum solverunt. Etiam Sacerdotes in ipso templo solvebant Sabbatum, & erant sine crimine. Nam in ipsa die Sabbati offerebant sacrificia, mactabant victimas, incidebant ligna, & igne comburebant, & quod solverint Sabbatum, non reprehendebantur, quia sic jussum erat, ut facerent. Quod si Sacerdotes admonitores populi (2) solvebant Sabbatum, præ-

Hebr. IV. 8.

Matth. XII. 5.

Նաև յեսու ևս որդի նաւեայ ոչինչ հանգոյց զնա ՚ի շաբաթու, մինչ տայր պատերազմ ընդ երիքով քաղաքի. ըստ ասել առաքելոյն նահատակի. Զի Թէ յեսուայ որդւոյ նաւեայ հանգուցեալ էր զնա, ոչ այլ ինչ ասէր նա վասն աւուրն շաբաթու. այլ արդ ահաւասիկ կայ շաբաթն Այ. Եւ մակաբայեցիքն իբրև սատակեցան ՚ի թշնամեաց իւրեանց ՚ի պահունս շաբաթու. խորհուրդ ՚ի մէջ առին ընտանութե կամօք, զի մարտիցեն զմարտ պատերազմի իւրեանց, քան պահիցեն զշաբաթն; և լուծին անդէն և անդ զշաբաթն. Այլ և քահանայք ՚ի տաճարի անդ լուծանէին զշաբաթն, և առանց մեղաց էին։ Վն զի յաւուր անդ շաբաթու մատուցանէին զպատարագս, զենուին, կոտորէին զփայտ, և այրէին ՚ի հուր. և ոչ լինէին աղարտեալք ՚ի լուծանել անդ շաբաթու, վն զի այս-

պէս

(1) Ita etiam S. Gregorius Nyssenus *adv. Jud de S. Trinit. §. De Sabbati celebrat.* inquit: *Jesus filius Nave circumdans Hiericho cum tubis ad septem dies, in sabbato feriatus non est.* Similiter S. Joannes Damascenus *de fid. Orthod. lib. IV. cap. XXIII* talia scribit: *Nonne cuncti Israelitæ per septiduum arcam Dei ferentes Hiericbuntina mœnia circumiere, inter quos dies plane sabbatum erat?* Quibus addi potest sermo de sabbato, & circumcisione, qui S. Athanasio adscribitur, ubi eadem leguntur. At verò verba Apostoli in epistola ad Hebræos alio prorsus sensu, quo interpretatur ea S. Jacobus, ab aliis Interpretibus communiter exponuntur, nempe si illa tantum requies esset, quam Israelitæ, confecto per desertum itinere, assecuti sunt, ingrediendo terram promissam, in quam eos introduxit Josue, seu Jesus Nave, non aliam Deus per os David significasset requietis diem; relinquitur ergo sabbatismus, seu aliud sabbatum, hoc est requies populo Dei: quibus verbis antevertere, ac removere voluisse Apostolum, quod ei opponi poterat, si Israelitæ, qui ex Ægypto educti sunt, in requiem Dei ob eorum incredulitatem ingredi nequiverunt, certe eorum filios per Josue Nave, qui typus erat Salvatoris, eam obtinuisse; propterea nullam aliam posthac superesse requietis diem, seu sabbatismum: ita Estius, Cornelius a Lapide, Clarius, Zegerus, Jacobus Cappellus, Grotius, & alii plures. Singularis igitur est interpretatio S. Jacobi Nisibeni, qui nos docet, per sabbatum, quo Josue Israelitas otiari, seu requiescere non sivit, cum terram promissam ingressus urbem Hierichuntinam mirabili illo Dei prodigio expugnavit, significatum fuisse, aliud sabbatum, seu requietis diem, aut Dei requiem superesse; in quam requiem Dei introire nequiverunt Israelitæ increduli, sed in deserto perierunt: nos autem in eam ingressuri sumus, si crediderimus, fidem cum bonis operibus conjungentes, quia sanctificatio nostra non in otio sabbati, ut putabant Judæi, sed in fide, & bonis operibus posita est.

(2) Similia scribunt de observatione sabbati adversus Judæos S. Justinus Martyr *in Dialogo contra Tryph §. 27.*, interrogans eos his verbis: *Siquidem dicite mihi, voluitne Deus Pontifices peccare, dum sabbatis munera offerunt, aut eos, qui circumciduntur, & circumcidunt die sabbati, dum jubet, omnino die octavo natos pueros pariter circumcidi, etiamsi dies sabbati fuerit? An non poterat una ante vel post sabbatum die natos pueros circumcidere, si id nefas esse die sabbati ducebat? Aut qui justi ante Moysen, & Abrabam appellati sunt, eique accepti exstitere, cum nec circumcisi essent præputio, nec sabbata observarent, cur eos hæc facere non docebat?* Et Tertullianus: *Denique doceant, sicuti jam prælocuti sumus, Adam sabbatizasse, aut Abel hostiam Deo sanctam offerentem sabbati religione placuisse, aut Enoch translatum sabbati cultorem fuisse, aut Noe arcæ fabricatorem propter diluvium immensum sabbatum observasse, aut Abraham in observatione Sabbati Isaac filium suum obtulisse, aut Melchisedech in suo Sacerdotio legem sabbati accepisse.* Nec dissimiliter S. Gregorius Nyssenus: *Cujus rei gratia Jesus filius Nave circumdans Hiericho cum tubis ad septem dies in sabbato feriatus non est? qui item die octavo circumcidatur parvus puer? Cur item in die sabbati mulier parit? cur item Sacerdotes* omne

պէս իսկ հրամայեալ էր նմ̃ առնել. Արդ եթէ քահանայք զգուշացուցիչք ժողովրդեանն լուծանէին զշաբաթն, մանաւանդ ՚ի տաճարին անդ, ուստի ամ̃ մեղաց ելանէր քաւութիւն, և ոչինչ համարեցաւ մեղք, ընդէ՞ր պերճացեալ հպարտանան ՚ի պահել անդ շաբաթու. որ հանգիստ տուեալ է, որպէս հաւանեցուցի զքեզ.

Բայց արդ եկ լուր զմ̃ շաբաթու, զոր ած̃ կամեցաւ, թէ ո՞ր է. Եսայի ասէ ցմ̃; այս է հանգիստ իմ, յորժամ առնիցէք հանգիստ աշխատելոց. Եւ դարձեալ ասաց; եթէ ոք պահիցէ զշաբաթ, և ոչ լուծանէ. նոքա են հաստատեալք հզօրանան յուխտ հրամանաց իմոց, և ընտրեն, զոր ես կամիմ. Ո՞ր. զի ոչ լուծանեն զշաբաթ. զի ոչ եթէ հանգիստ ած̃ տայց, և խոստացաւ նմ̃ տալ. Քանզի ասաց եթէ տաց նմ̃ զտեղի, և վայր ՚ի տան իմում, և ՚ի պարսպի իմում, և զանուն որ լաւ է քան զուստերս, և զդստերս. Արդ ոչինչ օգուտ է շաբաթ մ̃ մեղաւորաց, և ոչ գողոց, և պոռնկաց, և սպանողաց. բայց եթէ այնոցիկ, որք խնդրեն զոր ինչ ես կամիմ. և պահեն զձեռս իւրեանց ՚ի չար գործելոյ, ՚ի նոս բնակինայ ած̃, և ՚ի նոս հանգչի, ըստ բարբառոյ մարգարէին; Թէ բնակեցայց, և դադարեցից ՚ի նոս. Նաև յաւուրս իսկ եսայեայ նոքա պահէին զշաբաթ, և գնային ըստ գործոց պղծութե՛ն օտարառեր հեթանոսաց, և ըստ գործոցն սոդոմայ, և գոմորայ գործէին նոքա, և ասէին ցհեթանոսս յապարանս բարբառովն; ՚ի բաց առ, ՚ի մի կոյս կաց, զի սր̃բ եմ ես. Վ̃ա այսորիկ ասաց Եսայի, թէ այս ամ̃ եղև լուցկի բարկութե՛ն իմոյ, և բորբոքումն հրոյ մշտնջենաւոր վառելոյ. Եւ եառ ընկէց զն̃ս յերկրէ

præsertim in ipso templo, unde exibat propitiatio omnium peccatorum, & nullum eis imputatum est peccatum; quare gloriantes superbiunt in custodiendo Sabbato, quod datum est ad requiem, sicut dixi tibi?

§. 8. At vero age sis, & audi, quale Sabbatum, quo nomine requies significatur, Deus imperat servari. Isaias dicit (1): *Illa est requies mea, cum feceritis requiem afflictis*. Et iterum ait: *Qui autem servabunt Sabbatum, & non solvent, sunt, qui firmi, & stabiles sunt in pacto mandatorum meorum, & eligunt, quod ego volo*. Profecto isti non solvunt Sabbatum. Siquidem Deus pollicitus est, & promisit, se eis requiem suam daturum. *Dabo eis*, inquit, *locum, & habitaculum in domo mea, & in vallo meo, & nomen, quod melius est filiis, & filiabus*. Porrò nihil prodest Sabbatum peccatoribus, neque furibus, & fornicatoribus, & homicidis, *sed iis, qui*, ut ait, *quærunt, quidquid ego volo, & abstinent a maleficiis*; in his utique inhabitat Deus, & in eis, juxta eloquium Prophetæ: *Inhabitabo, & quiescam in eis*. In diebus quoque Isaiæ illi servabant Sabbatum, & ambulabant juxta opera coinquinationis alienigenarum gentium, & juxta opera Sodomæ, & Gomorrhæ, & dicebant gentibus superba locutione: *Abi, secede a me* (2), *quoniam ego sanctus sum*: Propterea dixit Dominus per Isaiam. *Hoc totum accensio est iræ meæ, & inflammatio ignis sempiterni accensi*. Itaque accipiens projecit eos a terra illa sua, & dispulit, & dispersit eos per omnes gentes, quia

Quale sabbatum Deus vult custodiri.

Isai. XXVIII. 12.

Isai. LVI. 4.

Ibid. 5.

Isai. LXV. 5.

omne Sacrificium in sabbato faciunt? In eamdem sententiam S. Joannes Damascenus *de fid. Orthod. lib. IV. cap. XXIII.* inquit: *Quid verò? Numquid non Israelitæ omnes infantem sabbato circumcidunt, si quidem tunc octavum vitæ diem attigerit? Nonne magnum illud jejunium, quod lege præscriptum est, si in sabbato occurrerit, obeunt? Annon itidem Sacerdotes, & Levitæ in Tabernaculi operis sabbatum violant, nec ob id in culpa sunt?* Non diversa ab his sunt, quæ habentur in sermone de sabbatis, & circumcisione, qui S. Athanasio adscribi solet, sed an ejus sit, maxime dubito, ideoque ejus verba etiam brevitatis studio prætermitto.

(1) S. Jacobus hic, & paulo inferius verborum potius sensum, ut alibi sæpe, quàm verba ipsius Prophetæ affert. Verba autem Isaiæ juxta versionem Latinam vulgatam ita se habent. Cap. XXVII. 12. *Hæc est requies mea, reficite lassum, & hoc est meum refrigerium*. Cap. LVI. 4. *Quia hæc dicit Dominus Eunuchis: qui custodierint sabbata mea, & elegerint, quæ ego volui, & tenuerint fœdus meum: Dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius a filiis, & filiabus*.

(2) Verba Isaiæ Prophetæ cap. LXV. v. 5., quæ a S. Jacobo laudantur, in versione Latina vulgata ita se habent: *Qui dicunt, recede a me, non appropinques mihi, quia immundus es: isti fumus erunt in furore meo, ignis ardens tota die*. In versione septuaginta: *Qui dicunt, longe a me, ne appropinques mihi, quoniam mundus sum. Iste est furnus furoris mei. Ignis ardet in eo cunctis diebus*. In Syriaca: *Tum dicunt, recede procul, ne accesseris a me, quia sum sanctificatus: hæc sunt fumus in ira mea, & ignis quotidie ardens*.

quia non servaverunt requiem voluntatis Dei, & servaverunt Sabbatum corporaliter. Nos autem servemus Sabbatum Dei, ut faciamus requiem voluntatis ejus, ut intremus in Sabbatum requiei (1); quia per eam Sabbatum agunt Cælum, & terra, & quiescunt, & cessant creaturæ omnes. Et ne simus pravi cordis, fugientes, vertentes pharetram, & fiamus transfugæ, juxta ea, quæ monuit Salvator: *Ne fiat*, inquiens, *fuga vestra in hyeme, neque Sabbato*. Et Apostolus dixit: *Quod usquemodo restat adhuc Sabbatum Dei*. Hæc quidem sunt, quæ opus esse duxi, ut ad te scriberem de Sabbato contra eos, qui superbientes in illo gloriantur.

Matth. 24.

Ad Hebr. IV. 9.

րէ անոտի իւրմէ, և ցրուեալ կամեաց զնս̅ ընդ ամ̅ հեթանոսս. վասն զի ոչ պահեցին զհանգիստ կամացն Այ̅, և պահեցին զշաբաթն մարմնապէս. Արդ մեք պահեսցուք զշաբաթն Այ̅, որով իւիք հանգուցանիցեմք զկամս նր̅, զի մտցուք 'ի շաբաթ հանգստեան. զի նովաւ շաբաթանան երկինք, և երկիր, և հանգչին դադարին ամ̅ արարածք. Եւ մի՛ լիցուք անդ վատասիրտք, փախչողք, զկապարճս դարձուցեալք, և եղեալք փախստեայք. ըստ բանին, զոր ասաց փրկիչն, Թէ մի՛ լինիցի փախուստն ձեր ձմերայնի, մի՛ 'ի շաբաթու. Եւ առաքեալ ասաց; եթէ ցարդ ևս կայ շաբաթն Այ̅. Զայս հաւանութիւն գրեցի քեզ վն̅ շաբաթու ընդդէմ այնոցիկ, որք հպարտացեալք պարծին նովաւ.

(1) *Nam sabbatum æternum*, inquit Tertullianus in lib. adv. Jud., *& sabbatum temporale Scripturæ designant*. Judæorum autem superstitionem, ac insanam pervicaciam in retinenda legali observantia sabbati, & servili cultu his verbis reprehendit S. Justinus Martyr in Dialog. cum Tryph. § 12. *Præcipit nova lex, ut perpetuum sabbatum celebretis, vos autem, quod inertes estis, per unum diem pii vobis esse videmini, non intelligentes, cur id vobis præscriptum sit*. Quare omnium Christifidelium nomine circa observationem sabbati S. Joannes Damascenus *de fid. Orthod lib. IV. cap. XXIII.* ita merito gloriatur: *Non jam sumus servi, sed liberi: non jam sub lege, sed sub gratia: non jam ex parte solum præ metu Domino servimus, sed totum tempus ei consecrandum sumus obligati; adeo ut servo illi, hoc est iræ, & cupiditati quiescere a peccato, Deoque feriatum esse jubeamur*; & deinde, nonnullis interjectis, hæc alia subjicit: *perfectam humanæ naturæ requiem celebramus, hoc est Resurrectionis diem, in qua Dominus Jesus vitæ auctor, & Salvator nos ad promissam illis, qui spirituali cultu Deo serviunt, hæreditatem introduxit*: & prosequens sermonem de spirituali legis observatione: *Sabbatum*, inquit, *est requies a peccato*.



ՃԱՌ

ՃԱՌ ԵՐԵՔՏԱՍԱՆԵՐՈՐԴ.

Օրինակ ցուցանելի վ̃ս ընտրութե կերակրոց.

Յոյժ իմն երկուանացեալ տատանդին միտք, և խորհուրդք ոգւոց, և տխմար մարդոյ, վ̃ս ինչ ինչ կերակրոյ, որք 'ի բերան մտանեն, զի ոչ կարեն պղծել զմարդն. Եւ այսպէս ասեն, որք յայսպիսի ախտս հիւանդացեալ կան. Ա̃ծ եղատ, և ընտրեաց, և եցոյց մովսիսի ծառայի իւրում, և ծանոյց զորինչ արժան է ուտել, և զոր օրէն է պղծել. Եւ զգուշացոյց զնա վասն անասնոց, և թռչնոց, և ձկանց եւս ծովու ըստ ազգի իւրեանց. Արդ վասն այսորիկ սիրելի, որչափ և ունիցիմ կար յանձին, տաց քեզ սակաւ հաւաստութին.

Ոչ կերակուրք ոչինչ օգտեն այն հողաց իւրեանց, և ոչինչ վնասեն այնոցիկ, որք 'ի կեր արկեալ վարին նոքօք. Վ̃ն զի ս̃բ բերանն Ա̃յ վկայեաց, թէ ոչ այն, որ մտանէ 'ի մարդ անդր, պղծէ զնա, այլ որինչ 'ի մարդոյն ելանէ, այն է, որ պղծէ զնա. Եւ զայս ասաց փրկիչն մեր զի հատցէ զպատասխանս փարիսեցւոց, և սադուկեցւոց, որք պերճացեալ հպարտացեալ պարծէին աւազանօք, և մկրտութե քն, և ձեռացն լուացմամբ, և ընտրութե կերակրոց. Յանդիման մատեաւ եկաց յառաջ յանդիմանութե, և ասէ ցն̃ս. փարիսեցիք կոյրք, և շլամիտք, Էր վասն լուանայք դուք զարտաքին բաժակին, և սկաւառակի. և 'ի ներքուստ լի էք մեղօք, և յափշտակութե. Եւ նման էք դուք գերեզմանաց բռելոց. զի արտաքոյ նշկտակեալք են, և երևին գեղեցիկք, և 'ի ներքոյ լի են ոսկերօք մեռելոց, և ամենայն պղծութեամբ. Եւ ընտրեաց եղատ, և եցոյց ն̃ց, թէ ոչինչ օգտեն 'ի պէսպէս մկրտութեց աւազանացն, և ս̃բ պարկեշտութեցն պահելոյ. Եւ ասէ ցն̃ս; 'ի սրտէ ելանեն խորհուրդք չարութե, և նոքին չարիքն, որք 'ի սրտէն ելանեն, ն̃ք են որք պղծեն զմարդն, և ոչ կերակուրք. Վ̃ն զի կերակուր յորովայն երթայ, և անտի ընդ սրբանն արտաքս անկանի, և ոչինչ պղծի մարդ նովաւ. Արդ եթէ ամենայն սուրբ և անուշ կերակուրք, որք ազնիւ թուին ցին քմացն հոտով, և տեսլեամբ, և համով, զա̃մ կերիցէ մարդ, և վայելեսցէ.

SERMO DECIMUSTERTIUS.

De Ciborum Delectu.

Mens, & cogitatio ignari, & rudis hominis huc illuc vertitur, dubius, atque incertus de quibuscumque cibis, qui in os ingrediuntur; etsi non possint polluere hominem. Nam qui hujusmodi animi infirmitate laborant, ita secum loquuntur: Deus discrevit, & selegit, ostenditque Moysi servo suo, & indicavit, quidquid licitum est manducare, & quid illicitum, quidve pollutum. Et monuit eum de animalibus, & avibus, & etiam de piscibus maris juxta genus suum. Idcirco, Charissime, quoad potero, paucis tecum hac de re agam. Homines ignari, & rudes timent, ne cibis polluantur. Lev. XI.

§. 2. Cibi nihil juvant eos, qui ipsis abstinent, nihilque nocent illis, qui eos adhibent, eisque utuntur. Etenim sancto ore suo ita Deus testatus est: *Non quod intrat in os, coinquinat hominem; sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem*. Et hoc dixit Salvator noster, ut obstrueret os Pharisæorum, & Saducæorum, qui jactabundi, & superbientes gloriabantur de lavacris, & baptismis, & lotione manuum, & electione ciborum. Accessit enim tum ad eos, graviterque objurgans, ait: *Pharisæi cœci, & amentes, quare lavatis vos exteriora calicis, & paropsidis; intus autem pleni estis peccatis, & rapinis? & similes estis vos sepulchris dealbatis, quæ foris apparent hominibus speciosa, intus vero plena sunt ossibus mortuorum, & omni immunditia*. Atque ita, re omni exposita, atque æstimata, demonstravit nullum esse emolumentum a variis immersionibus, & lavacris, statutisque abstinentiis servandis. Et dixit eis: *In corde fiunt cogitationes malitiæ; & mala illa, quæ exeunt ex corde, coinquinant hominem, & non cibi. Nam cibus vadit in ventrem, & exinde per alvum foras emittitur, & nequaquam coinquinatur homo per illum*. Siquidem omnes cibos bonos, & suaves, qui faucibus delicati videntur ob odorem, speciem, & saporem, comedit homo, eisque utitur, sed fauces solum sentiunt eorum suavitatem, & gustum. Inde autem recipit eos stomachus, & dividit

Cibi neque juvant, neque nocent. Matth. XV. 11. Matth. XXIII. 25. 26. Matth. XV. 17. 18. 19.

vidit vires virtutis eorum in ventrem, & membra corporis. Cum vero esca descendit intus, suavis odor in malum, ac foetidum vertitur, & amabilis species in terram, ac deformem, & delicati sapores in pravos immutantur, &, quod reliquum est, emittitur foras per alvum. Et quamvis homo edat panem vilem, & secundarium, cujus nec species sit bona, neque sapor suavis, neque gratus aspectus, haud dissimili separatione in corpus hominis diffunditur, tribuitque vires, & robur membris, quæ aere circumdantur, & inde similiter per alvum foras emittitur. Et accidit, ut e suavibus cibis fiat foetidior odor, quàm e vulgaribus. Ab omnibus autem hujusmodi cibis nec peccatum est, neque justitia.

—

Apostolus, qui contra sentiebant, refutavit.

§. 3. Quare B. Apostolus refellit eos, qui gloriabantur in escis, & hoc sensu, ac mente elati improbabant, & approbabant cibos, dicens eis: *Cibi nos non commendant coram Deo. Non enim, si edamus, habebimus utilitatem aliquam, neque, si non edamus, habebimus nocumentum aliquod*. Porro quemcumque cibum, & quodcumque edulium edat homo, si ea mensura, ac modo, quo licitum est, & sine crapula utatur creaturis Dei, imo cum justitia, rectitudine, & fide suscipiat dona ejus, nullum peccatum, & nullum delictum est in eo. Contra vero, si terram edat, quasi serpens, & in cibo ex venenis serpentis composito perseveret; nullum inde est ei emolumentum, & nulla utilitas. Namque creaturæ Dei bonæ sunt, & nihil est immundum, & contemptibile in eis; & sanctificantur verbo Dei per preces. Et hoc, Charissime, dixit Apostolus contra filios populi sui, cum vidisset, eos contaminatos, & contemptibiles putare cibos gentium. Nam filii Israel non communicant cum Gentibus per omnia, & in omnibus cibis, quos illæ comedunt, & vinum, quod gentes mittunt in torcularia, ipsi non bibunt. Quippe nationes gentium super omnia torcularia, & areas hostias offerunt, & commemorant nomen Idolorum suorum. Propterea Hebræi non communicant cum illis in omnibus cibis. sed

I. Cor. VIII. 8.

ցէ. քիմս իւր միայն զգան զանուշութիւն ճաշակելի կերակրոցն. և անտի ընդունին ստամոքսն, և բաժանէ զուժ զօրութեան ընդ օդս, և ընդ անդամս մարմնոյն. Եւ յորժամ իջանէ կերակուր 'ի ներքս անդր, փոխանակ անուշ հոտոյն, դառնայ և լինի չարահոտ նեխութեան. և փոխանակ ցանկալի տեսլեանն, և ազնիւ համոցն դառնայ և լինի չարագոյն, չարատեսիլ, և անկանի արտաքս ընդ որքանն. Եւ Թէպէտ զհաց յոռի, և չարահամ կերիցէ մարդ, որ ոչ տեսիլն բարւոք է, և ոչ համն անուշ. և ոչ տեսիլն ցանկալի, ընդ նոյն ճապաղ երԹայ 'ի մարդ անդր. և տայ զուժ զօրութեան ամենայն օդապատ անդամոցն. և անտի դարձեալ ընդ որքանն արտաքս անկանի. Եւ տանէ դէպ, Թէ յանուշ կերակրոցն առաւել գազիր լինի հոտ, քան 'ի յոռւոյ. Եւ յայսպիսահաս կերակրոց ամենայնէ ոչ մեղք գոն, և ոչ արդարութիւն.

Եւ առաքեալ երանելին եհատ ըզպատճառս այնոցիկ, որք պարծէին կերակրովք, և հպարտացեալք 'ի միտս յայս խոտէին, և ընտրէին զկերակուրս. և ասէ ցնոսա. Կերակուրք զմեզ ոչ կացուցանեն առաջի Այ. Քանզի ոչ Թէ ուտիցեմք, օգտիցիմք ինչ. և ոչ Թէ չուտիցեմք, վնասիցիմք ինչ. Այլ որեԹէ զամ դարմանս, և զկերակուրս կերիցէ մարդ. և արժանապէս կարգաւ, առանց շուայտելոյ վայելեսցէ զարարածս Այ և արդար կրօնիւ հաւատով ընկալցի զպարգևս նր, չիք ինչ մեղք, և յանցանք 'ի նմա. Եւ եԹէ հող կերիցէ իբրև զօձ, և 'ի Թիւնից օձի զանդեալ կայցէ 'ի նմա. չիք ինչ շահ, և օգուտ 'ի նմանէ. Վն զի ամենայն արարածք Այ բարի են, և չիք ինչ խոտան, և անարգ 'ի նս; և սրբին 'ի բանն Այ 'ի ձեռն աղօԹից. Եւ զայս սիրելի, ասաց առաքեալ ընդդէմ մանկանց ժողովրդեան իւրոյ; մինչ ետես զի պղծէին, և խոտէին զկերակուրս հեԹանոսաց. Վն զի որդիքն Իէլի, ոչ խառնակին ընդ նոսա ամ, և ընդ ամ կերակուրս, զորս հեԹանոսք ուտեն. և զգինի, զոր հեԹանոսք արկանեն 'ի հնձան, նք ոչ ըմպեն. Վն զի ազգք հեԹանոսաց, 'ի վերայ ամ հնձանաց, և կալոց զզոհս մատուցանեն, և յիշատակեն զանուն կռոց իւրեանց. Վն այն ոչ խառնակին եբրայեցիք ընդ կերակուրս նց. Եւ այս խնամս հիւանդամաց է. Եւ առաքեալ

քեալ եհատ զպատճառս այնոցիկ, որք յայս միտս հաստատեալ կային, և ասաց; Թէ ամենայն կերակուրք 'ի բանն այ̄ սրբին 'ի ձեռն աղօթից. Քանզի ամենայն մարդ, որ վայելէ զարարածս այ̄. և յառաջ քան զուտելն 'ի նոցանէ սրբէ, և փառաւորէ, և օրհնէ. կայ յաղօթս, և յիշատակէ զանուն արարչին արարածոց. 'ի ձեռն մաքուր աղօթիցն սրբին, և մաքրին, և մերժին 'ի նոցանէ զօրութիւնք չարին. Եւ առէ դարձեալ առաքեալ; եթէ ոք 'ի հեթանոսաց կոչիցէ զձեզ 'ի ճաշ, և կամիցիք երթալ, զամենայն, զոր դնիցէ առաջի ձեր, կերիջիք. և վ̄ս մտաց հարցանելոյ փոյթ մի' առնիցէք.

Վ̄ս այսորիկ սիրելի իմ, որչափ և կարասցեմ, տեղեկութի̄ ցուցից քեզ. Ա̄յրդ զի ընտրեաց, և յայտ արար ս̄ըն Ա̄յ մեր զկերակուրս, ոչ որպէս թէ արդարութի̄ ինչ լիցի նո̄ց; այլ վ̄ս յայրատութե̄, և որկորամոլութե̄ եբրեանց եդեւ նո̄ց զհնարս դայս, յերկրպագութե̄ն որ 'ի մեղաց, զոր պաշտէին նոքա յերկրին եգիպտացւոց. Քանզի 'ի սկզբանէ իբրև արար զմարդն, այս-

ſed ita ſapiunt, qui mente debiles, atque infirmi ſunt. Quare Apoſtolus abſtulit errorem eorum, qui in hac ſententia firmi ſtabant, & ait: *Omnes cibi verbo Dei ſanctificantur per orationes* (1). Nam homo, qui utitur creaturis Dei, &, antequam manducet aliquid ex eis, ſanctificat, & glorificat, & benedicit, orat, & commemorat nomen Conditoris creaturarum, per ſpirituales ejus orationes, illæ ſanctificantur, & purificantur, & expelluntur ab eis virtutes maligni. Et iterum dicit Apoſtolus: *Si quis infidelium vocat eos, & vultis ire; omne, quod vobis apponitur, manducate, nibil interrogantes propter conſcientiam.*

Rom. XIV. 14. 20. I. Cor. X 30. 31. I. Timoth IV. 1. 2. 3. Tit. I. 15.

I. Cor. X. 27.

Cur Deus legem tulerit de ciborum delectu.

§. 4. Propterea, Chariſſime, quantum potero, plane id tibi oſtendam. Sanctus Deus noſter elegit, deſignavitque cibos, & eſcas, non quod in eis poſita ſit juſtitia aliqua; ſed propter Hebræorum laſciviam, & gulam, induſtri quadam ſolertia legem de his conſtituit, ut ab earum rerum cultu, & adoratione Iſraelitas avocaret, quas peccantes in terra Ægyptiorum coluerant (2). Nam ab

Ss 2 ini-

(1) Verba Apoſtoli in epiſtola I. ad Timotheum IV. 1. ita ſe habent: *Omnis creatura Dei bona eſt, & nibil rejiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur: ſanctificatur enim per verbum Dei, & orationem.* Quibus hæc ſubiicit Jo: Chryſoſtomus in Homil. XII. cap. 4. *Adverſus eos loquitur, qui ex illis communia quædam eſſe arbitrabantur. Duo igitur capita ponit, unum quidem, quod nulla creatura communis ſit; ſecundum, quod etiam ſi communis ſit, medicamentum babes: Obſigna, gratias age, Deo gloriam redde, & immunditia omnis abſceſſit.* Et Theodoretus ad eumdem Apoſtoli locum: *Id autem*, inquit, *quod natura bonum eſt, ſi cum gratiarum actione ſumitur, per Dei memoriam etiam ſanctum redditur.*

(2) Cur Hebræis eſus quorumdam ciborum a Deo vetitus fuerit, has cauſas Tertullianus *lib. contr. Marcion. cap XVIII.* aſſignat: *Etſi lex aliquid cibis detrabit, & immunda pronuntiat animalia, quæ aliquando benedicta ſunt, conſilium exercendæ continentiæ intellige, & frænos impoſitos illi gulæ agnoſce, quæ quum panem ederet Angelorum, cucumeres, & pepones Ægyptiorum deſiderabat. Agnoſce ſimul & comitibus gulæ, libidini ſcilicet, atque luxuriæ proſpectum, quæ fere ventris caſtigatione frigeſcunt. Manducaverat enim populus, & biberat, & ſurrexerat ludere: proinde ut & pecuniæ ardor reſtingueretur ex parte, qua devictus neceſſitatem cauſatur, pretioſorum ciborum ambitio detracta eſt. Poſtremo, ut facilius bomo ad jejunandum Deo formaretur, paucis & non glorioſis eſcis aſſuefactus, & nibil de lautioribus eſuriturus.* Theodoretus *de Græc. affect. curat. ſerm. VII.* de abſtinentia a carnibus ſuillis, quam Deus Hebræis præceperat: *Ideo & abſtinere illos ſuillis carnibus juſſit, quia his ſolis Ægyptii, veſcebantur, cæteris, tanquam Diis abſtinentes. Immundas enim bas baberi lege ſanciens, edi præcepit, quæ pro Diis colebantur, ut ſpernenda viderentur, cum ea ipſi ederent, nec Divinos ſibi bonores vindicarent. Etenim cum ſuperſtitioſos illos, gulæque deditos ſciret eſſe, morbo morbum oppoſuit, & ſuperſtitioni gulam objecit. Qui enim ſuillis carnibus, ut immundis, abſtinere juſſit, aliiſque, ut mundis, veſci præcepit, per edendarum carnium cupiditatem Deos, quos putabant, abſumere cogebat.* Beatus autem Martyr Juſtinus *in Dial. cum Tryph. §. 20.*, cur delectus ciborum præſcriptus fuerat, his verbis edocet Hebræos: *Similiter mandavit, ut a cibis quibuſdam abſtineretis, ut etiam inter edendum, & bibendum ante oculos baberetis Deum, quippe cum faciles ſitis, & proclives ad abjiciendam ejus cognitionem.* Et Clemens Alexandrinus in ſuo Pædagogo *lib. II. pag. 65. Porro*, inquit, *Judæis per legem ſummo conſilio præcipitur frugalitas. Innumerabilium quippe rerum uſum per Moſem abſtulit Pædagogus, cauſas illas adjungens, occultas quidem, quæ erant ſpirituales; apertas autem, quæ carnales, quibus etiam crediderunt.* Plures autem rationes ex animalium natura, aut conditione ſumptas, nempe vel ad conſulendum corporum ſaluti, vel ad componendos mores, vel ad corrigenda vitia, vel ad deteſtandam Ægyptiorum ſuperſtitionem, quorum moribus maxime addicti erant Hebræi, affert S. Thomas 1. 2. *quæſt. 102. art 6.* Indicantur etiam aliæ ab aliis, videlicet a Novatiano, ſeu alio vetuſtiſſimo auctore epiſtolæ de cibis Judaicis *cap. 3. & ſeqq.*, a Philone Judæo *de Agricultura pag. 208.*, ab Euſebio *præpar. Evang. lib. VIII. cap. IX.*, ab Origene *lib. IV. contr. Celſum*, a Theodoreto *quæſt. 1. in Levit*, & *ſerm. de ſacrif.*, ab Iſidoro Hiſpalenſi *lib II. contr. Jud. cap. 18. de eſcis*, a Plutarcho *in Sympoſ. lib. IV. quæſt. V.*, ab Æliano *lib. X. de Animal. cap. XVI.*, aliiſque plurimis Scriptoribus tum antiquis, tum recentioribus. Quare quod legitur in epiſtola Barnabæ, non fuiſſe mandatum Dei, ut Judæi certis cibis abſtinerent, recte monet in notis Cotelerius, ita intelligendum eſſe, quod in ferendo hoc mandato non fuerit præcipuum Dei conſilium, ut ſolam legis conſiderarent literam, ſed potius, ut ad præcepti cau-

ſas

Genes. I, 28. 29. initio, quando fecit hominem, mandavit Sanctus Adæ, & deinde semini ejus, talia dicens: *Ecce dedi vobis animalia, & aves, & omne genus pecorum campi: effundetis sanguinem eorum super terram, & manducabitis illa, & tamquam olus habebitur vobis: tamen solum sanguinem non edetis: sed effundetis in terram, tan-*
Lev. XVII, 14. *quam aquam: quia sanguis est spiritus animalium, & omnium avium*. Hoc mandatum dedit Deus in primo sæculo, & non demonstravit eis discretionem ciborum. Nam si esset aliquod peccatum, & prævaricatio in cibis, primum Adam, & Evam docuisset Deus eligere, & discernere sanctum a polluto, sicut admonuit eos de sanguine. Et similiter Noe (1),
Gen. IX, 3. & filiis ejus idem de sanguine præcepit, & nullum ciborum discrimen assignavit. Scimus enim, quod justi, qui fuerunt a primo sæculo usque ad Moysen, qui delectum, & separationem ciborum filios Israel edocuit, toto illius temporis spatio omnia, quæ non abominatur, & horret homo, libere, & sine exceptione edebant (2) absque peccato. At ideo mandavit

այսպէս եւ հրաման սուրբն ադամայ, եւ ծննդոց նորա. Թէ ահաւասիկ ետու ձեզ զանասուն, եւ զԹռչուն, եւ զամենայն ազգ երէոց, հեղջիք զարիւն 'ի վերայ երկրի, եւ կերիջիք. եւ իբրեւ բանջար համարեալ լիցի ձեզ. բայց միայն զարիւն մի' ուտիցէք, այլ յերկիր հեղջիք իբրեւ զջուր; վն̃ զի արիւն շունչ է անասնոց, եւ ամենայն Թռչնոց. Զայս հրաման ետ ա̃Ճ յառաջին դարուն. եւ ոչինչ յայտ արար առաջի նց̃ զորոշումն կերակրոց. Վն̃ զի եԹէ մեղք ինչ, եւ օրինազանցուԹի կային 'ի կերակուրս, նախ ադամայ եւ եւային ընտրել, եւ որոշել զն̃քն 'ի պղծոյ. որպ̃ զգուշացոյց զնո̃ վն̃ արեան. Եւ դարձեալ նոյի, եւ որդւոց նր̃ զնոյն պատուիրեաց, եւ ոչինչ զատոյց նց̃. Այլ քանզի գիտեմք մեք վն̃ ստուգագ, եւ արդարոց, որք եղեն յառաջնոյ դարէն մինչեւ ցմովսէս, որ ընտրեաց, եւ մեկնեաց զկերակուրս որդւոցն իսրայէլի. յայս ամ̃ դարս զամենայն կերակուրս, յորոց մարդն ոչ գարշէր, եւ սոսկէր, համարձակ անխտիր ուտէին առանց մեղաց. Այլ զայս, զի պատուիրեաց որդ-

sas animum adjicerent. Quæ verò scribuntur a Tertulliano *lib. V adv. Marcionem cap. V* nihil tam contemptibile esse, quàm ciborum exceptionem per Moysen præceptam, & quæ ab Origene *Homil. VII. in Levit.*, *& lib. IV. de principiis cap. II.*, *seu Philocaliæ cap. I.* hujusmodi leges indignas apparere Deo, minusque elegantes, & ratione incongruas; & alia hujusmodi, quæ apud antiquos reperiuntur, accipienda sunt ab ipsis oratorie dicta fuisse, atque justo odio erga Judæos, & erga Judaizantes Christianos, qui mordicus literæ legis inhærentes, ejus spiritum negligebant, quos B. Apostolus in suis divinis epistolis merito pluribus reprehendit, acriterque castigat.

(1) Id etiam S. Justinus in suo Dialogo cum Tryphone §. 20. opponit Judæis: *Noe homini justo concessum esse a Deo, ut animatum omne, præter carnes in sanguine, hoc est suffocatum, ederet, narravit vobis Moyses in libro Genesis*.

(2) Genesis cap. I. v. 28. juxta vulgatam ita habetur: *Dixitque Deus, ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram, & universa ligna, quæ habent in semetipsis sementem generis sui, ut sint vobis in escam: & cunctis animantibus terræ, omnique volucri cæli, & universis, quæ moventur in terra, & in quibus est anima vivens, ut habeant ad vescendum*. Capite autem IX. 3 ejusdem libri; *Et omne, quod movetur, & vivit, erit vobis in cibum, quasi olera virentia tradidi vobis omnia*. Hinc oritur quæstio, an liceret hominibus vesci carnibus ante diluvium, idque an usu receptum esset, priusquam Deus illud faciendi, potestatem Noe fecisset. Tres autem sunt sententiæ. Prima est eorum, qui censent, nec licitum, nec usitatum fuisse, quia Deus esum olerum tantum primis hominibus Adam & Evæ permisit. Ita Novatianus, seu alius auctor epistolæ de cibis Judaicis *int. oper. Tertull.*, Liranus, Tostatus, Cartusianus, Mariana, Gordonus, Grotius, Munsterus, & plures etiam ex Ethnicis Scriptoribus, ut Ovidius *lib. XV. Metamorphoseon*. Secunda est eorum, qui in contrariam partem discedunt, nempe licuisse primis hominibus edere carnes, easque revera comedisse, primum quia nusquam legitur, Deum id vetuisse: Deinde, quia greges, ut eorum lacte & carnibus, sicut verisimile est, se alerent, pascebant; Abel enim pastor erat ovium: Tertio, quia victimas Deo mactabant, feras occidebant, earumque corio, & pellibus vestes sibi, & tabernacula conficiebant; quare minime probabile est, ferarum, quas occiderant, carnes nunquam comedisse, & victimarum, quas Deo immolaverant, carnibus abstinuisse, cum solemne esset in sacrificiis, si holocausta excipiantur, carnes victimarum comedere. Ita Cajetanus, Vatablus *ad cap. IX. Gen. v. 29.*, Victoria *relect. de temper.*, & Dominicus Soto *lib. V. de justitia quæst. 1. art. 1.* Tertia sententia est eorum, qui existimant licuisse primis hominibus vesci carnibus, sed religiosiores homines ab earum esu temperasse, quia Deus ab initio olera, non autem carnes in cibum hominibus expresse concesserat, quarum esum post diluvium diserte permisit, quia olera vim, ac virtutem suam aquarum diluvio amiserant, aut certe imminuerant, & homines infirmiores facti validiori cibo egebant. Ita S. Jo: Chrysostomus, Theodoretus, Pererius, Cornelius a Lapide, Menochius. Secundam sententiam hoc loco nobis proponit S. Jacobus; recentiores autem Scriptores, qui eam tuentur, cum sibi opponuntur verba Scripturæ *cap. I. Gen. v. 29.*, *& cap. IX. v. 3.*, ubi legitur, primis hominibus Adam & Evæ olera tantum, & fructus arborum in cibum tributa esse, e diverso Noe, ejusque posteris etiam animalium carnes datas fuisse, respondent, Deum non aliquid amplius Noe, ejusque posteris, quàm eorum majoribus concessisse, sed tantum reddidisse, quod fuerat ablatum, & quodammodo in eorumdem fruen-

որդւոցն Իսրայէլի, և զատոյց մեկնեաց նց̅ զկերակուրս ; զի̅ զի դարձան և խոտորեցան յերկրպագութիւ եգիպտացւոց, և Թողին զԱծ̅ հարցն իւրեանց ; զի̅ զի եգիպտացիք երկիրպագանէին եզին, և որթոյ. Եւ արդ ես հաւանեցուցից զձեզ զի̅ այսորիկ. Ոի իբրև եկին եղբարքն յովսէփու առ նա յեգիպտոս. և հրամայեաց հազարապետին իւրում պատրաստել նց̅ ճաշ մեծ. և 'ի ժամ ճաշոյն իբրև մտին 'ի բազմականն. գրեա̅լ է, թէ եկեր յովսէփ միայն առանձինն, և եղբարք իւր միայն առանձինն. Զի̅ զի ոչ կարէին եգիպտացիք ուտել զհաց ընդ եբրայեցիս. զի պղծութի̅ համարեալ էր ընդ նս̅. Ոի որդիքն իս̅ի յառաջագոյն քան չև էին մտեալ յեգիպտոս, ուտէին զմիս ա̅մ արջառոյ, և ոչխարի. և եգիպտացիքն ոչ ուտէին, զի զնս̅ պաշտէին, և իբր զիք համարեա̅լ էին նց̅. Եւ յորժամ էջ յակոբ յեգիպտոս, վարեաց յովսէփ ընդ իւր հինգ այր յեղբարց անտի, և տարեալ կացոյց զնս̅ առաջի փարաւոնի. և ետ նց̅ զբան մի մի մեծաւ պատուէրանաւ, թէ յորժամ հարցանիցէ զձեզ փարաւոն, թէ զինչ գործ ունիք դուք, կամ զինչ արուեստ. այսպէս ասասջիք ցփարաւոն; հովիւք խաշնարածք եմ ծառայք քո, և տեարք ստացուածոց, և մեք, և հարք մեր. Ոի յոր-

davit filiis Israel, ut discernerent, & separarent cibos, quia retro conversi sunt, & derelicto Deo Patrum suorum, declinaverunt in adorationes, & cultus Ægyptiorum, qui bovem, & vitulum adorabant. Id autem hoc loco planius edisseram. Cum advenissent fratres Joseph ad eum in Ægyptum, dispensatorem suum parare eis prandium magnum jussit. Hora autem prandii postquam discubuerunt, scriptum est, Joseph manducasse solum seorsum, & fratres ejus solos seorsum. Nam Ægyptii non poterant manducare panem cum Hebræis, quia æstimabant se pollui, si cum eis ederent. Etenim filii Israel, priusquam migrarent in Ægyptum, manducare solebant carnem vitulorum, & ovium, minime autem Ægyptii, quia colebant illa, & tamquam numina habebant(1). Cum itaque Jacob venisset in Ægyptum, Joseph assumpsit secum quinque ex fratribus suis, & ducens eos, ut sisteret coram Pharaone, hæc singulis eorum enixe præcepit. Cum interrogabit vos Pharao, quod opus exercetis, vel cui arti operam datis, sic ei respondebitis: *Pastores sunt servi tui, pascentes oves, & Domini armentorum, & nos, & Patres nostri*. Nam si vos ita dicetis, fovebit vos, atque honore afficiet,

Gen. XLIII. 32.

Gen. XLVI. 34. XLVII. 3.

fruendorum bonorum possessionem reduxisse, ex qua totius fere humani generis ob perpetrata scelera excidio, homines quodammodo fuerant dejecti. Noster autem S. Doctor Nisibenus non solum sensisse videtur, permissum fuisse a Deo ante Moysem, ut homines quæcumque animalia edere possent, non secus, ac olera, & arborum fructus; sed insuper indicat, aliter locum illum Capitis I. Genesis v. 29. legisse, quàm nunc habetur, non modo in versione latina vulgata, cujus verba superius attuli, sed etiam in textu Hebraico, & Græco Septuaginta, in Paraphasi Chaldaica, in versione Arabica, & Syriaca, quæ omnino inter se consentiunt, *Walton Polyglot. Tom. I. cap. I. Genesis v.* 28. Si tamen S Episcopus Nisibenus verba Scripturæ, & non potius sensum, ut alibi sæpe in his sermonibus fecisse comperitur, ex diversis locis in unum collectum, ad suadendum id, quod sibi proposuerat, afferre voluit.

(1) Ægyptios, excepta sue, cætera animalia terrestria Deorum numero habuisse, testatur auctor quæstionum, & responsionum ad Orthodoxos apud Justinum. Agens enim de cibis mundis, atque immundis: *Quandoquidem in Ægypto tunc animalia omnia, præter porcum, Divinitate donabantur; propterea animalium alia quidem munda, alia verò immunda appellavit, ac munda quidem permisit illis, ut immolarent, immunda autem edere vetuit; in utroque docens, ea Dei appellatione, & honore indigna esse, & quod immolarentur, & ederentur, & rursus quod immunda appellarentur*. Ita etiam Theodoretus loco paulo superius allato. Strabo autem de eisdem Ægyptiis, eorumque superstitiosa religione tradit: *Sunt quædam animalia, quæ Ægyptii colunt universi, ut de terrestribus tria, bovem, canem, felem; è volatilibus accipitrem, atque ibim; ex aquatilibus duo, lepidotum (sive squammatum) piscem, & oxyrincbum. Sunt, & quæ seorsum coluntur. Sic Saitæ, & Thebani ovem*. Geograph lib. 18. Plinius etiam lib. 8. cap. 46. *Bos*, ait, *in Ægypto etiam numinis vice colitur*. Et de bovis cultu apud Ægyptios plurimi alii Scriptores meminerunt. De ove inter Deos habita apud Scythas, & Thebanos testatur etiam Clemens Alexandrinus in admonitione ad Gentes: Jovi autem Ammoni arietem sacratum fuisse, tradit Auctor *recognit. lib. X.* Et a Mendesiis hircum cultum fuisse, scribit Clemens Alexandrinus mox laudatus in eodem libro: capris divinitatem tribuisse Coptitas, refert Ælianus de animalibus *lib. X. Cap. XXIII.* Alii verò Ægyptii Caprum ipsum, sive Hircum honore Divino coluere. Ita Diodorus Siculus *Bibl. suæ lib. I.* Et Cornelius Tacitus *hist. lib. V.* Judæorum mores Ægyptiis opponens: *Cæso*, inquit, *ariete, velut in contumeliam Ammonis, bos quoque immolatur, quem Ægyptii Apin colunt*. Herodotus vero tradit lib. II. cap. XLI. *Boves fœminas omnes itidem Ægyptii venerantur, ex omnibus pecudibus longe plurimum*. Et non multo post de Thebanis verba faciens: *Ii omnes ab ovibus se abstinentes capras immolant; non enim eosdem Deos similiter colunt universi Ægyptii*. Et mox de Mendesiæ Provinciæ Incolis ait: *Hi capris abstinentes immolant oves*. Et Juvenalis Satyr. XV.

. . . fœtis animalibus abstinet omnis
Mensa: nefas illic fœtum jugulare Capellæ.

ciet, quia pastores estis Numinum Ægyptiorum (1), & dabit vobis bonum, & nobilem locum, apricam terram, ut oves in ea maneant, terram Gessen, & demittet, & relinquet vos, neque assumet quemquam ex vobis, ut jussibus suis subjiciat, constituatque super opera sua. Sicut & in Scriptura habetur, quod *abjectus reputabatur apud Ægyptios omnis pastor pascens oves*. Et similiter scriptum est, quod cum dixit Moyses Pharaoni: *Ibimus, & offeremus sacrificium Domino Deo nostro in deserto*; ait ei Pharao: *Colite Dominum Deum vestrum hic in terra Ægyptiorum*. Respondit ei Moyses: *Nos non possumus perficere sermonem istum; nam si offeramus sacrificium oves Ægyptiorum coram eis, lapidabunt nos* (2). Et iterum scriptum est; *quod contra* (3) *simulacra Ægyptiorum fecit Dominus judicium iræ, quando percussit, & occidit armenta ovium, & jumentorum grandine*. Quippe Ægyptii in honore habebant greges ovium, & jumentorum armenta, & ea non comedebant, quia adorabant. At esca Ægyptiorum usque ad hodiernum diem est caro suina, & pisces (4), quibus co-

Gen. XLVI. 34.
Exod. III. 18. V. 1. 2. 3.
Exod. VIII. 25.
Ibid. 26.
Exod. IX. 23. & seq.

յործամ ասէ, այսպէս ասէք, պատուէ,
և յարգէ նա զձեզ, զի հովիւք էք դուք
դիցն եգիպտացւոց. և տայ ձեզ զբար-
ւոք, և զագնիւ տեղի, զմարմանդս
խաշանց, զերկիրն գեսոնի. և արձա-
կեսցէ, թողու զձեզ. զի մի՛ առցէ զոք
'ի ձէնջ, և կացուսցէ հրամանատար 'ի
վերայ գործոց իւրոց. Որպէս և գրեալ է,
թէ անարգ համարեալ էր եգիպտաց-
ւոց ամենայն հովիւ խաշնարօտ խա-
շանց. Եւ դարձեալ գրեալ է, թէ իբրև
ասաց մովսէս փարաւոնի; երթիցուք
մատուսցուք զպատարագ տն այ մե-
րում յանապատի. ասէ ցնա փարաւոն;
պաշտեցէ՛ք զտր այծ ձեր յերկրի աստ
եգիպտացւոց. ասէ ցնա մովսէս; չեմք
մեք կարող առնել զբոյցդ զայդ. Վասն
զի եթէ մատուցանիցեմք մեք պատա-
րագ զխաշինս եգիպտացւոց յանդիման
նոցա, քարկոծեն զմեզ. Եւ դարձեալ
գրեալ է. Թէ 'ի դիսն եգիպտացւոց
արար տր զդատաստան բարկութե.
յործամ եհար սատակեց զստացուածս
խաշանց, և անդէոց կարկտիւն. Քան-
զի զստացուածս խաշանց, և անդէոց
ունէին եգիպտացիք, որպէս 'ի պէտս
պատուոյ, և ոչ ուտէին զնա, զի եր-
կեր-

(1) Et quidem de Mendesiis, qui capris inter Ægyptos parcentes oves immolabant, memoriæ tradit Herodotus *lib. II. cap. 46. Inter Mendesios caprarii præcipuo honore afficiuntur, & ex his unus maxime; qui, quum decessit, ingens toti Mendesiæ provinciæ luctus proponitur*. Neque his adversari putandum est, quod inferius a S. Jacobo ex sacra Scriptura dicitur: Pastores omnes apud Ægyptios abjectos, ac viles reputatos fuisse, &, ut in versione Latina Legitur: *eos detestari*, & in textu Hebraico, Græco, Paraphrasi Chaldaica, versione Syriaca, Arabica: *abominationem esse, abominabiles, abominandos esse, abborrendos*. Utrumque enim simul fieri, ac consistere potuit, ut Ægyptii saltem religiosores officiis foverent, ac honorarent pastores, qui oves, ac boves, aliaque animalia, quæ apud eos tamquam numina colebantur, curabant, ac pascebant, & tamen ab eorum victu, & consuetudine abhorrerent, eosque infimo loco haberent; vel quia pastores pecora occidere solent, eorumque carnibus vesci, vel quia pastores omnes apud Ægyptios extranei, & alienigenæ erant, ideoque peculiaria Ægyptiorum instituta ab eorum convictu illos arcebant; vel quia cum Pastores advenæ essent, & ex infima sorte homines, ab omni honorum gradu, & Reipublicæ administratione summoti erant, & a cæteris hominibus secreti, ac separati cum gregibus suis vivebant, nullamque communionem, & consuetudinem cum civibus, atque indigenis habebant; ut in notis ad verba sacræ Scripturæ superius allata admonent Interpretes, & suadent, quæ scribit Herodotus *Histor. lib. II. cap. 47.*, Manetho Ægyptius apud Josephum *lib. I. adversf. Apionem*, Strabo *Geographic. lib. 17. aliique*; & Flavius Josephus *Antiq. Judaic. lib. II. cap. VII. n. 5.* scribit, Josephum dixisse Pharaoni, Patrem, fratresque suos pastores esse, nihilque aliud curare, ut præcaveret, *tam ne forte distraberentur, sed una habitantes patris saluti prospicerent, quàm ut cum Ægyptiis majorem inirent gratiam, quod non ad eadem cum illis studia, institutaque impellerentur. Nam Ægyptiis probibitum erat circa pascua versari*.

(2) Exodi III. 18. In versione latina vulgata ex persona Domini hæc dicuntur ad Moysen: *Et dices ad eum* (hoc est Pharaonem) *Dominus Deus Hebræorum vocavit nos: Ibimus viam trium dierum in solitudinem, ut immolemus Domino Deo nostro*. Et Cap. V. vers. 3. ejusdem libri Exodi narratur, Moysen, & Aaronem ejus fratrem dixisse Pharaoni: *Deus Hebræorum vocavit Nos, ut eamus viam trium dierum in solitudinem, & sacrificemus Domino Deo Nostro, ne forte accidat Nobis pestis, aut gladius*. Et Cap. VIII. v. 25. legitur: *Vocavitque Pharao Moysen, & Aaron, & ait eis: Ite, & sacrificate Deo vestro in terra hac: Et ait Moyses: Non potest ita fieri: abbominationes enim Ægyptiorum immolabimus Domino Deo nostro? quod si mactaverimus ea, quæ colunt Ægyptii, coram eis, lapidibus nos obruent*. Verborum autem sacræ Scripturæ sensum compendiatim retulisse videtur S. Jacobus.

(3) Non verba, sed sensus eorum, quæ hoc loco dicuntur a S. Jacobo, habetur in diversis sacræ Scripturæ locis. Nam de jumentis Ægyptiorum occisis per grandinem igne mixtam, quæ è cælo divinitus immissa est, *Exodi cap. IX. v. 23. & seqq.*, *Psalm. CIV. v. 32.* Quod autem Deus occiderit animalia, quæ colebantur ab Ægyptiis, cum septem plagis Pharaonem perculit, narratur *cap. XI. Sapientiæ v. 16, & cap. XII v. 24.*

(4) At verò Ægyptios abominari suem, eumque putare soli, & lunæ inimicissimum, semelque in anno lunæ, cum festum ejus agunt, immolare consuevisse, tradit Ælianus *lib X. de Animal. cap. XVI.*, & insuper suina carne nequaquam eos vesci, scribit

կռապաշտանէին նց ։ Բայց կերակուր եգիպտացւոց մինչև ցայսօր միս խոզի է, հանդերձ բազում ձկամբքն, զորս յաճախէ երկիր նց ։ Որպէս ասացին որդիքն իսրայելի, մինչ ցանկացան կերակրոյ. Թէ յիշեմք մեք, ասեն, զձուկն, զոր ուտէաք յեգիպտոս ձրի. հանդերձ շարաւահոտ սոխովն, և խստորին, և պրասովին, և մեղրապոպովին, և սեխխով ։ Եւ որդիքն իսրայելի ըստ նմին սովորութեան եգիպտացւոց գնային, զկերակուր նոցա ուտէին, և դից նոցա երկրպագանէին ։

Արդ ճշմարտեալ գիտասցես, թէ զկռապաշտութիւն առնէին նոքա յերկրին եգիպտացւոց, և դից նց երկիրպագանէին ։ Քանզի յեսու որդի նաւէեայ 'ի ժամանակի մահուան իւրոյ կոչեաց զորդիսն իսրայելի, և ասէ ցնս ; Ընտրեցէ՛ք այսօր, զո՞ պաշտէք դուք ։ Եթէ զդիսն, զորս պաշտեցին հարքն ձեր յանցս գետոյն ։ Թարա հայրն աբրահամու, և հաւն նաքովրայ ։ եթէ զդիսն, զորս պաշտեցիք դուք յերկրին եգիպտացւոց ։ Բայց ես տունս, և ընտանեօք իմովք զՏր ած պաշտեմք, և նմա միայն երկրպագանեմք ։ Եւ ասեն ցնա ; զՏր ած պաշտեսցուք, և նմա միայն երկրպագեսցուք ։ զի նա է ած մեր ։ Եւ զի ճշմարտեալ հաւատասցես, թէ ոչխարի, և արջառոյ երկրպագանէին

eorum terra abundat. Sicut dixerunt filii Israel, dum desideraverunt cibum, dicentes: *Recordamur nos piscium, quos* Num. XI. 5.
comedebamus in Ægypto gratis, cum odoriferis cæpis, & alliis, & porris, & cucumeribus, & peponibus. Et filii Israel secundum consuetudinem illam Ægyptiorum ambulantes, cibos eorum comedebant, & Idola adorabant.

§. 5. Jam vero id faciam, ut intelligas, certoque scias, eos in terra Ægyptiorum Idololatriæ inserviviſse, & simulacra eorum adoraſſe. Israelitæ in Ægypto idololatriæ operam dederunt.
Nam Jesus filius Nave Jos. 24. 14.
cum morti proximus esset, vocavit filios Israel, & dixit eis: *Eligite hodie* (1), *quem vos colitis: utrum Idola, quæ coluerunt Patres vestri trans fluvium Thare pater Abrahæ, & avus Nachor? an vero Idola, quæ coluistis vos in terra Ægyptiorum? Ego enim, domus, & familia mea colimus Dominum Deum, & il-* Ibid. 16. 17.
lum solum adoramus. Et responderunt: *Dominum Deum colemus, & ipsum solum adorabimus, quoniam ipse est Deus noster*. Et ut certior factus credas, ovem, & taurum adoraviſſe Israelitas in terra Ægyptiorum, attende, & percipe. Quando

bit Anaxandrides apud Athenæum sic populum Ægyptiacum alloquens, *Deipnosophist. lib. VII. pag.* 299. 300.

A suilla tu abstines, ego vero præcipue
Illam appeto.

Et quod ad pisces attinet; tum anguillas non edere ibidem affirmat, inquiens:

Maximum esse Numen anguillam putas;
Obsonium vero nos multo lautissimum.

Celsus etiam apud Originem præfert Judæis Ægyptios, quod non solum æque ac illos porcina carne abstinerent, sed insuper *capris, ovibus, bobus, & piscibus*. *Origen. lib. V. contr Cels* §. 41. Idem de esu suis ita affirmatur ab Herodoto *lib. IV. cap.* 186 *ed. an.* 1618. juxta Latinam versionem: *Ita ab Ægypto ad Tritonidem paludem, pastoritii Libyes sunt carne victitantes ac lacte, nihil vaccinum gustantes. quia nec Ægyptii gustant suem, nec alentes quidem vaccam*. Sed aliter legitur in Textu Græco in hunc modum: Οὕτω μὲν μέχρι τῆς Τριτωνίδος λίμνης ἀπ' Αἰγύπτου νομάδες εἰσὶ κρεωφάγοι τε γαλακτοπόται Λίβυες· καὶ θηλέων τε βοῶν οὔτι γευόμενοι διότιπερ οὐδὲ Αἰγύπτιοι, καὶ ὗς οὐ τρέφοντες· quæ ultima verba ita latine reddenda sunt: *Vaccas autem, & boves ne quidem gustant, quoniam neque Ægyptii, & sues non alunt*. Et quidem *lib. II. cap.* 47 scribit, Ægyptios lunæ, & Libero solummodo sues immolare, eorumque carnes edere: *Aliis Diis*, inquit, *immolare sues jus Ægyptiis non est, præterquam lunæ, & Libero; quibus cum suo tempore, & in ipso plenilunio sues immolarunt, eorum carne vescuntur*. Ita non adversatur Herodotus iis, quæ de moribus Ægyptiorum scribit S. Jacobus, quicum bene concordat Theodoretus de Græcar. affect. curat. serm. VII. de Sacrific.: *Ideo*, inquiens, *& abstinere illos* (hoc est Judæos) *suillis carnibus jussit, quia his solis Ægyptii vescebantur, cæteris, tanquam Diis, abstinentes*. Quare si quid in contrarium a nonnullis Scriptoribus traditum reperitur, haud difficile est conciliare, si tempus, quo ipsi scripserunt, spectetur; si frequens apud Gentiles Ægyptios præsertim morum & cultuum, ac religionis variatio animadvertatur; si demum observetur, quam sæpe contingat, integræ nationi attribui, quod peculiare est alicujus populi, vel cœtus hominum unius, vel alterius Civitatis. Profecto inter ætatem Moysis, de qua loquuntur S. Jacobus, & Theodoretus, & tempora, quibus scripserunt Alexandrides, seu Anaxandrides Poeta Comicus, & Celsus Philosophus, immane temporis spatium intercedit.

(1) Sensum, ut frequenter solet, allegat hic S. Jacobus, non verba sacræ Scripturæ. Nam in versione Latina, quicum concordat Textus Hebraicus & Græcus, versiones Arabica, Syriaca, & Chaldaica, *Jos. cap: XXIV. v.* 14 ita legitur: *Nunc ergo timete Dominum, & servite ei perfecto corde, atque verissimo: & auferte Deos, quibus servierunt Patres vestri in Mesopotamia, & in Ægypto, ac servite Domino. Sin autem malum vobis videtur, ut Domino serviatis, optio vobis datur: eligite hodie, quod placet, cui servire potissimum debeatis, utrum Diis, quibus servierunt Patres vestri in Mesopotamia, an Diis Amorrhæorum, in quorum terra habitatis: Ego autem, & domus mea serviemus Domino.*

do Moyses moratus est in monte, declinaverunt illi a Domino in adorationem Idolorum. De omnibus autem rerum imaginibus nullam aliam fecerunt ad adorandum, quam imaginem, & similitudinem vituli (1), quem solebant adorare in Ægypto. Et, coacta magna turba, & conventu facto, convivati sunt, & ad pristinos mores redeuntes fecerunt ludos ante caput vituli. Et Roboam filius Nabat, quando a Dei cultu eos avocavit, fecit caput vituli (2), ut illud adorarent, sicut adorabant in Ægypto. Cum autem sanctus glorificatus vidisset, quod usque ad illud tempus mundati non essent a fermento Ægyptiorum, & in eadem mente, ac sensu Idololatriæ persisterent, jussit Moysi, ut seligeret, & discerneret eis escas; & contaminata declaravit, quæ eis sancta erant in Ægypto; & jussit, ut comederent, quæ ibi adorabant, & de quibus propter stultam, & perversam eorum mentem non edebant. Et sacrificium quoque, quod offerebant coram eo, jussit, ut offerrent ex iis, quæ in Ægypto colebant (3). Insuper animadverte, & vide, quod, quamvis separaverit, & munda declaraverit eis multa animalia, tamen non jussit, ut ex omnibus illis offerrent sacrificium, sed solum de ovibus, & de pecoribus. Quapropter tibi persuasum habeas velim, dilectissime, quod frustra, im-

նէին յերկրին եգիպտացւոց, տե՛ս, և 'ի միում աւուր, զի յորժամ յամեաց Մովսէս 'ի լերինն անդր, խոտորեցան նոքա 'ի տեառնէ կռոցն երկրպագութէ. ոչ պատրեն զայլ ինչ 'ի կերպարանս նմանութեց յերկրպագութէ իւրեանց, այլ զնմանութէ որթոյ, որում սովոր էին երկրպագանել յեգիպտոս, և մեծախումբ ժողովօք խաղացին, վերատեցին, և շահն արարին առաջի որթագլխոյն. Եւ Ռոբովամ որդի Նաբատայ իբր խոտորեցոյց զնս, որթագլուխ արար յերկրպագութինդ, որպէս երկրպագանէին յեգիպտոս. Իբրև ետես սուրբն փառաւորեալ, թէ ցարդ և ոչ սրբեցան 'ի խմորոյ եգիպտացւոց, և 'ի նոյն միտս կռապաշտութէ կային նոքա. յայնժամ հրամայեաց Մովսեսի ընտրել որոշել նոցա զկերակուրս; և պղծեաց նց զայն ինչ, որ սբն էր նց յերկրին եգիպտոսի. և հրամայեաց զայն ուտել, որում երկրպագէին յեգիպտոս, և չուտէին 'ի նոցանէ վս դժխեմ, և չարակնծեա մտաց իւրեանց. Նաև զպատարագն ևս, զոր մատուցանէին առաջի նր, յայնմանէ, որում երկրպագանէին, հրամայեաց մատուցանել. Եւ արդ եկ տե՛ս, զի թէպէտ որոշեաց և յայտ արար նց զբազում անասունս 'ի սրբութի, սակայն յամենեցունց ոչ հրամայեաց մատուցանել զպատարագ, բայց 'ի խաշանց, և արջառոց. Աշյուսահեաւ 'ի միտ առ հաւա-

(1) Hoc autem neminem putare vellem, quod S. Jacobus sibi non constet, & iis, quæ superius de adoratione vituli in deserto dixit, adversetur. Nam supra docuit, Hebræos vituli imagine, non Apim, seu Osiridem, aut Serapidem Deum Ægyptiorum, & quem in Ægypto coluerunt, sed Moysen repræsentare voluisse, quod certe hoc loco non inficiatur. Et quidem diversos Deos sub eodem symbolo, seu imagine significatos fuisse apud varias nationes Idololatriæ erroribus deditas, haud difficile inveniemus. Quare Hebræos hac in re Ægyptiorum superstitionem, cum aliam non agnoscerent, alio tamen sibi numine constituto, æmulatos fuisse, minime inverisimile est, & sub vituli imagine eos coluisse in Ægypto Apidem, seu Osiridem, in deserto autem ducem suum Moysem, quem vel mortuum inter Deos relatum putabant, vel adhuc vivum in cælum translatum esse.

(2) Lib. III. Regum cap. XII. v. 28. legitur, Jeroboam fecisse duos vitulos aureos; ita etiam Tobiæ *cap. I.* 5. juxta Textum Hebraicum, Paraphrasim Chaldaicam, versionem Latinam, Arabicam, Syriacam; Græca autem versio Septuaginta habet duas vitulas, sed fortasse S. Jacobus partem pro toto posuit.

(3) Præclare in hanc sententiam disserit Theodoretus mox laudatus in eodem sermone septimo de Sacrificiis *pag.* 584. *tom. IV.*, cujus verba cum apprime congruant cum iis, quæ dicuntur a S. Jacobo Nisibeno, licet longiora sint, haud Lectori importunum erit, si hoc loco adscribam: *Israelem enim*, inquit, *longinquum tempus in Ægypto versatum, pravisque indigenarum moribus imbutum, & idolis, ac dæmonibus immolare ab illis edoctum, & ludis, choreisque, ac musicis organis oblectari, harum rerum in habitu constitutum liberare volens, sacrificare quidem permisit, non tamen omnia sacrificare, neque falsis Ægyptiorum Diis, sed sibi soli Ægyptiorum Deos offerre. Deorum siquidem in numero bovem olim habebant Ægyptii, & ovem, & capram, & columbam, & turturem, & alia quædam ex iis, quæ non esculenta erant, sed immunda vocabantur. Ne igitur indignarentur, tanquam a moribus illis penitus exclusi, falsis quidem Diis sacrificare vetuit, sibi autem ea immolare jussit, quæ ab eis dudum adorabantur, è terrestibus quidem capram, & bovem, & pecudem, e volucribus turturem, & columbam. Mansueta enim sunt, & hominum amantia hæc utraque animalia. Itaque Sapientissimus Medicus hoc remedii genus adhibuit Ægyptiæ ægritudini, ut sacrificare quidem Judæis propter eorum imbecillitatem indulgeret, sed ea, quæ prius colebant, immolare juberet, ut sacrificando discerent, Deos non esse, quos tanquam victimas ipsi mactarent.* Hæc ipsa summatim refert in quæst. 1. in Levit., eademque de re egit in aliis multis suorum operum locis, ut ibidem testatur, tum in iis, quæ contra Gentiles scripsit, & adversus Hæreticos, tum in iis, quæ adversus Magos, præterea in enarrationibus Prophetarum, & in Epistolarum Apostolicarum commentariis.

[illegible]

immerito, & inaniter gloriantur Iſraelitæ de delectu ciborum.

§. 6. Accede, & dic mihi, o ſcriba, & ſapiens Doctor Populi. Si enim apud Iſraelem pollutio cenſebatur tangere, & edere quidquid lex pollutum declaravetat, quare Nazaræus Samſon nobilis, & fortis pugnator Iſraelis, ab immunda beſtia, nempe ab ore Leonis, ad eum accedens collegit mel? Ibat, & redibat manducans mel, quod diſtillabat, & deſcendebat ſuper manus ejus, nec delicto, & opprobrio datum eſt ei opus illud. Non eſt enim ſcriptum, quod fuerit ille pollutus. Et cum oſtendiſſet robur fortitudinis ſuæ per maxillam aſini, & congeſſiſſet magno cumulo thoraces alienigenarum, ſitivit, & oravit coram Deo, dicens: *Domine Deus, tu feciſti fortitudinem hanc magnam per manum ſervi tui; & ecce nunc æſtuans ſiti morior*. Et exaudivit Deus preces ejus, & exivit aqua ex maxilla illa aſini: bibit, ſaturatus eſt, & extinxit ſitim. Si itaque delictum aliquod, vel pollutio erat in maxilla aſini, quoniam a lege polluta, & immunda deputata eſt; quare exibat aqua ex illa, ut Nazaræus biberet? Si enim hinc pollui cenſebatur, oportebat, & conveniebat aquam exire e petra, ſicut educta eſt in deſerto filiis Iſrael, vel ex terra, ſicut educta eſt Agar, & bibit Iſmael. Inſuper ſi immunditia aliqua eſt in cibis, nulla certè eſt inter omnes aves impurior, & immundior corvis, qui tamen tollentes carnem, & panem ferebant Eliæ ſancto Prophetæ, dum abſconditus ſedebat in valle Carith. Et undenam ferebant corvi cibum Eliæ, niſi ex Jeruſalem (1)? Nam portiunculam ejus partis, quam reponebant ſacerdotes ex portione ſanctuarii, fidenter tradebant unguibus corvorum, a quibus accepta ferebatur Eliæ juſſu Dei excelſi. Et reputatus eſt mundus

Exemplis Scripturæ oſtenditur, nullos cibos natura ſua immundos, aut pollutos eſſe.

Jud. XIV, 9.

Jud. 15. 18.

III. Reg. XVII. 6.

Tt

(1) *Unde vero*; ſcribit Auctor Mirabilium ſacræ Scripturæ lib. II. cap. 15., *eas carnes, & panes ille corvus detulerit, ipſe viderit, qui tale officium committebat. In quo tamen intuendum eſt, quod ex aliquorum hominum ſcientium, aut neſcientium induſtria, corvi hæc acciperent, qui coctos panes, & carnes quaslibet qualitercumque præparabant*. Inter Oper. Aug. *Tom. III. in App.* Cornelius a Lapide *in lib. III. Reg. cap. XVII.* exiſtimat, Angelos panes, & carnes, quas corvi ad Eliam deferebant, apparaſſe, eaſque ei præbuiſſe, *ideoque*, ut ipſe ait, *meliores & ſplendidiores fuiſſe noſtris, qui a piſtoribus, & coquis apparantur*. Abulenſis autem putat, *ex Regis Acabi culina, eaſdemque ex optimis & optime coctis*. Nonnullos autem Hebræos de menſa ipſius Regis corvos eas carnes tuliſſe ad Prophetam aſſerere, refert Clarius *tom. II. Critic. Sacr. in not. ad eumd. Script. locum*. Horum autem omnium ſententiis quanto melius, convenientiuſque ſcribit S. Jacobus, eas carnes ſumptas fuiſſe ex Sanctuario, ut juſſu Dei a Sacerdotibus corvorum miniſterio Propheta paſceretur: non diſſimili miraculo etiam Paulum Eremitam, alioſque Dei ſervos poſt Chriſtum natum, ſuſtentatos a Deo fuiſſe, traditum eſt.

dus cibus Eliæ, quem ex ore corvi (1) accipiebat, nempe ab ave illa, quæ contaminata habetur. Profecto plane intelligis, ac cognoscis, Chariffime, ut omnem causam, & occasionem Hebræis Deus adimeret, ne adorarent caput vituli, & Idola Ægyptiorum, propterea elegisse, & discrevisse eis cibos; & jussisse, ut ex iis offerrent sacrificia, quæ venerabantur, & colebant in terra Ægypti. Quoniam non indigebat Deus holocaustis sacrificiorum; sed ideo instituta sunt sacrificia, ut hac via, & ratione avocarentur ab adoratione Idolorum (2), imaginum, & simulacrorum Gentium, ne cum intrarent eorum terras, & miscerentur cum eis, adorarent, & colerent Idola, & imagines eorum, sicut adoraverunt Idola Ægyptiorum, cum Ægyptum ingressi cum eis mixti sunt. Propterea obligavit, & constrinxit eos, ut ante altare ejus offerrent sacrificia, & immolarent holocaustorum hostias. Et quamvis frequenter eos alloquutus sit, atque admonuerit, nihilominus declinantes ab eo, adoraverunt, & coluerunt Idola gentium, & subverterunt, & corruperunt vias suas. Sicut & Moyses dixit eis: *Scio ego verè, quod post mortem meam, corrupti corrumpemini vos, & declinabitis ab ista via, quam vobis præcepi: & eventura sunt vobis ingentia mala in fine dierum temporum.*

Levit. XI. 15.

Deut. XXXI. 29.

§. 7. Deum

զոր դնէին քահանայք 'ի միականղմն անդ, և հաւատով տային 'ի ձեռս ագռաւուց, որք առնուին տանէին Եղիայի հրամանաւ Այ բարձրելոյ. Եւ մէ համարեալ էր կերակուրն Եղիայի, զոր 'ի քերանոյ ագռաւուոյն ընդունէր, 'ի Թռչնոյ անտի, զոր օրէնք պղծեն. Եւ զի ճշմարտեալ գիտասցես սիրելի իմ, թէ վն պատճառացն համատնելոյ. զի մի՛ երկրպագցեն որթագլխոյ դիցն եգիպտացւոց, վն այն ընտրեաց, և որոշեաց, նոցա զկերակուրսն. և հրամայեաց 'ի նմանէ մատուցանել զպատարագս, յորմէ երկրպագէին իսկ նոքա, և պաշտէին յերկրին եգիպտոսի. Քանզի ոչ եթէ կարօտութիւն ինչ էր Այ յողջակէզսն պատարագաց. այլ վն զի արգելցեն 'ի պատճառս պատարագացն, յերկրպագութե կռոցն պատկերաց, դից դիականց հեթանոսաց. զի մի՛ յորժամ մտցեն, և խառնակեսցին ընդ նս, երկիրպագանիցեն, և պաշտեսցեն զկուռս, և զպատկերս նց. որպէս և պագին երկիր կռոցն եգիպտացւոց 'ի մտանել խառնակելն ընդ նս. Վսն այսորիկ կապեաց, և արգել զնս, զի առաջի սեղանոյ նր մատուսցեն զպատարագս իւրեանց, և նուիրեսցեն զնուէրս ողջակիզաց իւրեանց. Եւ թէպէտ յաճախեաց 'ի զգուշացոյց զնս. սակայն խոտորեցան 'ի նմանէ, պագին երկիր, և պաշտեցին զդիս հեթանոսաց, և եղծին ապականեցին զճանապարհս իւրեանց. Որպ և Մովսէս իսկ ասաց ցնս. գիտեմ ես ճշմարտիւ, թէ յետ մահուան իմոյ, եղծանելով եղծանիք դուք, և խոտորիք 'ի ճանապարհէդ, զոր պատուիրեցի ձեզ, և պատահեսցեն ձեզ մեծամեծ չարիք 'ի վախճան աւուրց ժամանակաց.

Եւ

(1) Theodoretus *quæst.* 52. *in lib. III. Reg.*, proposita sibi quæstione, quomodo Propheta cibum sumens ex ore corvi, quod animal immundum est, legem non transgrederetur? Respondet, quia ipse Legislator hunc ei cibum per corvos mittebat: Ex his autem nos doceri, propter Judæorum imbecillitatem eas leges latas fuisse, quas interdum ipse Legislator jussit, ut non servarentur. Etenim Sacerdotes, ac Levitas, universumque populum septies Hierichum sabbato circuire Josue præcepit. Magnum autem Prophetam Eliam, ut dictum est, a corvis alimenta accipere Deus voluit. Ita Samson, cum comedisset favum mellis, quem in mortui Leonis ore contexuerant apes, nullam subjit reprehensionem, hæc eadem adnotat Procopius *ad cap. XVII. lib. III. Regum*, qui ipsius Theodoreti verba, ejus reticito nomine, descripsit.

(2) Præclare in eamdem sententiam, cur Deus Hebræis permiserit, ut sacrificia sibi offerrent, in uno tamen Templo Hierosolymitano, ita, similitudine medici, & ægroti adhibita, differit Chrysostomus: *Quemadmodum medicus videns hominem febricitantem, morosum, impatientem, si concupiscat frigidam bibere, ac minetur, ni accipiat, plane futurum, ut vel se laqueo suspendat, vel è sublimi se præcipitem det, dum studet majus excludere malum, permittit, quod minus est, cupiens illum a violenta morte revocare; ita fecit & Deus; quoniam vidit illos insanientes, anxios, concupiscentes victimarum oblationem, jamque, nisi acciperent, quod desiderabant, paratos, ut ad Idola deflecterent; imo non solum paratos, verum etiam eo jam prolapsos: permisit immolationem victimarum. Chrysost. adv. Jud. Orat. IV. tom. I. pag* 624. 625. *noviss. edit.* Prosequitur deinde, & post non multa, hæc alia addit: *Et sicut si medicus ille, nihil enim vetat eodem exemplo denuo uti, posteaquam indulsit appetitui laborantis, mox phia-*

Եւ զի իմացեալ հաւանեսցիս, թէ ա՟ծ չէր կարօտ յուխտս, և 'ի պատարագս նց. 'ի խունկս, և 'ի նուէրս նց. այլ վ՟ն զի արգելցին նոքա; Իբրև խոտորեցան, և զթիկունս դարձուցին 'ի նմանէ, և 'ի պատճառս պատարագացն, զոր ետ նց, սկսան զոհել դից օտարաց, և առնել սպաս պաշտաման կռոց, և պատկերաց նց. յայնժամ բարբառեցաւ նց 'ի ձեռն մարգարէին, յասելն անդ իւրում; զի՞ կայ իմ և ձեր, և յաճախելոյ պատարագաց ձերոց. այսպէս ասէ տր. յագեալ եմ արդ, շատ է ինձ. զողջակէզս խոյոց, և զճարպս գառանց, և զարիւն ցլուց, և նոխազաց ոչ կամիմ տեսանել. և բնաւ զյանդիմանելդ ձեր ես ոչ կամիմ. բնաւ իսկ ո՞ խնդրեաց զայդ 'ի ձեռաց ձերոց. կոխել այսուհետև զգաւիթս իմ մի' յաճախիցէք. Եթէ մատուցանիցէք զնաշիհ պատարագ, այն զուր է ձեզ. և եթէ արկանէք ինձ զխունկս, այն պիղծ համարեալ է ինձ: զգլուխս ամսոց ձերոց, և զշաբաթս ձեր, և զօրս յարգոյս մեծամեծ պատուականաց ձերոց ոչ առնում յանձն. Եւ դաւիթ ասէ; ոչ ուտեմ ես զմիս զուարակաց քոց, և ոչ զարիւն նոխազաց քոց ըմպեմ; այլ փոխանակ այսր ամենայնի, մատո ա՟յ պատարագ օրհնութե, և կատարեա բարձրելոյն զուխտս քո. Եւ յորժամ արասցես զայս, կարդասցես առ իս յաւուր նեղութե քոյ. և լուայց քեզ, փառաւորեցից զքեզ, և օրհնեսցես զիս. Եւ դարձեալ գրէ 'ի մարգարէին անդ; զպահս, և զդատարկութիս, և զգլուխս ամբեկանաց ձերոց ատեաց անձն իմ. յագեալ եմ ձեօք, չէք հնար. յայսմհետէ

այլ

§. 7. Deum autem (2) eorum festis sacrificiis, thuribus, & hostiis non indiguisse, sed hæc omnia imperata fuisse, ut ab Idololatria avocarentur, ex eo utique percipies, quod, cum declinassent, & terga Deo vertissent, & legibus, atque institutis sacrificiorum, quæ eis dederat, uti cœpissent ad immolandum idolis Gentium, idololatrici cultus servitium obeuntes, Deorumque simulacra adorantes, ita Deus loquutus est per Prophetam: *Quid inter me, & vos, & multitudinem victimarum vestrarum? sic dicit Dominus: Jam satiatus sum, satis est mihi. Holocausta arietum, & adipem agnorum, & sanguinem taurorum, & hircorum nolo videre: Et omnino venire vos ante conspectum meum nolo. Quis quæsivit hoc de manibus vestris? Nolite post hoc calcare, & frequentare atria mea. Si offeratis similam in sacrificium, frustraneum illud est vobis. Incensum abominatio est mihi. Neomeniam & Sabbatum vestrum, & alias vestras festivitates non suscipio.* Et per os David dicit: *Non manduco ego carnem taurorum tuorum, neque sanguinem hircorum tuorum bibo. Sed pro his omnibus immola Deo sacrificium laudis: & redde Altissimo vota tua. Et cum feceris hoc, clamabis ad me in die angustiæ tuæ; & exaudiam te: glorificabo te, & benedices mihi.* Et iterum per Prophetam: *Jejunia, & Festivitates, & initia annalium vestrorum odit anima mea. Plenus sum: vobis non est remedium. Deinceps amplius non parcam peccatis vestris, & non suscipiam odorem thurium vestrorum.*

Et

Tt 2

[Margin: Deus non indiget victimis, & sacrificiis, sed vult hominis sanctitatem. — Isai. I. 11. — Psal. XLIX. 13. — Isa. I. 13. 14. 15. — Jerem. VI. 20. — Amos. V. 21.]

phiala è suis ædibus allata, præscribat, ut ex hac sola bibat aquam: deinde persuaso ægroto, clam iis, qui ministrant, præcipiat confringere phialam illam, ut eum clam, nihilque suspicantem avocet ab illa cupiditate bibendi frigidam. Itidem fecit Deus permittendo sacrificia. Neque enim in ullo Orbis loco permisit id fieri, nisi in unis Hierosolymis; mox ubi per breve tempus sacrificassent, diruit Civitatem &c.

(1) Quæ de hostiis, sacrificiis, ac festis Judæorum hoc loco disputat S. Jacobus, a Deo scilicet inter alias rationes, & causas ideo instituta fuisse, ne Israeliticus populus in Idololatriam, ad quam pronus ferebatur, laberetur, & hostias, ac victimas Deo vero potius, quàm Diis Gentium, inter quos versabatur, offerret, ejusque in honorem, ac venerationem festorum dierum solemnitates celebraret, sacrasque obiret cæremonias, ritusque servaret, non autem quod iis, ut aliqui eorum stultè putabant, indigeret: veteres Patres unanimi consensu testantur, ac docent, Tertullianus *lib. II. adv. Marcionem cap.* 18., *& cap.* 22., S. Irenæus *lib. IV. cap.* 28., S. Justinus Martyr *in Dialogo cum Tryphone*, Origenes *Homil. XVII. in Numeros*, S. Hieronymus *in cap. I. Isaiæ*. S Joan. Chrysostomus *cit. Orat IV. adv. Judæos tom. I. pag.* 624. 625. *& aliis in locis novis. edit. Paris.*, S. Epiphanius *lib. I. adv. Hæreses*, *hæres.* 42., S. Cyrillus Alexandrinus *lib. IV.*, *& lib IX. contra Julianum*, Theodoretus *Serm. VII. de Sacrificiis*, & alii. Cæterum cur a Deo sacrificia, & cæremoniæ, quæ ad eadem sacrificia pertinent, ac totius Divini cultus ordo, solemnitas, ac dignitas præscripta fuerit, plures a Theologis rationes assignari solent; videlicet ad abolendam Idololatriam, ad servandam divinorum beneficiorum memoriam, ad excellentiæ divinæ sensum animis hominum ingerendum, atque excitandum, ad eam animi dispositionem, ac præparationem, quæ divino cultui digne obeundo apta, conveniens, ac necessaria est, indicandam, ad Christum, ejusque mysteria præfigurandа, ad mores populi Dei instituendos, ad statum futuræ gloriæ designandum: Ita S. Thomas *Prima secundæ quæst.* 102. *art.* 2., ibique Sylvius, aliique Theologi, Natalis Alexander *Hist. Eccl. Vet. Testam. tom. I. dissert. III. quart. ætat. artic. II. de Sacrif. ratione pag* 414., Calmet, & alii.

Et similiter scriptum est : *Et quamvis*
Amos V. 22. *multiplicaveritis mihi holocausta vestra, in multitudinem sacrificiorum vestrorum ego non respiciam*. Et rursus ait : *Numquid*
Ibid. 25. *holocausta, & sacrificia obtulistis mihi quadraginta annis in deserto, domus Israel? Nonne vos ipsi manducabatis, & bibebatis? dicit Dominus*. Et per Isaiam iterum :
Isai. LXVI. 3. *Qui immolat mihi bovem in sacrificiam, quasi qui interficit virum : & qui offert pecus in sacrificium, quasi qui mactat canem : & qui offert similam in sacrificium, quasi qui fundit sanguinem suillum, & qui offert thymiama in thus, quasi qui blasphemat : Et qui offert preces coram me, quasi qui honorat, & honorificat cultu servili idola, & simulacra Idolorum extraneorum*. Et Samuel ita alloquutus est Saul, quando audivit vocem balatus ovium, & armentorum, quæ abduxerat de Amalecitis : *Quæ est*
I. Reg. XV. 15. *vox hæc ovium, quam ego audio?* Respondit ei Saul : *Pepercit exercitus iste*
Ibid. 5. *pulchritudini ovium istarum, & adduxerunt ad offerendum sacrificium Domino Deo tuo*. Ait Samuel : *Ecce obedire præ-*
Ibid. 22. *ceptis acceptabilius est victimis, & perficere verbum cum obedientia adipe taurorum, & hircorum*. Et iterum ait : *Non vult Dominus holocausta peccatorum*.
III. Reg. II. 27. Et iterum scriptum est : *Non expiabuntur peccata, & iniquitates domus Heli, holocaustis, & victimis usque in æterna temporum*. Et iterum scriptum est : *Non*
Mich. VI. 7. 8. *placent Domino multitudines arietum, neque decem millia armentorum, & gregum vitulorum : sed pro his omnibus ego ostendam tibi, fili hominis, quod bonum, & utile est tibi, & quod Dominus Deus tuus exigit a te, ut facias justitiam, & quæras fideliter veritatem, & promptus sis ire post Dominum Deum tuum*. Et quando Deus contempsit, & sprevit holocausta, & sacrificia in diebus Isaiæ :
Isai. I. 16. *Ostendam*, inquit, *tibi, quid sit illud, quod quæro a te : Quiescite agere perversè, discite benefacere, quærite judicium, subvenite oppresso, judicate pupillo, & defendite viduam. Et venite, & arguite me, dicit Dominus : Si fuerint peccata vestra, ut coccinum, quasi nix dealbabuntur. Et si fuerint rubra, quasi vermiculus, velut lana alba erunt*. Et Mi-
Mich. 6. cheæ : *Nolite*, inquit, *offerre oblationem super altare meum, quia vos non placetis*

այլ ոչ ներեցից մեղաց ձերոց, և ոչ ընկալայց զհոտ խնկոց ձերոց։ Եւ դարձեալ գրեալ է. Թէպէտ և յաճախեցէք ինձ զողջակէզս ձեր, ՚ի բազմուԹիւն պատարագաց ձերոց ես ոչ նայեցայց։ Եւ դարձեալ ասաց. մի՞Թէ զողջակէզս, և զպատարագս մատուցիք ինձ զքառասուն ամ յանապատի անդ. տունդ իսրայելի։ Եւ եԹէ ուտէիք, և ըմպէիք. ոչ ապաքէն դուք ինքն ուտէիք, և ըմպէիք, ասէ Տր։ Եւ Եսայի ասաց. որ մատուցանէ ինձ զեզն պատարագ, այնպէս իցէ, որպէս եԹէ հարկանիցէ ոք զկառափն մարդոյ, և որ մատուցանէ զոչխար պատարագ, այնպէս իցէ, Թէ մորԹիցէ ոք զշուն. և որ մատուցանէ զխաշին պատարագ, այնպէս իցէ, որպ հեղու ոք զարիւն խոզի. և որ մատուցանէ զկնդրուկ ՚ի խունկ, այնպէս իցէ, որպէս հայհոյիչ. և որ մատուցանէ զաղօԹս առաջի իմ, այնպէս Թէ պատուեսցէ ոք, և յարգիցէ սպասուն պաշտամամբ զդիս դիւականս կռոց օտարաց։ Եւ սամուէլ ասաց ցշաւուղ, յորժամ լուաւ զձայն բառբառոյ խաշանց, և անդեայց, զորս ածեալ էր յամաղէկացւոց. զի՞նչ է ձայնս այս խաշանց, զոր լսեմ ես։ Ասէ ցնա շաւուղ. խնայեաց զօրդ ՚ի գեղեցկուԹիւն խաշանցդ, և ածին մատուցանել պատարագ տն այ քում։ Ասէ ցնա սամուէլ. ահա լսել պատուիրանաց ընդունելի է, քան զպատարագս. և առնել զբանս ունկընդրուԹե, քան զճարպս ցլուց, և նոխազաց։ Եւ դարձեալ ասաց։ Ո՛չ կամի տր ընդ ողջակէզս մեղաւորաց։ Եւ դարձեալ գրեալ է. մի՛ քաւեսցին մեղք, և անօրէնուԹիւք տանն հեղեայ ողջակիզօք, և պատարագօք, մինչև յաւիտեանս ժամանակաց։ Եւ դարձեալ գրեալ է. ոչ հաճի տր ՚ի բազմուԹիւն խոյոց, և ոչ ընդ բիւր ժողով դասակս երինջոց. այլ փոխանակ այսոր ամենայնի, ես ցուցից քեզ որդի մարդոյ, որ ինչ օգուտ է քեզ, զոր և տր այ քո պահանջէ ՚ի քէն. զի արասցես զիրաւունս, և խնդրեսցես զհաւատս ճշմարտուԹե. և պատրաստ լինիր երԹալ զկնի տն այ քոյ։ Եւ իբրև անարգեաց, խոտեաց զողջակէզսն, և զպատարագս յաւուրս եսայեայ, ասաց ցուցից քեզ, զինչ իցէ այն, զոր խնդրեմ ՚ի քէն. դադարեցէ՛ք ՚ի չարեաց ձերոց, ուսարու՛ք զբարիս գործել, խնդրեցէ՛ք զիրաւունս, փրկեցէ՛ք զզրկեալն, դատա_

արարէք որբոյն , և տուէք իրաւունս
այրւոյն . և եկա՛յք յանդիմանեսցուք ,
ասէ տր . Եւ եթէ իցեն մեղքն ձեր
իբրև զձանձախարիթ , իբրև զձիւն
սպիտակ արարից . և եթէ իցեն իբրև
զորդան կարմիր , իբր զասր մք արարից .
Եւ միւսն ասաց ; մի՛ մատուցանէք
զձիրսն ՚ի վերայ սեղանոյ իմոյ . վն զի ոչ
հաճիմ ես ՚ի ձեզ , ասէ տր . Եւ դա_
նիէլ ասաց յնաբուքոդոնոսոր ; զմեղս
քո առոք փրկեսջիր , և զանօրէնութիւ
քո ողորմութ̄ք ՚ի վերայ կարօտելոց . և
ոչ ողջակիզօք , և պատարագօք . Արհ
ամարհեաց տր զիսրայէլ , և զպատա_
րագս նր . որպէս ասաց երեմիա ; ար_
ծաթ անարգ կոչեցէ՛ք զնս . զի տր անար-
գեաց զնս . Եւ դարձեալ ասաց ; հան
զնս յերեսաց իմոց , և ելցեն . Եւ եթէ
ասասցեն ցքեզ ; յո՛ երթիցեմք ; ասաս_
ջի՛ր ցնս ; ՚ի սրոյ ՚ի սուր . ՚ի սովոյ ՚ի սով .
՚ի գերութէ ՚ի գերութի . և ՚ի մա_
հուանէ ՚ի մահուան . Եւ դարձեալ
գրեալ է ; այլ մի՛ ևս յաւելից հայիլ ՚ի
նս . Եւ եսայի ասաց մեկնեցէ՛ք ՚ի նո_
ցանէ , և պիղծ կոչեցէք զնս . Եւ երե_
միա ասաց ; Թողի զտուն իմ . Թողի
զժառանգութի իմ . ետու զսիրելին իմ ՚ի
ձեռս Թշնամեաց . Եւ դարձեալ գրեալ
է ; ետու դստեր ժողովրդեան իմոյ
զԹուղԹ ապահարզանի . Եւ դարձեալ
գրեալ է ; անցոյց տր ՚ի սիօնէ զզատիկս ,
և զշաբաԹս . Եւ եզեկիէլ մեկնեաց ,
և եցոյց նց զն նոցին Թշուառութե .
և ետ նց ողջակէզս , և զպատարագս .
զի Թերևս ՚ի նց պատճառս , արգելեալ
կարճեսցին ՚ի մեղաց անդի իւրեանց .
Եւ ասաց զնն ևս վերագոյն ; ետու նց
զպա_

tis mihi, dicit Dominus. Et Daniel dixit Nabuchodonosor: *Peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordiis super egenos, & non holocaustis, & victimis*. Dan. IV. 24. Sprevit itaque Dominus Israelem, & sacrificia ejus, sicuti dixit Jeremias: *Argentum abjectum vocate eos, quia sprevit Dominus illos*. Jerem. VI. 30. Et iterum: *Educ illos*, ait Dominus, *a facie mea, & exeant. Et si dixerint tibi: Quo ibimus? dices eis; a gladio in gladium; a fame in famem; a captivitate in captivitatem; & a peste in pestem*. Ibid. XV. 1. 2. Et rursus apud eum scriptum est: *Amplius non addam respicere in eos*. Et per Isaiam ait: *Separamini ab eis, & pollutos vocate ipsos*. Isai. LII. 11. Et iterum per Jeremiam dicit Dominus: *Reliqui domum meam, reliqui hæreditatem meam, dedi dilectum meum in manibus hostium*. Jerem. XII. 7. Et alio loco scriptum est: *Dedi filiæ populi mei scripturam repudii*: Et iterum apud Oseam: *Fecit Dominus transire a Sion Pascha, & Sabbatum*. Osea II. 11. Et per Ezechielem exposuit, & ostendit eis miseriam suam, & dedit eis holocausta, & sacrificia, si forte in functionibus eorum obeundis occupati, & detenti minuerent peccata sua. Nam cum paulo ante eis dixisset: *Dedi*, inquit, *eis præcepta & judicia: ostendi, & manifestavi eis, ut, si faceret homo ea, viveret per illa*. Ezech. XX. 11. Postea subdit: *Dedit eis mandata non proficua, & judicia, per quæ non viverent: Et contaminaverunt se in primitiis, & indignis donis suis, & in oblationibus holocaustorum, & victimarum* (1). Ibid. 25. 31. O stul-

(1) Non tam Prophetæ verba, quàm sensum hoc loco, sicut in aliis ante laudatis, quorum comparationem cum textu Hebræo, ejusque in varias linguas versionibus, ne tædio afficerem Lectorem, prætermisi, allegat S. Jacobus. Juxta enim versionem Latinam vulgatam, quicum aliæ versiones, & textus Hebraicus consentiunt, Ezechielis *cap. XX. v.* 11. ita legitur: *Et dedi eis præcepta mea, & judicia mea ostendi eis, quæ faciens homo vivet in eis*. Et vers. 25. *Ergo & ego dedi eis præcepta non bona, & judicia, in quibus non vivent, & pollui eos in muneribus suis, cum offerrent omne, quod aperit vulvam propter delicta sua*. Et vers. 30. *Certe in via Patrum vestrorum vos polluimini, & post offendicula eorum vos fornicamini, & in oblatione donorum vestrorum &c.* Verba Ezechielis: *dedi eis præcepta non bona*, a sacræ Scripturæ Interpretibus variis modis exponi solent, quos referunt Cornelius a Lapide, & Calmet, aliique in commentariis ad hunc locum. Consentaneè quidem ad mentem, ac sententiam S. Jacobi explicat S. Augustinus *Epist. LXXXII.*, *alias XIX. num.* 14. in hunc modum: *Cur autem non dicam, præcepta illa veterum sacramentorum nec bona esse, quia non eis homines justificantur; umbræ enim sunt prænuntiantes gratiam, qua justificamur: nec tamen mala, quia Divinitus præcepta sunt, tempori, personisque congruentia: cum me adjuvet etiam prophetica sententia, qua dicit Deus, se illi populo dedisse præcepta non bona? Forte enim propterea non dixit mala, sed tantum non bona, id est non talia, ut illis homines boni fiant, aut sine illis boni non fiant*. Non dissimiliter S. Hieronymus in comment. ad Ezechielem: *Potest*, inquit, *& hoc dici, quod ante offensam Decalogum tantum acceperint, post Idololatriam verò, & blasphemiam multiplices legis cæremonias, ut Deo potius offerrent victimas, quas Dæmonibus offerebant, & comparatione sacrilegii levius fieret, quod non erat per se bonum, & nequaquam malum, quia Deo offerebatur, & tamen non bonum, quia boni auctorem offenderant*. Cum his concordat Theodoretus, qui, aliorum interpretatione rejecta, suam subjicit in hæc verba: *Cum enim dederim*, inquit, *justificationes ipsis*, QUAS FACIET HOMO, ET VIVET IN EIS, (*& per hæc intelligit decem verba legis, a quibus migrarunt*

O stulte, & difficilis ad credendum, & intelligendum, Scriba legis, & doctor populi, induc animum tuum, & crede. Nam dum os sanctum testatum est, quod dederit mandata, & judicia inutilia, & non bona: quid stupet petulans facies tua? Et quid recalcitras, & perfricta fronte impugnas? Nam ecce propter (2) peccata, & iniquitatem tuam dedit tibi Deus holocausta, & victimas, & separavit, & discrevit tibi cibos. De quibus autem mandatis, & judiciis revera dixit Ezechiel, quod, qui faceret, viveret vita? Et e contrario de quibus mandatis vere ait: dedi vobis mandata non utilia, & non proficua, in quibus non viverent? Profecto præcepta, & judicia salutifera, & vivificantia utique sunt illa, quæ primum scripta sunt: Et certum, & justum judicium justificationum, quod eis servandum proposuit, sunt decem sancta præcepta, quæ Deus exaravit manu sua, & dedit Moysi, ut doceret ea: Et quando conflaverunt caput vituli, & verterunt terga, & declinaverunt ab eo, tunc addidit, & tribuit eis præcepta, & judicia inutilia; Sacrificia, & legem leprosi, & feminiflui, & menstrualis, & partus, & ne quis tangeret mortuum, & sepulcra, & ossa, & occisos, & ut pro omni peccato offerretur sacrificium, & pro omnibus immundis pollutionibus membrorum, & ex his singulis dixit, & præcepit, ut homo fieret immundus usque ad vesperum, & aquis ablueretur. Profecto propter ea omnia, quæ scripta sunt, nec una dies est, in qua Israel sit immunis a peccatis, sed omnibus annis, & diebus temporum suorum in peccatis, & in immunditia jacent, ac versantur, & in ea consumuntur. Eodemque in statu pereunt, & ex lege illa justificari nequeunt; nisi quis faciat ea

Ibid.

զպատուիրանս, և զիրաւունս. ցուցի, և յայտ արարի նց. զի եթէ արասցէ զնոսա մարդ, կեցցէ նոքօք. Եւ դարձեալ ասաց; Ետու նց զպատուիրանս, որ ոչ է բարի. և զդատաստանս, զի մի՛ կեցցեն նոքօք. Եւ պղծեցին զնս յերեխայրիս իւրեանց. և յարժանս տրոց իւրեանց 'ի մատուցանել ողջակիզացն, և պատարագաց. Լուա՛լ յանձին, և հաւանեա՛ց ախմար, և դժուարամիտ դպիր օրինաց, և վարդապետ ժողովրդեան. Ո՛վ որովհետև բերանն սուրբ վկայեաց, թէ տուեալ է զպատուիրանս, և զդատաստանս անշահս, և անօգուտս. զի՞ լրբեալ լինեալ են երեսք քո. և յիշատակեա, պայքարես 'ի մաքառմանդ քում. Ո՛վ ահա վն մեղաց, և անօրէնութե քո, ետ քեզ զողջակէզս, և զպատարագս. եզատ, և որոշեաց քեզ զկերակուրս. Եւ յն որո՞ց պատուիրանաց, և դատաստանաց ասաց արդեօք եզեկիէլ. թէ որ առնիցէ, կեցցէ կենօք. Եւ վն որո՞ց պատուիրանաց ասաց արդեօք, եթէ ետու ձեզ զպատուիրանս անօգուտս, և զդատաստանս անշահս, զի մի՛ կեցցեն նոքա. Քանզի պատուիրանք, և իրաւունք կեցուցիչք, և կենդանարարք նոքա իսկ են, որ վերուստն գրեալ են. և ստոյգ, և արդար դատաստան իրաւանց, զոր եդ առաջի նց, տասն սուրբ պատուիրանքն են, զոր նկարեաց ձեռօք իւրովք, և ետ մովսէսի, զի ուսուցանէր զնս. Եւ իբր արարին զորթագլուխն, Թիկունս դարձուցին, և խոտորեցան 'ի նմանէ; յայնժամ յաւել ետ նց զպատուիրանս, և զդատաստանս յոռեգոյն. զպատարագս, և զօրէն բորոտին, և զխշտկային, և զդաշտանեսին, և զծննդեանն., և զի մի՛ ոք մերձեսցի 'ի մեռելոյն, և մի՛ 'ի գերեզմանս, և յոսկերս, և 'ի սպանեալս; և զի վասն ամենայն մեղաց մատուսցէ զպատարագ,

runt ipsi, atque ea sine ullo metu aspernari perseverarunt) aliis eos præceptis obstrinxi, ac veluti affixi, quæ vitam nullam ipsis ministrare poterant, sed sua observatione, & in ipsis occupatione id efficiebant, ut necessarias leges illas violare desisterent. Per hæc autem innuit præcepta de lepra, de ossibus cadaveris, & morticinio, & de aliis hujuscemodi, & crebras propter hæc expiationes, & sacrificia, quæ pro his offeruntur. In his enim observandis illi occupati, non amplius necessarias illas, & utiles leges poterant aspernari. Idcirco non dixit dedisse se illis mala præcepta, SED NON BONA. Theodor. in comment. ad Ezechiel.

(1) Quod admonet, & docet S. Jacobus, data fuisse Israelitis præcepta cæremonialia propter peccata, & iniquitatem, nempe postquam Israeliticus populus in Idololatriam lapsus est in deserto, plures etiam ex antiquis Patribus post eum adnotarunt: S. Joannes Chrysostomus *loc. supra cit.* & *in oratione secunda adversus Judæos*, S. Hieronymus *in commentariis ad Cap. XX. Ezechielis*, S. Cyrillus Alexandrinus *lib. IX. contra Julianum*, & alii plurimi. Et S. Thomas ex veterum Patrum sententia ita scribit: *Præcepta de sacrificiis non fuerunt data populo Judæorum, nisi postquam declinavit ad Idololatriam, adorando vitulum conflatilem: quasi hujusmodi sacrificia sint instituta, ut populus ad sacrificandum promptus, hujusmodi sacrificia magis Deo, quàm Idolis offerret.* S. Thomas 1. 2. *quæst.* 102. *art.* 3.

գաղ , և վասն ամենայն պղծելոց դի_
ճուԹեցն անդամոց . Եւ վասն միոյ
միոյ 'ի նոցանէն ասաց , և հրամայեաց ,
Թէ եղիցի պիղծ մինչև երեկոյ , և
լուասցէ 'ի ջուր . Ճշմարտեն յայսմ
ամենայնի , որք գրեցեալ են , չիք և ոչ
մի օր , Թէ ոք եղէ խորայէլ 'ի մեղաց
անտի ; այլ զամենայն ամս , և զաւուրս
ժամանակաց իւրեանց 'ի մեղս , և 'ի
պղծուԹի զանկեալ կան . նոքաւ սպա_
ռեն , և 'ի նոյն սատակեն , և յօրէնաց
անտի ոչ կարեն արդարանալ . բայց եԹէ
այն , որ արարացէ զայն , որ ինչ գրեալ է
յօրէնս , և նովաք կեցցէ . Եւ յայտ է ,
Թէ ոչոք կարէ պահել , և առնել զնա .
Եւ այն մեր Տէրն տեսեալ , Թէ ծանունք
են նոքա , կոչեաց զմեզ , և ասաց ; եկայք
առ իս աշխատեալք , և վաստակեալք ,
և որք ունիք զբեռինս ծանունս , և ես
հանգուցից զձեզ ; առէ՛ք զլուծ իմ 'ի
ձեզ . զի լուծ իմ քաղցր է , և բեռն իմ
ԹեԹև . Խոստովանիմք յորդառատ
ողորմուԹեանն , որ եառ 'ի մէնջ զխիստ
լուծ , և զծանր . և ետ մեզ զիւրն
զքաղցրն , և զԹեԹևն . Սիրելի , ես
գրեցի քեզ զայսոսիկ առ 'ի յիշատակ .
զն̄ զի հպարտացեալ պերճանան , և
պարծին ժողովուրդն հրէից , և պղծեն ,
և ընտրեն զկերակուրս . Քանզի այսո_
քիւք երեքումբք կարի պարծին , Թլփա-
տուԹբ , շաբաԹուն պահելով . և ընտ_
րուԹբ կերակրոց , հանդերձ այլովք
քազմօք . Վն̄ այսց երեցունց , որչափ
և հասու եղէ , գրեցի քեզ . և եասու
զհաւանուԹիւս ; և զն̄ այլոց ևս որչափ
ինչ ա՟Ծ տացէ մեզ , երբեմն ըստ պատ_
շաճ ժամու գրեցից , և ցուցից քեզ .

ea omnia, quæ ſcripta ſunt in lege, ut vivat. Sed manifeſtum eſt, quod nemo poſſit ea ſervare, & facere (1). Itaque Dominus noſter videns ea eſſe gravia, vocavit nos, inquiens: *Venite ad me,* Matth. XI. 28. *qui laboratis, & fatigati eſtis, & qui habetis onera gravia, & ego reficiam vos: Tollite jugum meum ſuper vos: jugum enim meum ſuave eſt, & onus meum leve.* Fateamur igitur abundantiam miſericordiæ Domini, qui abſtulit a nobis durum, & grave jugum, & dedit nobis jugum ſuum ſuave, & leve. Chariſſime, ego ſcripſi tibi hæc, ut in memoria tua ſint, cum populi Judæorum in ſuperbiam elati ſe jactant, & gloriantur mundos ab immundis cibos diſcernere, atque eligere. Nam in his tribus valde gloriantur (2), in circumciſione, in obſervantia Sabbati, & in delectu ciborum. Itaque de his tribus, quantum aſſecutus ſum, ſcripſi tibi, & perſuadere conatus ſum. Et de aliis etiam, quantum Deus dederit nobis, cum opportunum, & congruum fuerit, ſcribam, eaque tibi explanare conabor.

(1) Servari non poſſe omnia legis præcepta ſine gratia Salvatoris, teſtatur Apoſtolus in epiſtola ad Romanos, aliiſque in locis, & confirmant omnes antiqui Patres, ac omnes Theologi, quibus ſuffragatur hoc loco S. Jacobus.

(2) Solitos quidem Judæos fuiſſe primævæ Eccleſiæ Chriſtianæ temporibus de his tribus, ut affirmat S. Jacobus, potiſſimum gloriari, atque efferri adverſus Chriſtianos, de ſabbato, de circumciſione, & de ciborum delectu, teſtimonium nobis, præter Juſtinum Martyrem in Dialogo cum Tryphone, Joannem Chryſoſtomum, Cyrillum Alexandrinum, alioſque plures, ſparſim in ſuis Operibus, tum etiam ſacros ipſos Evangelicæ hiſtoriæ Scriptores, diſerte perhibet Novatianus, ſeu alius antiquus Auctor epiſtolæ de cibis Judaicis *int. Oper. Tertul.*, cujus verba talia ſunt: *Quam vero ſint perverſi Judæi, & ab intellectu ſuæ legis alieni, duabus epiſtolis ſuperioribus, ut arbitror, plene oſtendi; in quibus probatum eſt, prorſus ignorare illos, quæ ſit vera circumciſio, & quid verum ſabbatum, quorum adhuc magis ac magis cæcitas revincitur in hac epiſtola, in qua aliquid de cibis ipſorum breviter diſſeritur; hinc etenim ſe ſolos ſanctos, & cæteros omnes æſtimant inquinatos.*

SERMO DECIMUSQUARTUS.

De Pascha.

Quid Deus præceperit Moysi de Paschate.

Exod. XII. 3.

JUssit Sanctus Moysi, ut facerent Pascha die decimaquarta primi mensis, & ait: *Dic filiis Israel, ut accipiant sibi agnum anniculum. Sument ex agnis, & ex hædis, & facient festivitatem magnam, Pascha Domini: Et sument agnum die decima mensis, & servabunt usque ad decimam quartam diem illius mensis: Et immolabunt agnum ad occasum solis, & aspergent ex sanguine ejus super ostia ædificiorum, & domorum suarum, ne noceat eis Angelus, cum transibit per terram Ægypti ad disperdendum. Et comedet agnum omnis populus festinanter. Sic autem comedent illum renes suos cingentes, calceamenta habentes in pedibus, tenentes baculos in manibus. Et non comedent ex eo crudum, nec coctum aqua, sed assum igni, & extra domum nihil educent de illo, & os non frangent in eo.* Et ita fecerunt filii Israel, & comederunt Pascha decima quarta die primi mensis, qui est ille idem mensis, qui dicitur Mehecus, mensis florum, mensis primus mensis anni. Age itaque, & observa, Charissime, cæremonias, quas servandas præscripsit Sanctus, cum facerent Pascha, & quomodo monuit eos de omni ritu Paschali. Nam dixit eis, ut in una domo comederent, & extra domum non extraherent quidquam de eo. Insuper considera, quomodo locum celebrationis Paschatis præscripsit eis Moyses: *Cum intraveritis*, inquiens, *in terram, quam dabit vobis Dominus, & feceritis Pascha suo tempore, ne audeatis facere Pascha in quacumque ex civitatibus, & vicis vestris, sed in loco, quem elegerit sibi Dominus Deus vester. Comedetis itaque Pascha, & comedetis coram Domino Deo vestro vos, & domestici vestri, & cum gaudio exultabitis in festivitate Paschæ vestri.* Et iterum sic eis præcepit, dicens eis: *Advena alienigena, & mercenarius non comedet ex Pascha illo. Et servus emptitius tuus cum circumciderit præputium carnis suæ, tunc comedet de Pascha.*

Deut. XVI. 5. 6. & seqq. Num. IX. 2.

Exod. XII. 43.

§. 2.

ՃԱՌ ՉՈՐԵՔՏԱՍԱՆԵՐՈՐԴ.

Վասն Զատկաց.

ԵՏ ՏՐ մեծն հրաման Մովսիսի, առնել զզատիկն ՚ի չորեքտասան երորդ առաջնոյ ամսոյն, և ասաց; ասա՛ ցորդիսն Իսրայելի. առցեն իւրեանց զզառն տարեւոր. ՚ի գառանց, և յուլոց անտի առցեն. և արասցեն տօն մեծ զատիկ տն. Եւ առցեն զզառն ՚ի տասներորդ ամսոյն, և պահեսցեն մինչև ցչորեքտասաներորդն նորին ամսոյն. և զենցեն զզառն ընդ մտանել արեւուն. և ցանեսցեն յարենէ նր ՚ի վերայ դրանց ապարանից, և տանց իւրեանց. զի մի՛ մեղանչիցէ նց հրեշտակն, յորժամ անցանիցէ ընդ երկիրն Եգիպտոսի ապականել. Եւ կերիցեն զզառն ժողովուրդն ամենայն փութապէս. Եւ այսպէս կերիցեն զնա. գօտի ընդ մէջս, կօշիկ յոտս, ցուպ ՚ի ձեռին. Եւ մի՛ կերիցեն ՚ի նմանէ հում, և ոչ եփեալ ՚ի ջուր, այլ խորովեալ ՚ի կրակի; և արտաքս քան զտունն մի՛ հանցեն ՚ի նմէ. և ոսկր մի՛ բեկանիցեն ՚ի նմա. Եւ արարին այնպէս որդիքն Իղի. և կերին զզատիկն ՚ի չորեքտասաներորդ յառաջնում ամսեանն, որ նա ինքն է ամիս Մեհեկան, ամիս ծաղկաց. ամիս առաջին ամսոյն ամի. Աղէ տես սիրելի իմ զխորհուրդս զայսոսիկ, զոր պատուիրեաց սբն առնել զզատիկն, և զզուշացոյց նց վն ամ օրինաց զատկին. Եւ ասաց ցնս, եթէ ՚ի միում տան կերիցեն, և արտաքս քան զտունն մի՛ հանցեն ՚ի նմանէ. Եւ որպէս ետ նոցա հրաման Մովսէս; եթէ իբրև մտանիցէք յերկիրն, զոր տայ ձեզ տր, և արասջիք զզատիկ յիւրում ժամու. մի՛ իշխեսցեն առնել զզատիկ ՚ի գեօղ մի ուրեք ՚ի գեօղից քոց. բայց եթէ ՚ի տեղւոջ, զոր ընտրեսցէ իւր տր ած քո. Աղէ կերիջիք զզատիկն, և կերիջիք առաջի տն այյ քո, դու ընտանեօք քովք հանդերձ. և ուրախութբ ցնծասջիր ՚ի տօն զատկի քոյ. Եւ այսպէս դարձեալ ետ նց պատուէր, եթէ եկն, պանդուխտ, և վարձկան մի՛ կերիցէ ՚ի զատկէ անտի. Եւ ծառայ որ արծաթագին լինիցի քո, յորժամ թլփատիցէ զանթլփատութի մարմնոյ իւրոյ, ապա կերիցէ ՚ի զատկէ անտի.

Մե

Մեծամեծ, և զարմանալիք են խորհուրդս այսոքիկ, սիրելի իմ. Զիրդ եթէ յերկրի իւրում իբրև էր անդ Իսրայէլ, ոչ իշխէր առնել զատիկ, բայց եթէ յԵրուսաղէմ միայն; իսկ այսօր զի ցրուեալ է ընդ ամենայն ազգս, և լեզուս, ՚ի մէջ անթլփատից, և պղծոց. և որ ուտեն զհաց իւրեանց պղծութբ ՚ի մէջ հեթանոսաց, որպէս ասաց վասն նց Եզեկիէլ մարգարէ. իբր եցոյց նմա նշանաւ օրինակին, զի կերիցէ զհաց իւր պղծութբ. և խնդրեաց, և ասաց. Ո՛վ Տր տերանց, ոչ անձն իմ եկեր խառնակ. և ոչ երբէք եմուտ ՚ի բերան իմ կերակուր պղծութե. Եւ ասէ ցնա Տր; այս նշանս, զոր ցուցի քեզ, այս է. զի կերիցեն որդիքն Իսրայէլի զհաց իւրեանց պղծութբ ՚ի մէջ հեթանոսաց, ուր վարատեցից զնս անդրէն. Զիրդ որպէս ՚ի վերագոյն ասացի. եթէ յերկրի իւրում ոչ կարէր ուտել զզատիկ, եթէ ոչ առաջի Տն յԵրուսաղէմ. այսօր զիա՞րդ լրբի առնել զխորհուրդ զատկի ՚ի մէջ օտարասեր հեթանոսաց. Զյաւհետև չիք նոցա իշխանութի. Նաև ՚ի մարգարէն անդ վկայեաց վասն նց. Զաւուրս բազումս նստցին որդիքն Իսրայէլի առանց պատարագի, և սեղանոյ, և առանց քահանայի, որ զգենոյր զվակասն առ ՚ի խունկս արկանելոյ. Եւ դարձեալ ասաց ցԵրուսաղէմ; խափանեցից զԵրուսաղէմ, և զտօնս զատկաց նր. զշաբաթս, և զամսագլուխս նր. Եւ վասն տապանակին կտակարանաց ասասցեն. Դարձեալ ասէ; լքեալ թողի զտուն ձեր աւերակ. Եւ դարձեալ ասէ; մի՛ ևս յիշեսցի անունն Իսրայէլի ևևս. Եւ դարձեալ երկրորդեաց զնոյն բանս Մովսէսի, և ասաց; Մովսէս իսկ կանխաւ ասաց զնոցանէն, թէ նախանձեցուցի զնս յազգ ապատոհմ, և անմիտ ազգաւ զկծեցուցի զձեզ. Զիրդ ա՛րդ այժմ եկ հարցից զքեզ, ո՛վ դպիր ճարտար, և իմաստուն ժողովրդեանն, որ ոչ իմանաս զբանս օրինաց. Ցոյց ինձ, ե՞րբ կատարեցաւ այս, թէ նախանձեցոյց Ած զժողովուրդ իւր ապատոհմ ազգաւ. անմիտ ժողովրդեամբ զկծեցոյց զնս. Զիրդ եթէ նախանձիս ընդ ժողովրդեանս, որ ՚ի հեթանոսաց է. զբանն գրոյ կատարեալ գոլ, զոր Մովսէս իսկ կանխաւ նշա-

նաւ

§. 2. Grandia, & admirabilia sunt mysteria hæc, Chariſſime. Si enim in terra ſua, cum eſſet, Iſrael non audebat facere Paſcha, niſi ſolum in Jeruſalem, hodie autem cum diſperſus ſit per omnes nationes, & linguas inter incircumciſos, & pollutos, & comedat panem ſuum cum pollutione inter gentes, ſicut dictum eſt de eis apud Ezechielem Prophetam, quando Deus in imagine, ac ſigno id præmonſtrans juſſit, ut comederet panem ſuum cum pollutione, & ita eum Propheta deprecatus eſt: *O Domine Dominantium, non comedit anima mea commune, neque umquam intravit in os meum cibus pollutionis*. Et ait ei Dominus: *Signum, quod oſtendi tibi, hoc eſt, quod comedent filii Iſrael panem ſuum cum pollutione inter gentes, ad quas diſpergam eos*. Quomodo, inquam, ſi Iſrael, ſicut ſuperius dixi, in terra ſua non poterat comedere Paſcha, niſi coram Domino in Jeruſalem; hodie quomodo audet celebrare myſterium Paſchæ inter extraneas gentes? Inſuper poteſtatem celebrandi Paſchatis ademptam eis fuiſſe, per Prophetam Deus teſtatus eſt de illis, dicens: *Multos dies ſedebunt filii Iſrael ſine ſacrificio, & altari, & ſine Sacerdote, qui induebatur amictu ad imponendum thus*. Et iterum dixit ad Jeruſalem: *Diſſipabo Jeruſalem, & feſtivitates Paſchatum ejus, Sabbata, & Kalendas ejus. Et non glorientur ultra de arca fœderis*. Iterum ait: *Diſſolvens reliqui domum veſtram deſertam*. Et iterum ait: *Non recoletur amplius nomen Iſrael*. Et rurſus iiſdem fere verbis Moyſi eadem prænuncians multo ante de illis per eumdem Moyſem dixerat: *Probabo eos in gente ignobili, & in gente ſtulta irritabo illos*. Nunc itaque veni, & interrogabo te, o Scriba ſagax, & ſapiens doctor populi, qui non intelligis verba legis. Oſtende mihi, quando hoc impletum eſt, quod Deus probaverit populum ſuum in gente ignobili, & in populo ſtulto irritaverit illos? Porrò haud negabis, per populum iſtum, qui eſt ex gentibus, impletum eſſe verbum Scripturæ, quod utique Moyſes ex litera legis tibi ſignificavit. Quapropter ſi facis Paſcha alicubi in regione (1) pe-

Israelitæ ſolum in Jeruſalem celebrare poterant Paſcha.

Ezech. IV. 14.

Ezech. ibid. 13.

Oſee III. 4.

Iſai. I.

Jer. XII. 7.

Ibid. 11.

Deut. XXXII. 21.

Vu regri-

(1) Tractat hoc idem argumentum S. Joannes Chryſoſtomus *Tom. I. Homil. XXXV. Orat. II. adv. Jud. vet. edit.*, cujus ætate perinde, ac S. Jacobi Niſibeni Judæi inter gentes per Orbem diſperſi Paſcha, ubi morabantur, peragebant, & quod maxime dolendum erat, neſcio qua ſuperſtitione detenti

regrinationis tuæ, in prævaricatione legis insolescens facis illud.

նանկեաց քեզ 'ի դպրութե օրինաց . Եւ եթէ արտաքսես զատնին ուրեք ուրեք 'ի դաւառ պանդխտութե քոյ , պատուէրանազանցութե ժպրհիս առնել զայս .

Nam libellus repudii datus est Israelitico populo, & Ecclesia ex Gentibus facta est hæreditas Domini.
Jerem. XII. 7. 9.

§. 3. Nam libellus repudii scriptus est, & datus est vobis: Quod si non credis; audi Jeremiam Prophetam dicentem: *Relinquam domum meam, relinquam hæreditatem inter inimicos meos: Grex discolor avium factus est mihi hæreditas mea*. Porro quid est grex (1) discolor avium, interrogo te, o sagax, & sapiens magister? Grex discolor avium est Ecclesia Gentium. Jam vide, quare vocet eam, gregem discolorem avium. Quoniam ex multis nationibus, & linguis aggregata est, & remotis gentibus vicinas conjunxit. Si non credis, quod gentes fuerint hæreditas Domini; audi iterum, quomodo loquutus fuerit Jeremias, cum ex persona Domini compellans vocat gentes, & despiciens spernit Israelem, ita ad eos dicens: *State super vias, & videte, & inter-*

Jerem. VI. 16.

Վ̄ն զի գրեալ տուեալ է ձեզ Թուղթ ապահարզանի . Եւ եթէ ոչ ունիս յանձին . լուր Երեմիայ մարգարէի , որ ասէ ; Թողից զտուն իմ , Թողից զժառանգութի 'ի մէջ Թշնամեաց իմոց . Երամ նկարէն հաւուց եղև ինձ ժառանգութի իմ . Արդ զի՞նչ իցէ երամ նկարէն հաւուց , քեզ հարցանեմ ո՞ ճարտար , և իմաստուն . Երամ նկարէն հաւուց եկեղեցի հեթանոսաց է . Արդ տես , զիա՞րդ կոչէ զնա գըգունելով , Երամ նկարէն հաւուց . Վ̄ն զի 'ի բազմաց ազգաց , և լեզուաց ժողովեալ է . և 'ի հեռաւոր հեթանոսաց մօտաւոր մերձեցուցանէ . Եթէ ոչ ունիս զայս յանձին , թէ եղեն հեթանոսք ժառանգութի տն̄ . լուր դարձեալ զիա՞րդ ասաց Երեմիաս . իբր բարբառեալ կոչէ զհեթանոսս , և խոտեալ անարգէ զիսրայէլ .

tenti etiam Christiani cum ipsis celebrabant. Ac primum quidem S. Doctor in Oratione II. adversus Judæos: *Deum*, ait, *ad solemnia festa celebranda Hebraico populo uti tempus, ita quoque locum in lege præscripsisse: Locum autem a Deo designatum pro celebratione Paschatis fuisse Hierosolymas*. Ostendit deinde ex verbis Domini ad Moysen, cum utrumque, locus scilicet, & tempus, in peragendo Paschate servari non posset, locum potius, quàm tempus observari debuisse. *Num. IX.* 2. Id præterea confirmat exemplo Prophetarum, qui Pascha non celebrarunt, nec sacrificia obtulerunt, nec legitima servarunt jejunia, nec canticum cecinerunt in terra aliena, etsi sperarent, fore aliquando, ut Civitatem recuperarent, & Judaicæ Reipublicæ status in pristinum restitueretur; & id quidem, eo quia persuasum habebant, quod non oporteret, Mosaicas cæremonias, festa, & sacrificia extra Hierosolymas peragi, & observari. Quod sane universæ Iudaicæ Nationi adeo persuasum, & animis imbibitum erat, ut, cum impius Julianus Imperator odio Christianæ Religionis eos jussisset veteris legis instaurare sacrificia, ut narrat idem Jo: Chrysostomus, responderint: *Quod fas non esset extra Civitatem immolare victimas, sed totam, inquiebant, Religionem violant, quicumque sacrificant in terra aliena. Proinde si vis nos videre sacrificantes, redde nobis Civitatem, restitue Templum, exhibe nobis Sancta Sanctorum, colloca aram, & sacrificabimus nunc, quemadmodum olim. Homil. XXXVI. adv. Jud.* 111. *vet edit.* Et longe ante Joannem Chrysostomum ita Judæos alloquitur S. Justinus Martyr *in Dial. cum Tryph. Jud.* §. XL. *Agnum Paschæ Deus alibi immolari non finit, quàm in loco, in quo invocatum est nomen ejus, cum sciret venturos post Christi passionem dies, quibus Urbs Jerusalem hostibus vestris traderetur, & omnes prorsus oblationes fieri desinerent*. Judæis autem non licuisse sacrificia offerre extra Jerusalem, his verbis adversus eos contestatur Tertullianus *in lib. adv. Jud. cap. V.*: *Denique cum per Moysen in Levitico lex Sacerdotalis conscriberetur, invenimus præscriptum populo Israeli, ut sacrificia nullo in loco offerrentur Deo, quàm in terra repromissionis &c.* Quæ S. Jo: Chrysostomus, S. Justinus, & Tertullianus adversus obstinatos Judæos scribunt, differit etiam Eusebius in demonstratione Evangelica *lib. I. cap. VI.*, affirmans, Hebræis non licuisse extra eversam eorum Metropolim, aut ex lege sacrificare, aut Templum, aramve erigere, aut Sacerdotes, Regesve inungere, aut festa, celebritates, solemniaque per Mosen instituta, aliaque hujusmodi perficere; ideo Hebræos in Moysis execrationem impegisse, cum perverso studio, & cura, quæcumque poterant, impie observare, contra interdictum Moysis auderent. Ita etiam Cyrillus Alexandrinus in Julianum *pag.* 302. Quare manifeste fallitur Ludovicus Capellus *apud Coteler. in not. ad loc. cit. S. Justini*, qui in ep. ad Cloppenb. putat, Agnum Paschalem ubivis mactari, & Pascha a Judæis celebrari potuisse, cujus sententiam, utpote apertis Scripturæ verbis contrariam, ejusque infirma argumenta, præter alios, late rejicit Antonius Binæus de morte Jesu Christi *lib. I. cap. I. num.* 22. & 23. Quin etiam Auctor Apostolicarum Constitutionum *lib. VI. cap. XXV.* addit, vetitum fuisse Hebræis ipsam legem extra terminos Judææ legere. Id quoque affirmat B. Chrysostomus loco laudato, & in oratione IV. *p.* 622, & *in oratione VII. p.* 663. *contra Judæos, & in Orat. adv. Gent. & Jud.*; *quod Christus sit Deus, pag.* 582. *noviss. edit. Tom. I.*, & incertus auctor ad Psal. XCV. v. 3. relatus in Catena Græca: *Neque enim*, inquit, *altare erigere, neque sacrificium offerre, neque libare, neque victimam imponere, neque incensum, neque legem legere, neque festa celebrare, neque aliud hujusmodi illis extra portas illas licebat*: Et paulo post: *Sed quid dico sacrificare, & libare, neque etiam legem tantum legere ipsis concessum erat, & hoc olim incusans alter Propheta dicebat: Et legerunt foris legem, & invocaverunt confessionem*.

(1) Jeremiæ cap. XII. v. 9. juxta versionem Latinam vulgatam ita legitur: *Numquid avis discolor hæreditas mea mihi? Numquid avis tincta per totum?* Et in Textu Hebraico in Polyglotta Waltonis: *Numquid avis tincta hæreditas mea mihi?* In

ցայել. ասաց Տէրն, և բարբառեաց;
կացէ՛ք ՚ի վերայ ճանապարհաց, և տե_
սէ՛ք, և հարցէ՛ք վս՟ շաւղաց աշխար_
հիս, և տեսջի՛ք զճանապարհն, որ բար-
ւոք է, և ընդ նոյն երթիջիք. և ասա_
ցիք դուք, եթէ ոչ երթամք մեք. Եւ
դարձեալ ասաց; կացուցի զդէտս ՚ի
վերայ ձեր, և լուիջէք զձայն փողոյ.
և դուք ասացիք. ոչ լուիցուք մեք.
Եւ իբրև ոչ լուան որդիքն Իսրայէլի,
դարձաւ աւետաբանեաց նց՟, և ասաց;
արդ այսուհետև լուարուք ազգք հե_
թանոսաց; ծանի՛ր, և գիտա՛կ լիջիր
եկեղեցիդ որ ես ՚ի դմա. Եւ ասաց
դարձեալ Դաւիթ; յիշեա՛ զժողովուրդ-
քո, զոր ստացար ՚ի սկզբանէ. Եւ
Եսայի ասաց; լուարուք հեթանոսք զոր
արարից, և ծանուցեալ գիտասջիք հե-
ռաւորք զարութեան քաջութե՟ իմոյ.
Եւ դարձեալ վասն եկեղեցւոյն, որ
հանդերձեալ էր լինել ՚ի հեթանոսաց,
այսպէս ասաց ՚ի բարբառ հոգւոյն; եղի-
ցի յաւուրս յետինս լեառն տն՟, և տուն
այ՟, ՚ի վերայ գլխաւորաց բարձանց
լերանց. վերասցի, և բարձրասցի ՚ի
վերայ բլրոց. և եկեսցեն հասցեն ՚ի
վերայ նր՟ ամենայն հեթանոսք, հասա-
նիցեն ժողովուրդք բազումք, և ասաս-
ցեն; եկայք ելցուք մեք ՚ի լեառն տն՟,
և ՚ի տուն այ՟ յակոբայ, պատմեսցեն
մեզ զճանապարհս, և գնասցուք ՚ի շա_
ւիղս նր՟. Եւ ընդէ՞ր ասաց Եսայի;
լուարուք հեթանոսք, զոր ինչ արարից,
և ծանուցեալ գիտասջիք հեռաւորք
զարութեան քաջութե՟ իմոյ. փութա_
ցեալ ձեպեցին մեղաւորք ՚ի սիոն. և
պարհուրութիւն տագնապի անկաւ ՚ի վե-
րայ հեթանոսաց. այլ զի՞նչ իցէ այս,
զի բարբառեալ քարոզէ զորինչ առնէս,
և ծանուցանէ զարութեան քաջութե՟
իւրոյ. ըշտապեալ տագնապէ զմեղա_
ւորս ՚ի սիոն, և արկանէ զահ, և զար_
հուրութիւն ՚ի մէջ հեթանոսաց. բարբա-
ռեալ կոչէ զհեթանոսս նախանձաւորս
ժողովրդեանն. և ծանուցանէ հեռա_
ւորաց իւրոց զքաջութի՟ զօրութե՟ իւրոյ,
յածել հասուցանել զսրտմտութի՟ բար_
կութ՟ ցասմանն ՚ի դատել ժողովրդեանն.
և կացուցանել ՚ի ըշտապ տագնապի
զազգսն

interrogate de semitis hujus mundi, & videte viam, quae est bona, & ambulate per eamdem, & dixistis: non ambulavimus nos. Et iterum ait: *Constitui super vos speculatores, & audietis vocem tubae, & vos dixistis: Non audiemus.* Et cum non audissent filii Israel, aversus est, & praenuntians de eis, inquit: *Jam deinceps audite nationes gentium: nosce, & scito Ecclesia, quae ego faciam eis.* Ibid. 15. Et iterum ait David: *Memor esto populi tui, quem possedisti ab initio.* Psal. LXXIII. 2. Et Isaias ait: *Audite gentes, quod fecerim, & cognoscite, & scitote longinqui opus fortitudinis meae.* Et iterum de Ecclesia, quae futura erat ex gentibus, Spiritus Sanctus per eloquium Prophetae: *Erit*, inquit, *in novissimis diebus mons Domini, & Domus Dei in vertice montium: Elevabitur, & exaltabitur super colles; & venient, & confluent ad eum omnes gentes. Et ibunt populi multi, & dicent: Venite, & ascendamus nos ad montem Domini, & domum Dei Jacob, & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis ejus.* Isai. II. 2. Et quare dixit Isaias: *Audite gentes, quod fecerim, & cognoscite, & scitote longinqui opus, robur fortitudinis meae. Festinantes properaverunt peccatores in Sion: & terror pressurae cecidit super gentes.* At quid est hoc, quod eloquens praedicit, quod faciet, & ostendet robur fortitudinis suae, & quod properantes festinaverunt peccatores in Sion, & quod immiscet timorem, & terrorem super gentes? Hoc certe sermone advocat gentes aemulatores populi, & indicat remotis fortitudinem virtutis suae, inducendo, atque infligendo furorem irae vindictae tum, cum judicavit, condemnavitque populum suum, praeparavitque in ejus pressura Gentes in Sion, quam nominans vocabat Civitatem Sanctitatis, & incussit terrorem terrefacientem, tamquam febrilem aestum in gentes, quae factae sunt Prophetae veritatis; sicut e diverso dixit de Prophetis Jerusalem, quod ab eis exierit sermen-

In Paraphrasi Chaldaica Jonathan: *Sicut avis, quae dispersa est, sic dispersa est haereditas mea contra me.* In versione Graeca: *Nonne spelunca hienae haereditas mea mihi?* Et in Arabica: *Num spelunca latronum est haereditas mea mihi?* In versione autem Syriaca locus ille ita se habet: *Avis picta facta est mihi haereditas mea.* Quae quidem verba de Synagoga Judaeorum, non autem de Christi Ecclesia per Prophetam dicta accipiunt, S. Hieronymus, caeterique omnes, quos ego vidi, Interpretes. Verum enim nihil vetat, quin etiam de Ecclesia, ut fit a S. Jacobo, exponi possint.

mentum gentilitatis per omnem terram.

Quodnam fit verum Pascha, & agnus Paschalis.

§. 4. Audi nunc, Charissime, quid dicam de hoc Paschate, cujus mysterium, (1) & figura data fuit primo populo; veritas autem ejus narratur, & annuntiatur hodie in gentibus. Siquidem dubiæ, & ambiguæ stultorum, & rudium hominum mentes valde hæsitant circa magnum hunc diem (2) primi, & principalis Paschatis: dicunt enim, quomodo recte celebramus, & servamus illud? Profectò verus agnus est vivificans Salvator noster, anniculus, immaculatus, nullâ in exteriori parte mancus, & mutilus. Sicut & Propheta spirituali eloquio ait: *Non est peccatum iniquitatis in eo, neque est inventus dolus aliquis in ore ejus: Sed voluntas Domini voluit humiliare eum, & tradere ad passionem Crucis.*

Isai. LIII. 9.

I. Pet. II. 22.

զազգսն միծսն, որ անուանեալ կոչէր քաղաք սրբութե. և արկանել զաղմուկն զարհուրելոց, իբր անուն տապեան 'ի հեթանոսս. որ էին մարգարէքն սատու_գութե. որպէս ասաց վն մարգարէիցն երուսաղէմի. թէ 'ի նոցանէ ել խմոր հեթանոսութե ընդ ամենայն երկիր.

Լուր դու սիրելի իմ վասն զատկիս այսորիկ, զոր ինչ ասացի քեզ, եթէ տուաւ խորհուրդ նր առաջին ժողովրդեանն. և հաստատութի ճշմարտութե նր 'ի հեթանոսս պատմի, և աւետարանի այսօր. Աղըդ յոյժ ա_տանդեալ զբաղեալ են միտք տգէտ, և անիմաստ մարդոց, վասն մեծ աւուրս այսորիկ առաջին, և գլխաւոր զատկի, թէ զիա՞րդ աւն գիտացեալ ծանիցուք, և պահեսցուք զնա. Աղըդ զատն ճշմարիտ փրկիչ կենարարն մեր է, ամրևոր, անարատ, որ ոչ ունի զխեղութիւնս արտաքոյ յանձին իւրում. Որպէս և մարգարէն իսկ հոգեղէն բար_բառովն ասաց; ոչ մեղք անօրէնութե դոյ 'ի նմա, և ոչ նենգութի ինչ գտաւ 'ի բերան նր. Այլ կամք տն կամեցեալ խո_

(1) Sacrificio Agni Paschalis immolationem Christi Domini in Cruce, ejusdemque Agni esu Eucharisticum convivium præfiguratum a Deo, & præsignatum fuisse, typi, seu figuræ, & rei per eam signatæ comparatione facta, præclare explicant S. Justinus in Dialogo cum Tryphone, Theodoretus *quæst. XXIV. in Exod.*, aliique ex antiquis Patribus, & ex recentioribus Scriptoribus Cornelius a Lapide *in Comment. in Exod. cap. XII v. 47. tom I. pag. 133.*, Natalis Alexander *Hist. Eccles. vet. Testam. tom. I. dissert. XVI. de Instit. Pasch. art. VII. de Myster. Agni Paschal.*, & plures alii.

(2) De die celebrandi Paschatis magnopere dubitatum est primis Ecclesiæ sæculis, cum alii putarent, fieri Pascha oportere Luna decimaquarta primi mensis juxta Mosaicæ legis præscriptum; alii vero secundum morem Romanæ, & aliarum fere omnium Ecclesiarum die Dominica sequenti, qua Christus Dominus resurrexit. Hæc quidem controversia cœpisse videtur, Aniceto Pontifice, quicum S. Polycarpus, cum Romam venisset, ea de re, teste Irenæo, sermonem habuit. *Euseb. hist. Eccles. lib. 4. cap. XIII.* Magnis postea animis agitata est sub Victore, & demum in Concilio Nicæno unanimi omnium Patrum consensu definita, licet postea, sæculo sexto evolvente, apud Scotos, & Britannos aliqua ex parte recruduerit. Qua de re videri possunt, quæ scribit Eminentissimus Baronius in Annalibus Ecclesiasticis, aliique, qui Ecclesiæ historiam literis mandarunt. Quod ad rem nostram maxime pertinet, ex hoc loco non obscure colligitur, auctorem sermonis, vel antequam controversia in magno Concilio definiretur, vel non multo post, cum adhuc recens definitio esset, neque adhuc fideles judicio nuper prolato acquievissent, in Asia vixisse. Etenim priusquam cogeretur Nicæna Synodus, tum etiam non multo postquam in Spiritu S. congregata tempus celebrationis Paschæ definivit, maximas in Mesopotamia, Armenia, aliisque regionibus conterminis concertationes, disputationesque hac de re fuisse, necesse est. Siquidem ex testimonio Magni Athanasii notum, compertumque fit, in eas partes pravum irrepsisse morem peragendi festi Paschalis luna decimaquarta cum Hebræis, idque non minima ex parte causam præbuisse congregandæ Nicænæ Synodi, ut tumultus, ac turbæ, sicut verosimile est, compescerentur; verba Magni Athanasii in libro, seu epistola de Synodis *num. V.* talia sunt: *Synodus enim Nicæna non temere, sed ex urgente necessitate, & ex legitima causa coacta est. Nam Syriæ, Ciliciæ, & Mesopotamiæ populi circa festi celebrationem claudicantes cum Judæis Pascha celebrabant.* Et rursus in epistola ad Afros Episcopos *num. 2.* de eadem Nicæna Synodo: *Illa*, inquit, *ob Arianam hæresim, & ob Paschatis solemnitatem convocata fuit, quia Syri, Cilices, & qui in Mesopotamia degunt, a nobis dissentiebant, & eodem, quo Judæi, tempore, Pascha celebrabant.* Præterea ex iis, quæ in hoc sermone paulo infra dicuntur, confirmatur Apostolica Romanæ, aliarumque Ecclesiarum de die celebrandi Paschatis traditio, non decimaquarta luna, sed Dominica sequenti; cum dicatur, quod magna dies Christianorum non est decimaquarta, sed potius Parasceves, qua Christus Dominus pro nobis passus est, & tamquam Agnus innocens in Cruce immolatus. Unde sequitur, quod ea die, nempe decimaquarta, Dominicum Pascha, ut aliqui volebant, minime est celebrandum; quod etiam clarius docet in hujusmet sermonis fine; ibi enim dicit, nocte, quæ præcedit diem decimamquartam, Dominum Pascha cum discipulis celebrasse, ex quo autem Gallus cantavit, neque bibit, neque comedit amplius, sed tanquam reus ad iniquos deductus est, & die decimaquarta, quæ erat Parasceves, crucifixus est, die autem sequenti, quæ erat decimaquinta dies Magni Sabbati, fuit inter mortuos. Unde haud obscure inducitur, quod Pascha, qui erat dies lætitiæ, ob resurrectionem Christi Domini, recolendum sit die Dominico subsequenti, ut etiamnum in universa Ecclesia servari solet.

խոնարհեցուցանել զնա, և մատնել 'ի կարիս խաչին. Եւ զի կոչեաց զնա գառն տարևոր. վասն զի տղայ, և անարատ էր նա 'ի մեղաց անտի, և անօրէնութե. որպ և ասաց ցաշակերտսն իւր, եթէ ոչ դարձջիք, և լինիջիք իբրև զմանկտիս այս, ոչ մտջիք յարքայութի երկնից. Եւ եսայի ասաց վասն արդարոց. եթէ ծերն տղայ կատարեսցի, և տղայն, որ ոչ եցէ հարիւրամեան, անիծեալ մեռցի. Արդ եկեր փրկիչն մեր զզատիկ ընդ աշակերտսն իւր, 'ի չորեքտասաներորդի գիշերի անդ զգուշութե. և զնշան ճշմարիտ զատ_

cis. Vocavit eum agnum anniculum, ex eo quod esset ille parvulus, & immaculatus a peccato, & ab iniquitate; sicut & dixit discipulis suis: *Nisi conversi fueritis, & efficiamini sicut parvuli isti, non intrabitis in regnum Cælorum*. Et Isaias ait de justis: *Senex* (1) *puer consummabitur, & puer, qui non fuerit centum annorum, maledictus morietur*. Salvator quidem noster comedit Pascha cum discipulis suis in decima quarta nocte (2) illa, qua captus est, & sacramentum veri Paschatis præstitit discipulis. Nam postquam exivit ab eis Judas (3), accepit pa-

Matth. XVIII. 3.

Isai. LXV. 20.

(1) Verba Isaiæ *LXV*. 20. in versione vulgata aliter se habent in hunc modum: *Puer centum annorum morietur, & peccator centum annorum maledictus erit*. In versione Syriaca: *Puer centum natus annos morietur, & quicumque peccaverit, centesimum agens annum, maledicetur*. In versione autem Arabica: *Adolescens annos centum explebit, qui autem mortuus fuerit peccator post annos centum, erit maledictus*.

(2) Dies festi Hebræorum, ut notissimum est, incipiebant a Solis occasu præcedentis diei, & ad alterum occasum sequentis finiebantur. Paschale verò festum celebrandum erat luna decima quarta mensis Nisan ad vesperam, seu inter duas vesperas, scilicet post nonam inter solem inclinantem, & occidentem, quo tempore mactabatur agnus, quem assatum edere oportebat initio proximæ noctis, desinente decimaquarta luna, & incipiente decimaquinta mensis Nisan. *Exod. cap. XII. & seq.*, *Levit. XXIII. 5.*, *Num XXVIII. 16.* Sanctus Jacobus Nisibenus censet, Christum Dominum agnum Paschalem comedisse, non desinente decimaquarta, sed ea jam incœpta, scilicet nocte jam provecta, ut ex iis, quæ in hoc sermone inferius dicuntur, aperte comperitur. Quatuor autem sunt sententiæ de ultima Christi Domini cœna, & Paschatis celebratione. Prima est, Christum Dominum agni Paschalis cœnam cum discipulis suis celebrasse, & in ea Sacramentum Eucharistiæ instituisse luna decimaquarta sub vesperam, pridie quam mortem pateretur. Secunda est: Christum cum diem mortis suæ prope esse sciret, Paschalem cœnam anticipasse, & Sacramentum Eucharistiæ instituisse pridie ejus diei, qui Paschati celebrando in lege præfinitus fuerat; nempe initio diei decimæquartæ sub vesperam, a qua principium festi Paschalis, sicut aliarum solemnitatum initium ab Hebræis sumebatur. Tertia est, die quidem a lege statuto a Christo Domino Pascha celebratum esse, sed eo anno Pascha a Judæis translatum fuisse in diem sabbati sequentis; rationes autem, quibus hujusmodi translatio, ut putant, facta fuit, non una, sed diversæ assignari solent. Quarta demum: Salvatorem nostrum, omissa Judaica Cœna, Eucharisticum convivium consecratione panis, & vini, eorumque transubstantiatione in Corpus & Sanguinem suum, ac distributione peregisse. Ex his autem sententiis prima est fere omnium Latinorum Patrum, & communior inter sacrarum Scripturarum Interpretes. Secundam sequi videtur Chrysostomus, qui ad verba illa Evangelii secundum Joannem, *ut manducarent Pascha*, hæc alia subdit: *Atqui Jesus jam id fecerat una die azymorum: Sive ergo Pascha totam appellat solemnitatem, sive quod tunc faciebant, Christus autem pridie fecerat, cædem suam in Parasceve reservans, quando antiquitus celebratum erat; ipsi autem armati, quod non licebat, & fundentes sanguinem, de loco accuratè cavent, & Pilatum ad se evocant*. (Jo: Chrysostomus *Homil. 83. in caput XVIII. Joan. p. 424.*) in eadem sententia sunt Euthymius Zigabenus *in Comment ad cap. XVI. Evang. secund. Matth.*, tum Nicephorus Calixtus *Hist. Ecclesiast. lib. I. cap. XXVIII.* Et multi recentiores; & hanc affirmat Maldonatus *in Comment. ad d. cap. Evang. secund. Matth. pag. 534.*, esse opinionem veterum Græcorum, quibus adjungendus erit S. Jacobus Nisibenus. Pro tertia sententia, quæ asserit, Pascha a Judæis translatum fuisse in sequentem diem non alia de causa, quàm ne festi celebratione impediti eo die Christum occidere non possent, laudari solent Augustinus, & Hieronymus: *Haud scio*, inquit Maldonatus, loco citato, *quàm vere, nec enim de ea re quicquam legere apud eos auctores memini, id etiam D. Thomas docte refellit*. Ita doctissimus sacrorum Evangeliorum Interpres, qui tamen ex parte eam opinionem amplectitur. Nam censet, Judæos non eodem die, quo Christus, sed alio celebrasse, majorum suorum traditionem secutos: Nam cum Ruberto, & Paulo Brugensi existimat, post exilium Babylonicum constitutum inter Judæos fuisse, ut, quotiescumque Pascha in feriam sextam incideret, in sequentem diem sabbati transferretur. (*Maldonat. loc. laudat. pag. 542. col. II.*) Quarta demum auctores habet duos anonymos, & obscuros Scriptores, quos citat Photius (*Bibl. Cod. CXV.*), qui illis minime assentiendum putat; nihilominus huic sententiæ mordicus adhæserunt plures Græci Schismatici recentiores, ut ostendant non in azymo, sed in fermentato pane Eucharistiam a Christo Domino institutam, & in eo solo celebrandam esse. Huic autem opinioni adversatur omnium veterum Patrum tum Græcorum, tum Latinorum auctoritas, atque etiam totius Ecclesiæ traditio (*Lequien tom. I. oper. S. Joann. Damasc. Dissert. VI. de Azymis*); adeo ut mirum sit, inter Catholicos reperiri, qui eam palam tueri non erubescat, præsertim posteaquàm Sacrosancta Tridentina Synodus contrariam sententiam probavit, eamque auctoritate sua solemniter quodammodo stabilivit, inquiens de Christo Domino: *Celebrato veteri Pascha, quod in memoriam exitus de Ægypto multitudo filiorum Israel immolabat, novum instituit Pascha, se ipsum ab Ecclesia per Sacerdotes sub signis visibilibus immolandum in memoriam transitus sui ex hoc mundo ad Patrem*. Sess. XXII. cap. 1.

(3) Celebris est illa controversia inter veteres, recentioresque Ecclesiasticos Scriptores, an Judas præsens fuerit, cum Christus Dominus in ultima cœna panem, ac vinum in Corpus & Sanguinem suum transmutavit, ac deinceps discipulis suis distribuit, an potius absens, & a cœnaculo discesserit, priusquam Eucharisticum Sa-

panem, benedixit, & dedit discipulis suis, Matth. XXVI. 26. dicens eis: *Hoc est Corpus meum; accipite, & manducate omnes ex isto*. Et super vinum sic benedixit, & ait eis: Ibid. 28. *Hic sanguis meus novum testamentum, qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum. Ita facietis in meam commemorationem, cum vos congregati fueritis*. Dominus autem noster hoc fecit, priusquam caperetur. Et a loco illo, ubi fecit Pascha, & dedit corpus suum, ut manducarent, & sanguinem, ut biberent, abiit, & eo profectus est eum discipulis suis, ubi ceperunt eum. Cum ergo manducatum fuit corpus ejus, & bibitus ejus sanguis, reputatus est esse cum mortuis. Nam Dominus noster manibus suis dedit corpus suum in cibum; Et cum non adhuc esset crucifixus, dedit sanguinem suum in potum. Ceperunt autem eum in nocte illa decima quarta, & causa ejus, ac judicium tractatum est usque ad horam sextam. Et hora illa sexta constituerunt eum reum, & crucifixerunt. Matth. XXVII. 12. 14. Marc. XV 45. Joan. XIX. 9. Cum autem ipse judicaretur, nihil loquutus est, & responsum non dedit Judicibus suis. Nam poterat quidem loqui, & dare responsum, sed non poterat bene, ac recte res tota sibi constare, si qui reputatus est cum mortuis, loqueretur, & verbum aliquod diceret. A sexta autem hora usque ad horam nonam fuerunt tenebræ. Et in hora nona tradidit spiritum in manus Patris sui; & fuit ipse inter mortuos nocte, quæ lucescebat in decimam quintam, & tota die Sabbati, & tribus horis diei Parasceves: Nocte vero illa, quæ lucescebat in Dominicam, eâdem horâ, qua corpus, & sanguinem suum dedit

զատիկն արար աշակերտացն իւրոց ; յետ երանելոյն յուդայի առ 'ի նոցանէն, եառ զհացն օրհնեաց, և ետ աշակերտացն իւրոց, ասելով ցնոսա ; այս է մարմին իմ. առէ՛ք կերէ՛ք ամենեքեան 'ի դմանէ. Եւ 'ի վերայ գինւոյն այսպէս օրհնեաց, և ասէ ցնս. Այս արիւն իմ, նոր կտակարանք, որ փոխանակ բազմաց հեղու 'ի Թողութիւն մեղաց ; այսպէս եղիջիք առնել զյիշատակ իմ, յորժամ ժողովիցիք դուք. Քան ոչ է կալեալ զտր̅ մեր արար զայս ; և յարեաւ գնաց տր̅ մեր 'ի տեղւոջէ անտի, ուր արար զզատիկն, և ետ զմարմին իւր յուտել. և զարիւնն յըմպել, և չոգաւ ընդ աշակերտան իւր 'ի տեղին, ուր կալան զնա. Եղեւ յորժամ հեռաւ կերաւ մարմին նր̅, և արբաւ արիւն նր̅, համարեցաւ նա ընդ մեռեալս. Քանզի 'ի ձեռս անձին իւրոյ եառ տր̅ մեր զմարմին իւր 'ի կերակուր. Եւ քանզի ոչ էր խաչեալ ետ զարիւն իւր յըմպել. Եւ կալան զնա 'ի գիշերի անդ չորեքտասաներորդի, և դատեցաւ մինչև 'ի վեց ժամն. Եւ 'ի վեց ժամու անդ պարտաւորեցին զնա, և հանին զնա 'ի խաչ. Բայց իբրև դատէին զնա, ոչ խօսեցաւ. և ձիռ ինչ պատասխանատուութիւն ոչ արար դատաւորացն իւրոց. Քանզի կարէր նա խօսել, և տալ պատասխանի. այլ ոչ կարէին իւրն հաստատեալ լինել, թէ որ ընդ մեռեալս համարեալ է, խօսեցի բան, և ասասցէ. Եւ 'ի վեց ժամէն մինչև ցինն ժամն եղև խաւար. Եւ յինն ժամուն, ետ զհոգին 'ի ձեռս հօր իւրոյ. և եղև նա 'ի մէջ մեռելոց. 'Ի գիշերին զի լուսանայր հնգետասաներորդ, զգիշերն շաբաթու, և զօրն ամէ_

Sacrificium institueretur. Primam sententiam, Judam scilicet cum aliis Apostolis accepisse indigne quidem Corpus & Sanguinem Dominicum, sequuntur Origenes *Comment. in Joann.*, Cyrillus Alexandrinus *in cap. VI. Joan.*, Anastasius Synaita *Orat. de Synax.*, Nonnus *in Carminibus*, & alii plures tum antiqui, tum recentiores. Alteram vero sententiam ex antiquis Scriptoribus tenet auctor Constitutionum Apostolicarum, qui *lib V. cap. XIV.* ex persona Apostolorum verba faciens: *Cum autem*, inquit, *tradidisset nobis antitypa mysteria pretiosi corporis, & sanguinis sui, Juda nobiscum non consistente &c.* Eamdem sequitur S. Hilarius, qui in Commentariis in Evangel. Matthæi *Cap. XXX.* loquens de Juda: *Sine quo*, inquit, *Pascha, accepto Calice, & fracto pane, conficitur: dignus enim æternorum Sacramentorum communione non fuerat. Nam discessisse tamen intelligitur, quod cum turbis reversus ostenditur: neque sane bibere cum Domino poterat, qui non erat bibiturus in Regno.*

In hac etiam sententia Innocentius III. videtur fuisse *lib. II de Myster. Altaris cap. XIII.*, quibus adnumerari debet S. Jacobus Nisibenus hoc loco. Et quidem eam suaderi posse, putat Maldonatus (*in Evang. Matth. cap. XXVI.*) his argumentis. Primum, quod Joannes scribit, Judam exiisse, simul atque buccellam a Christo porrectam accepit, quam existimat distributam ante a Christo fuisse, quàm sacramenta conficerentur. Secundum, quod Judas bibere non debebat cum aliis Apostolis in terra, quod non erat bibiturus in Regno cum Christo, ut loco superius allato inquit S. Hilarius. Tertium, quod credibile non sit, Christum fecisse, quod nos facere prohibuit, nempe Corpus & Sanguinem suum homini sceleratissimo, nulla facta pœnitentia, tradidisse. His autem argumentis subjicit idem Maldonatus: *Hæc argumenta ita movent me, ut facile hanc opinionem probaturus essem, nisi contraria plures haberet auctores, & magis vulgo probata esset.*

ամենայն . և զերիս ժամս ուրբաթուն . և 'ի գիշերի անդր զի լուսանայր կիրակէն . յորում ժամու զմարմինն , և զարիւն իւր ետ աշակերտաց իւրոց , յարեաւ նա 'ի մեռելոց .

Արդ ցոյց մեզ ո՛վ հմուտ , և իմաստուն գրոց . ո՞ր շատ են երեք տիւքն , և երեք գիշերքն , որ եղև փրկիչ մեր 'ի մէջ մեռելոց . Զի ահաւասիկ տեսանեմք մեք զերիս ժամս ուրբաթուն . և զգիշերն զի լուսանայր շաբաթն , և զօրն ողջ ամենայն . և 'ի գիշերի անդր կիրակէի յարեաւ նա . Արդ եկ համարեա՛ ինձ լիով բովանդակ զերիս տիւս , և զերիս գիշերս . տեսցուք ո՞ր և ո՞ր իցեն . զի ահա օրն ողջ և գիշերն միայն եղև . Այլ ճշմարտիւ հաւաստեաւ , որպէս փրկիչն մեր ասաց ; որպէս եղև յովնան 'ի պորտ կիտին զերիս տիւս , և զերիս գիշերս . նոյնպէս լիցի որդի մարդոյ 'ի սիրտ երկրի . Քանզի համարելով յայնմհետէ յորժամ ետ զմարմին իւր յուտել , և զարիւնն յըմպել , լինին

dedit Discipulis suis, surrexit a (1) mortuis.

§. 5. Jam ostende nobis, o Perite, & Sapiens sacrarum literarum, ubinam sint tres dies, & tres noctes, quibus Salvator noster fuit inter mortuos. Quoniam ecce videmus, fuisse eum inter mortuos tribus horis dumtaxat diei Parasceves, & nocte, quæ lucescebat in Sabbatum, & tota integra die Sabbati: Nocte enim Dominicæ diei surrexit. Age igitur computa mihi probè integras tres dies, & tres noctes; & videamus, quænam sint; Etenim inter mortem, & resurrectionem integra dies & nox solum intercessit. At vero ambigi nequit, quod Salvator noster dixit: *Sicut fuit Jonas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus; sic erit Filius hominis in corde terræ.* Verum enim si tempus (2) numeretur ex ea

Quomodo Christus Dominus fuit tribus diebus, & tribus noctibus in corde terræ.

Matth. 12.

(1) Cum inter se antiqui omnes Scriptores conveniant, Christum Dominum surrexisse nocte illa, quæ inter sabbatum, & primam hebdomadis diem, quæ a nobis Dominica nuncupari solet, intercessit, diversæ tamen sunt eorum sententiæ circa temporis momentum, & horam. Prima est eorum, qui eam negant hominibus notam fuisse. Altera eorum, qui noctis initio resurrexisse. Tertia, qui media nocte, vel non multo post. Quarta, qui circa diluculum, quæ nunc communior esse videtur. Qua de re videri possunt Maldonatus *in Evang. Matth. cap. XXVIII. v. 6. pag. 691.*, Suarez *Tom. II. in 3. par. D. Thomæ disput. 46. sect. 2.*, & ibi alii Theologi, tum etiam Interpretes *ad dict. cap. Evang. sec. Matth.* Cum autem sanctissimus Auctor noster affirmet, Christum surrexisse eadem hora, qua se præbuit discipulis sub speciebus panis, & vini manducandum, qua hora id contigerit, superest quærendum, ut scire possimus, quam horam Dominicæ Resurrectionis ipse statuat. Paulo supra affirmat, S. Jacobus Sacramentum Eucharistiæ a Christo Domino institutum fuisse, posteaquam Judas actus a Diabolo e cœnaculo egressus est. Discessit autem Judas, cum jam nox processerat. Nam Joannes in suo Evangelio de Juda proditore: *Cum ergo*, inquit, *accepisset ille buccellam, exivit continuo; erat autem nox.* Quo nomine significari videtur nox, ut eam vocabant veteres, intempesta, quod tempus, cum, tenebris terræ offusis, quies mortales tenet, rebus aliis agendis minime accommodum, atque idoneum, & ideo intempestum, sive intempestivum dictum est, magnis tamen sceleribus amicum atque opportunum ab iniquis judicatur. Itaque vel media nocte; vel non multo ante Salvatorem nostrum sacram Eucharistiam distribuisse discipulis, & surrexisse a mortuis, existimasse videtur S. Jacobus. Et quidem verisimile est, Salvatorem eadem hora, qua in terris natus est, eadem, postquam pro salute humani Generis in Crucis ligno mori voluit, ad novam vitam resurrexisse: ex utero autem immaculatæ Virginis Mariæ, virginalibus claustris non reseratis, prosiliisse media nocte, ex veteri traditione universa tenet Ecclesia. Itaque plus minus circa eamdem horam, devicta morte, vivum ab inferis surrexisse, credibile est. Idque non levi argumento confirmatur ex alio ejusdem Evangelii loco, ubi narratur, mulieres venisse ad monumentum, cum adhuc nox esset, & invenisse lapidem sublatum, & Christum suscitatum, itaque jam aliquanto, priusquam dies illucesceret, Christus resurrexerat. Profecto cum Sancto Jacobo Nisibeno consentire videtur S. Dionysius Alexandrinus, qui, volvente tertio Ecclesiæ sæculo, vixit, in epistola ad Basilidem, a quo interrogatus fuerat, qua hora quadragesimale jejunium solvendum esset, ponit primum: *Post Resurrectionis Domini tempus oportere festum, lætitiamque incboare, ad illud usque animis jejunio bumiliatis*, neminem esse, qui non fateatur: Horam autem exacte definire, difficile & lubricum esse. Post hæc ex Evangeliorum verbis pluribus differit de tempore Resurrectionis Christi Domini, & postquam Evangelistas inter se conciliare studuit, demum ita concludit: *Hæc autem cum ita se babeant, illis, qui boc accuratius subtiliusque considerant, enunciamus quota bora, vel etiam semihorula, vel quarta boræ oportet incipere lætitiam ob Domini Nostri a mortuis resurrectionem, & eos quidem, qui nimium festinant, & ante mediam noctem jejunium solvunt, ut negligentes, & intemperantes reprebendimus, ut qui propemodum, antequam par sit, cursum abruperint. Tom. I Concil. pag. 831. Labb.* Et in antiquissimo hymno, cujus auctor fertur esse Ambrosius, & ab universa Ecclesia Latina, cum accenduntur lumina, sacræ functionis initio, longe antequàm incipiatur Missa, quæ antiquitus media nocte, vel non multo post celebrari solebat, solemniter canitur: *O vere beata nox, quæ sola meruit scire tempus, & boram, in qua Christus ab inferis resurrexit.*

(2) Difficilis est locus ille Evangelii secundum Matthæum: *Sicut enim fuit Jonas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus, sic erit Filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus.* Nec facile Interpretes in eo explicando se expediunt. Vetus, & communiter recepta interpretatio est, hujusmodi verbis intelligendos esse tres dies naturales Hebraica periphrasi indicatos, eosque

ea hora, qua dedit corpus suum ad manducandum, & sanguinem ad bibendum, habentur tres dies, & tres noctes hoc modo. Nox erat hora illa, quâ Judas exivit ab illis, & undecim discipuli manducaverunt carnem, & biberunt sanguinem Salvatoris nostri. Jam ecce una nox illa est, quæ lucescebat in Parasceve. Et inde usque ad horam sextam, qua condemnaverunt eum: ecce fuit dies unus, & integra una nox (1). Præterea tres horæ, in quibus fuerunt tenebræ a sexta hora usque ad horam nonam: & tres horæ, postquam factæ sunt tenebræ, quæ alteram noctem, & diem constituunt. Ecce autem duo dies, & duæ noctes. Demum tota nox, quæ lucescebat in Sabbatum, & tota dies Sabbati: Jam vero completæ sunt tres dies, & tres noctes; quibus Dominus noster fuit inter mortuos. Nocte enim diei Dominicæ surrexit a mortuis.

լինին երեք աւուրք, և երեք գիշերք, այսպէս. Ժամն այն, ասէ, գիշեր էր յորժամ ելն Յուդա առ 'ի նոցանէն. և աշակերտքն մետասան կերին, և արբին զմարմին, և զարիւն փրկչին մերոյ. Արդ ահաւասիկ մի գիշեր այն է, որ զշաբաթն լուսանայր. Եւ մինչ 'ի վեց ժամ, որ դատեցին զնա. ահա եղև օր մի ողջ, և գիշեր մի. Եւ երեք ժամ որ եղև խաւար 'ի վեց ժամէն մինչև ցինն ժամն; և երեք ժամ յետ խաւարին լինելոյ. ահա երկու աւուրք, և երկու գիշերք. Եւ գիշերն ողջոյն ընդ լուսանալ շաբաթուն, և օրն ամենայն շաբաթուն. արդ եղեն կատարեցան երեք աւուրք, և երեք գիշերք տն̃ մերոյ 'ի մեռեալս լինելոյն. Եւ 'ի գիշերի առաջ կիրակէի յարեաւ նա 'ի մեռելոց.

Comparatio inter Pascha Judæorum, & Christianorum, inter Moysen, & Christum.

§. 6. Porrò Pascha Judæorum est dies quartadecima, dies, & nox. Et nostra magna dies passionis est Parasceve dies decimaquinta (2), nox & dies. Post Pascha manducat deinceps Israel per septem dies azyma, usque ad vigesimam primam diem mensis. Et nos totidem diebus servamus Pascha festum Salvatoris nostri. Illi comedunt azymum, & lactucas agrestes; Et Salvator noster repudiavit calicem amaritudinis mixtum felle. Nam

Արդ զատիկն Հրէից օրն չորեքտասաներորդն է, գիշերն և տիւն. Եւ մեր օր մեծ կարեաց ուրբաթ օրն է, օրն հնգետասաներորդի. գիշերն և տիւն. Եւ ապա յետ զատկին ուտէ Իսրայէլ զեօթն օր զբաղարջ, մինչև 'ի քսաներորդ և մի ամսոյն. Եւ մեք պահեմք զզատիկ տն̃ փրկչին մերոյ. Նոքա ուտեն զբաղարջ, և զեղէգ. Եւ փրկիչն մեր անարգեաց զլեղախառն բաժակն դառնութե̃. Եւ էառ եբարձ զա_

eosque non integros, sed ex parte per synecdochen accipiendos esse, enumerando diem more Romano, a media nocte in mediam noctem. Sed cum Judæi dies civiles ab uno Solis ortu ad alterum computarent, & dies sacros a vespera in vesperam, probandum esset, Romanum computandi diei morem vulgo in Judæa tempore passionis Christi Domini receptum fuisse, quod non satis aperte ostenditur, & parum verisimile videtur, cum Hebræi suarum consuetudinum tenacissimi essent, & a Romanis per id tempus suis moribus ac legibus vivere finerentur. Præterea non bene ea interpretatio cum verbis sacræ Scripturæ convenire videtur: siquidem illis significatur, fore Filium hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus, nempe ternis temporum spatiis, quibus & lux est, & sol illucescit, & quibus nox est, & tenebræ terram occupant. Id autem probe declaratur interpretatione Sancti Jacobi Nisibeni, qui, ut paulo supra notatum est, affirmat, Christum Dominum eadem hora resurrexisse, qua sub symbolis panis, & vini discipulis suis se manducandum tradidit, adeo ut ab eo temporis momento, quo Divinum Sacramentum institutum est, usque ad illud, quo resurrexit, integer numerus trium dierum, ac noctium habeatur eo modo, quo dictum est: duo enim dies, ac noctes integræ sunt; tertius autem dies ex die illo, ac nocte componitur, ex nocte, inquam, quæ ex mirabili, ac prodigiosa eclypsi in morte Christi contigit, ex die vero, qui post easdem tenebras extitit per tres illas horas, quibus post mortem Christi Domini sol rursus terrarum Orbi Divinitus illuxit. Quod temporis spatium pro una die computatur etiam a S. Isidoro Pelusiota *lib. I. ep. CXIV* in hunc modum: *Sexta hora Parasceves in Crucem actus est Dominus, ab hac hora ad nonam usque tenebræ extiterunt: hoc tu noctem intellige; rursus a nona lux, hoc rursus pro die habe*. Hæc autem expositio non solum nova, sed etiam ingeniosa, & singularis est, & plurimi facienda: Qua insuper adversus Novatorum blasphemias præclare adstruitur præsentia realis corporis Christi Domini in Sacrosancto Eucharistiæ Sacramento.

(1) Additis horis illis, quæ nocte illa, qua resurrexit, resurrectionis ipsius momentum præcesserunt, & effluxæ sunt. Nam, ut superius dixit, eadem hora, qua nocte feriæ quintæ Eucharisticum panem discipulis præbuit, in nocte, quæ diem Dominicum antecedit, è sepulchro resurrexit.

(2) Nam in Cruce mortuus est Salvator noster die decimaquarta exeunte juxta Hebræos, qui diem a vespera in vesperam computabant. Itaque dies decimaquinta subsequenti vespere incipiens est juxta S. Jacobum, dies festus Christianorum, qui per mortem Christi Domini, & immolationem veri Agni Paschalis liberati sunt è tyrannide infernalis Pharaonis, & è captivitate peccati.

զամենայն դառնութիւն հեթանոսաց ։ իբրեւ ճաշակեաց, և ոչ կամեցաւ ըմպել ։ Եւ Հրէայք յիշատակեն զմեղսն 'ի վերայ անձանց իւրեանց տարեկանէ 'ի տարեկան, և մեք յիշատակեմք զխաչելութիւն, և զչարչարանս փրկչին մերոյ ։ Նոքա 'ի զատկի անդ ելին 'ի ստրկութԷ ծառայութԷ փարաւոնի ; և մեք յօր խաչելութԷ տն̅ մերոյ ապրեցաք 'ի ստրկութԷ ծառայութԷ սատանայի ։ Նոքա զենին զգառն 'ի հօտէ ոչխարաց, և արեամբ նր̅ ապրեցան յապականչէն հրեշտակէ անտի ; և մեք արեամբ գառին որդւոյն ընտրելոյ ապրեցաք 'ի գործոց անտի ապականութԷ, զոր գործեցաքն մեք ։ Նց̅ եղև Մովսէս փրկիչ ; և մեզ եղև Յս̅ փրկիչ, և առաջնորդ ։ Նց̅ բաժանեաց Մովսէս զծովն, և անցոյց ; և փրկիչ մեր բաժանեաց զդժոխս, և խորտակեաց զդրունս նր̅, իբրև եբաց զնոսա 'ի մտանել անդ իւրում, և հորդեաց զճանապարհ առաջի ամենայն հաւատացելոց իւրոց ։ Նց̅ տուաւ մանանայ 'ի կերակուր ; և տր̅ մեր ետ մեզ զմարմին իւր 'ի կերակուր ։ Նց̅ եհան զջուր 'ի վիմէ ; և մեզ բղխեցոյց փրկիչն մեր զջուր կենաց յորովայնէ իւրմէ ։ Նոցա խոստացաւ զերկիրն քանանացւոց 'ի ժառանգութիւն ; և մեզ խոստացաւ զերկիրն կենաց 'ի պարգևի ։ Նց̅ կախեաց Մովսէս զօձն պղնձի . զի որ միանգամ նայէր 'ի նա, կեայր, և ապրէր 'ի հարուածոց անտի օձին ; և մեզ ինքն տր̅ մեր Յս̅ եհան զանձն 'ի խաչ անդր, և մեք նովաւ ապրեցաք 'ի խայծմանէ սատանայի ։ Մովսէս կանգնեաց զխորանն վկայութԷ, և ետ զուխտս, և զպատարագս առ 'ի քաւութԷ մեղաց իւրոց ; և Յիսուս կանգնեաց զխորանն դաւ-

Nam accepit, & abstulit omnem amaritudinem gentium, quando gustavit, & noluit bibere: Porro Judæi recolunt peccata super animas suas ex anno in annum (1). Et nos facimus commemorationem crucifixionis, & passionis Salvatoris nostri. Illi in Pascha exierunt e tyrannide servitutis Pharaonis: Et nos in die crucifixionis Domini nostri erepti sumus e captivitate servitutis satanæ. Illi immolaverunt agnum ex grege ovium, & sanguine ejus liberati sunt ab Angelo exterminatore: Et nos sanguine agni filii electi erepti sumus ab operibus corruptionis, quæ operati sumus. Illis fuit Salvator Moyses, & nobis fuit Jesus salvator, & dux. Illis Moyses divisit mare, & trajecit: Et Salvator noster divisit infernum, & fregit portas ejus, cum ipse ingrediens eas aperuit, & omnibus fidelibus suis viam munivit. Datum est eis manna in cibum: & Dominus noster dedit nobis carnem suam in escam. Illis eduxit aquam e petra; & nobis Salvator *Jo. VII. 38.*
noster fecit aquam vitæ fluere e ventre suo. Illis promisit terram Chananæorum in possessionem, & nobis terram vitæ donaturum se promisit. Illis appendit Moyses serpentem æneum, ut qui semel respiceret in illum, viveret, & a morsibus serpentium liberaretur. Nobis vero ipse Dominus noster Jesus pependit in cruce, & per eum a morsu satanæ erepti sumus. Moyses erexit tabernaculum testimonii, & docuit vota, & sacrificia ad eorum peccata expianda tradidit: Et Jesus erexit tabernaculum David, & firmatum est: ita enim ipse dixit Judæis: *Cum destru-* *Jo. II 19.*
xeritis templum hoc, in tribus diebus eri- *Matth. XXVI. 61.*
gam istud. In hoc ipso tabernaculo pro- *Heb. VIII. IX. 11.*
misit

(1) Solemni expiatione solebat summus Sacerdos quotannis peccata sua, Ministrorum Templi, & totius populi publica confessione, manibus super hircum emissarium positis, expiare, juxta legem in Levitico *cap. XVI.* 21. scriptam his verbis: *Et posita utraque manu super caput ejus* (hoc est hirci) *confiteatur omnes iniquitates filiorum Israel, & universa delicta, atque peccata eorum.* Et Julius Bartoloccius agens de moribus Judæorum præsentis temporis hæc tradit in sua Bibliotheca Rabbinica, Judaicas referens superstitiones: *Solent Judæi in die* כפורים *Chipurrim expiationum confiteri Domino peccata sua, sed ex formula quadam concepta generalibus terminis, quam nunquam immutant, sed iisdem prorsus verbis, & vocibus semper recitant, quæ inservit senioribus, & junioribus, masculis, & fœminis, adultis, & pueris, ita ut puellus omnino simplex, & rerum humanarum ignarus, de fœnore, usura, & reliquis delictis illius ætatis omnino impropriis, & quæ rarò, aut nunquam in puellis reperiri dignoscuntur, sese accusent. Judæi verò adulti, & maxime Itali, eadem die expiationum non semel tantum, sed quinque vicibus eamdem confessionem repetunt. Bartol. Bibl. Rab. tom I pag. 647.* Post hæc affert formulam Judaicæ confessionis, quam Lector, si vacat, videre poterit. Singularia autem sunt, quæ de hirco emissario tradit Tertullianus, eum scilicet purpura indutum, injuriis, & opprobriis, & maledictis oneratum extra Civitatem ejici consuevisse. Verba Tertulliani *adv. Jud. cap. XIV.* hæc sunt: *Unus autem eorum* (hoc est hircorum) *circumdatus coccino, maledictus, & consputatus, & convulsus, & compunctus, a populo extra Civitatem abjiciebatur in perditionem, manifestis notatus insignibus Christi passionis, qui coccinea circumdatus veste, & consputatus, & omnibus contumeliis afflictus extra Civitatem crucifixus est.*

misit nobis vitam, & per ipsum expiantur peccata nostra. Et quidem tabernaculum vocavit ille tentorium, quod ad horam esset; nam brevi tempore ministravit: at nobis est templum Spiritus Sancti in sæcula. Jam vero, Chariſſime, attende, & conſidera de agno Paſchæ (1), quomodo præceperit eis Sanctus, ut illum comederent in una domo, & non in multis domibus, nempe in domo unius Eccleſiæ Dei. Et inſuper ait: *Non comedet ex eo advena, & peregrinus, & mercenarius*. Et quinam iſti ſunt? niſi ſtudia, & voluntates malæ, quæ auferunt poteſtatem manducandi Paſcha? Enim vero Salvator noſter de mercenario dixit, quòd mercenarius, qui non eſt Dominus gregis, quando videt lupum venientem, relinquit, & dimittit gregem, & fugit. Præterea juſſit Sanctus non comedere *ex eo crudum quid, nec coctum aqua, ſed tantum aſſum igni*. Hoc etiam bene conſtat, & apertiſſimum eſt, quoniam Sacrificium illud, quod offertur in Eccleſia Dei, in igne aſſatur, neque coquitur aqua, neque crudum offertur ſuper altare. Inſuper oſtendit, quomodo comederent illum: *Renes*, ait, *accingentes, calceamanta habentes in pedibus, & baculum in manibus*. Valde magna in his myſteria ſunt. Nam qui manducat de Chriſto vero agno, accingit renes ſuos fide, & induit pedes fortitudine Evangelii, & habet in manu ſua gladium ſpiritus, qui eſt ipſum verbum Dei. Tum etiam præcepit: *ne os frangeretur in eo*. Hoc impletum eſt in cruce, quando non fregerunt ejus crura. Addidit poſt hæc: *Servus emptitius, cum circumciderit carnem præputii ſui, tunc comedat de Paſcha*. Servus emptitius homo peccator, qui agens pœnitentiam, emitur ſanguine Chriſti, & circumcidens cor ſuum ab operibus malis, accedit ad Baptiſmum lavacri, quòd eſt perfectio, & complementum veræ circumciſionis (2), & venit, & fit particeps myſteriorum Dei, & communicat corpori, & ſanguini Chriſti. Demum & illud adjunxit: *Comedent feſtinanter*. Hoc in Eccleſia Dei ſer-

Exod. XII. 46. *Exod. XII. 45. 48.* *Exod. XII. 11.* *Exod. XII. 46.* *Num. IX. 12.* *Jo. XIX. 36.* *Exod. XII. 43.*

զաւթի, և հաստատեցաւ ; ոչ միայն տաց ցհրէայս, յորժամ քակիցէք զտաճարն զայս, յերիս աւուրս կանգնեմ զդա; 'ի սմին առս խորհրդոց խոստացաւ մեզ զկենսն. և նովաւ քաւեսցին մեղք մեր. Եւ զի կոչեաց նա վրանն ժամու. վ֊սն զի փոքր ժամանակ պաշտեաց ; և մեզ տաճար Հոգւոյ սրբոյ յաւիտենից. Արդ յանձին կալ սիրելի իմ, և 'ի մի՛տ առ վասն զատկին այսորիկ զատկի. զիարդ ետ նց հրաման մէն ուտել 'ի միում տան, և ոչ 'ի տունս բազումս ; այսինքն 'ի տան միոյ յեկեղեցւոյն այ. Եւ զի ասաց ; մի՛ կերիցէ 'ի նմանէ եկն, և պանդուխտն, և վարձկանն. Եւ ո՞վ իցեն սոքա, եթէ ոչ ուսմունք չարք, որք ոչ ունին զիշխանութին 'ի զատկէ անտի ուտելոյ. Այլ որոյ փրկիչ մեր ասաց ; թէ վարձկանն, որ ոչ է տր հօտի, յորժամ տեսանէ զգայլն զի գայ, թողու լքանէ զհօտն, և փախչի. Եւ ասաց, մի ուտել հում, և ոչ եփեալ ջրով. այլ խայտ է, և մեկնակ ; զի պատարագն, որ մատչի յեկեղեցւոջ այ, 'ի կրակի խորովեն զնա, և ոչ եփեն. Եւ ոչ հում մատչի 'ի վերայ սեղանոյն. Եւ ասաց, այսպէս կերիցեն զնա ; գօտի ընդ մէջ, կօշիկ յոտս, ցուպ 'ի ձեռին. Յոյժ մեծամեծք են խորհուրդքս այսոքիկ. Քանզի որ ուտէ 'ի Քսէ, 'ի ճշմարիտ զատկէ, պնդէ զմէջ իւր հաւատովք, և ագանի յոտս իւր զունապանս աւետարանին, և ունի 'ի ձեռին իւրում զսուսերն Հոգւոյ, որ նա ինքն է բանն այ. Եւ զի ասաց դարձեալ, թէ ոսկր մի՛ բեկցի 'ի նմա ; այս կատարեցաւ 'ի խաչին, յորժամ ոչ խորտակեցին զսրունս նորա. Եւ ասաց ; ծառայ արծաթագին, յորժամ թլփատեսցէ զմարմին անթլփատութե իւրոյ, ապա կերիցէ 'ի զատկէ անտի. Ծառայ արծաթագին, մարդ մեղաւոր, զի ապաշխարէ, և գնի արեամբն Քի. և յորժամ թլփատէ զսիրտն իւր 'ի գործոց անտի չարաց, և ապա մերձենայ 'ի մկրտութի աւազանին, կատարումն, և հաստատութի ճշմարիտ թլփատութե. և գայ խառնի 'ի խորհուրդն այ, և հա-

(1) Agnum Paſchalem figuram fuiſſe Chriſti Domini, præter alios plurimos veterum Patrum, Juſtinus Martyr *in Dialog. cum Tryph. §. XL.* edocet his verbis: *Myſterium igitur agni, quem Paſcha immolare præcepit Deus, figura erat Chriſti, cujus Sanguine pro fidei in eum ſuæ ratione domos ſuas inungunt, qui credunt in eum, ideſt ſe ipſos.*

(2) S. Joannes Damaſcenus de circumciſione inquit: *Ea porro baptiſmi figura erat. Sicut enim circumciſio non utile aliquod corporis membrum abſcindit, ſed ſuperfluum excrementum; ita per S. Baptiſma peccatum nobis amputatur.* Et paulo inferius: *Quocirca circumciſio, patefacta veritate, inutilis jam figura, atque umbra eſt.*

հաղորդի 'ի մարմին, և արեան քի։ Եւ դի առաջ; կերիցեն փութապէս։ այս յեկեղեցւոյ այ պաշտի; զի փութապէս ուտեն յահ, և յերկիւղ զգառն, երբեկան յոտս իւրեանց զգուշութբ; վն զի փութացեալ են առ 'ի ուտել զկեանս 'ի պարգևաց անտի հոգւոյն, զոր ընկալան։ Մկրտեցաւ Իսրայէլ 'ի ծով անդր յայնմ գիշերի զատկաց, 'ի փրկութե աւուրն; և փրկիչ մեր լուաց զոտս աշակերտաց 'ի գիշերին զատկաց, և եցոյց նց զխորհուրդ խոնարհութե, և մկրտութե, զչարչարաց մահուն իւրոյ, ըստ ասելոյ առաքելոյն; եթէ մկրտեցարուք դուք ընդ նմա 'ի մկրտութի մահու, և կեցէք դուք ընդ նմա զօրութբ այ։ Իսկ իբրև էառ փրկիչ մեր զջուր, և էարկ 'ի կոնք մի լուացիկ, և էառ կտաւ մի, և արկաւ զիւրեաւ, և սկսաւ լուանալ զոտս աշակերտաց իւրոց; իբրև եհաս առ շմաւոն վէմ. ասէ ցնա; դու տր զոտս իմ լուանա՞ս։ Յաւիտեան ոչ լուասցես։ ասէ ցնա տր; եթէ ոչ լուանամ ես զքեզ, ոչ գոյ մասն, և բաժին ընդ իս։ ասէ ցնա շմաւոն; յորժամ այդպէս է տր իմ. մի զոտս իմ միայն լուանար, այլ և զձեռս իմ, և զգլուխ։ ասէ ցնա Յս; որ լուացեալն է, ոչ է նմա կարօտ, այլ զի զոտսն միայն լուասցէ; և իբրև լուաց զոտս աշակերտացն, էանց բազմեցաւ. և ապա ետ նոցա զմարմին, և զարիւն իւր։

Զայս սակաւ բանս հաւատութե, զոր գրեցի ես քեզ, իբր առ 'ի պատասխանի տալ հրէից; վասնզի անօրէնք զօրէնս կարգի զատկաց պատուիրանազանցութբ; իբր ոչ ունին իշխանութի, և առնեն տախտակս օրինաց, և տապանակ կտակարանաց, իբր ոչ ունին հրաման։ Եւ ոչ իմանան, և 'ի միտ առ–

servatur. Nam festinanter cum tremore, & timore comedunt agnum, stantes in pedibus suis (1) cum reverentia. Quippe accelerant ad comedendam vitam ex donis spiritus, quem acceperunt. Baptizatus est Israel in mari illa nocte Paschæ in die salutis, & Salvator noster abluit pedes discipulorum in nocte Paschæ, ostendens eis sacramentum humilitatis, & baptismi, & passionis mortis suæ juxta dictum Apostoli: *Si baptizati estis cum eo, in baptismo mortis vivite, & vos cum eo virtute Dei*. Nam Salvator noster, accepta aqua, & in pelvim ad lotionem peragendam immissa, linteo se præcinxit; Et incipiens lavare pedes discipulorum, cum pervenisset ad Simonem Petrum, dixit ei Petrus: *Domine tu lavas mihi pedes? non lavabis in æternum*. Respondit ei Dominus: *Si non lavero ego te, non habebis partem, & portionem meum*. Dicit ei Simon: *Cum ita sit, Domine mi, lava non tantum pedes meos, sed etiam manus meas, & caput*. Tum respondit ei Jesus: *Qui lotus est, non indiget, nisi ut pedes solum lavet*. Et cum lavisset pedes discipulorum, ad mensam accubuit, & deinde dedit eis corpus, & sanguinem suum.

Rom. VI. 3. 4. Gal. III. 27.

Jo. XIII. 6.

§. 7. Hæc pauca ego tibi scripsi, ea mente, & consilio proferens, ut quomodo respondeas Judæis, in promptu habeas. Siquidem illi prævaricantes legem, ritum Paschalem observant, cum nullam potestatem habeant, & faciunt sibi tabulas legis, & arcam testamenti (2). Et non intelligunt, neque perci-

Hæc scripsit, ut perfidiam Judæorum retundat.

(1) Adstantes autem sacro Altari, non autem genuflexos Sacram Eucharistiam manibus excipere, eamque reverenter ori admovere solitos fuisse fideles in Ecclesia Orientali, aperte ostendunt verba S. Dionysii Alexandrini Episcopi in epistola ad S. Sixtum Pontificem, ubi fidelem laicum communicantem describit his verbis: Καὶ τραπέζῃ παρεστῶτα, καὶ χεῖρας εἰς ὑποδοχὴν τῆς ἁγίας τροφῆς προτείνοντα: *Mensæ adstantem, & manus ad suscipiendum sacrum cibum porrigentem*. Apud *Eus. hist. Eccl. lib. VII cap.* 9. Idem confirmatur testimonio S. Cyrilli Hierosolymitani *Catech. V.*, S. Joannis Chrysostomi *in Oratione in Seraphim, & in alia in Encœnia*, S. Basilii Magni *in Epistola ad Cæsariam Patriciam*. Quin imo hunc ritum etiam in Ecclesia Occidentali antiquitus servatum fuisse, innuere videntur verba Tertulliani scribentis in libro de Oratione: *Si ad aram Dei steteris, accepto Domini Corpore*. Tum etiam verba S. Ambrosii ad Theodosium Imperatorem, quæ refert Theodoretus *lib. V. hist. cap. XVII.* Ἔξιθι τοίνυν, καὶ τοῖς ἄλλοις κοινώνει τῆς στάσεως. *Egredere igitur, & cum aliis consiste*. Et quidem de Monachis Latinis aperte ostendit Edmundus Marten *in Comm. ad Reg. S. Bened. cap. XXXV.*

(2) Pervicaci, atque obfirmata perfidia Judæi, cum jam conspicerent sibi evenisse, quæ fuerant eis a Prophetis, & a Christo Domino prædicta, scilicet ob mortem Messiæ Dei filio impie illatam, fore, ut Sacerdotium, Templum, & Altare eis auferretur, & in perpetuam, præter alia innumera mala, abducerentur captivitatem, peccatum, quo hæc omnia sibi acciderant, agnoscere nolebant, illudque detestari, flere, atque expiare, & Evangelicæ veritatis lumini oculos aperire, sed potius curabant seipsos misere fallere, ac decipere, contra legis interdictum, ut alibi

cipiunt id, quod prædixerit Propheta, inquiens: *Non amplius facient arcam testamenti*. (Jer. III. 16.) *Neque ejus recordatio in mentem cadet, neque recoletur, neque visitabitur, neque quæretur, neque aliquid de illa erit amplius penitus, & omnino*. Cum ergo dicitur *non amplius erit, & non cadet in mentem recordatio ejus, neque visitabitur, neque quæretur de illa*; qui eam renovare studet, prævaricator est. Et iterum ait Jeremias: *Dissipaverunt filii Israel, & filii Juda testamentum meum*. (Ibid.) Et de testamento, quod daturus erat populo Gentium, sic prænunciavit: *Mittam*, ait, *domui Israel, & domui Juda testamentum novum, non sicut illud, quod dedi Patribus eorum in die, in qua suscepi eos, & eduxi ipsos de terra Ægypti. Et quia dissipaverunt testamentum meum, & ego contempsi, & sprevi eos, ait Dominus*. (Ibid. XXXI. 31.) Si autem respondeant, quod prædixerit: *Israeli, & Judæ*, non populo gentium *dare novum testamentum*. Certe qui nuncupavit Israel principem Sodomæ, & populum Gomorrhæ; Idem ipse Deus vocavit Abraham, & promisit ei ore suo, dicens: *Non amplius vocetur nomen tuum Abram, sed Abraham: quia dedi te patrem multarum gentium*. Et iterum dixit ei: *In semine tuo benedicentur omnes gentes terræ*. (Ibid.)

(Quo die Pascha celebrandum, qua de re aliqui dubitabant.) §. 8. Cum autem hæc omnia probe intellexeris, ac certo tibi persuaseris, com-

տանունն, զորինչ ասաց մարգարէն, թէ այլ մի՛ ասասցեն տապանակ կտակարանաց տն. և մի՛ անկցի յուշ յիշատակին, և մի՛ յիշեսցեն այգ, և խնդիր առնել զնմանէ. և մի՛ լիցի այլ քնաւ ամենևին. Ուրեմն որովհետև այլ մի՛ լիցի, և մի՛ անկցի յուշ յիշատակն այգ և խնդիր լինիլ զնմ՛է; որ միանգամ յօժարամիտ լիցի առնել զնա, պատուէրանազանց է. Եւ դարձեալ ասաց երեմիա; խափանեցին որդիքն իսրայելի, և որդիքն յուդայ զկտակարանս իմ. Եւ վասն կտակարանացն որ տալոց էր ժողովրդեանն, այսպէս քարոզեաց, և ասաց; առաքեցից տան իսրայելի, և տանն յուդայ զնոր կտակարանս, ոչ իբրև զայն, զոր ետու հարցն նց յաւուր, յորում ձեռն կալու եղէ նց, և հանի զնս յերկրէն եգիպտոսի. Եւ վս զի խափանեցին զկտակարանս իմ, և ես անարգեցի, և խոտեցի զնս, ասէ տր. Ապա եթէ ասասցեն, թէ իսրայելի, և յուդայի ասաց տալ զնոր կտակարանս. Ուրդ որ կոչեացն զիսրայէլ իշխանս սոդոմայ. և ժողովուրդ գոմորայ, նոյն ինքն զաբրահամ կոչեաց, և խոստացաւ նմա, յասել անդ իւրում, թէ մի՛ կոչեսցի այլ անուն քո աբրամ, այլ աբրահամ; վասն զի ետու զքեզ հայր ազգաց բազմաց. Եւ դարձեալ ասաց նմա; ՚ի զաւակի քում օրհնեսցին ամենայն ազգք երկրի.

Եւ վս զի ճշմարտեալ գիտասցես, և անեղեկասցիս, զհաւատութիս ացես

allibi dictum est, & sacrificia facientes, & festa celebrantes, aliaque legalia extra Hierosolymam obeuntes, ludrica etiam, ut eis hic exprobrat S. Jacobus, arca sibi fabricata, & profanis, & scenicis potiùs, quàm veris Sacerdotibus constitutis. De Arca enim hujusmodi fictitia, cujus hoc loco meminit S. Jacobus, non multo post ejus ætatem in Oratione IV. adversus Judæos pag. 509 S. Joannes Chrysostomus: *Mihi quidem*, inquit, *Judæorum, quam nunc babent, arcam nihilo melius habere videtur iis arculis, quæ veneunt in foro, imo peius babet; nam hæ nihil lædere possunt, si quis adeat; illa verò quotidie multam noxam infert iis, qui accesserint*. Quin etiam Sacerdotes sibi non deesse jactabant, quorum Sacerdotium irritum, vanum, ac ludicrum esse, evidentissime pluribus ostendit idem Chrysostomus, qui nundinarios illos, ac omni iniquitate plenos Sacerdotes, quos, ut videtur, Patriarchas quoque nominabant, exsibilans, ita in eos invehitur: *Nam ubi illa apud vos veneranda, ubi Pontifex, ubi stola, & rationale, ubi declaratio? Ne verò mibi istos Patriarchas dixeris cauponas, negotiatores, omni iniquitate plenos. Dic mibi, qualis est Sacerdos, cum non sit vetus illud oleum, neque quidquam omnino veteris sanctimoniæ? dic, inquam, mibi, qualis sacrificus, cum non sit sacrificium, neque altare, neque cultus? Vis tibi recitem leges de Sacerdotio, quomodo soliti sint olim consecrari? ut intelligas, quod qui nunc apud vos dicuntur Patriarchæ, non sint Sacerdotes, sed per simulationem Sacerdotum agant personam, nec aliter ludant, quàm histriones in scena, imo ut verius dicam, nec sustinere possint Sacerdotis personam, tam procul non solum a veritate, verum etiam ab ipsa simulatione Sacerdotii absunt*. Et in sequenti Oratione VII. adversus Judæos, quod etiam in aliis superioribus fecerat, probat, destructo Templo, sublatis sacrificiis, cæterisque legis observantiis abolitis, Sacerdotium amplius non esse, & quemadmodum Templum nunquam restitutum iri, ita etiam Sacerdotium nullo unquam tempore amplius futurum. *Nec sacrificus*, inquit, *esse potest, sublata bostia, vetita oblatione, sanctis conculcatis, toto rerum statu abolito. Nam bis rebus constabat Sacerdotium, sufficiebat enim nobis ad probationem, ut dixi, quod neque sacrificia, neque bolocautomata, neque reliquæ purificationes, neque præterea quidquam politiæ Judaicæ rediturum sit. Supererat, ut demonstraretur, nunquam fore, ut Templum instauretur. Nam sicut illo non stante, omnia nunc sunt abrogata; & si quid videatur fieri, facinus est adversum legem: ita postquam demonstratum est, nunquam fore, ut templum redeat ad pristinum statum, eadem opera, & illud demonstratum est, quod neque cæteri ritus, & cultus ad pristinum statum sint redituri: non Sacerdos futurus quispiam, non Rex*.

ցես եղբարց, և մանկանց եկեղեցւոյս մերոյ, որ դժուարին մաքառմամբ վասն ժամանակիս այսր զատկաց; բայց ճշմարտաց հաւատացելոց չէ ինչ դժուար գիտել զայս։ Արդ եթէ պատահիցէ մեզ օրն զատկաց կարեաց փրկչին մերոյ 'ի կիրակէի աւուր, յերկրորդումն աւուր օրէն է առնել զնա յօրինաց։ Որպէս զի պահեսցի շաբաթն ամենայն կարեօքն չարչարանաց, և զատկաւն հանդերձ; վասն զի յետ զատկին եօթն օր զատկացան է, մինչև 'ի քառասներորդն, և մի' անդր։ Ապա եթէ յայլում աւուր յաւուրցն շաբաթու պատահիցին կարիքն չարչարանաց տէրունի, չունիմք մեք հակառակութիւն դժուարել վասն այսր, քանզի մեզ օր մեծ օր ուրբաթուն է։ Եւ եթէ ըստ թուոյ ամսոյն, որ խաչելութեան, յորում չարչարեցաւ տր մեր, և եղև 'ի մէջ մեռելոց զտիւն, և զգիշերն, հնգետասաներորդն է, 'ի վեց ժամէ ուրբաթուն, մինչև ցլուսանալ կիրակէին որ վեշտասաներորդում յարեաւ նա։ Եւ զի ըստ լուսանալ չորեքտասաներորդին եկեր զզատիկն ընդ աշակերտսն իւր, ըստ

communicabis cum illis fratribus, & filiis Ecclesiae nostrae, qui dubitantes, controversantesque difficultatibus implicantur circa tempus Paschae: at veris fidelibus hoc scire non est difficile. Si contingat nobis diem passionis Salvatoris nostri incidere in Dominicam diem, licet altera Dominica die subsequenti eam celebrare; Ita ut servetur tota hebdomada in recolendo opere passionis, & celebratione Paschae. Nam post Pascha septem dies paschales sunt (1), & deinde usque in quinquagesimum (2) diem, & non ultra. Quod si in alia die hebdomadae contingat recoli opus Dominicae passionis, res est extra controversiam, & nulla hac de re remanet difficultas. Dies autem Parasceve nobis dies magna (3) est. Etenim secundum numerum dierum mensis, dies crusixionis, in qua passus est Dominus noster, est decima quarta; tempus autem, quo fuit inter mortuos die, ac nocte, est dies decimaquinta a sexta hora parasceve, usque ad vesperam diei, quae lucescit in Dominica, quae fuit dies decima sexta, qua ille resurrexit. Nam vespe-

(1) Apud veteres solemnitas Paschalis quatuordecim dies complectebatur, nempe septem dies hebdomadae passionis, quae, ut supra dictum est, Pascha σταυρώσιμον, & totidem dies hebdomadis Resurrectionis, quae Pascha ἀναστάσιμον vocabatur: qui dies ab omnibus negociis immunes habebantur, & Christiani feriari solebant, ut operibus pietatis peragendis animum liberum, ac vacuum adjungerent. Ita Constantinus in sua lege apud Scaligerum, *Cod. Theod. lib II. tit. VIII. de fer. L. II.*, *Paschales*, inquit, *duas hebdomadas vacuas a negociis esse oportet, eam, quae Pascha praecedit, & alteram, quae subsequitur. Scalig. de emend. temp. pag.* 776. Et Theodosius Imperator recensens dies, in quibus justitium esse oportet, inter eos enumerat sanctos Paschae dies, qui septeno numero vel praecedunt, vel sequuntur. Meminerunt etiam de quatuordecim Paschalium dierum numero Papianus *in lib. respons. tit. XII.*, & Amianus *in sua collect. leg. Visigoth. lib. II tit. I. L. XI* In quodam etiam sermone Augustini, quem Dominica in Albis habuit, mentio eorum habetur. *August. serm. XIX ex edit. a Sirmundo tom. X. pag.* 811. Insuper de Paschalibus feriis plura Barnaba Brissonius *ad l. Dominico Cod. Theodos. de spectaculis*, & Jac. Gothofredus *in comment. ad d. Cod. tit. de Feriis*.

(2) Sic etiam latine appellatur dies Pentecostes τῆ Πεντηκοστῆς in lege 5. *Dominico lib. XV. Cod. Theodos. tit. V. de spectaculis*: Verba legis sunt: *Dominico, qui totius septimanae primus est dies, & Natale, atque Epiphaniorum Christi, Paschae etiam & quinquagesimae, quamdiu caelestis lumen lavacri imitantia novam Sancti Baptismatis lucem vestimenta testantur, quo tempore, & commemoratio Apostolicae passionis, totius Christianitatis magistrae a cunctis jure celebratur, omni Theatrorum, atque Circensium voluptate per universas urbes earumdem populis denegata, totae Christianorum, ac fidelium mentes Dei cultibus occupentur*. Non solum dies Pentecostes, sed totum quinquaginta dierum spatium, quod a Pascha ad Pentecosten, seu diem adventus Spiritus Sancti intercurrit, festum quodammodo, & tempus laetitiae habebatur ob memoriam resurrectionis, & tempus illud, quo Christus Dominus cum discipulis suis versatus est, priusquam in Caelum ascenderet; ideo his diebus Christifideles nec genua in orando flectere, nec jejunia agere solebant. Festo autem Pentecostes tempus Paschale finiebatur, ut nos hoc loco docet S. Jacobus, & nunc etiam religiose servat Catholica Ecclesia. De Festo Pentecostes, & tempore Paschali veterum testimonia, cum res notissima sit, afferre supervacaneum est, maxime quia in promptu sunt apud eos, qui docte aeque, ac late de Festis Christi Domini, & sanctis Ecclesiae ritibus tractarunt.

(3) Duplex enim, ut dixi, Pascha est, alterum, ut vocant Graeci σταυρώσιμον, seu crucifixionis, quo Christus in crucem actus est, alterum ἀναστάσιμον, seu resurrectionis, quo Christus a mortuis resurrexit. De primo hic loquitur S. Jacobus, quod complectebatur majorem, seu hebdomadam sanctam, ut nos eam nuncupare solemus, quaeque, ut supra ait idem S. Jacobus, in recolenda Christi Domini passione impendi debebat. Hujus autem hebdomadae dies potissima, ac supra caeteras veneranda, ac solemnis erat dies Parasceve, seu Feria Sexta, in qua Christus Dominus pro hominum salute in cruce mortuus est, qui mos, ac solemne sacrumque institutum etiamnum in omnibus Catholicis Ecclesiis retinetur. Quarta quidem, & sexta feria cujusque hebdomadis totius anni jejuniis dicata erat, & speciali cultu, ac religione antiquitus servabatur. Sed feria sexta, seu Parasceve hebdomadae sanctae longe majori veneratione orationibus, jejuniis, solemnique cultu celebrabatur; ideoque S. Joannes Chrysostomus eam vocat: Τὴν ἁγίαν, καὶ μεγάλην παρασκευήν. Λογ. ρμέ. tom. 5. pag. 906. edit Savil. *Sanctam & magnam Parasceven*.

vespere diei, quæ lucescit in die decima quarta, manducavit Pascha cum discipulis suis secundum legem Israel. Et illa die Parasceve, quæ fuit decima quarta, judicatus est usque ad horam sextam, qua ascendit in crucem, & in ea vivus tres horas permansit. Et descendit ad mortuos vespere diei, quæ lucescebat in die decima quinta, quæ est dies Sabbati, & eadem ipsa est decima quinta, qua fuit ille inter mortuos. Et in nocte, quæ lucescebat in Dominica, quæ est dies decima sexta, surrexit, & apparuit Mariæ Astracensi, & duobus discipulis illis, qui iter faciebant. Hinc autem intelliget, qui de hisce diebus controversiam facere, ac quæstiones nectere amat, quod nocte, quæ lucescit in die decima quarta, Dominus noster fecit Pascha; comedit, & bibit cum Discipulis suis. At verò ex quo cantavit gallus (1), ulterius non comedit, neque bibit, quoniam ceperunt ipsum, & ad tribunalia duxerunt. Et sicut paulo ante dixi tibi, in decima quinta die, ac nocte fuit ille inter mortuos. Itaque oportet nos servare hoc Pascha suo tempore de anno in annum; Jejunia sancta, & preces perpetuas custodire, & laudem benedictionum diligenter, promptè, & verbis maxime decoris cantuum psalmorum Davidicorum persolvere; dignè dare signaculum (2), & baptismum lavacri suo apto, & convenienti ordine, & benedictiones sanctas congruè, ac ritè impertiri, & implere, & perficere omnia, quæ ad Pascham pertinent. *Namque Dominus noster mortuus est, & surrexit, & posthac non moritur, & mors non dominabitur ei. Qui enim mortuus est in peccatis, ille mortuus est, & qui vivit, vivit ad Deum, & nos quidem mortui sumus cum eo.* [Rom. VI. 9.] Si quæstio aliqua, ac sol-

ըստ օրինաց իսրայէլի ։ Եւ 'ի նմին աւուր ուրբաթուն չորեքտասաներորդին դատեցաւ մինչեւ 'ի վեց ժամն, եւ 'ի խաչ ել երեք ժամաւ ։ Եւ էջ նա 'ի մեռեալս 'ի գիշերին, զի լուսանայր հնգետասաներորդն յաւուր շաբաթու, որ նա ինքն է հնգետասաներորդ, եղեւ նա 'ի մէջ մեռելոց ; եւ զգիշերն որ լուսանայր կիրակէ, որ նա ինքն է օր վեշտասաներորդ, յարեաւ, երեւեցաւ Մարիամայ աշտարակցւոյ, եւ երկուց յաշակերտաց անտի իւր երթային, 'ի ճանապարհի ։ Արդ այսուհետեւ իմասցի, որ յաժարեսցի մաքառմամբ հակառակել վն աւուրցս այսոցիկ, զի ընդ լուսանալ չորեքտասաներորդին տէրն մեր զզատիկն, եկեր եւ էարբ ընդ աշակերտսն իւր ։ Բայց յորմէ հետէ խօսեցաւ հաւն, այլ ոչ եկեր նա, եւ էարբ ․ վն զի կալան զնա, եւ տարան դատել ։ Եւ որպէս հաւանեցուցի քեզ յառաջ եւս 'ի վերոյ, զհնգետասան աւուր զտին, եւ զգիշեր եղեւ նա 'ի մէջ մեռելոց ։ Այլ մեզ այս պիտոյ է պահել զզատիկ յիւրում ժամու, տարեկանէ 'ի տարեկան, ծոմ սրբութե, եւ աղօթք մշտնջենաւորք, եւ գովեստ օրհնութեց փութով, յօժարութբ, եւ գեղգեղել քաղցրաձայն երգոց սաղմոսարանաց դաւթի, ըստ արժանի տալ կնքն, եւ մկրտութի աւազանի իւրով յօրինել կարգաւն, օրհնութիւն սրբութեցն ըստ իւրեանց պատշաճի, եւ լնուլ կատարել զամենայն իրս զատկին ։ Զի տր մեր մեռաւ, եւ յարեաւ, եւ յայսմ հետէ ոչ մեռանի, եւ մահ ոչ տիրէ 'ի վերայ նր ։ Զի որ մեռաւ, 'ի մեղս անդ մեռաւ ; եւ որ կենդանին է, կենդանի է առ այ, եւ մեք զի մեռեալք եմք ընդ նմա ։ Եթէ հակառակեսցուք ինչ ընդ այս, եւ վասն չորեքտասաներորդի միայն փոյթ լիցի մեզ, եւ ոչ վն զատկին

(1) De primo Gallicinio hæc intelligenda esse videntur. Bis enim in nocte Galli cantare solent media nocte, & ante auroram. Nam post primum Gallicinium, antequam secundo cantarent ante auroram Galli, Petrus in domo Pontificis ter Christum Dominum negavit, ut ei ipse Salvator prædixerat verbis illis: *Antequam Gallus cantet, ter me negabis*; *Matth. XXVI.* 34., *Luc. XXII.* 34., *Joann. XIII.* 34.; seu ut habetur apud Marcum *XIV.* 30: *priusquam Gallus cantum bis dederit, ter es me negaturus*, hoc est ante secundum Gallicinium.

(2) Una ex præcipuis sacris ac solemnibus functionibus, quæ nocte præcedenti diem Dominicum, quo Dominus noster resurrexit, in universo Orbe Catholico peragebantur, erat Baptismus Catechumenorum, & eorum, qui baptismo abluti fuerant, sacro Chrismate inunctio, quod etiam in præsenti a Catholica servatur Ecclesia. Sacramentum autem Confirmationis more Orientalium, a Græcis vocabulo accepto, *signaculum* hoc loco nuncupat S. Jacobus, & simul nobis sacrarum cæremoniarum, cantuum, psalmorum, & precum in Paschali tempore vetustatem liquidò ostendit. Veteres autem Christiani, quàm arctis, ac severis jejuniis in majori hebdomada se exercerent, ut non modo unum, sed plures dies sine ullo cibo transigerent, nobis tradidit Eusebius, loquens de Essenis *Hist. Eccl. lib. I. cap.* 17., Auctor Apostol. Constit *lib. V. cap.* 18., Dionysius Alexandrinus *epist. ad Basilid.*, Epiphanius *exposit. Fid. Cath. num.* 22., Irenæus *apud Euseb. Hist. Eccles. lib. V. cap. XXIV.*

նոյն տարեկանէ 'ի տարեկան , այլ և մեզ այդպէս պարտ լինի , զի պահիցեմք զչորեքտասաներորդն ամ ամսոց , և ճգնիցիմք զուրբաթն ամենայն շաբաթուց . քանզի օրէն և արժան այսպէս է մեզ , զի ամենայն աւուրք շաբաթուց եղիցին մեզ առ 'ի գործել զբարիս առաջի տն այ . Այսուհետև յայսմ 'ի սակաւուկ ինչ , զոր գրեցի առ քեզ , խորհեսջի՛ր , և մի՛ համարեր քեզ հակառակել 'ի մաքառութիւն բանից , որ ոչ ունին զշահ , և զօգուտ ինչ . Բայց եթէ զսիրտ միայն պատուիրանապահ վաստակեսջիք , և կալջիք , և զզատիկն իւրով յօրինեալ ժամանակօքն , և զպահպանութիւն զդուշութե մեծի խաչելութե փրկչին մերոյ .

sollicitudo hac de re habenda est, de decima quarta magis inquirere opus erit nobis, quàm de Pascha de anno in annum. Ita etiam oportet, ut nos servemus decimam quartam omnium mensium (1), & studiose custodiamus Parasceven omnium hebdomadarum. Nam id nobis conveniens, & dignum est, ita tamen, ut omnes dies hebdomadarum opportuni censeantur nobis ad operandum bona coram Domino Deo. Demum ex his paucis, quæ scripsi tibi, cogita, & noli existimare, quod vobis utile sit contendere verborum certaminibus, quæ nullum habent emolumentum, & utilitatem, sed solum contendite, ut possideatis, & habeatis cor custodiens præcepta, & ut Pascha suo apto tempore, & observantias magnæ solemnitatis passionis Salvatoris nostri servetis.

(1) Observatio quidem feriæ sextæ omnium hebdomadarum anni in memoriam passionis Christi Domini communis erat toti Ecclesiæ Catholicæ, diei autem decimæquartæ omnium mensium, peculiaris videtur mos fuisse Ecclesiæ Nisibenæ.



SERMO DECIMUSQUINTUS.

De ingressu Gentium pro populo Judæorum, seu de Gentium vocatione, & reprobatione Judæorum.

De Gentium vocatione. JAm pridem, & multo ante vocatæ erant gentes ex omnibus linguis in hæreditatem Altissimi, quàm vocaretur Israel. Gen. XVII. 5. Ita enim dixit Deus Abrahæ: *Dedi te patrem multarum gentium*. Et Moyses Deut. XXXIII. 19. prophetavit, dicens: *Gentes vocabuntur in montem Dei, & illic offerent sacrificia justitiæ*. Et in benedictione illâ testimonii dixit ad populum: Ibid. XXXII. 21. *Provocabo vos in populo ignobili; & in gente stulta irritabo vos*. Jacob etiam Patriarcha testatus est de gentibus in benedictione illa Gen. XLIX. 10. sua, dicens ad Judam: *Non deficiet germen de Juda, Princeps, & Dux de femore ejus, donec veniat, cujus est regnum, & gentes sperantes credent in eum*. Isai. II. 2. Et Isaias ait: *Erit in novissimis diebus mons Domini, & Domus Dei in vertice montium, elevabitur, & exaltabitur super colles, & fluent ad eum omnes gentes. Advenient populi multi, & dicent: Venite, & ascendamus in montem Domini, & ad Domum Dei Jacob: Narrabit ille nobis vias suas, & ambulabimus in semitis ejus, quia de Sion exibit lex, & verbum Domini de Jerusalem. Faciet judicium inter gentes, &* Mich. IV. 3. *arguet populos remotos. Et cum judicaverit, & arguerit eos: tunc accipient consilium, & consentientes erunt; æquabuntur, & emollientur a duritie sua. Conflabunt gladios suos, & facient vomeres, & lanceas suas, & facient falces: Et deinceps non amplius levabit gens contra gentem gladium, & omnino ultra non exercebuntur ad prælia gerenda.* Nam antea gentes, quæ nesciebant (1) Deum pro-

ՃԱՌ ՀՆԳԵՏԱՍԱՆԵՐՈՐԴ.

Վասն հեթանոսացն մտանելոյ փոխանակ ժողովրդեանն հրէից.

Առաջնխաւ կոչեցեալք էին հեթանոսք յամենայն լեզուաց 'ի ժառանգութիւն բարձրելոյն, յառաջ քան զիսրայէլ։ Որպէս ասաց ած ցաբրահամ. Եսու զքեզ հայր ազգաց բազմաց. Եւ մովսէս քարոզեաց. Թէ հեթանոսք կոչեսցին 'ի լեառն այ, և անդ մատուսցեն զպատարագս արդարութե. Եւ յօրհնութիւն անդ վկայութե ասաց ցժողովուրդն; նախանձեցուցից զձեզ 'ի տոհմս ապատոհմս, և ազգաւ անմտաւ զկծեցուցից զձեզ. Եւ յակոբ հայրն վկայեաց վասն հեթանոսաց յօրհնելն անդ իւրում, և ասէ ցյուդայ; մի՛ պակասեսցի շառաւիղ 'ի յուդայէ. իշխան, և առաջնորդ յերանաց նորա, մինչև եկեսցէ այն, որոյ թագաւորութիւն է. և հեթանոսք յուսացեալ հաւատասցեն 'ի նա. Եւ եսայի ասաց; եղիցի յաւուրս յետինս լեառն տն, և տուն այ 'ի վերայ գլխաւորաց բարձանց լերանց վերասցի, և բարձրասցի 'ի վերայ բլրոց. և եկեսցեն հասցեն 'ի վերայ նորայ ամ հեթանոսք. հասանիցեն ժողովուրդք բազումք, և ասասցեն; եկայք ելցուք 'ի լեառն տն, և 'ի տուն այ յակոբայ. պատմեսցէ նա մեզ զճանապարհս իւր, և գնասցուք մեք 'ի շաւիղս նր. Զի 'ի սիոնէ ելցեն օրէնք, և բան տն յերուսաղէմ. Դատեսցէ դատաստան 'ի մէջ հեթանոսաց. և յանդիմանեսցէ զժողովուրդս հեռաւորս. Եւ յորժամ դատեսցէ, և յանդիմանեսցէ զնս. յայնժամ ապա ընկալցին զխրատ, և միաբանեսցին. հաւասարեսցին, և կակղասցին 'ի խստութե անտի իւրեանց; ձուլեսցեն զսուսերս իւրեանց, արասցեն խոփս. և

զսուինս

(1) De Gentium vocatione, & Judæorum reprobatione agunt vetustissimi Ecclesiæ Patres adversus Judæos. Innumera autem veteris, novique Testamenti testimonia, quæ liquido ac aperte utramque præmonstrant, accurate post illos collegit in sua eruditissima Demonstratione Evangelica Daniel Huetius *Propos. IX. cap. CLVIII.*, & *cap. CLXII.*, qui insuper talia de suo ingenio rectissime adnotat: *Rerum omnium, quas prænuntiari hominibus voluit Deus, nulla omnino est, in quam prædicendam majori consensu, celebrioribusque prophetiis conspirarint sacri Vates, quàm gentium vocatio ad notitiam veritatis. Nam cum vanissimis Religionibus, & multiplici idolorum cultu tenerentur implicitæ gentes, Judæi verò clarissima Divinæ, & salubris doctrinæ luce fruerentur, hi tamen caligarunt ad præsentis, & inter ipsos versantis Messiæ splendorem; illæ sanctis ejus ultro paruerunt præceptis, & in ipsius obsequium concesserunt; arcano videlicet, & mirabili Dei consilio, cujus gratiam satius est nos memori mente recolere, quàm causam anxie perscrutari. Neque verò id ita evenire debuisse, vel ignorarunt vetustiores Judæi, vel recentiores inficiati sunt.* Quod autem ultimis hisce verbis eruditissimus vir affirmat, ibi & aliis etiam in locis ejusdem libri pluribus allatis ex Rabbinorum voluminibus testimoniis, luculenter probat, atque confirmat.

զսուսերս իւրեանց արարցեն մանգաղս. և այսուհետև ոչ ևս հանիցէ ազգ ազգի վերայ սուր. և ամենեքին այլ ոչ ևս ուսանիցին նոքա տալ պատերազմ. Քանզի յառաջագոյն հեթանոսք, որք զՃշմարտութիւն ոչ գիտէին, վասն յափշտակութեան, և զրկող ծլստութեան սուսերօք, և սուսկաւօք, և նիզակօք մարտնչէին. Իսկ իբրև եկն եհաս Քս, և Տր փրկիչն մեր. եբեկ խորտակեաց զաղեղունս պատերազմի, և խօսեցաւ զխաղաղութիւն ընդ ազգս հեթանոսաց, ձուլեաց զսուսերս նց, և արար խոփս. և զսուսերս նց արար մանգաղս; զի կերիցեն իւրաքանչիւր զվաստակս ձեռաց. և մի՛ յաւ յապուր ասարէ անատի. Եւ դարձեալ գրեալ է; տաց հեթանոսաց զշրթունս ածախօսս, զի կարդասցեն ամենեքեան զանուն տն. Քանզի յառաջագոյն ոչ ունէին զբերանս պատրաստականս, և ոչ կարդացին զանուն տն; վասն զի յարգէին, և փառաւորէին շրթունք նց զկուռս իւրեանց զձեռագործս օտարոտիս, և զնոս կարդային. Եւ զաքարիա մարգարէ ասաց դարձեալ; կցորդք եղիցին տն հզօրք, և բազումք ազգք հեթանոսաց. Եւ երեմիա մարգարէ բարոզեաց յայտնապէս մեկնակ վասն հեթանոսաց յասել անդ իւրում; հեթանոսք թողցեն զդրօշեալ գիս իւրեանց, աղաղակեսցեն, քարոզեսցեն, և ասասցեն. Թէ կուռք խաբեպատիրք սուտ թէ, և խաբէութ թէ, զոր ժառանգեցուցին մեզ հարքն մեր, ոչինչ են նք.

Նոյն մարգարէն քարոզեաց ժողովրդեան իւրում, և ասաց; կացէ՛ք յանցս ճանապարհաց. և հարցջիք վնն շաւղաց աշխարհիս, տեսջիք ո՞ր ճանապարհ բարուոք է, և երթիջիք ընդ նա. Եւ նոքա խիստ, և ապառուամ դժկամակութ իւրեանց ետուն պատասխանի, և ասեն, չեմք ինչ երթալոց. և ոչ երթամք ինկ. Եւ ասէ ցնն դարձեալ; կացուցի 'ի վերայ ձեր զդէտս քաջադէտս. զի լուիցէք զձայն շեփորայ. Նոքա ցնա դարձեալ; չեմք ինչ լսելոց, և ոչ գալոց. Եւ զայս յայտնապէս մեկնակ արարին յաւուրս երեմիայի,

propter rapinæ aviditatem, & fraudolentam avaritiam gladiis, & telis, & lanceis certabant. At cum venit Christus, & Dominus Salvator noster fregit, & contrivit bellicos arcus, & sermones pacis habuit cum nationibus gentium; conflavit gladios illarum, & vertit in vomeres, & lanceas earum in falces; adeout unusquisque comederet labores manuum, & non ex præda vastatrice viverent. Et rursus scriptum est: *Dabo gentibus labia loquentia de Deo, ut invocent omnes nomen Domini*. Nam prius ora eorum præparata non erant, & non invocaverunt nomen Domini; quoniam labia earum honorabant, & glorificabant Idola manu sua facta, & alienigena, & invocabant ea. Et iterum Zacharias Propheta ait: *Conjungentur Domino fortes, & multæ nationes gentium*: Et Jeremias Propheta prædixit palam, & manifestè de gentibus in sermone illo suo, dicens: *Gentes relinquent*(1) *sculptilia sua, clamabunt, prædicabunt, & dicent: Idola illa mendacia, & fallacia, quæ Patres nostri fecerunt nos possidere, nihil sunt*.

Sophon. III. 9.
Zach. II. 11.
Jer. XVI. 19.

§. 2. Idem Propheta præmonuit populum suum, inquiens: *State in transitu viarum, & interrogate de semitis hujus mundi; videte, quæ via sit bona, & ambulate in ea*. At illi dura, pertinaci, & obstinata voluntate sua responderunt, dicentes: *Nequaquam ituri sumus, neque profecto ibimus*. Et ait eis iterum: *Constitui super vos speculatores bene speculantes, ut audiatis vocem buccinæ*. Reponunt autem illi: *nequaquam eam sumus audituri*. Id autem manifestè declaraverunt in diebus Jeremiæ, quando annuntiavit eis sermones Domini: Illi responderunt, dicentes:

De Judæorum reprobatione.
Jerem. VI. 16.
Ibid. 16.
Ibid. 17.
Ibid.

(1) Jeremiæ *cap XVI. v. 19.* secundum versionem Latinam ita habetur: *Ad te Gentes venient ab extremis terræ, & dicent: Vere mendacium possederunt patres nostri, vanitatem, quæ eis non profuit*. Eodem fere modo locus iste Jeremiæ legitur in Textu Hebraico, in versione Græca, aliisque versionibus in Polyglotta Walton, hoc uno excepto, quod in versione Græca, Syriaca, & Arabica loco *mendacium* legitur *Idola*; quæ aptissimè Divinus Spiritus in sacris Scripturis mendacia vocare solet; sed noster sanctissimus Doctor, ut plurimum non verba Scripturæ, sed eorum sensus, ut sæpius admonui, allegat.

Ibid. 17. tes: *Sermones, quos dixisti nobis in no-*
mine Domini, non audimus, sed facimus
voluntatem animarum nostrarum, juxta
omnes sermones, qui exeunt ex ore nostro,
ut offeramus incensa Idolis alienigenis.
Et cum vidisset, quod neque semel atten-
derent, conversus est ad gentes, ita eas
Ibid. 18. 19. alloquens: *Audite gentes, & agnoscat Ec-*
clesia, quæ est in illis, & audiat terra
plenitudine sua. Cum vidisset, quod pro-
caciter resisterent, & insolenter respon-
derent, tunc reliquit eos, sicut per Pro-
Jerem. XII. 9. phetam dixit: *Reliqui domum meam, &*
dimisi hæreditatem meam, dedi dilectam
meam in manu inimicorum, & pro ea tur-
ma discolor avium facta est mihi hæredi-
tas mea. Illa enim turma ipsa est Eccle-
sia gentium, quæ ex omnibus nationibus
congregata est. Ut verò planius scias,
quod firmiter, & verè reliquerit Synago-
Isa. II. 6. gam, Isaias iterum: *Dereliquisti*, ait,
populum tuum Jacob. Et vocavit eos
Sodomitas, & Gomorrhæos. Et vocavit
gentes pro eis, & nominavit eas popu-
Ibid. 5. lum Jacob, inquiens: *Domus Jacob* (1)
venite, ambulemus in lucem Domini,
quia populus Jacob dimissus, & derelictus
est; & facti sunt illi Principes Sodomæ,
& populus Gomorrhæ, Pater Amorrhæus,
& mater Cethæa. Conversi sunt, & facti
sunt vinea, diligens extraneos, & planta
extranea, quia uva eorum uva amaritu-
dinis, & botri eorum amaritudo fellis;
Filii rebelles, argentum abjectum, &
maculatum; vinea Sodomæ, & planta Go-
morrhæ; vinea, quæ fecit spinam pro uva;
& vinea cujus ramos comedit ignis, & ad
nihil fuit utilis. Jam duos populos vocavit,
eosque nominavit populos Jacob; unum,
qui ambulat in luce Domini; & alterum,
qui dimissus, & desertus est. Isti vocati
sunt Principes Sodomæ; nomine autem
Jacob nominatus est populus ex genti-
bus. Rursus dixit Propheta de gentibus,
quod illæ pro Israelitico populo offerent
Malach. I. 11. sacrificium: Nam ait: *Magnum est no-*
men meum in generationibus gentium, &
in omnibus locis offerunt sacrificia sancta
Ibid. 13. *nomini meo*. Et de Israel: *Sacrificia*, ait,
vestra non suscipiam. Et similiter Osee de
Osee VII. 1. Israel: *Cum mendacio*, inquit, *quærunt*
Isa. XXIX. 13. *Dominum*. Isaias vero: *Elongatum est*
cor

մեայն , իբրեւ քարոզեաց նմ̄ զպատգամս
տն̄ . նոքա արարին պատասխանի , և
ասեն ցնա ; զպատգամսդ , զոր ասացեր
ցմեզ յանուն տն̄ , ոչ լսեմք , այլ առ_
նեմք զկամս անձանց մերոց , ըստ ամե_
նայն պատգամաց , որ ելանէ 'ի բերա_
նոյ մերմէ , դնել զխունկս դից օտարաց .
Եւ իբրեւ ետես , թէ և ոչ անգամ մի
անսացին , դարձաւ 'ի հեթանոսս , և
ասէ ցնս̄ ; լուարուք հեթանոսք , և ծա_
նի՛ր եկեղեցիդ , որ 'ի դոսա է , և լուի_
ցէ երկիր լրի̂ւ իւրով . Իբրեւ ետես
թէ լրբութբ̄ կային ընդդէմ նմա . և
սաստկութբ̄ արարին զպատասխա_
նին . յայնժամ եթող զնս̄ , որպէս մար_
գարէացաւ , և ասաց ; Թողի զտուն իմ ,
և թողի զժառանգութի̄ իմ . ետու
զսիրելին իմ 'ի ձեռս թշնամեաց . և
փոխանակ նր̄ , երամ նկարէն հաւուց
եղև ինձ ժառանգութի̄ իմ ; զի նա ինքն
է եկեղեցին հեթանոսաց , որ յամենայն
ազգաց ժողովեալ է 'ի նա . Եւ զի գի_
տասցես , թէ հաստատ ճշմարտի̂ւ եթող
զնա . եսայի դարձեալ ասաց վասն նր̄ ,
թէ թողեր զժողովուրդ քո յակոբեան ;
և կոչեաց զնս̄ սոդոմացիս , և գոմորա_
ցիս . Եւ կոչեաց զհեթանոսս փոխա_
նակ նր̄ , և յորջորջեաց զնս̄ յակոբեանս ,
և ասէ ցնս̄ ; տուն յակոբայ եկայք եր_
թիցուք 'ի լոյս տն̄ . վասն զի լքաւ թո_
ղաւ ժողովուրդն յակոբեան . և եղեն
նոքա իշխանք սոդոմայ , և ժողովուրդ
գոմորայ . հայրն ամուրհացի , և մայրն
քետացի . Դարձան , և եղեն այգի
օտարասէր , և օտարատունկ ; զի խաղող
նց̄ խաղող դառնութե̄ , և ողկոյզ նց̄
դառնութե̄ լեղւոյ ; որդիք ապստամբք ;
արծաթ անարգ , և արատաւոր ; այգի
սոդոմայ , և տունկ գոմորայ ; այգի ,
որ եբեր զփուշ փոխանակ խաղողոյ ;
Եւ այգի , որոյ եկեր հուր զոստս նր̄ .
և ինքն ոչ եղև պիտանացու . Զեր_
կու յակոբս կոչեաց , և անուանեաց .
մինն , որ երթայ 'ի լոյս տն̄ . և միւսն ևս ,
որ մնալոց թողլոց էր փոխանակ յակո_
բայ . Նոքա յորջորջեցան իշխանք սո_
դոմայ ; և յանուն յակոբայ անուանե_
ցաւ ժողովուրդն 'ի հեթանոսաց . Եւ
դարձեալ ասաց մարգարէն վս̄ հեթա_
նոսաց , թէ նոքա եղիցին պատարա_
գամատոյցք փոխանակ ժողովրդեանն .
Քանզի ասաց ; մեծ է անուն իմ յազգս
հե_

(1) Quæ hic tamquam ex Isaiæ Prophetia allegantur, non ex unius Isaiæ libris, sed ex variis sacræ Scripturæ locis sumpta videntur.

հեթանոսաց, և ընդ ամենայն տեղիս մատուցանեն զպատարագս սրբ անուան իմոյ. Եւ վս Իսրայելի ասաց ; 'ի պատարագս ձեր ոչ հաճեցայց . Եւ դարձեալ ասաց ; ոչ թուեցան ինձ քաղցր պատարագք ձեր . Եւ դարձեալ Հոշեա ասաց վասն Իսրայելի ; ստութբ խնդրեն զԱծ . Եսայի ասաց ; Հեռացեալ է սիրտ նց յԱյ իւրմէ . Քանզի ասաց , Թէ ժողովուրդս այս շրթամբք միայն պատուեն զիս , և սրտիւք իւրեանց հեռի են յինէն . Եւ Հոշա ասաց , Թէ պաշարեաց զիս Եփրեմ նենգութբ , և տունն Իսրայելի , և Յուդայ ստութեամբ , մինչև էջ ժողովուրդն Այ . Եւ արդ ո՞ր ժողովուրդ իցէ , բայց եթէ ժողովուրդ արդար , և հաւատացեալ . Արդ եթէ վասն Իսրայելի , և Եփրեմի ասաց , Թէ պաշարեաց զիս ստութբ , և նենգութբ . զի Թագաւորութի անօրէն եկաց յԵփրեմէ , եկաց յԻսրայէլ . և եթէ զանունն Յուդա ոչ էր յիշեալ 'ի պատգամի աստ , Թերևս ասային նմա պատասխանի , Թէ Յուդա է սբ , և հաւատացեալ . և եկն , և միաբանեցաւ , և կցորդ եղև Տն . Այլ մարգարէն մեկնակս քարոզեաց յայտնապէս , Թէ պաշարեաց զիս Եփրեմ , և Իսրայէլ ստութբ . Վասնզի խոտորեցոյց զնս յայտնապէս Ռոբովամ որդի Նաբատայ , յոր Թագչի անդ , և Յուդայ նենգութբ . Վասնզի նենգութբ , և 'ի ծածուկ երկիր պագանէին կռոցն օտարաց . իբր եցոյց , և յայտ արար զպղծութին նց Եզեկիէլի . Եւ քարոզեաց 'ի վերայ նց Հոշա յանել անդ իւրում . յորժամ յորջորջեաց զնս պոռնիկ , և շուն ; և ասաց վասն ժողովրդեան Իսրայէլի , զի անցուսցէ զպոռնկութիւ

իւր

cor eorum a Deo suo. Et addit: *Populi isti labiis tantum honorant me, & cordibus suis longe sunt a me*. Et Osee iterum. *Circumdedit* (1) *me Ephrem dolo, & domus Israel, & Juda mendacio, donec descendit populus Dei*. Osee XI. 12. Jam vero quis est populus iste? nisi populus justus, & fidelis. Et quidem de Israel, & de Ephrem ait: *Circumdedit me mendacio, & dolo*; quoniam regnum iniquum extitit ex Ephrem, & pertransivit in Israel. Quod si nomen Juda non posuisset in sermone isto, fortasse responderent, quod Juda fuerit Sanctus, & fidelis, & quod ambulaverit & consenserit, & conjunctus fuerit Domino. At Propheta contrarium declaravit, manifeste dicens: *Circumdedit me Ephrem dolo, & domus Israel, & Juda mendacio*. Nam seduxit palam Israelitas Roboam filius Nabat, a quo latenter comprehensus est & Juda dolo. Nam dolo, & in occulto adorabant Idola alienigenarum, quando Deus ostendit, & manifestavit pollutionem eorum Ezechieli. Ezech. VIII. Idem quoque de eis prædicavit Osee in sermone suo, quando vocavit eos fornicatores, & adulteros. Nam quod de populo Israel inquit, ut auferret *fornicationem suam a facie sua*; Idipsum etiam de populo domus Juda (2) dixit, ut auferret *adulterium suum de medio uberum suorum*. Osee II. 2. Et ut scias, quod de ambobus populis loquutus est Propheta, quod sint adulteri, & fornicatores: Ibid. Nisi utique abstulerit fornicationem, & adulterium ab uberibus suis: *Constituam eam*, inquit, *nudam, ignominiosam, & relinquam eam tamquam puerum recenter natum ex utero; & tamquam in die, in qua ascendit*

de

(1) Verba Osee Prophetæ *XI.* 12. in versione Latina vulgata ita se habent: *Circumdedit me in negatione Ephraim, & in dolo domus Israel: Judas autem testis descendit cum Deo, & cum sanctis fidelis*. Sed S. Hieronymus in commentariis ad hunc locum admonet, aliter reddita fuisse in Græcam linguam a 70. Interpretibus. *Septuaginta*, inquit, *multo aliter transtulerunt: quod & Ephraim & domus Israel, & Judas circumdederint Deum in mendacio, & in impietate*. Cum versione Armena, quæ in hoc sermone legitur, concordat Syriaca, qua lingua utebatur S. Jacobus, verba Syriacæ versionis talia sunt: *Circumdedit me Ephrem mendacio, & domus Israelis, ac Judæ dolo; donec descenderet populus Dei populus sanctus, & fidelis*. Hæc autem ultima verba in versione 70. ita leguntur: *Nunc cognovit eos Deus, & populus sanctus vocabitur Dei*. In Paraphrasi autem Chaldaica integer locus his verbis exhibetur: *Multiplicaverunt coram me mendacia prognati domus Ephraim; & dolos suos, orti de familia Israel: proles vero domus Juda validi fuerunt in cultu, donec exulavit populus Dei de terra sua, & illi, qui venerationem exhibuerunt coram me in domo Sanctuarii, vocantur populus sanctus, in eo quod fuerunt stabiles*.

(2) *Judicate*, inquit Osee cap. II. n. 2., *matrem vestram judicate, quoniam ipsa non uxor mea, & ego non vir ejus, auferat fornicationes suas a facie sua, & adulteria sua de medio uberum suorum*. Ad verba autem illa: *Judicate matrem vestram*, talia adnotat Cornelius a Lapide: *Quæritur, quænam hæc mater? Aliqui accipiunt Judam, & Jerusalem, sive Synagogam duarum tribuum, quasi hic Propheta increpet duas tribus, sicut primo capite increpavit decem*. In hunc sensum intellexisse videtur S. Jacobus verba Prophetæ, quæ ab aliis de sola Samaria, sive Israelitarum regno explicari solent, non autem de regno etiam Juda, & Jerusalem.

de terra Ægypti (1). Ita utrumque eorum populum, populum Israel fornicatorem, & populum Juda adulterum vocavit; populum autem Gentium, populum sanctum, & fidelem, quoniam descendit, & stetit, & fuit Domini. Quare, inquit, descendit? quia utique descenderunt a superbia sua. Iterum vocavit eos Ezechiel, Ahlam, & Ahlibam (2). Et utrumque populum eorum vocavit duos ramos vineæ, quos comedit ignis. Iterum dixit David de gentibus: *Dominus numeravit gentes in scripturis.* Gentes igitur literis consignatæ sunt in scriptura. Observa autem, Charissime, quoniam prius scripta est vocatio populi Gentium. Nam quando peccaverunt illi in deserto, dixit Deus Moysi: *Permitte mihi, ut deleam populum hunc, & constituam te in populo multo majori, quam illo* (3). Et quia non advenerat tempus gentium, & alius futurus erat Salvator earum, Moyses non consensit, ut ipse fieret Salvator, & Ductor populi gentium, etiamsi esset major populo Israel. Nam in magna,

Ezech. XXIII.

Psal. LXXXVI.6. & ibi C. Bellarminus.

Exod. XXXII.10.

իւր յերեսաց իւրոց . Զհայց և զամն ժողովրդեան տանն յուդայ, զի անցուցէ զբոզութիւն իւր 'ի միջոյ ստեանց իւրոց . Եւ զի գիտասցես, Թէ զամն երկոցունց ժողովրդոցն ասաց մարգարէն շուն, և պոռնիկ, ասաց զկնի պատագամիս ; զի եԹէ ոչ անցուցէ զպոռնուկուԹի 'ի ստեանց իւրոց, կացուցից զնա մերկ խայտառակ . և Թողից զնա իբրև մանուկ ծնեալ աւուրն յարգանդէ . և իբրև զայն, յորում աւուր ել յերկրէն եգիպտոսի ; և զերկոսին ժողովուրդս նց, զիսրայելին պոռնիկ, և զյուդայն շուն . Եւ ժողովուրդն հեԹանոսաց ժողովուրդ սբ, և հաւատացեալ, զի էջ, և եկաց, որ եղև տն . Եւ ընդէ՞ր ասաց, Թէ էջ . այլ վս զի իջին 'ի հպարտուԹէ անտի իւրեանց . Եւ զնս անուանեաց դարձեալ եզեկիէլ ահղա, և ահղիբա . Եւ զերկոսին ժողովուրդս նց կոչեաց երկու ոստս այգւոյն, զոր էկեր հուրն . Քարոզեաց դարձեալ դաւիԹ վս հեԹանոսաց, և ասաց ; տր համարէ զհեԹանոսս գրով . Ապա զի հեԹանոսք ունին

(1) Cum populus Hebræus ex Ægypto profectus est, per desertum iter faciens, unus, & idem populus erat, neque in duos populos, & duo regna, unum Juda, alterum Israel discretus erat, ideoque hinc recte arguit S. Doctor, quæ in eodem loco continenti oratione dicta sunt, de utroque populo pronunciata fuisse. Id ipsum paulo supra ostendit ex eo, quod Synagogam nomine Matris compellans jubeat, ut amoveat, & elimi net a se fornicationem, & adulterium, quibus verbis indicat populum regni Ephraim fornicatorem, populum regni Judæ adulterum vocatum fuisse. In versione vulgata post verba in antecedenti nota allata hæc sequuntur: *Ne forte expoliem eam nudam, & statuam eam secundum diem nativitatis suæ: & ponam eam quasi solitudinem, & statuam eam, velut terram inviam, & interficiam eam siti.* In Paraphrasi Chaldaica ita habetur: *Ne forte subducam majestatem meam ab ea, & auferam gloriam ejus, & ponam illam derelictam sicut diebus priscorum, antequam accessisset ad cultum meum, & residebit furor meus super eam, sicut resedit super populum generationis, qui transgressi sunt legem meam in deserto, & ponam terram desertam, & interficiam eam siti.* Et S. Hieronymus ad hunc Oseæ Prophetæ locum: *Fornicaria est*, inquit, *quæ cum pluribus copulatur. Adultera, quæ unum virum deserens, alteri jungitur. Quorum utrumque est Synagoga, quæ si permanserit in fornicatione, & adulterio, auferet ab ea Deus vestem, & ornameata, quæ dederat, de quibus scribit Ezechiel:* IN DIE QUANDO NATA ES &c. *Hæc tunc ei dedit maritus largissimus, quando invenit illam in Ægypto Idololatriæ libidine constupratam, & divaricantem omnibus pedes suos. Et nunc comminatur, si ad virum suum noluerit reverti, ita eam futuram absque Deo & viro, sicut prius in Ægypto fuerat.* Itaque Sanctus Jacobus non ipsa verba prophetæ, sed eorum interpretationem summatim hic attulisse videtur, quod alibi etiam non semel fecisse comperitur. Sed verisimile est, S. Doctorem respexisse etiam ad alia verba Prophetæ, *Osee cap. II. n.15.*, quæ paulo post medium ejusdem capitis leguntur, ubi de eadem Synagoga, secundum vulgatam; *Et canet ibi*, inquit, *juxta dies juventutis suæ, & juxta dies ascensionis suæ de terra Ægypti*; Et juxta versionem Græcam Septuaginta scriptum est: *Et humiliabitur illic juxta dies infantiæ suæ, & juxta dies ascensionis ejus de terra Ægypti.* Et in versione Syriaca: *Et humilietur ibi, ut diebus pueritiæ suæ, & ut eo die, quo ascendit e terra Ægypti.*

(2) Sub figura duarum Meretricum, quæ Oolla, & Ooliba in versione vulgata vocantur, & punitionis earum propter multiplicia stupra, prædicit Ezechiel Propheta *cap.XXIII.*, Samariam, & Jerusalem, earumque populos propter multiplicem Idololatriam tradendos esse in opprobrium Gentibus, quarum errores in Idolis colendis æmulati sunt. Et ita illud exponunt omnes sacræ Scripturæ Interpretes.

(3) In versione Latina vulgata, cui respondet Textus Hebraicus, & versio Græca septuaginta ita legitur: *Faciamque te in gentem magnam*: quæ duobus modis explicari solent, idest, *efficiam, ut ex te gens oriatur magna*, vel *præficiam te alii Genti multo majori*. Secundam interpretationem, quæ communior inter sacræ Scripturæ Interpretes est, confirmant verba S. Jacobi Nisibeni. Causam autem, quam S. Doctor affert, cur Moyses, Ducem, ac Principem multo majoris populi fieri, cum ultro Deus id ei ne cogitanti quidem obtulisset, recusavit, apud neminem alium sacrarum Scripturarum Interpretem, quem ego viderim, legisse memini. Aliquid huic affine scripsisse videtur ad eumdem locum Theodoretus *Quæst. LXVII. in Exod.* in hunc modum: *Verba autem hæc*, FACIAM TE IN GENTEM MAGNAM *prædicunt, quæ ad nos pertinent. Quod enim tunc non est factum, post adventum Salvatoris Nostri completum est.*

ունէին գրեալ 'ի դպրութն, և 'ի գիրս։ Եւ արդ տե՛ս սիրելի իմ. զի կանխաւ գրեալ էր զկոչումն հեթանոսաց, յառաջ քան զկոչումն ժողովրդեանն։ Եւ երբեմն երբեմն յորժամ մեղանչէին նք յանապատին անդ, ասէ ցմովսէս ; Թո՛յլ տուր ինձ, ջնջեցից զժողովուրդս զայս, և արարից զքեզ մեծ ևս առաւել քան զնս։ Եւ վասն զի ոչ էր հասեալ ժամանակ հեթանոսաց, և այլ էր փրկիչ նց. էառ յանձն մովսէս, Թէ ինքն եղիցի փրկիչ, և վարդապետ ժողովրդեանն հեթանոսաց. որ մեծս ևս առաւել էր քան զժողովուրդն իսրայելի։ Վասնզի այս փառք մեծ, և առաւել որդւոյն Այ վայելէր, զի եղիցի, և առցէ. ո՞չ ասաց եսայի ; փոքր ինչ է այս, զի եղիցիս ինձ ծառայ, և ծաղկեցուսցէ ինձ զժողովուրդն յակոբայ, և կանգնեսցէ զժողովուրդն իսրայելի։ Այլ ետու զքեզ լոյս հեթանոսաց, զի ցուցցես, և յայտնեսցես զփրկութն իմ մինչև 'ի ծագս երկրի։ Եւ դարձեալ ասաց ; լուարո՛ւք ինձ ազգք, և ունկն դիք ազինք. վասն զի օրէնք առաջի իմ եդան, և իրաւունք դատաստանի իմոյ լոյս են հեթանոսաց։ Եւ դաւիթ ; 'ի լուր ականջաց լուիցեն ինձ որդիք օտարաց. և նոքին իսկ որդիք օտարաց արգելցին, և կաղացին 'ի շաւղաց իւրեանց։ Քանզի հեթանոսք լուան, և կաղացան 'ի շաւղաց պաշտամանց դիցն օտարաց. կռոց, և պատկերաց։ Եւ եթէ ասիցեն, Թէ զմեզ կոչեաց որդիս օտարաց, նոքա կոչեցան որդիք, և ժառանգորդք. որպէս և ասաց եսայի ; զորդիս ծնայ, և սնուցի, և նոքա արհամարհեցին զիս։ Եւ մարգարէն ասաց ; յեգիպտոսէ կոչեցից զորդին իմ։ Եւ ցմովսէս ասաց տէրն փառաւորեալ; Ասասջի՛ր ցփարաւոն ; արձակեա՛ զորդի իմ, զի պաշտեսցէ զիս։ Եւ դարձեալ. որդի իմ անդրանիկ իսրայէլ։

Բայց

gna, & ampla gloria decebat, ut Filius Dei Dux, & Salvator fieret, & munus illud acciperet, sicut ait Isaias: *Parum est hoc, ut fiat mihi servus, & faciat florere mihi populum Jacob, & erigat populum Israel. Sed dedi te in lucem gentium, ut ostendas, & manifestes salutem meam usque ad extremum terræ*, Et iterum ait: *Audite me nationes, & attendite gentes, quoniam lex posita est ante me, & justificationes judicii mei lumen sunt gentibus*. Et David ait: *In auditu aurium* (1) *audient me filii alienorum, & ipsi filii alienorum impedientur, & claudicabunt* (2) *a semitis suis*. Profecto gentes audiverunt, & declinaverunt a semitis cultus Simulacrorum, Idolorum, Alienigenarum, & Imaginum. Si autem dicant: *Eas vocavit filios alienigenas*. Ipsos vero vocatos fuisse filios, & hæredes: Siquidem de eis ex persona Dei dixit Isaias: *Filios genui, & enutrivi, ipsi autem spreverunt me*: Et alius Propheta: *Ex Ægypto vocabo filium meum*: Et ad Moysen Sanctus glorificatus: *Dices*, inquit, *Pharaoni: dimitte filium meum, ut colat me*. Et iterum: *Filius meus primogenitus Israel*.

Isa. XLIX. 6.

Ibid. 60.

Psal. XVII. 45. 46.

Isa. I. 2

Osee II.

Exod. VIII. 1.

Ibid. IV. 22.

§. 3. At

(1) In Psalmo XVII. v. 44. ita legitur: *Constitues me in Caput gentium; populus, quem non cognovi, servivit mihi, in auditu auris obedivit mihi: Filii alieni mentiti sunt mihi, filii alieni inveterati sunt, & claudicaverunt a semitis suis*. In versione Syriaca hoc modo habetur: *Constitues me caput gentium. Populus, quem non cognovi, servient mihi, & auditu auris audient me. Filii alieni subdent se mihi, filii alieni marcescent, & claudicabunt a semitis suis*. Ultima autem verba in versione Arabica in hunc modum latine redduntur a Victorio Scialac, & Gabriele Sionita: *Et filii exterorum abalienaverunt se, & submoverunt se a semitis suis. In Psalterio Arabico-Latin. Romæ ex Typogr. Savariana* 1619. Joannes Lorinus Soc. Jesu in suo doctissimo commentario ad versiculum 46. hujus Psalmi, relatis diversis expositionibus, ultimo loco hanc ponit: *Decimo loco explicat Osorius*, FILIOS ALIENOS *Gentiles esse, qui sive Deo, sive Christo, hoc est in gratiam ipsius mentiti, a principibus suis libero, ac magno animo defecerunt; & cum cogitarent, quàm prius turpiter, ac flagitiose vixissent, quàm crassis in erroribus versati, dolore prope contabuerint, & a priore vivendi ratione, viaque velut pedes retulerint, & firmius in veritate, atque sanctitate defixerint*. Hanc expositionem nonnulli alii sequuntur, & concinit cum ea, quam affert hoc loco S. Jacobus.

(2) Lorinus loco superius laudato exponens verba illa, *claudicaverunt a semitis suis*, allatis verbis Textus Hebraici, & Græcæ versionis Septuaginta, demum ita concludit: *Quare claudi-*

cavisse

Gentes Deum audiverunt, cui obedire recusaverunt Judæi.

§. 3. Verum enim Gentes sunt, quæ audiverunt Deum, & claudicaverunt, & impeditæ sunt a semitis suis. Et Isaias quidem ait: *Vocabis nationes, quas nesciebam; Et populi nescientes te conversi voluntatem tuam facient*. (*Isa. LV. 5.*) Et iterum ait: *Audiverunt gentes quidquid ego feci; & noverunt remoti virtutem fortitudinis meæ*. (*Ibid. 12.*) Et de Ecclesia populi gentium ait David: *Recordare populi tui, quem possedisti ab initio*. (*Psal. LXXIII. 2.*) Et iterum: *Benedicite Domino omnes populi, & laudate nationes nomen ejus; quoniam invaluit misericordia ejus super nos*. Et rursus: *Domini est regnum, & ipse dominatur super populos*. (*Psal. XXI. 29.*) Et Joel: *In diebus*, inquit, *novissimis mittam spiritum super omnem carnem: Et nemo docebit civem suum, & fratrem, dicens: Agnosce Dominum, quoniam omnes agnoscent me a magnis usque ad parvos*. (*Joel. II. 28.*) De Filiis autem Israel: *Mittam*, ait, *famem in terram, non esuriem panis, neque sitim aquæ; sed audiendi sermones Domini. Et ibunt ab Occasu usque ad Orientem; & a meridie usque ad septemtrionem, quærere sermonem Domini, & non invenient; quoniam elongatus est ab eis*. (*Amos VIII. 11.*) *Cum acciderint tibi multa mala in fine dierum temporum; dices afflicta, & misera voce; quia non est Deus inter nationes meas, acciderunt mihi mala hæc*. Sicut & dixerunt in diebus Ezechielis: *Reliquit, & despectam fecit Dominus terram nostram. Nec amplius intuens videt nos Dominus*. (*Ezech. VIII. 12.*) Et Isaias dixit de eis: *Debita malorum vestrorum separaverunt a vobis Deum vestrum. Et in iniquitate vestra prohibita sunt a vobis bona*. (*Isa. LIX. 2.*) Et per os Zachariæ ait Dominus: *Vociferantes, clamabitis ad aures meas voce magna, & non exaudiam vos*. (*Zach. VII. 13.*) Sed de populo gentium inquit David: *Plaudite manibus omnes gentes. Clamate ad Deum in voce exultationis*. (*Psal. XLVI. 2.*) Et iterum: *Audite hæc omnes gentes, & auribus percipite habitatores terræ, terrigenæ, & filii hominum*.

§. 4 Quin

Բայց հեթանոսք էին, որք լուեան այ՟, և կաղացան, և արգելան 'ի շաւղաց անտի իւրեանց։ Եւ եսայի դարձեալ ասաց. կոչեսցես զազգս, զորս ոչ գիտիցեմ; և ժողովուրդն, որ ոչ գիտիցեն զքեզ, դէմ եդեալ արասցեն։ Եւ դարձեալ ասաց; լուեան հեթանոսք, զոր ինչ արարի ես, և ծանեան հեռաւորք զզօրութիւն քաջութեան իմոյ։ Եւ վս՟ եկեղեցւոյ ժողովրդեանն հեթանոսաց դաւիթ ասաց; յիշեա՛ զժողովուրդ քո, զոր ստացար 'ի սկզբանէ։ Եւ դարձեալ. օրհնեցէ՛ք զտր՟ ամ՟ ժողովուրդք, և գովեցէ՛ք ազգք զանուն նր՟. զի զօրացաւ ողորմութի՟ նր՟ 'ի վերայ մեր։ Եւ դարձեալ. տն՟ է՛ թագաւորութի՟. և նա տիրէ 'ի վերայ ժողովրդոց։ Եւ դարձեալ; յաւուրս յետինս առաքեցից զհոգի 'ի վերայ ամ՟ մսեղեաց, և մարգարէասցեն. և մի՛ ոք ուսուսցէ զքաղաքացի իւր, և զեղբայր, և ասէ. ծանի՛ր զտր՟. վասնզի ամենեքեան ծանիցեն զիս 'ի մեծամեծաց մինչև ցփոքունս։ Եւ վասն որդւոցն իսրայէլի ասաց; առաքեցից զսով յերկիր. ոչ քաղց հացի, և ոչ ծարաւ ջրոյ, այլ լսելոյ զպատգամս տն՟։ Եւ երթիցեն յարևմտից մինչև յարևելս. և 'ի հարաւոյ մինչև 'ի հիւսիս, խնդրել զպատգամ տն՟, և մի՛ գտցեն; վասնզի հեռացաւ 'ի նոցանէն։ Նաև մովսէս կանխաւ գրեաց վասն նց՟; իբրև պատահեսցին քեզ բազում չարիք 'ի վախճան աւուրց ժամանակաց. ասասցես տառապագին ողորմելի բարբառով; վասն զի ոչ է այ՟ 'ի մէջ ազգաց իմոց. պատահեցան ինձ չարիքս այսոքիկ։ Որպէս և ասացին յաւուրս եզեկիէլի; եթող, և անտես արար տր՟ զերկիրս. և այլ ոչ նայեցեալ տեսանէ զմեզ տր՟։ Եւ եսայի ասաց վասն նց՟; պարտիք չարեաց ձերոց անջրպետեցին 'ի ձէնջ զայ՟ ձեր, և յանօրէնութի՟ ձեր արգելան բարիք 'ի ձէնջ։ Եւ դարձեալ ասաց; բարբառեալ կարդայցէ՛ք յականջս իմ մեծաձայնս, և ոչ լուայց ձեզ։ Եւ վս՟ ժողովրդեանն հեթանոսաց, դաւիթ ասաց; ծափս հարէք ամ՟ հեթանոսք. աղաղակեցէ՛ք առ այ՟ 'ի ձայն ցնծութե՟։ Եւ դարձեալ; լուարուք զայս ամ՟ ազգք, և ունկնդիր բնակիչք երկրի. ծնունդք երկրի, և որդիք մարդկան։

Նաև

cavisse a semitis suis, significare posset declinavisse a semitis, deseruisse ordinem suum, fugatos esse, & in fuga sine ordine dissipatos esse. Et cum eo concordant Card. Bellarminus, aliique, qui Psalmos interpretati sunt.

Նաեւ յառաջագոյն քան զամենայն որ միանգամ ՚ի հեթանոսաց ուր հաճոյ եղեւ ածյ, առաւել եւս արդարացան քան զիսրայէլ ; յոթորն քուրմն ՚ի հեթանոսաց ; նաեւ զաւակն իւր օրհնեցաւ, եւ հզօրացաւ, զօրացաւ ՚ի բնակութե իւրում. եւ եդ ՚ի փապարս քարանձաւէ զբոյն իւր. Եւ գաբաւոնացիք ՚ի պիղծ հեթանոսաց. եւ նց յեսու զաջն խաղաղութե, եւ մտին ապաւինեցան ՚ի ժառանգութի տն ; եւ եղեն փայտահերք, եւ ջրբերք ժողովրդեանն, եւ սեղանոյն, ՚ի սպաս պաշտաման տն. Եւ խնդրել կամեցաւ սաւուղ սատակել զնս, արգելաւ երկին ՚ի ցօղոյ անձրեւոյ, մինչեւ մեռան որդիքն սաւուղայ փոխարէն. եւ ապա նայեցեալ ամենատէր ած զերկիրն ողորմութբ, եւ օրհնէր զժառանգութի իւր. Եւ ռահաբ պոռնիկ երիքովի, ընդ հայրենի տանն, եւ ընտանեօք եղեւ ժառանգակալ յիսրայէլ. Եւ ոբեդեդոմ ՚ի գաթ գեղջէ այլազգեաց ընկալաւ ՚ի տուն իւր զտապանակ կտակարանաց տեառն, եւ մեծացաւ, մեծապատիւ փառաւորեցաւ առ նմա, քան առ ամենայն իսրայէլ. եւ օրհնեցաւ նա, եւ տուն իւր ՚ի տէ. Եւ աքէ գեթացի դարմանեաց զդաւիթ ՚ի ժամանակի հալածանացն, եւ փառաւորեցաւ անուն նր, եւ զաւակի իւրոյ. Եւ աբդամելէք քուշացի, այր հաւատարիմ, եւ հաւատացեալ, եհան զերեմիա ՚ի գբոյ անտի, մինչ արկին զնա ժողովուրդն իսրայելի, մանկունք ժողովրդեան իւրոյ. Այս այն է, զոր ասաց մովսէս. Եկն, եւ պանդուխտն, որ իցէ ՚ի քեզ, լաւագոյն, եւ վերագոյն լիցի քան զքեզ. եւ նկուն վատթարեալ իջցես, զիջցեալ ՚ի կոր կորացեալ. Նոքա իջուցին, եւ ընկեցին զերեմիայ ՚ի գուբ. եւ աբդումելէք եկն, եւ պանդուխտն ՚ի քուշացւոց եհան ՚ի տղմախոր գբոյ անտի. Եւ հռութ կին մովաբացի եմուտ, եւ խառնեցաւ ՚ի ժողովուրդն իսրայելի.

՚Ի

§. 4. Quin etiam ante Gentium conversionem quisquis ex Gentibus simul ac Deo placuit, non minus ampliorem, quàm Israel justificationem assequutus est. Jethro Sacerdos (1) fuit ex Gentibus, & semen ejus benedictum, & confortatum, & corroboratum est in habitatione sua, & in cavernis petrosis posuit nidum suum. Et Gabaonitæ erant ex pollutis gentibus; Dedit tamen eis Josue dexteram pacis, & ingressi sunt, & confederunt in hæreditate Domini; Et cædebant ligna, & aquas comportabant in obsequio altaris ad cultum Domini. Et cum voluisset Saul interficere eos, prohibitum est cælum a rore, & pluvia, donec propter id mortui sunt filii Saul; & deinde placatus respexit Dominus terram cum misericordia, & benedixit hæreditati suæ. Et Rahab meretrix ex Jericho cum domo paterna, & cum familiaribus habuit hæreditatem in Israel. Et Obededom ex oppido Geth alienigena recepit in domo sua arcam Testamenti Domini. Et magnificè, & honorificè glorificata est apud eum plusquam apud omnem Israel: Et benedictus fuit ipse, & domus ejus a Domino. Achis Rex Gethæus cibavit David tempore persecutionis, & glorificatum est nomen ejus, & seminis ejus. Et Abdemelech Chusæus vir fidelis, & credens extraxit Jeremiam a lacu, in quem projecerunt eum filii Israel, & pueri populi sui. Hoc illud est, quod ait Moyses: *Advena, & peregrinus, qui sit in te, erit melior, & superior te: & depressus deprecatus descendes, humiliatus, in incurvationem incurvatus*. Illi demiserunt, & projecerunt Jeremiam in lacum, & Abdemelech advena, & peregrinus ex Chusæis a lutoso, & profundo lacu extraxit illum. Et Ruth mulier Moabitis ingressa, & immixta est populo. Ex semine ejus orti sunt Reges, ductores, ac rectores populi, a quibus natus est Salvator

Priusquam succederent Gentes in locum Judæorum, plures ex Gentibus amplas a Deo benedictiones consecuti sunt.

Jos. IX. 15.

Ibid. 21.

II. Reg. XXI. 1. & seqq.

Jos. VI. 25.

II. Reg. 10. 11.

I. Reg. XXVII.

Jer. XXXVIII. 7.

Deut. XXVIII. 43.

Ruth. I. 4. IV. 13. 14. & seqq. Matth. I. 5.

(2) Quæri solet, utrum Sacerdos, an Princeps, & Caput populi fuerit Jethro, utrumque enim significat vox hebraica, quæ vel sacerdos, vel princeps latine reddi potest; Et quidem libro *II. Regum cap. VIII.* vocantur filii Regis David Sacerdotes: Deinde, an Idolorum, seu unius veri, & summi Dei, Sacerdos fuerit. Communior sententia est, eum, & populi sui Principem, & Sacerdotem veri Dei fuisse, non autem Idolorum: quemadmodum Noe, Abraham, Melchisedech, aliique; qui & unius veri Dei Sacerdotes, & Primates, ac Principes in sua familia, seu populo fuerunt. Sacerdotem Dei veri Jethrum extitisse, censuit utique S. Jacobus Nisibenus, qui hoc loco de Jethri progenie verba faciens, alludere videtur ad verba prophetiæ Balac: in qua de Cinæis, qui genus a Jethro ducebant, ita prænunciavit: *Robustum quidem est habitaculum tuum, sed si in petra posueris nidum tuum, & fueris electus de stirpe Cin, quamdiù poteris permanere? Assur enim capiet te. Numer. cap. XXIV. n. 21.* Montes enim inaccessos, & cavernas incolebant Cinæi, ideo vocati sunt a nomine eorum patris Cin, quod nidum, seu cavernam significat.

II. Reg. XI. 3. vator gentium. Et Uria Hethæus ex polluto populo, magnus, & strenuus erat inter eximios, & optimos pugnatores David. Et quia dolo occidit eum David in pugna Ammonitarum, in illum
II. Reg. XII. 10. sententia lata est, eaque pœna punitus, ut gladius cædis in domo ejus non deficeret.

Post Gentium vocationem earum æmulatione Judæi ab Idololatria avocati sunt. Isa. XLII. 6. §. 5. Illud etiam dixit Isaias de Salvatore nostro: *Dedi te in fœdus populi, & in lucem gentium*. Profecto cum advenit lux, & Salvator gentium, impeditus est Israel, ne amplius adoraret Idola, & simulacra (1), & impletum est pactum fœderis cum eis initi a Deo. Pro-
Deut. XXXII. 21. pterea dixit Moyses: *Provocabo vos in nationibus ignobilibus, & in gente stulta irritabo vos*. Provocati quidem a nobis, & ex nobis, non amplius adorant Idola extraneorum, ne vituperentur, & despiciantur, & spernantur a nobis. Nam nos reliquimus Idola, & simulacra, & nominavimus ea mendacia, quæ reliquerunt nobis Patres nostri. Illi autem fracti corde irritati sunt in provocationem æmulationis; quia intravimus, & facti sumus hæredes pro eis. At impletum est pactum fœderis, quod cum eis factum est, hoc est, ne adorent Idola extraneorum. Et quamvis non receperint Christum, tamen per nos provocavit eos, & ipse factus est nobis lux, & vita: Sicut prædi-
Joan. 8. cavit in Evangelio suo, dicens: *Ego sum*
Ibid. XII. 35. *lux mundi*. Et iterum: *Credite, dum vobiscum est lux, ne comprehendant vos*
Ibid. 36. *tenebræ*. Et rursus ait: *Ambulate in luce, ut filii lucis sitis*. Et iterum scriptum est de eo: *Lux in tenebris lucebat, & tenebræ eam non comprehendebant*. Hoc est fœ-

'Ի գաւառէ անտի ուր եկաց վարչութե առաջնորդութե Թագաւորացն, ուստի ծնաւ փրկիչն հեթանոսաց ։ Եւ ուրիա քետացի 'ի պիղծ ժողովրդենէ, մեծ, և ձոխ էր նա 'ի սկայազունսն քաջամարտիկս դաւթի ։ Եւ վասն զի նենգաւ զնա դաւիթ նենգութե 'ի մարտի ամոնացւոց, ընկալաւ զդատաստան վճիռ պատժոց պատուհասի, զի մի՛ պակասեսցի սուր կոտորածի 'ի տանէ նորա ։

Եւ դարձեալ ասաց եսայի վասն փրկչին մերոյ; Ետու զքեզ ուխտ ժողովրդեան ։ Այլ 'ի ժամանակէ իբրև եկն լոյսն, և փրկիչն հեթանոսաց, արգելաւ իսրայէլ յերկրպագութե կռոց դիցն, և եղև նց ուխտ ճշմարիտ ։ Վն այսորիկ ասաց մովսէս; Նախանձեցուցից զձեզ 'ի տոհմս ապատոհմս, և անմիտ ազգաւ զկծեցուցից զձեզ ։ Նախանձեցան ընդ մեզ, և վասն մեր, ոչ պագանեն երկիր կռոցն օտարաց, զի մի՛ նախատիցին, և դսրովիցին, և անարգիցին 'ի մէնջ ։ Զի մեք թողաք զկուռս, և զպատկերս. և անուանեցաք զնն ստութիւս, զորս թողին մեզ հարքն մեր ։ Եւ նոքա բեկեալ երգիծեցեալք են 'ի նախանձ նախանձուն. զի մտաք, և եղաք ժառանգորդք փոխանակ նց ։ Այլ ուխտն, որ եղև նց, այս է. զի մի՛ երկիր պագանիցեն կռոց օտարաց ։ Եւ թէպէտ ոչ ընկալան զնա, սակայն մեօք նախանձեցոյց զնն, և մեզ եղև լոյս, և կեանք ։ Որպէս քարոզեաց յաւետարանին անդ իւր. Թէ ես եմ լոյս աշխարհի ։ Եւ դարձեալ; Հաւատացէ՛ք, մինչ գոյ ընդ ձեզ լոյս. զի մի՛ ժամանիցէ ձեզ խաւար։ Եւ ասաց դարձեալ; գնացէ՛ք 'ի լոյս, զի մանկունք լուսոյ եղիջիք ։ Եւ դարձեալ վասն իւր; լոյսն 'ի խաւարի անդ ծագէր, և խաւար ոչ ժամանէր նմա ։ Այս է ուխտն, որ

եղև

(1) Ita est, non amplius Judæi colunt Idola, abstinentque a gravissimis, ac innumeris illis delictis, & peccatis, quæ antea perpetrabant, & de quibus adeo acriter, ac vehementer per os Propheta rum reprehensi sunt, & modo beneficiis illecti, modo suppliciis, ac ærumnis, tamquam improbi, & protervi filii castigati sunt, nihilominus, quod mirum est, manent in perpetua captivitate. Quare Joannes Chrysostomus *Homil XXXVII. adversus Judæos IV. pag.* 498., his rebus aureo illo eloquentiæ flumine late expositis, & consideratis, ita eorum perfidiam redarguens alloquitur: *Quibus igitur de causis dicite mihi, tunc aspernantes Deum, simulacra colentes, liberos mactantes, prophetas lapidibus obruentes, aliaque innumera scelera perpetrantes, tantam benevolentiam estis consecuti, tantam a Deo providentiam; nunc verò, cum nec Idola colatis, nec liberos occidatis, nec Prophetas lapidetis, in perpetua degitis captivitate? Num enim tum alius erat* Deus, *quàm nunc est? An non idem est, qui tum illa gubernabat, & qui nunc quæ fiunt, operatur? Quid igitur in causa fuit, ut, cum gravioribus peccatis abundaretis, uberior fuerit erga vos Dei beneficentia; nunc verò, cum leviora peccetis, prorsus vos aversetur, perpetuæque tradiderit ignominiæ? Etenim si vos nunc ob scelera aversatur, multo magis hoc tunc conveniebat facere. Quod si tunc vos sustinuit impie viventes, nunc multo magis oportebat sustinere, cum nihil simile committatis. Quam ob rem igitur non sustinuit? Si vos pudet causam dicere, ego dilucide profitebor; imo potius non ego, sed ipsa rerum veritas loquitur. Posteaquam Christum occidistis, posteaquam in Dominum injecistis manus, posteaquam Sanguinem illum preciosum effudistis: propterea non est vobis reliqua corrigendi spes, neque venia, neque purgatio.*

եղև ժողովրդեանն, և լոյսն, որ ծա-
գեցաւ ամ հեթանոսաց; և արգել կա-
ղացոյց զնս 'ի Թիւր շաւղաց անտի·
Ոպ̄ և գրեալ. Թէ 'ի գալստեան նր,
եղիցի դժուարինն յատակեալ. և տե-
ղին դառրքուկ, դաշտ անապատ. և
յայտնեսցին փառքն նր, և տեսցէ ամ
տեղի զկեանս, և զբարիս այ։

Զայս սակաւ յիշատակեցի քեզ
վասն հեթանոսաց, զի պերճացեալ
հպարտանան հրէայք, և ասեն; մեք
եմք ժողովուրդ այ, և որդիք աբրա-
համու։ Բայց մեք լուիցուք յովհան-
նու, որ ասացն; մի հպարտանայք, թէ
հայր է մեր աբրահամ. զի յայսցնկ 'ի
քարանց կարող է այ յարուցանել
զորդիս աբրահամու։ Եւ փրկիչ մեր
ասաց զնս, որդիս կայենի, և ոչ որդիս
աբրահամու։ Եւ առաքեալ ասաց;
ոստքն անպտուղ, և աւաղաբեր ճեղ-
քեցան, և մեք 'ի տեղիս նոցա պատ-
ուաստեցաք. և եղեաք կցորդք, և բա-
ժանորդք պարարտութե ձիթենւոյն։
Այսուհետև մի պարծիցուք, և մե-
ղիցուք, զի մի ճեղքեալք գտանիցիմք
և մեք. զի ահա պատուաստելով պա-
տուաստեցեալք եմք։ Այս պատաս-
խանատրութն ընդդէմ հրէից. վասն
զի պարծին, թէ որդիք եմք աբրահա-
մու, և եմք ժողովուրդ այ։

fœdus, quod initum est cum populo gentium, & lux, quæ orta est omnibus gentibus; hæc impedivit; & eos fecit discedere a perversis semitis suis. Sicut & scriptum est: *In adventu ejus erunt prava in directa, & aspera in vias planas. Et revelabitur gloria ejus, & videbit omnis locus vitam, & bona Dei.* *Luc. III. 5.*

§. 6. Hæc pauca commemoravi tibi pro gentibus. Nam gloriantes superbiunt Judæi, dicentes: *Nos sumus populus Dei. & filii Abrahæ*. Sed nos audiamus Joannem clamantem: *Nolite superbire, dicentes: Pater noster est Abraham: Quoniam potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ*. Et Salvator noster vocavit eos filios Cain (1), & non filios Abrahæ; & Apostolus dixit: *Rami infructuosi, & luctiferi fracti sunt*. Et nos in locum eorum inserti sumus; & facti sumus socii, & participes pinguedinis olivæ. Ergo non gloriemur, neque peccemus, ne & nos infructuosi, & fracti inveniamur; ecce enim insertione inserti sumus. Hæc autem sunt, quæ responderi possunt contra Judæos: Cum gloriantur, dicentes: *Filii sumus Abrahæ, & sumus populus Dei.*

Gloriabantur Judæi, ac superbiebant, quod essent ex semine Abraham.

Joan. VIII. 33. 39. Matth. III. 9.

Rom. XI. 17.

(1) Joannis capite nono Judæis jactantibus, se Abrahæ semen esse, & unum Deum Patrem habere, Jesus dixit: *Vos ex patre diabolo estis*. Judæos autem a Christo Domino vocatos fuisse filios Diaboli non natura, sed imitatione, omnes interpretes unanimi consensu adversus hæreticos sentiunt, & id ipsum innuunt verba ipsius Christi dicentis: *& desideria patris vestri vultis facere*. Singularis est interpretatio S. Epiphanii, qui Diaboli nomine putat, Judam significatum fuisse, cujus filii Judæi appellentur, quia illi potius prodenti Christum, quàm Christo regnum Dei prædicanti, & tot miraculis prædicationem suam confirmanti crediderunt. *Epiph. Hær. 37. 40.* Antiquissimus Auctor quæstionum veteris, & novi Testamenti, qui eodem sæculo quarto, quo vixit S. Jacobus, scripsisse videtur, si ea demantur, quæ posteriori tempore iisdem quæstionibus addita sunt. Is igitur existimat, Diaboli nomine Christum Dominum indicare voluisse Cain, cujus invidiam æmulantes Judæi, insidias ei moliebantur, ut occiderent. Verba hujus vetustissimi Auctoris talia sunt: *Salvator ergo hoc loco Cain Diabolum appellavit; quia operum ejus æmulus, dum invidit Fratri, homicidium perpetravit, exemplum relinquens crudelitatis parricidii. Sicut & Diabolus dum invidit homini facto ad imaginem Dei, malignitatem operis sui cumulavit, typum præbens erroris. Hinc itaque extitit etiam mendax Cain, dicente sibi Deo,* UBI EST ABEL FRATER TUUS? *qui Patris sui imbutus malitia, in mendacium prorumpens,* NESCIO, *inquit, ut, cui vitam extorserat, ubi esset, nescire se simularet. Sic furore excæcatus, ut Deo sic responderet quasi homini, quem putaret se posse celare. Igitur hujusmodi imitatores facti Judæi, etiam ipsum Dominum occiderunt, Cain potius fratricidam Patrem volentes habere, quàm Deum, ut totius Sanguinis effusi rei fierent.* In hac eadem sententia fuisse videtur S. Jacobus; ideoque hoc loco scribit, Hebræos a Salvatore nostro filios Cain, non autem filios Abrahæ vocatos fuisse.

SERMO DECIMUSSEXTUS

Demonstratur, quod Christus sit Filius Dei (1).

Judæi reprehendebant Christianos, quod vocarent Christum Filium Dei.

EXponam tibi, quæ responderi possunt adversus Judæos, qui populum Gentium redarguentes: *Adoratis*, inquiunt, *& colitis virum natum, & hominem crucifixum; & vocatis hominem Deum. Et cum nemo sit filius Dei, dicitis, quod Jesus iste crucifixus sit filius Dei*. Hæc autem suadere etiam contendunt, dicentes: *Dixit Deus, ego sum Deus, & non est alius præter me*. Et ite-

Deut. XXXII. 39.

ՃԱՌ ՎԵՇՏԱՍԱՆԵՐՈՐԴ։

Յուցանէ, թէ Քս̄ է որդի Աստուծոյ։

Պատասխանս բանից ընդդէմ հրէից, զի հայհոյեն զժողովուրդն հեթանոսաց, և ասեն. Թէ երկիր պագանէք, և պաշտէք զայր մի ծնեալ, և զմարդ խաչեալ, և կոչէք դուք զմարդն Այ̄։ Եւ մինչ չիք որդի Այ̄, ասէք դուք, թէ Յս̄ս այս խաչեալ որդի է Այ̄։ Եւ տան ևս զհաւաստութիւն, և ասեն; ասաց Այ̄, ես եմ Այ̄, և չի՛ք այլոք բաց յինէն։ Եւ դար-

(1) Judæi carnales quamvis Messiam, nempe Christum expectarent, nullam tamen de ejus Divinitate, & passione in carne, præconceptam opinionem habebant, suisque victimarum sacrificiis confisi, se incarnati Filii Dei Sanguine mundari, opus habere minime putabant. Itaque Christum Dominum Filium esse David, cum sibi persuasissent, turbæ miraculorum admiratione perculsæ dicebant stupentes: *Numquid hic est Filius David?* (*Matth. cap. XII. vers.* 23.) & quærente Christo a Pharisæis, quid eis de Christo videretur, cujus Filius esset, responderunt: *Davidis esse Filium*. Contra autem furore exardescebant, cum Christus Dominus, se Filium Dei diceret, & Deo Patri æqualem. Itaque, quotiescumque id audiebant, æquo animo ferre nequibant, sed ita efferebantur animis, ut non semel ei vitam adimere, si qui Deus erat, sivisset, ausi essent. Quinimmo inter cætera crimina, quibus calumniose apud Romanum Præsidem Christum accusarunt, illud fuit, quod se Filium Dei faceret. *Nos legem habemus*, ajebant, *& secundum legem debet mori, quia Filium Dei se fecit*. *Joan. Evang. XIX.* 7. Itaque Judæi, qui S. Jacobi Nisibeni ætate in partibus illis Mesopotamiæ, & Armeniæ degebant, scelerata Patrum facta imitantes, iniquo animo audiebant, si Christum, quem eorum Patres tam impio, ac scelerato ausu crucifixerant, Filium Dei Christiani nominarent. Itaque S. Jacobus hunc sermonem ad Gregorium Armeniæ Episcopum, quicumque ille fuerit, mittit, eumque adversus Judæos instruit, quomodo propriis eorum armis eos configere, & debellare possit, eorumque blasphema ora obstruere. Nam, ut blasphemantium Judæorum temeritatem, ac proterviam coerceat, ac conterat, eadem via, ac ratione eos aggreditur, quam sequutus est, ac tenuit Christus Dominus, qui, cum eum Hebræi lapidare vellent, quia se Filium Dei dicebat, & Deum Patri æqualem, ut furentium turbarum animos demulceret, ex verbis psalmi *LXXXI.* 6., quibus nomen Dei judicibus tribuitur, ostendit, quàm injuste in eum irascerentur, & immerito indignarentur, si illud nomen sibi adscriberet, quod Deus illis dedit, quibus exitium in psalmo minabatur: *Nonne*, inquit, *scriptum est in lege vestra, quia ego dixi Dii estis? si illos dixit Deos, ad quos sermo Dei factus est, & non potest solvi scriptura, quem Pater sanctificavit, & misit in mundum, vos dicitis, quia blasphemas, quia dixi, Filius Dei sum? Joann. cap. X. v.* 34. Et quemadmodum Christus ex eo, quod dixit, etiam homines esse in scripturis Deos nuncupatos, haud tamen negavit, se esse Filium Dei, ac Deum verum, consubstantialemque Patri, & nihil de iis, quæ ad id suadendum Hebræos antea docuerat, retractavit, immo id ipsum ex iis, quæ ipse fecerat, confirmavit, ut si verbis suis fidem minus haberent, operibus certe crederent, Patrem in eo esse, & eum in Patre, quod nisi de Filio, qui ejusdem substantiæ cum Patre sit, affirmari nequit, *Joann. eod. cap. X.* 37. *& seqq.* Non dissimili modo, ac ratione S. Jacobus in hoc sermone demonstrat, quàm immeritò, & iniquè Hebræi commoverentur in Christianos, quod Christo Domino ea nomina adscriberent, quæ in sacris Scripturis hominibus data fuisse leguntur; simul autem ne hinc Hebræi, vel aliqui imperiti Christiani in eum errorem inducerentur, ut existimarent, Christum Dominum perinde, ac alios sanctos viros, Dei Filium, ac Deum in sanctis Scripturis nominatum fuisse, non uno in loco affirmat, Christum Dominum verum Deum esse, & Patri consubstantialem, ac proinde ei præcipue, ac supra omnes alios nomina illa, quod reprehendebant Hebræi, meritò tribui; hinc autem factum fuisse puto, cur antiquitus ea inscriptio apposita fuerit, quæ legitur apud Gennadium in hæc verba: *De Christo, quod Filius Dei sit, & consubstantialis Patri*. Nam id ipsum non uno in loco hujus sermonis ostenditur, ejusque argumentum cum Catholico Dogmate Divinitatis Christi Domini est maxime conjunctum. Cæterum æternam Filii Divinitatem, ejusque cum Patre consubstantialitatem, memoriæ traditum est, Sanctum Doctorem nostrum Nisibenum adversus Arium in plenaria Nicæna Synodo strenue defendisse, atque hinc forsan sapientis nomen meruit, & quidem in aliis pluribus locis, qui in hisce sermonibus occurrunt, Christum Filium Dei esse, Deum verum, æqualem, & consubstantialem Patri, diserte affirmat. Propterea satis apertum, manifestumque omnibus est, quid cum Ecclesia Catholica de Divinitate Filii, ejusque cum Patre, & Spiritu Sancto essentiæ unitate, & potentiæ æqualitate Sanctus Jacobus senserit. Cæterum non solum Catholicæ Ecclesiæ Doctores, sed etiam veteris Testamenti Patres, qui in Divinis rebus magis instructi, & versati erant, ac superno Dei lumine magis illustrati, non ignorarunt, venturum Messiam, esse Deum, ac Dei Filium: imo vero hæc sanctissima Christianæ Religionis veritas, neque posteriores Judæorum Magistros, seu Rabbinos latuit, quorum testimonia jam ante collecta apud eruditissimum Huetium *demonstr. Evang. Propos. IX. cap. XXV. num.* 5., aliosque legi possunt.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

iterum ait: *Non adorabis tu Deum alienum*. Ergo concludunt, contra Deum statis vos vocantes hominem Deum. Exod. XXXIV. 14.

§. 2. Propterea, Charissime, quoad imbecillitas mea permiserit, argumenta, & rationes, quibus id, quod asserimus, demonstrari potest, adducam. Nam etsi concedamus eis, quod Christus homo dumtaxat sit, nihilominus nos haud alio honore eum colimus, nec alio nomine nuncupamus, quàm quod ipsi ad hominem honorandum adhibuissent, & quo nomine vocassent, & coluissent. At enim nobis pro vero compertum est, certoque persuasum, quod Dominus Noster Jesus est Deus, & Filius Dei, & Filius Regis: Lumen de lumine, Filius, & Consiliarius, Dux, Via, & Salvator, & Pastor, Collector, Ostium, Margarita, & Lucerna, multisque aliis nominibus nuncupatus. Sed hæc missa faciamus, & ex iis, quæ inter nos conveniunt, differamus, & afferamus rationes, & argumenta, cur ille dicendus sit Filius Dei, & Deus: quoniam ex Deo venit.

Quod Jesus Christus etiamsi homo solum esset, tamen recte Filius Dei diceretur.

§. 3. Profecto gloriosum Dei nomen impositum fuit hominibus justis. Et digni habiti sunt, ut Dii nominarentur. In quibus enim hominibus complacuit sibi Deus, illos filios, & amicos suos hoc nomine vocavit. Cum elegisset Moysen fidelem, & dilectum, & constituisset eum Caput, & Doctorem, & Sacerdotem populi sui, vocavit eum Deum. Nam dixit ei: *Ecce constitui te Deum Pharaonis*. Et interpretem dedit ei Sacerdotem suum, dicens: *Aaron frater tuus loquetur tecum cum Pharaone, & tu eris ei Deus, & ille erit tibi interpres*. Et non solum Pharaonis, quia malus erat, constituit eum Deum, sed etiam Aaronis sancti Sacerdotis fecit Moysen Deum. Nunc autem de altero agamus, nempe quod Christum Filium Dei vocavimus, qua de re dicunt: Cum nemo sit Filius Dei, vos dicitis Jesum hunc crucifixum, Filium Dei Primogenitum. At vero etiam Israelem Filium Primogenitum vocavit Deus, dicens Pharaoni per Moysen: *Filius meus Primogenitus Israel; Dixi tibi: Dimitte Filium meum primogenitum, ut colat me. Nisi volueris dimittere, ecce hinc adversus te occidam Filium tuum primogenitum*. Et per Pro-

Homines justi Dii, & filii Dei vocati sunt.

Exod. VII. 1.

Exod. IV. 16.

Ibid. IV. 22. 23.

phetam contestatus est hac de re, & exprobravit eis, cum ait ad populum: Ex Ægypto vocabo Filium meum. Et quoniam, postquam vocavit eos, deinde recesserunt ab eo, & adoraverunt Baal, & sculptilia, & incensum obtulerunt Idolis alienigenarum. Ideo per Isaiam ait de illis: *Filios genui, & enutrivi: ipsi autem spreverunt me*. Et alibi de ipsis scriptum est: *Filii estis vos Domini Dei vestri*. Et de Salomone dixit Dominus: *Erit ipse mihi filius, & ego ero ei pater*. Itaque vocavimus Christum hunc Dei Filium, quia per eum nos Deum cognovimus. Sicut Deus vocavit Israel filium primogenitum. Et sicut dixit de Salomone: *Erit Filius meus*. Vocavitque eum Deum, quemadmodum Moysen nomine Dei, & Filii sui donavit. Et David inquit de illis: *Ego dicebam, quod estis Angeli, vel filii excelsi omnes*. Et cum improbi facti fuissent, postea de illis: *Sicut homines, inquit, morimini, & sicut unus de principibus caditis*. Porrò nomen Deitatis in magno honore habitum est; sed cui voluit Deus, tribuit illud. Nomina autem Dei (1) multa sunt, & honorifica: ita enuntiavit nomen suum Moysi, dicens: *Ego sum Deus Patrum vestrorum: Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Jacob. Hoc est*, ait, *nomen meum in æternum. Et hoc est memoriale ex generatione in generationes*. Vocavit quoque nomen suum: *Ahiah, Saharah, Elisade, & Adonia, Zauth*. His nominibus (2) vocatus est Deus:

Ose. XI. 1. — *Isa. I. 2.* — *Deut. XIV. 1.* — *II. Reg. VII. 14. I. Paralip. XXII. 10.* — *Psal. LXXXI. 6.* — *Ibid. 7.* — *Exod. III. 15.*

վկայեաց վասն այսր , և նախատեաց զնս̄ , և ասէ ցժողովուրդն ; յեգիպտոսէ կոչեցից զորդի իմ ։ Եւ ոպ̄ կոչեաց զնս̄ , սոյնպէս չոգան առ 'ի նմանէ , երկիրպագին բահաղու , և կռոցն դրօշելոց , և եդին խունկս դից օտարաց ։ Եւ եսայի ասաց վս̄ նց̄ ; զորդիս ծնայ , և սնուցի , և նոքա արհամարհեցին զիս ։ Եւ դարձեալ գրեալ է ; որդիք էք դուք տն̄ այ̄ ձերոյ ։ Եւ վս̄ սաղոմոնի ասաց ; նա եղիցի ինձ որդի , և ես եղէց նմա հայր ։ Եւ կոչեցաք ըզՔս̄ս զայս որդի այ̄ ։ զի նովաւ գիտացաք մեք զա̄ծ ։ Որպէս և կոչեաց զիսրայէլ որդի անդրանիկ ։ Եւ որպէս ասաց վասն սաղոմոնի , Թէ եղիցի իմ որդի ։ Եւ կոչեաց զնա ա̄ծ , որպէս զի յորջորջեաց զմովսէս յանուն որդւոյ իւրոյ ։ Եւ դաւիթ ասաց վասն նց̄ ; ես ասէի բամ հրեշտակք իցէք , կամ որդիք բարձրելոյ ամենեքեան ։ Եւ իբր ոչ եղեն պիտանացուք . ապա այսուհետև ասաց ; Թէ իբրև զմարդիկ մեռանիք , և իբրև զմի յիշխանաց անկանիք ։ այ̄րդ անուն ա̄ծութե 'ի մեծպատիւ տուաւ , և ում կամեցաւ ա̄ծ ետ զնա ։ Բայց անուանք այ̄ բազումք են , և պատուականք որպէս և ետ զանուանս իւր մովսիսի , և ասէ ցնա ; ես եմ ա̄ծ հարցն ձերոց . ա̄ծ աբրահամու , ա̄ծ իսահակայ , և ա̄ծ յակոբայ ։ այ̄յս է , ասէ , անուն իմ յաւիտեան . և այս է յիշատակ յազգէ յազգս ։ Եւ կոչեաց զանուն իւր , ահիահ , շահարահ , էլիշադէ , և ադոնէ ծրաւութ ։ այ̄յսու անուանմք կոչեցաւ ա̄ծ ։ Եւ իբրև

(1) De nominibus Dei tractant fuse Theologi in commentariis ad librum primum sententiarum dist. VIII., & ad primam partem quæst. 13. Summæ S. Thomæ in Tractatu de Deo, ejusque attributis, seu proprietatibus; sed præclare in primis, docte, & erudite de eis disserit Dionysius Petavius in sua Theologia Dogmatica *Tom. I. lib. VIII cap. VI.* Et S. Basilius in epistola 189. *Tom. III.* ad Eustachium disputans adversus hæreticos, qui, *Patri quidem convenire, ut Deus sit, ac Filium similiter Divinitatis nomine honorari assentientes, Spiritum vero Divinitatis nomine minime comprehendi, sed a Patre ad Filium usque terminata Divinitatis potentia, naturam Spiritus a Divina gloria secerni*, affirmare audebant, haud negantes alia nomina, quibus Pater & Filius nuncupari solent, Spiritui Sancto convenienter attribui posse: *Considerata*, inquit, *& comparata inter se nomina per eam notionem, quam in singulis speculamur, invenientur Dei appellatione non inferiora. Ejus rei argumentum est, quod hoc nomine multa etiam ex inferioribus vocantur; imo Scriptura Divina non parca est hujus æquivocæ appellationis, ne in absurdis quidem, & repugnantibus rebus, velut cum simulacra Dei appellatione designat:* DII ENIM, *inquit*, QUI CÆLUM ET TERRAM NON FECERUNT, TOLLANTUR, ET SUBTUS TERRAM CONJICIANTUR. *Item*, OMNES, *inquit*, DII GENTIUM DÆMONIA. *Et Pythonissa, cum incantationibus suis Sauli animas evocaret, de iis animabus, quæ requirebantur, Deos vidisse se dixit. Quin & ipse Balaam, cum augur quidam esset, & vates, & per manum, ut ait Scriptura, Vaticinia ferret, & Dæmonum doctrinam per auguralem curiositatem sibi ipse comparasset, Deum consuluisse, memoratur a Scriptura. Ac multa ejusmodi licet ex Scripturis Divinis colligentem demonstrare, hoc nomen supra reliquas appellationes, quæ Deo dignæ sunt, nihil habere præcipui: quandoquidem ipsum, ut dictum est, etiam de rebus absurdis, & repugnantibus æquivoce usurpatum invenimus.*

(2) Plura erant apud Hebræos nomina, quibus vocabatur Deus, quàm apud cæteras nationes; ac præcipua decem enumerantur in hunc modum: Primum nomen est *El*: Secundum *Eloim*: Tertium *Eloe*: Quartum *Sabaoth*. Quintum *Helion*: Sextum *Eser ehe'e*: Septimum *Adonai*: Octavum *Ja*: Nonum *Tetragrammaton*: Decimum *Saddai*. Ita ea recensent breviter, ac erudite exponunt S. Hieronymus in epistola CXXXVI. ad Mar-

Mar-

իբրև անուն ա̄ծութեան մեծ է, և փա-
ռաւոր, սակայն և յարդարոց անտի
իւրոց ոչ արգել զնա. Եւ իբրև նա
ինքն է Թագաւոր մեծ. անուն մեծ,
և փառաւոր ա̄ծութեան, և արքայութեան
առանց նախանձու ետ 'ի վերայ որդւոց
մարդկան, ստեղծուածոց իւրոց.

Նաբուքոդոնոսոր ամբարիշտ 'ի
բերանոյ մարգարէին իւրոյ արքայ ար-
քայից կոչեաց, ասելով Երեմիայիւ;
ա̄մ ազգք, և Թագաւորութիւն, որ ոչ
մուծցէ զպարանոց իւր 'ի լուծ Նաբու-
գոդոնոսորայ ծառայի իմոյ արքայից
արքայի. սուր, և սով, և մարդամահ
'ի վերայ այնոցիկ եկեսցէ. Եւ իբր
ինքն է Թագաւոր մեծ, ոչ արգել յորդ-
ւոց մարդկանէ. Հայրութիւն ա̄մ. Եւ
հարս կոչեաց զորդիս մարդկան, ասե-
լով ժողովրդեանն; փոխանակ հարց
քոց եղիցին որդիք քո. Եւ իբր նր
են իշխանութիւնք, և պետութիւնք, ետ
և զիշխանութիւն որդւոց մարդկան իւր-
աքանչիւր 'ի վերայ ընկերի իւրոյ. Եւ
իբր նր է երկրպագութիւն տէրութեան. ետ
զնա առ 'ի պատիւ, որպէս զի պատ-
ուեսցէ իւրաքանչիւր զընկեր յաշխար-
հի աստ, զի թէպէտ և պագցէ մարդ-
երկիր անօրինաց, և ամբարշտաց և այ-
նոցիկ, որք ուրացեալք են 'ի շնորհաց
անտի նր, սակայն ոչ է նախերեալ յԱյ.
Եւ չև երկրպագութեան պատուիրեաց
ժողովրդեանն իւրում, թէ մի' երկիրպա-
գանիցէք արեգական, և լուսնի, և մի'
ամենայն պաշտամանց երկնից. և մի'
ամենայն արարածոց, որք 'ի վերայ
երկրի իցեն յօժարիցիք ցանկութեամբ եր-
կիրպագանել. Եւ արդ տե'ս զյորդա-
ռատ ողորմութիւն, և զշնորհան բարե-
րարութեան բարերարի արարչին մերոյ.
զի ոչ արգել յորդւոց մարդկան զան-
ուանս ա̄ծութեան. և զանուն երկըր-
պա-

Deus: Et cum esset magnum & gloriosum nomen Deitatis, tamen justos illos servos suos illo donavit. Et cum ipse sit Rex magnus, & nomen Dei, & Regis magnum, & gloriosum sit; tamen sine invidia dedit illa filiis hominum, creaturis suis.

§. 4. Etenim Nabuchodonosor hominem impium ex ore Prophetæ sui vocavit Regem Regum, dicens per Jeremiam: *Omnis gens, & regnum, quod non curvaverit collum suum sub jugo Nabuchodonosor servi mei Regis Regum; gladius, & fames, & pestis veniet super illos*. Et cum ipse sit Rex magnus, non prohibuit nomen Regis a filiis hominum. *Et cum ex eo omnis Paternitas sit*, tamen Patres vocavit filios hominum, dicens ad populum: *Pro Patribus tuis erunt filii tui*. Et cum ejus essent principatus, & potestates, dedit principatum etiam filiis hominum, unicuique super proximum suum. Et cum ei soli deberetur adoratio dominatus, concessit, ut ea ad honorem uteretur unusquisque hic in mundo erga proximum (1). Quamvis enim homo adoret iniquos, & impios, & illos, qui abnegaverunt ipsam ejus gratiam; tamen non improbatur a Deo, etsi de adoratione præceperit populo (2) suo, dicens: *Non adorabitis solem, & lunam, neque omnem militiam cæli; neque omnes creaturas, quæ sint super terram, inclinantes vos cum voluntate eas adorandi*. Observa igitur redundantem misericordiam, & gratiam beneficæ misericordiæ Conditoris nostri; quia non prohibuit a filiis hominum nomina Deitatis, & nomen adorationis, regni, principatus, & potestatis. Etenim ille ipse est Pater totius mundi, & præ omnibus crea-

Deus permisit, ut homines etiam impii nominibus Principatus, ac Potestatis, & adorationibus colerentur.

Jer. XXVII. 8.

Ephes. III. 15.

Psal. XLIV. 17.

Deut. IV. 19.

cellum, *Tom. III. edit. Rom. pag. 75.*, & post eum Isidorus libro VII. Etymologiarum *cap. 1.* His autem nominibus respondere videntur quinque nomina, quæ hoc loco ponuntur a S. Jacobo, nempe Deus, Exercituum seu virtutum Deus, Excelsus, Dominus, Omnipotens.

(1) More Orientalium, de quo passim mentio est in sacra Scriptura, & apud Scriptores profanos, qui Orientalium res gestas, ac mores literis tradiderunt. Et quidem in vita Cononis Cornelius Nepos narrat, Cononem a Pharnabazo ad Regem Persarum missum, cum ostendisset, se cum Rege colloqui velle, Chiliarchus, sine quo nemo admittebatur, ei respondit, necesse esse, si in conspectum Regis venisset, eum προσκυνεῖν, hoc est adorare; si id ei grave esset, posse per literas, quæ vellet, exponere. Tum Conon: *mihi verò*, inquit, *non est grave, quemvis honorem habere Regi; sed vereor, ne Civitati meæ sit opprobrio, si, cum ex ea sim profectus, quæ cæteris gentibus imperare consueverit, potius barbarorum, quàm illius more fungar*.

(2) *Deo debetur reverentia propter ejus excellentiam, quæ aliquibus creaturis communicatur non secundum æqualitatem, sed secundum quamdam participationem. Et ideo alia veneratione veneramur Deum, quod pertinet ad latriam: alia veneratione quasdam excellentes creaturas, quod pertinet ad duliam*. Ita S. Thomas 2. 2. quæst. 84. art. 1. ad 1., & quæst. 103. art. 3. *Dulia*, inquit, *quæ debitam servitutem exhibet homini dominanti, alia virtus est a latria, quæ exhibet debitam servitutem Divino Dominio*. Ad hæc autem videri possunt, quæ scribunt Theologi de adoratioue, quæ ad cultum religiosum, & de ea, quæ ad cultum civilem pertinet.

creaturis suis honorificavit, ornavit, exaltavit, & glorificavit filios hominum. Nam formavit hominem sanctis suis manibus, & inspiravit in eum spiraculum vitæ; & ab initio ipse factus est nobis domus, & refugium habitationis, & habitavit in nobis, & requievit in nobis.

Zach. II. 10. 11. Nam per Prophetam ait: *Habitabo in vobis, & requiescam in vobis*. Et Jeremias Propheta inquit: *Templum vos Dei estis, si bene, & ad placitum feceritis*

Jer. VII. 4. 5.

Psal. LXXXIX. 1. *opera, & vias vestras*. Et David ait: *Domine refugium factus es nobis a generatione in generationem. Priusquam montes fierent, aut formaretur terra, & orbis, a sæculo usque in sæculum tu es Deus*. Sed quomodo hæc intelligenda sunt? Nam unus Propheta ait: *Domine refugium factus es nobis a generatione in generationem*. Et alter ait: *Habitabo in vobis, & requiescam in vobis*. Primum, & ante omnia ipse factus est nobis refugium habitationis. Deinde habitavit in nobis, & requievit in nobis. Et sapientibus ambo intellectu facilia sunt, & vera esse agnoscuntur. Etenim David ait: *Domine refugium factus es nobis a generatione in generationem. Priusquam montes fierent, & formares terram, & orbem*.

Homo est Dei primogenita creatura ante omnes alias in mente Dei conceptus.

§. 5. Nam hoc utique scis, Charissime, quod creaturæ superiores, & inferiores prius formatæ sunt, & deinde post eas omnes homo. Cum enim cogitasset Deus condere mundum hunc cum omni ornatu, & pulchritudine sua, primo concepit, & depinxit quodammodo in cogitatione sua Adamum, & deinde concepit creaturas. Sicut scriptum est: *Priusquam*

Ibid. *conciperentur montes, & terra* (1) *pareret* partus generationis ad seminandum & crescendum. Nam homo est senior, & prior conceptione, quàm omnes creaturæ; sed creaturæ productione præcedunt Adamum. Conceptus est Adam, & con-

պատուութեամբ, արքայութեամբ, իշխանութեամբ, եւ պետութեամբ. Վն զի նա ինքն է հայր ամենայն տիեզերաց. եւ յամենայն արարածոց իւրոց յարգեաց, պատուեաց, բարձրացոյց, եւ փառաւորեաց զորդիս մարդկան. Վն զի սբ ձեռօք իւրովք ստեղծ զնա, եւ փչեաց 'ի նա զշունչ կենդանի. եւ եղեւ մեզ 'ի սկզբանէ տուն ապաւէն բնակութեամբ. եւ 'ի մեզ բնակեցաւ, եւ 'ի մեզ հանգեաւ. Քանզի 'ի ձեռն մարգարէին իսկ ասաց. Թէ բնակեցայց 'ի ձեզ, եւ հանգեայց 'ի ձեզ. Եւ Երեմիա մարգարէ ասաց; տաճար էք դուք Աստուծոյ, եթէ բարւոք, եւ հաճոյ արասջիք զգործս, եւ զճանապարհս ձեր. Եւ Դաւիթ; տր ապաւէն եղեր մեր յազգէ մինչեւ յազգ. մինչեւ լերինք հաստատեալ էին. ստեղծեալ երկիր, եւ ամենայն տիեզերք. Յաւիտենից մինչեւ յաւիտեանս դու ես Աստուած. Եւ զիա՞րդ լինիցի այս. Զի մի մարգարէն ասաց; տր ապաւէն եղեր մեր յազգէ մինչեւ յազգ. Եւ միւսն ասաց. Թէ բնակեցայց 'ի ձեզ, եւ հանգեայց 'ի ձեզ. Նախ ինքն ինքնին եղեւ մեզ ապաւէն բնակութեամբ. ապա յետ այնորիկ 'ի մեզ բնակեցաւ, եւ 'ի մեզ հանգեաւ. Եւ իմաստնոց երկոքեան դիւրին են, եւ ճշմարիտ. Քանզի ասաց Դաւիթ; տր ապաւէն եղեր մեր յազգէ մինչեւ յազգ, մինչչեւ լերինք ստեղծեալ էին. մինչչեւ հաստատեալ էիր զերկիր, եւ զամենայն տիեզերս.

Եւ զայս գիտես ապաքէն սիրելի իմ. զի ամենայն արարածք վերնականք, եւ ներքնականք նախ հաստատեցան, եւ ապա զկնի ամենեցուն մարդն. Քանզի իբրեւ խորհեցաւ այ հաստատել զաշխարհս, հանդերձ ամ զարդու եւ կազմուածովք իւրովք. նախ զադամ յղացաւ, եւ նկարեաց 'ի խորհուրդս իւր. եւ ապա յղացաւ զարարածս. Որպէս ասաց; մինչչեւ յղացեալ էին լերինք, եւ երկնեալ երկիր զերկուսս ծննդեան, առ 'ի սերմանել, եւ աճել. Քանզի մարդս է երէց, եւ յառաջ յղութեամբ, քան զամենայն արարածս. բայց ծննդեամբ յառաջեն արարածք,

(1) In textu Hebraico initium Psalmi XC. tale est: *Domine habitaculum tu fuisti nobis in generatione & generatione. Priusquam montes nascerentur, & formares terram, & orbem*. Versio vulgata Latina, & Æthiopica: *Domine refugium factus es nobis a generatione in generationem. Priusquam montes fierent, aut formaretur terra & orbis*. Arabica: *Antequam essent montes, & antequam crearetur terra*. Sola versio Syriaca convenit cum verbis S. Jacobi, quæ hic leguntur. In ea enim actio pariendi active legitur de terra in hunc modum: *Priusquam conciperentur montes, & antequam parturiret terra, & priusquam conderetur orbis*. Notat C. Bellarminus, per terram hoc loco intelligi terram incultam, & desertam; per orbem, terram cultam, & habitabilem. *Bellarm. in Psalm.*

բանծէ, քան զադամ. Յղացաւ ադամ,
և յղացեալ կայր 'ի խորհուրդս այ.
Եւ իբրև յղութին արգելեալ կայր 'ի
խորհուրդս անդր. 'ի բան բերանոյ
հասարակաց զարարածս ամ միանգա-
մայն տահաստատէր. Եւ իբրև կատա-
րեաց, բովանդակեաց, և զարդարեաց
զաշխարհս 'ի կազմութիւն զարդուց իւ-
րոց. և ոչ գոյր ի նմա և ոչինչ Թերի.
յայնժամ ծնաւ զադամ 'ի մտաց անտի
խորհրդոց. և ստեղծ յօրինեաց զմարդն
ձեռօք իւրովք. Եւ ետես ադամ զաշ-
խարհս կազմեալ յօրինեալ. Եւ իշխե-
ցոյց զնա 'ի վերայ ամենայնի, զոր ա-
րար. Որպէս օրինակ, իցէ առն ուրուք
որդեակ մի միամօր, և կամիցի առնել
նմա հարսանիս. խօսի նմա կին, և շի-
նէ նմա սենեակ, և զարդարէ զսենեակն
ամ զարդուք, և կազմէ պատրաստէ
զամենայն պէտս որդւոյ իւրոյ. և ապա
առնէ զհարսանիս և կացուցանէ զոր-
դին 'ի վերայ ամ արարածոց իւրոց.
այսպէս արար այ ադամայ. Վասն
այսորիկ ասաց մարգարէն; մինչչև լե-
րինք յղացեալ էին. յաւիտենից մինչև
յաւիտեանս դու ես այ. Ոչ մի' ոք
ածիցէ զմտաւ, և կարծիցէ, եթէ իցէ
այլ այ օտարոտի, կամ յառաջ, կամ
զկնի. Որպէս և ասաց եսայի; ես եմ
առաջին, և ես եմ վերջին. Եւ ապա
իբրև ծնաւ այ զադամ 'ի խորհրդոց
իւրոց. ստեղծ զնա, և փչեաց 'ի նա
շունչ կենդանի. և ետ նմա զգիտութիւն
հանճարեղ որոշութեան, զի ճանաչեսցէ
ընդ չար, և ընդ բարի. և զի գիտասցէ,
թէ այ արար զնա. Եւ վասնզի յայս
երևելի մարդն արարչին իւրում քան
զամ արարածս, նկարեցաւ, և յղացաւ
'ի մտաս, և 'ի խորհուրդս մարդոյն.
և եղև նա տաճար այ արարչին իւրոյ.
Որպէս և գրեալ է; տաճար էք դուք այ.
Եւ նոյն ինքն ասաց; բնակեցայց 'ի
նս, և հանգեայց. Բայց որդիքն ադա-
մայ, որք զարարիչն իւրեանց ոչ գիտեն,
ոչ նկարի այ 'ի մտս նց, և ոչ բնա-
կանայ, և ոչ յղանայ 'ի խորհուրդս նց.
այլ իբրև զանասունս համարեալ են ա-
ռաջի նր, և իբրև զայլս արարածս.
Արդ յայսցանէ իմասցեն, և ասցեն
զհասարակութիւն դժուարամտիցն, թէ ոչինչ
է այս օտար, զի կոչեցաք մեք զՔն
որդի այ; զի ահա զամենայն որդիս
մարդկան ինքն յղացաւ, և ծնաւ 'ի
խորհրդոց իւրոց. Եւ խրատեալք զա-
ծիցեն յօրինեալ կարգաւն. զի և զա-
նուն

conceptus manebat in cogitatione Dei. Et dum conceptus homo retinebatur in cogitatione illa, Deus verbo oris simul in communi creaturas omnes formavit. Et cum perfecisset, complevisset, & ornasset mundum hunc in structura ornatuum suorum, & nihil esset incompletum, tunc genuit Adamum ex idea illa, quam cogitatione conceperat, & creavit, & formavit hominem manibus suis. Et Adam vidit mundum hunc extructum, & ornatum. Et constitutus est princeps super omnia, quæ Deus fecerat. Nam quemadmodum homo habens filium unicum, & volens ei nuptias parare, spondet ei Mulierem, & deinde ædificat ei cubiculum, omnique ornatu parat, & instruit, omniaque filio suo necessaria præparat, & deinde celebrat nuptias, & constituit filium super omnia opera sua: Ita fecit Deus cum Adamo. Propterea dixit Propheta: *Priusquam conciperen-* Psal. LXXXIX. 2.
tur montes a sæculo, & usque in sæculum tu es Dominus; ne quis cogitaret, & opinaretur, quod esset alius extraneus Deus, vel antea, vel postea, sicuti & ait per Isaiam: *Ego sum primus, & ego* Isa. XLI. 4.
sum novissimus. Nam posteaquam concepisset Deus Adamum in cogitatione sua, creavit eum, & inspiravit in eum spiraculum vitæ, & deinde dedit ei scientiam perspicacis discretionis, ut discerneret inter malum, & bonum, & ut sciret, Deum fecisse ipsum. Et quia apud Factorem suum longe nobilior erat homo omnibus aliis creaturis; depictus, & efformatus est Deus in mente, & cogitatione hominis. Et factus est ille templum Conditoris sui. Sicut & scriptum est: *Templum estis vos Dei*. Et Deus Zach. 2.
ipse ait: *Habitabo in eis, & requie-* Jer. VII. 3.
scam. At in mente illorum filiorum Adæ, qui nesciunt Factorem suum, Deus non habitat, neque in cogitatione eorum depingitur, neque concipitur, sed tamquam bruta reputati sunt coram eo, & tamquam cæteræ creaturæ. Jam ex his intelligant, & fateantur homines deceptæ mentis, quod neque insolens, neque extraneum, & alienum est, quod vocaverimus nos Christum Filium Dei, quoniam ecce omnes filios hominum ipse concepit, & genuit in cogitatione sua. Et tandem admoniti cedant ordini, quem Deus constituit, qui cum Deitatis nomen

men haberet, nomen Dei etiam justis suis impertivit.

Si licere fibi existimant Judæi adorationis honore Reges etiam impios colere, multo magis licebit Christianis Christum adorare.

§. 6. Adoramus autem Christum, quoniam per eum cognovimus Deum. Confusi igitur, & demisso in terram vultu humilientur; quoniam pollutis, & impiis hominibus hujus mundi incurvantur, & eos adorant, & magnifice, & honorifice glorificant. Attamen ob hujusmodi adorationes nemo eorum contemptus, aut reprehensus est, quia Deus concessit filiis Adæ, ut hujusmodi adorationis honore colerent, & honorarent Magnates, & eos, qui sunt aliis majores, & præstantiores. Quare si adorant impios, & adorationis cultu eos honorant, qui ob impietatem suam nonnunquam nominatim Deum blasphemant, & Deum, tamquam Factorem suum non venerantur; & tamen, ut ipsi opinantur, & judicant, nullum sibi adorationis honore eos colentibus peccatum, & delictum est, quanto magis oportet, & convenit, ut nos adoremus, & glorificemus Jesum, qui deceptas mentes nostras convertit ex omni adoratione inanis erroris, & ostendit nobis unum Deum Patrem, & Factorem nostrum, & rerum omnium? Colamus ergo eum, & benedicamus, adoremus, & serviamus ei. Illud etiam iterum intelligant, quod Reges hujus mundi vocant seipsos Deos, nomine Dei magni; & licet Apostatæ, & blasphemi sint, prosternunt se homines ante eos, & adorant, & colunt ipsos, & honore magno non secus, ac Idola, & sculptilia prosequuntur, & tamen nec puniunt eos leges, nec reprehendunt; neque aliqua culpa, & peccatum ipsis adscribitur. Exemplum præbet Daniel, qui adoravit apostatam, & blasphemum Nabuchodonosorem, & non est reprehensus. Adoravit & Joseph Pharaonem, & non est scriptum, quod male fecerit, vel aliquod peccatum ei attributum fuerit. At nos vere credidimus, quod Jesus sit Deus, & Filius Dei. Et per eum nos Patrem ejus cognovimus, & ab omni adoratione Idolorum nos cohibuit, & revocavit. Profecto nos nihil habemus, quod ejus amplitudini, & majestati conveniat. Quo igitur alio poterimus compensare id, quod ei debemus ob passiones, quas propter nos tulit, nisi adoratione reddamus ei

նուն ածուԹե ունի յանձն իւր. զի և արդարոց իւրոց ևս եդ նա զանուն այ.

Եւ երկիր պագանեմք քի, զի նովաւ գիտացաք զած. այլ մօԹալից կորացեալք զիջցին. զի պիղծ, և ամբարիշտ աշխարհակալաց հեԹանոսաց անկանին, և երկիր պագանեն, և մեծապատիւ մեծաշուք փառաւորեն, և չիք եպերանք ինչ 'ի բամբասանաց. Զի զպատիւս զայս երկրպագուԹե ետ ած որդւոց ադամայ. զի նոքաւ յարգեսցեն, և մեծարեսցեն զմեծամեծս, և զայնոսիկ, որք լաւն, և առաւել են քան զնս. Եւ արդ եԹէ ամբարշտաց պագանեն երկիր. և պատուեն յանուն երկրպագուԹե այնոցիկ, որք ամբարշտուԹեն իւրեանց, և յանուանէ ևս անգամ այ ուրանան. որպէս զի մի երկիր պագցեն իբրև արարչի իւրեանց, և որպէս նոքա կարծեն առ միտս անձանց իւրեանց. չի՛ք նց մեղք ինչ, և յանցանք. Մեզ ո՛րչափ ևս պարտ, և պատշաճ իցէ երկիրպագանել, և փառաւորել զՅս, որ դարձոյց զմիտս մեր դժրեալս յամենայն երկրպագուԹե ունայն մոլորուԹե, և եցոյց մեզ զմի ած հայր, և արարիչ ամենայնի, և մեր. Պաշտեսցուք, և օրհնեսցուք. երկիրպագցուք, և ծառայեսցուք. Գիտասցեն դարձեալ և զայս. զի Թագաւորք աշխարհիս այսորիկ կոչեն զանձինս իւրեանց ածս, յանուն Աստուծոյ մեծի. և ուրացողք, և հայհոյիչք անկանին, և երկիրպագանեն առաջի նոցա, և պաշտեն զնոսա, և պատուեն մեծաշքով, որպէս զկուռս, և զդրօշեալս. և ոչ պատուհասեն, և յանդիմանեն երբեք օրենքն զնոսա. Զեն ինչ մեղք, և յանցանք. Զոր օրինակ եպագ երկիր դանիէլ ուրացող, և հայհոյիչ նաբուգոդոնոսորայ, և ոչ եպերեցաւ. Եպագ երկիր և յովսէփ փարաւովնի. և ոչ գրեալ է, Թէ մեղաւ ինչ, կամ մեղք ինչ համարեցաւ նմա. Այլ մք ճշմարիտ հաւատացեալ եմք, զի Յս ած է, և որդի այ. և նովաւ գիտացաք մեք զհայր նր. և արգել, և կարճեաց զմեզ յամենայն երկրպագուԹե պաշտամանց. Այլ ոչ ունիմք մեք այսուհետև զայն ինչ, որ արժան իցէ անբուԹե դորա. Որո՞վ իւիք կարիցեմք հանձել հատուցմամբ զպարտս կարեաց, որ համբերի վասն մեր. բայց եԹէ երկիրպագուԹե հատուցուք նմա զփառս, և

և զպատիւ, փոխանակ վշտաց նեղութեանն, զոր համբերէր վասն մեր։

Եւ այլեւս օրէն, և արժան է մեզ համանեցուցանել. զի կանխաւ իսկ խոստացեալ էր Յիսուս այս մարգարէիւք, և կոչեցաւ որդի Այ։ Դաւիթ ասաց. Որդի իմ ես դու, և ես այսօր ծնայ զքեզ։ Եւ Եսայի ասաց; Մանուկ ծնաւ մեզ, և եղիցի իշխանութիւն իւր 'ի վերայ ուսոց իւրոց։ Եւ կարդասցի անուն նր զարմացուցիչ, և առաջնորդ, և Այ հզօր աշխարհաց, և իշխան խաղաղութե. բազմանալ երկարել իշխանութե նր։ Եւ խաղաղութե նր չիք չափ, և համար։ Այսուհետև ե'կ, և ասա դու ինձ, ո՞վ իմաստուն վարդապետ Իսրայելի. ո՞վ է այն, որ ծնանելոց էր, անուն նր ծնունդ, և որդի, զարմացուցիչ, և առաջնորդ, Այ հզօր աշխարհաց, իշխան խաղաղութե, առ 'ի բազմանալ յերկարել իշխանութե նր. և խաղաղութե նր չիք բաւ, և համար։ Այդ եթէ կարդացաք զՔս որդի Այ, Դաւիթ ուսոյց մեզ, զի կոչեաց զնա Այ։ Եսայեայ մարգարէի լուաք մեք. զի առաւ իշխանութիւն նր 'ի վերայ ուսոց իւրոց; վասնզի էառ նա զխաչ իւր, և ել յԵրուսաղէմէ։ Զի ծնունդ ծնանելոց էր։ Դաւանեալ Եսայի ասաց; ահա կոյս յղասցի, և ծնցի որդի. և կոչեսցէ զանուն նորա Էմմանուէլ. զի նա

ei gloriam, & honorem pro afflictionibus angustiæ, quas tulit propter nos?

§. 7. Præterea possumus nos, imo conveniens est, illud insuper ostendere, quod jam olim, cum Jesus promissus est, vocatus est per Prophetas (1) Filius Dei. David ait: *Filius meus es tu, & ego hodie genui te*. Et Isaias inquit: *Parvulus natus est nobis, & factus est principatus ejus super humerum ejus: Et vocabitur nomen ejus Admirabilis, & Dux, & Deus fortis mundi, & Princeps pacis, ad multiplicandum, dilatandum principatum ejus, & pacis ejus non est mensura; neque numerus*. Veni ergo, & dic mihi tu, o sapiens Doctor Israel: Quisnam est ille, qui nasciturus erat, cujus nomen genitus, & filius, Admirabilis, & Dux, Deus fortis sæculorum, Princeps pacis, ad multiplicandum, extendendum principatum ejus, & pacis ejus non est finis, & numerus? Itaque si vocavimus Christum filium Dei, David id nos docuit, qui jam pridem vocavit eum Dei filium. Audivimus quoque Isaiam Prophetam, dicentem, quoniam data est potestas ei super humerum ejus. Et quidem accepit ille crucem suam, & egressus est de Jerusalem: Quod autem parvulus nasci deberet, idem Isaias dixit, *ecce Virgo concipiet*,

Jesus Christus jam ante in Sacris Scripturis vocatus est Filius Dei.

Psal. II. 7.

Isa. IX. 6.

Isa. VII. 14.

Aa a

(1) Judæi, si sanctos aliquos, ac dilectos Dei servos excipias, vulgo arbitrabantur, Christum, seu Messiam passurum non esse, sed cum gloria & potestate venturum, duos Christi adventus in unum confundentes, ut notat Justinus *in Dialogo cum Tryphone Judæo* §. 32., *& in Apolog. I.* §. 52., Tertullianus *Apologet. cap.* 21. *& in lib. adv. Jud. cap.* 14., aliique veteres Patres: insuper nec putabant, ut paulo supra dictum est, Verbum in carne nasciturum, sed purum eum hominem fore, & unum ex posteris David, quales omnes fuere Reges, ut testantur S. Athanasius *Orat. II. contra Arian. num.* 15. 16. *Tom. I.*, aliique; ideoque negabant, eum vocari posse Deum, vel Dei Filium. Quare Origenes Celsum Philosophum Gentilem *lib. I.* § 49., quia inducit Judæum dicentem, prædictum fuisse a Propheta *in Hierosolymis venturum esse Filium Dei*, his verbis redarguit: *Neque verò Judæus fatebitur prædictum a quopiam Propheta, fore ut Filius Dei veniat. Quod enim dicunt, illud est, venturum esse Christum Dei; unde fit, ut sæpe nos interrogent de Filio Dei, quasi nullus sit, aut illius nunquam Prophetæ fecerint mentionem*. Et alibi idem Origenes contra eumdem Celsum *lib. IV.* §. 2. *Neque enim scivit*, inquit, *eam non esse omnium Judæorum sententiam, Christum, qui venturus est, Deum fore, aut Dei Filium, ut jam alibi dixi*. Non defuere tamen ex posterioribus etiam Rabbinis, qui agnoverunt, Messiam fore Deum, & Dei Filium, idque prænunciatum fuisse præsertim a Davide verbis illis Psalmi II, quæ hic afferuntur a S. Jacobo: *Filius meus es tu, ego hodie genui Te*. Quare mirum est, reperiri inter eos, qui in Christianorum numerum recenseri volunt, aliquos, qui vim verborum Regii Prophetæ infringere, ac enervare cum Hugone Grotio student, dum affirmant, egregium hunc locum ad Davidem proprie pertinere, sed aptari posse Christo Domino, vel dignum videri, vel melius esse, ut ei accommodetur, & alia hujusmodi, ac proinde proprio sensu adempto, solum accommodatitium ad Christum Dominum significandum relinquunt. Quod autem magis intolerabile est, id facere audent contra auctoritatem Apostoli ex eo loco approbantis, Christum esse verum, & unicum Dei Filium; & contra testimonium omnium veterum Patrum, & præstantiorum Sacræ Scripturæ Interpretum, qui ex eodem loco tum adversus Judæos, tum adversus Hæreticos idem asserunt. Sed horum improbitas, ac perversitas redargui potest ex ipsorum, ut dixi, Rabbinorum testimoniis, qui licet Christi, & Christianorum inimici, tamen id fateri vel inviti, veritate ipsa adeo manifesta, coacti sunt. Testatur inter alios hac de re Rabbi Salamon Jarchus, qui de laudato Psalmo II: *Doctores nostri*, inquit, *ad Regem Messiam Psalmum hunc referebant: Expedit tamen eum referre ad Davidem, prout sonat, & propter Mynæos, sive Hæreticos, videlicet Christianos*. Ita enim legitur in antiquioribus ejusdem Scriptoris editionibus. Alia verò Rabbinorum testimonia legi possunt apud clariss. Danielem Huetium, in sua Demonstr. Evang., & apud Eduard. Pocockium in not. Miscell. ad Mosen Maimonidem, & apud alios eruditos Scriptores.

cipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen ejus Emmanuel. Nam est Deus noster nobiscum.

նա է Էմմանուէլ մեր ընդ մեզ.

Christum venisse ostenditur, & recte in eum Gentes credidisse.

§. 8. Quod si dicas, quod adhuc non venit Christus (1) adversus ea, quæ obloquutus es, respondebo tibi. Certe quod veniat, scriptum est. Et scriptum est, quod in adventu ejus gentes sperabunt, & credent in eum. Ecce ego ex gentibus audivi, quod venturus sit Christus, & priusquam veniret, anticipavi, & credidi in eum, & per eum adoro Deum Israel. Forsan cum veniet, objurgabit me propter hoc, quia, antequam venisset, anticipavi, & credidi in eum? Verum enim stulte, & ignorans, Prophetæ utique non sinunt, te hoc dicere, quod adhuc non venit Christus (2). Daniel redarguit te sermone illo suo, in quo dicit: *Post hebdomadas sexaginta duas veniet Christus, & morietur. Et in adventu ejus destruetur civitas sanctuarii, & finis dierum ejus in cæde, & devastatione*; & ait: *usque ad consummationem abbreviationum sedebit super desolationem*. Tu autem speras, & expectas, quod in adventu illo suo Israelem ex omnibus regionibus terrarum orbis congregabit, & quod Jerusalem sedens super desolatione rursus ædificabitur cum plateis suis. Et Daniel testatus est, quod, cum venerit Christus, & mortuus fuerit, Jerusalem destruetur, & quiescet, & permanebit desolatio usque ad consummationem sæculi abbreviationum. De passione autem Christi inquit David; *Foderunt manus meas, & pedes meos; & cognoverunt omnia ossa mea. Ipsi inspexerunt, & viderunt me, diviserunt vestimenta mea*

Agg. II. 8.

Dan. IX. 25.

Psal. XXI. 17.

Ապա եթէ ասիցես, թէ արդ և ս ոչ եկն Քս. խոտորնակ դժպհութեան քում տաց քեզ և պայր. Ապաքէն թէ գայ գրեալ է. Եւ 'ի գալ նորա նորա գրեալ է, թէ հեթանոսք յուսասցեալք հաւատասցեն 'ի նա. Ահա ես 'ի հեթանոսաց լուայ, թէ գայ Քս, և մինչչև է եկեալ, կանխեցի հաւատացի 'ի նա, և 'ի ձեռն նր պագանեմ երկիր Այ իսրայէլի. Գուցէ իբր գայ, կշտամբէ զիս վն այսր, զի մինչ չև է եկեալ, կանխեցի հաւատացի 'ի նա. Բայց անմիտ, և չգիտող. սակայն մարգարէք ոչ տան քեզ ասել զայս, եթէ ցարդ և ս ոչ է եկեալ Քս. Դանիել յանդիմանէ զքեզ յասել անդ իւրում; թէ յետ վաթսուն և երկու եօթներորդաց եկեսցէ Քս, և մեռցի. Եւ 'ի գալ նորա նր ապականեսցի քաղաքն սրբութե, և վախճան աւուրց նր 'ի գերփել կոտորածոյ. և մինչև 'ի սպառուածն ասէ համառօտից հանգիցէ 'ի վերայ ապականութե. Արդ դու յուսաս, և սպասես, թէ 'ի գալ նորա նր ժողովէ իսրայէլ յամենայն գաւառաց. և երուսաղէմ նստեալ առեալ շինի իւրովք հրապարակօք. Եւ դանիէլ վկայեաց, թէ երբ գայ Քս, և մեռանի, աւերի երուսաղէմ, և հանգչի. և զտեղի առնու 'ի վերայ ապականութե, մինչև 'ի սպառուածն յաւիտեան համառօտից. Եւ վն չարչարանացն Քի դաւիթ ասաց; թէ ծակեցին զձեռս իմ, և զոտս. և ճանաչեցին ամ ոսկերք իմ, նոքա հայեցան, և տեսին զիս. Բաժանեցին զհանդերձս իմ 'ի մէջ իւրեանց. և 'ի վերայ պատ

(1) *Sciebant & Judæi*, inquit Tertullianus in Apologet. cap. 21., *venturum esse Christum, scilicet quibus Prophetæ loquebantur: nam & nunc adventum ejus expectant, nec alia magis inter nos, & illos compulsatio est, quàm quod jam venisse non credunt. Duobus enim adventibus ejus significatis; primo, qui jam expunctus est in humilitate conditionis humanæ: secundo, qui concludendo sæculo imminet in sublimitate Divinitatis exertæ: primum non intelligendo, secundum, quem manifestius prædicatum sperant, unum existimaverunt*. Et in libro adversus Judæos cap. 14: *Atque ita in hodiernum negant venisse Christum suum, quia non in sublimitate venerit, dum ignorant in humilitate primo fuisse venturum*.

(2) Hoc idem argumentum adversus Judæos egregie tractant Tertullianus in libro, quem adversus eosdem Judæos scripsit *cap. 7.*, & in libro tertio contra Marcionem *cap. 6.*, qui cum Judæis Christum Dei Filium a Prophetis prænunciatum venisse negabat, ut fictitium illum Christum suum impius blasphema induceret; & S. Justinus in Dialogo cum Tryphone, & in Apologia prima *num.* 31. & *seqq.*, & S. Cyprianus, qui contra Judæos libello complexus est testimonia ex Sacris Scripturis excerpta, quibus ostenderet, venisse, ut ipse ait, eumdem Christum, qui secundum Scripturas annuntiatus est, & gessisse, ac perfecisse universa, ex quibus intelligi, & cognosci posse, ipsum esse, qui prædictus est, *In præfat. ad lib. Testim. contra Jud.* Horum autem vetustissimorum Scriptorum commentaria studiosus Lector adire poterit, quæ, si cum iis, quæ Sanctus Episcopus Nisibenus hic contra Judæos scribit, & nos in lucem damus, conferre velit, ex eodem operis argumento, ex probationum similitudine, ex argumentandi modo, ac ratione utique intelliget, sicuti in docendi modo, ac disserendi ratione conveniunt, & similes, & consentanei sunt, non admodum temporis spatio, & ætatis, in qua floruerunt, discrimine inter se invicem disjunctos fuisse.

պատմուճանն իմոյ վիճակս արկին․ Եւ Եսայի ասաց ; Ահա երեւեալ յայտնի ծառայ իմ, և բարձրացեալ վերանայ, և փառաւորի յոյժ․ որպէս զի զարմասցին բազումք ՚ի վերայ նր̄․ Այլակերպ է տեսիլ նր̄ քան զաման, և գեղ հասակի նր̄, քան զորդւոց մարդկան․ Եւ ասաց, թէ սրբեսցէ զազգս բազումս, և թագաւորք հիացեալ զարմասցին զն̄մ նր̄․ Եւ ասաց դարձեալ ՚ի նմին պատգամի ; խաղայ և ելանէ իբրև մանուկ առաջի երեսաց, և իբրև արմատ ՚ի ծարաւուտ երկրի․ Եւ ասաց ՚ի կատարած պատգամին, թէ նա մեռանի վն̄ մեղաց մերոց, և չարչարի վն̄ անօրէնութե̄ մերոյ․ Խրատ յանդիմանութե̄ մերոյ կատարի ՚ի վերայ նր̄․ Եւ ՚ի սպիս վիրաց նր̄ բժշկեսցուք․ Այլ որպիսի վիրօք բժշկեցան որդիք մարդկան․ Դաւիթ ոչ սպանաւ․ վն̄ զի ՚ի ծերութե̄ խաղաղութբ̄ մեռաւ, և թաղեցաւ ՚ի բեթղեհեմ․ Եւ եթէ վասն Սաւուղայ ասասցեն․ Նա ՚ի լեառնն գեղբուայ մեռաւ ՚ի մարտն այլազգեաց․ Եթէ ասիցեն, թէ ծակեցին զձեռս, և զոտս նր̄ իբրև կախեցին զմարմին նր̄ ՚ի վերայ պարսպացն բեթսանայ․ Այլ ոչ կատարի այս ՚ի վերայ Սաւուղայ․ զի երբ ծակեցան անդամք նր̄, ոսկերք նր̄ ոչ զգացին զչարչարանս մարմնոյ իւրոյ, զի մեռեալ էր նա․ Եւ իբրև ասաց

Դա-

mea inter se, & super vestem meam miserunt sortem. Et Isaias ait: *Ecce apparens manifestatur servus meus, & exaltatus elevatur, & glorificatur valde, ita ut admirarentur multi super eum. Alia est species ejus, quàm viri, & pulchritudo staturæ ejus, quàm filiorum hominum.* Isa. LII. 13.
Et deinde ait: *Sanctificabit generationes multas, & Reges stupefacti admirabuntur eum.* Ibid. 15.
Et iterum eodem loco: *Ludit*, inquit, *& egreditur, tamquam puer ante faciem, & tamquam radix in sitibunda terra.* Ibid. LIII. 2.
Et prope finem sermonis sui: *Ille moritur pro peccatis nostris, & patitur propter iniquitatem nostram. Disciplina reprehensionis nostræ perficitur super eum: & in cicatricibus vulnerum ejus sanabimur.* Ibid. 5.
At quibus vulneribus sanati sunt filii hominum? David non est (1) occisus. Nam in senectute cum pace mortuus est, & sepultus est in Bethlehem. Si autem de Saul dicta sunt: Ille in montibus Gelboe occubuit in certamine cum alienigenis. Si dicant, quod foderunt manus, & pedes ejus, quando corpus ejus suspenderunt super muros Bethsan: Certe prædictio tum impleta non est super Saul. II. Reg. XXI. 12. I. Reg. XXXI. 9. 10. 12.
Nam quando foderunt membra ejus, ossa ejus non senserut cruciatus corporis sui; quia erat mortuus. At vero inquit David: *Foderunt manus meas* (2), *& pedes* Psal. XXI. 17.

Aaa 2

meos,

(1) Theodorus Mopsuestenus hæretica labe infectus inter Christianos ausus est affirmare, Psalmi illius verba proprie pertinere ad Davidem, ad Christum verò nonnisi translatitio, & accommodatitio sensu spectare, atque ita Judaizantium hæreticorum perfidiam erga Christum, asserendo, eum esse purum hominem, non autem Deum, secutus, Judæorum quoque calumniosam interpretationem in hujus psalmi verbis exponendis probavit, atque amplexus est. *Vid. V. Synod. Act. IV.*

(2) Non levis controversia agitur de his psalmi XXI. verbis, quibus apertissime supplicium Christi Jesu in Cruce clavis crudeliter confixi præsignatum est. Nam cum lectione Latina vulgata consentiunt Septuaginta Interpretes, & Syrus, & Arabs, & Armenus, aliique, qui in suam vulgarem linguam sacras Scripturas transtulerunt; sed aliter legitur in Hebræorum codicibus, ubi habetur verbum chaari כָּאֲרִי, quod significat *sicut Leo*, non autem chaaru כארו, quod est *foderunt*. An verò Hebræi suos Codices corruperint, an potius casu, vel Scriptorum oscitantia, id contigerit, an verò scribendum sit chaaru, & legendum chaari (ut notatum reperisse affirmat R. Jacob Tunetanus aliàs Chaiim in Masoreth) non sine dubitatione est, nec satis compertum. Qua de re videri possunt, si lubet, quæ ad hunc Psalmi versiculum adnotant C. Bellarminus, Lorinus, Malvenda; aliique doctissimi Viri. Illud in quæstionem revocari non posse videtur, in Codicibus Hebræis antiquitus lectum fuisse *chaaru foderunt*. Primum, quia ita habent omnes versiones Hebraici Textus, quæ ad nos pervenerunt: Secundo, quia ita vertit ex Hebræo Hieronymus, qui Hebræorum Magistros, eorumque Codices diligentissime consuluit: Tertio, quia plures inter veteres Rabbinos ita legendum monent: Quarto, quia si altera lectio admittatur, nempe *chaari, sicut leo*, sensus mancus, deficiens, & obscurus remanet: Quinto, quia cum veterrimi Patres Judæis negantibus, hominem Crucifixum Messiam fuisse, hunc Psalmi locum opponerent, nunquam responsum ab eis est, verba psalmi aliter, quàm a Christianis in suis versionibus habebatur, juxta Hebraicum exemplar legenda esse, quod certe tacere non omisissent; sed hujusmodi defensione destituti ad alias confugiebant. Nam reponebant, non ad Messiam, sed ad Davidem, aut ad Saul verba Psalmi pertinere, ut manifestum fit ex hoc S. Jacobi sermone, ex S. Cypriano *lib. II. contr. Jud. cap. XX.*, ex Tertulliano contra Marcionem *lib. III. cap. XIX.*, *& ex libro adv. Judæos cap. X. & XI*, & ex S. Justino in Dialogo cum Tryphone *num. XCVII.*, ubi, allatis laudati Psalmi verbis, talia subjicit. *Nam cum eum crucifixerunt, fixis clavis manus ejus, & pedes foderunt.* Deinde convertens sermonem ad Tryphonem, ejusque socios: *atque hunc ipsum psalmum*, inquit, *in Christum negatis esse dictum, in omnibus cæcutientes, nec intelligentes nullum, unquam in vestro genere Regem, aut Christum appellatum fuisse, qui*

pedes

meos, *& cognoverunt omnia ossa mea* : Prosequens inde sermonem ait : *Deus ad adjuvandum me inspice*, *& eripe a gladio animam meam*. Et Christus quidem ereptus est a gladio, & egressus est ab inferis; stetit, & surrexit tertia die; & respexit Deus ad adjuvandum eum. Saul autem clamavit ad Dominum, & non exaudivit eum. Et interrogavit per Prophetas, & non respondit. Lapsus est in errorem gentium; & interrogavit Pythonem. Cecidit, & superatus est ab alienigenis, & occidit seipsum acie gladii sui. Et iterum ait David in eo sermone : *Narrabo nomen tuum fratribus meis* : *in medio Ecclesiæ laudabo te*. At super Saul quomodo impleri potuerunt hæc omnia ? Et iterum inquit David : *Nec dabis sanctum tuum videre corruptionem*. Verum enim hæc omnia impleta sunt super Christum, quando venit ad illos, & non receperunt eum; sed condemnaverunt inique per falsos testes, suspendentes super lignum corpus ejus. Nam injectis in eum manibus, clavis confodientes manus, & pedes ejus in cruce confixerunt, & omnia ossa ejus cognoverunt. Et in die illa factum est magnum miraculum, quia obscurata est lux in meridie, juxta Prophetiam Zachariæ dicentis : *Dies illa nota erit Domino*, *non dies*, *neque nox* : *& in tempore vesperi erit lux* (1). Quæ dies est illa, quæ per miraculum in tenebras, atque in lucem divisa est? *Nam non dies*, *neque nox*, *& in tempore vesperi facta est lux* : Utique non est, nisi dies illa crucifixionis. Quippe tenebræ factæ sunt in meridie, & tempore vesperi facta est lux. Et iterum ait : *Dies illa erit frigida*, *& amara*. Nam quemadmodum tu ipse profecto non ignoras, quod frigus erat in die illa, & accenderunt ignem, & calefaciebant se; & Simon Petrus venit, & apud eos stetit. Similiter scriptum est : *Gladius surget super pastorem*, *& super virum amicum meum*. *Et percutient pastorem*, *& dispergentur agni gregis ejus* : *& convertam manum meam super pastores*. Illud etiam

I. Reg. XXVIII. 6. *Ibid. 7.* *II. Reg. XXXI. 4.* *Psal. XXI. 23.* *Psal. XV. 10.* *Zach. XIV. 6. 7.* *Matth. XXVII. 45* *Amos VIII. 9. 10.* *Zach. XIV. 6.* *Matth. XXVI. 57.* *Marc. XIV. 53.* *Luc. XXII. 54.* *Joan. XVIII. 18.* *Zach. XIII. 7.*

դաւիթ, թէ ծակեցին զձեռս իմ, և զոտս իմ. և համարեցան զամ ոսկերս իմ. տեսց անդէն զկնի պատգամին ; Ած յօգնել ինձ նայեաց, և ապրեցո՛ ի սրոյ զանձն իմ: Քս ապրեցաւ ի սրոյ, և ել ի դժոխոց, եկաց և յարեաւ յերրորդում աւուր, և նայեաց Ած յօգնել նմա: Եւ սաւուղ կարդաց առ տր, և ոչ լուաւ նմա: Եւ եհարց մարգարէիւք, և ոչ ետ պատասխանի: Անկաւ ի հեթանոսութի, և եհարց ըզվհուկս: Անկաւ, և պարտեցաւ առաջի այլազգաց, և սպան զանձն իւր ի սուր սուսերի իւրոյ: Եւ դարձեալ ասաց դաւիթ ի նմին պատգամի ; աւետարանեցից զանուն քո եղբարց իմոց. ի մէջ եկեղեցւոյ օրհնեցից զքեզ: Արդ ի վերայ սաւուղի, զիա՞րդ մարթասցի կատարել այս ամ: Եւ դարձեալ ասաց դաւիթ ; ոչ տացես սրբոյ քում տեսանել զապականութի: Այլ այս ամ ի վերայ Քի կատարեցաւ. իբրև եկն առ նս, և ոչ ընկալան զնա. և դատեցան զնա անօրէնութբ ; սուտ վկայութբն. և կախեցին ի վերայ փայտի զմարմին նր. և ձգեցին զձեռս իւրեանց ի նա, և ծակեցին զձեռս, և զոտս նր բևեռօքն, զոր բևեռեցին ի նմ. և համարեցին զամ ոսկերս նր: Եւ յայնմ աւուր եղև մեծ սքանչելիք. զի խաւարեցաւ լոյսն յօր հասարակի, ըստ մարգարէութե զաքարեայ ; թէ օրն այն երևելի եղիցի տն. ոչ տիւ, և ոչ գիշեր. և յերեկոյի եղիցի լոյս: Ո՞ր օր արդեօք իցէ նա, որ մեկնեցաւ սքանչելեօք. զի ոչ տիւ, և ոչ գիշեր. և ի ժամ երեկոյին եղև լոյս. բայց եթէ օրն այն խաչելութե. զի եղև խաւար յօր հասարակի, և երեկոյին եղև լոյս: Եւ դարձեալ ասաց ; օրն այն եղիցի ցուրտ, և դառն: Որպէս և դու քեզէն իսկ գիտես, զի ցուրտ էր յայնմ աւուր. և կրակ իսկ լուցին, և ջեռնուին. և եկն շմաւոն եկաց առ նս: Եւ դարձեալ գրեալ է ; սուր յարիցէ ի վերայ հովուի, և ի վերայ առն բարեկամի իմոյ. և հարցեն զհովիւն, և ցրուեսցին զառինք հօտի նր, և դարձուցից զձեռն իմ ի վերայ հովուաց:

pedes & manus vivus perfoderetur, *& per hoc mysterium moreretur*, *idest crucifigeretur*, *præter hunc solum Jesum*.

(1) Theodoretus etiam verba ista Zachariæ Prophetæ ad tempus passionis referenda esse, docet his verbis : IN ILLA, *inquit*, DIE, *qua Orbis terræ Conservator in Crucem agetur*, NON ERIT LUX (*quod historia Evangelica docet*) : AB HORA SEXTA USQUE AD NONAM TENEBRÆ FACTÆ SUNT SUPER UNIVERSAM TERRAM, *ut omnes homines prophetiæ veritati testimonio forent*. SED FRIGUS ET GELU ERIT UNA DIE *hujus verò rei Evangelistæ testes*, *& Apostolorum Coryphæus in atrio ad ignem calefaciens se*.

ռեանց ։ Եւ դարձեալ ասաց դաւիթ վն̅
չարչարանաց նր̅ ; Ետուն ՚ի կերակուր ինձ
լեղի . եւ ՚ի ծարաւ իմ արբուցին ինձ
քացախ ։ Եւ դարձեալ ՚ի նմին պատ_
գամի ասաց ; զոր դու հարեր , հալա_
ծեցին , եւ ՚ի վերայ ցաւոց իմոց յաւե_
լին ։ Նաեւ յաւելին իսկ նմա բազում
ինչ , որ ոչ էր գրեալ վն̅ նր̅ ։ Զանէծս ,
եւ զԹշնամանս , զոր եւ ոչ գիրք իսկ կա-
րացին յայտնել . զի աղտեղի էին Թշնա_
մանք նր̅ ։ Բայց ած̅ կամեցաւ ընդ խո_
նարհուԹի չարչարանաց նր̅ , եւ նա մե-
ռաւ վն̅ մեղաց մերոց , եւ չարչարեցաւ
վն̅ անօրէնուԹեց մերոց ։ Եդան մեղք
յանձին նր̅ ։ Արդ մեք երկիրպագանեմք
այսոցիկ ողորմուԹեց , եւ կրկնեմք զծունր
առաջի երեսաց մեծուԹե հօր նր̅ ։ զի
նուաճեալ դարձոյց զերկրպագուԹի
մեր յինքնակողմն անդր ։ Կոչեաց զնա
Ած̅ իբրեւ զմովսէս ։ Անդրանիկ , եւ
որդի իբրեւ զիսրայէլ ։ Եւ Յս̅ , իբր
զյեսու որդի նաւեայ ։ Եւ քահանայ ,
իբր զահարոն ։ Եւ Թագաւոր , իբր
զդաւիԹ ։ Մարգարէ մեծ , որպէս եւ
զա̅մ մարգարէս ։ Եւ հովիւ , իբրեւ զա̅մ
հովիւս , որք արածեցին , եւ առաջնոր-
դեցին ։ Եւ զմեզ կոչեաց որդիս . որ_
պէս ասացն , Թէ որդիք օտարաց լուի-
ցեն ինձ ։ Եւ արար զմեզ եղբարս ,
ըստ մարգարէին ; աւետարանեցից զա_
նուն քո եղբարց իմոց ։ Եւ եղաք մեք
բարեկամք նր̅ . որպէս եւ ասաց ցաշա_
կերտս իւր ; կոչեցի զձեզ բարեկամս
իմ զոր օրինակ կոչեաց հայր նր̅ զաբրա-
համ սիրելի իւր ։ Եւ ասաց ցմեզ , Թէ
Ես եմ հովիւ քաջ , դուռն , ճանապարհ ,
այգի , սերմն , փեսայ , դայեակ , սնու-
ցիչ , ճրագ , լոյս , Ած̅ կենարար , եւ
փրկիչ . եւ բազում անուանս յորջորջե-
ցաւ նա ։ Գրեցի առ քեզ սակաւիկ
մի զհաւանուԹիս ՚զայս սիրելի իմ , զի
ունիցես պատասխանի ընդդէմ հրէից .
վն̅ զի ասեն , Թէ չի՛ք որդի Ած̅ . եւ զի
կոչեցեալ զնա Ած̅ , որդի Ած̅ , Թա_
գաւոր , եւ անդրանիկ ա̅մ արարածոց ։

etiam David de passione ejus: *Dederunt*, inquit, *mihi in escam fel*, & *in siti mea* *Psal. LXVIII. 22.*
potaverunt me aceto. Et in eodem sermone: *Quem tu*, ait, *percussisti*, *perse-* *Ibid. 27.*
cuti sunt, & *super dolores meos addiderunt*: Siquidem multa Judæi addiderunt, quæ non erant de eo scripta, maledictiones, & convicia, quæ neque Scripturæ potuerunt manifestare; quia sordida, & infanda erant convicia. At Deus voluit humilitatem passionis ejus, & ille mortuus est propter peccata nostra, & passus est propter iniquitates nostras. Posita sunt peccata nostra in ipso. Itaque has commiserationes suas nos adoramus, & flectimus genua ante faciem Majestatis Patris ejus, quia per eum victoria relata illuc conversa est adoratio nostra. Vocatus est autem Deus, tamquam Moyses, Primogenitus, & Filius, tamquam Israel: : & Jesus tamquam Josue filius Nave; Et Sacerdos tamquam Aaron; & Rex tamquam David, & Propheta magnus, sicut & omnes Prophetæ, & Pastor, tamquam omnes pastores, qui gregem paverunt, & duxerunt. Et nos vocavit filios, *Psalm. LIX. 10.*
dicens. *Filii alienigenarum exaudient* *CVII. 10.*
me. Et fecit nos fratres suos secundum *Psal. XXI. 23.*
Prophetam: *Narrabo nomen tuum fratribus meis*. Et facti sumus amici ejus; *Joan. XV. 15.*
sicut & dixit discipulis suis: *Vocavi vos amicos meos*; quemadmodum Pater ejus vocavit Abraham amicum suum. Et lo- *Joan. X. 9. 11.*
quutus est ad nos, dicens: *Ego sum Pastor bonus*, *ostium*, *via*, *vinea*, *semen*, *sponsus*, *nutrix*, *educatrix*, *lucerna*, *lux*, *Deus vivificans*, & *Salvator*; & multis hisce nominibus nuncupatus est. Scripsi ad te brevem hunc Sermonem, Charissime, ut habeas, quid respondeas contra Judæos, qui dicunt, quod Jesus non sit Filius Dei, & quòd male eum nos vocaverimus Deum, Filium Dei, Regem, & Primogenitum omnium Creaturarum.



SERMO DECIMUSSEPTIMUS.

De Virginitate, & Sanctitate contra Judæos.

Judæi reprehendebant Christianos, quod servarent virginitatem.

OPportunum est, & necessarium, Dilectissime, ut sermonem instituam contra Judæos de Virginitatis voto (1), & de Sanctitate, in qua vivimus (2). Propter enim turpitudinem suam, & luxuriosam incontinentiam corporum suorum eâ offenduntur Populi Judæorum (3), & verbis, & exemplis commovent, & dejiciunt mentem stultorum, & ignarorum hominum, qui allecti trahuntur, & veluti captivi in assensum eorum impuritatis abducuntur (4). Dicunt siquidem, quando formavit Deus Adam, benedixit ei, & ait: *Crescite, multiplicamini, generate, & replete terram.* Et Noe similiter Deus benedixit, dicens: *Multiplicamini in terra, & propagate genera-*

Genes. I. 28.

Gen. IX. 7.

ՃԱՌ ԵՕԹՆԵՒՏԱՍՆԵՐՈՐԴ.

Օրինակ ցուցանելի ընդդէմ Հրէից վ(ասն) կուսութե(ան), և սրբութե(ան).

Վայել է ինձ սիրելի իմ, 'ի հարկէ զի տաց քեզ հաւաստութի 'ի նմ(ան), վասն մեք ուխտիս, և սրբութե(ան) յորում կամքս մեք; զի վ(ասն) աղտեղութե(ան), և զեխալից անառակութե(ան) մարմնոց իւրեանց. գայթակղին 'ի նոս ժողովուրդ հրէից. և լուծանեն, արկանեն Թոյլ լուծութեամբ զմիտս անմտաց, և տգէտ մարդոց. և որք ձգին քարշելով, և գերին 'ի հաւանութի անառակութե(ան) նց. Եւ ասեն; յորժամ հաստատեաց ա(ստուա)ծ զադամ, այսպէս օրհնեաց զնա, և ասաց; սերեցարուք, բազմացարուք, ծնջի'ք, և լցե'ք զերկիր. Եւ զնոյ նմին նմանութ(ե)ք օրհնեաց, և ասաց; բազմացարուք յերկրի, սերմանայով ծնանդեամբ. Եւ զաբրահամ օրհնեաց, և ասէ;

(1) A primis Christianæ Religionis sæculis in Catholica Ecclesia consuevisse virginitatis propositum fieri, seu votum Deo nuncupari; & sponsione facta in corporis, & animi integritate vivendi, se Deo dedicare solitos fuisse homines perfectioris, ac sanctioris vitæ cupidos, nulla esse potest dubitatio; plura enim suppetunt testimonia, & exempla tum mulierum, tum virorum, qui asceticam vitam secuti sunt. Qua de re plura in dissertatione de Ascetis, quæ hoc loco præterimus, ne eadem non sine lectoris fastidio repetamus.

(2) Seu sanctimonia, hoc est continentia, de qua Apostolus in epistola ad Hebræos cap. XII. num. 14. *Pacem*, inquit, *sequimini cum omnibus, & sanctimoniam: sine qua nemo videbit Deum*: Ad hæc Pauli verba subjungit hæc alia Chrysostomus. *Sanctimoniam quid dicit? Temperantiam, honestatem in matrimonio. Sive quispiam*, inquit, *non sit junctus matrimonio, castus maneat, si uxorem ducat, sive sit junctus matrimonio, non scortetur, sed uxore utatur. Nam hoc quoque est sanctificatio*. Hom. XXX. ad Hebr. pag. 280. Et post Chrysostomum Theophylactus ad eumdem Apostoli locum: *Et sanctimoniam*, inquit, *hoc est puritatem, siquidem innuptus quispiam est, virginitatem; si autem matrimonio junctus est, continentiam servans*. Ita etiam Theodoretus Pauli verba exponit: *Sanctimoniam appellavit continentiam; banc autem recte exercere possunt, etiam qui matrimonium contraxerunt*. Nec dissimiliter Oecumenius: *Sanctimoniam dicit puritatem, hoc est virginitatem, sive temperantiam. Nam qui etiam in conjugio temperans est, sanctimoniam complet, quamquam non proprie*.

(3) S. Ambrosius de cælesti virginitatis servandæ instituto (lib. de Virginib. cap. III.) *Quis*, inquit, *neget, banc vitam fluxisse de cælo, quam non facile invenimus in terris, nisi postquam Deus in bæc terreni corporis membra descendit? Tunc in utero Virgo concepit, & Verbum caro factum est, ut caro fieret Deus*. Non defuere quidem etiam in veteri lege, qui virginitatem servarent, sed hæc in figura contigerunt; ideoque idem Ambrosius eadem de re verba faciens: *Figura*, inquit, *in paucis est, vita in pluribus*. Quamobrem Judæi carnales, qui occasiones omnes aucupabantur, ut Christianæ Religioni detraherent, & sive clanculum, sive palam, fictis causis, falsis criminationibus, nascentem Christi infamarent Ecclesiam, inter cætera Christianos virginitatem colentes reprehendebant; propterea de illis Scribit Chrysostomus: *Virginitatis laudem Judæi aversantur: neque mirum, qui ipsum quoque natum ex Virgine Christum ignominiis affecerint: admirantur, ac suspiciunt exteri; sola autem colit Ecclesia Dei*. Lib. de Virginit. Tom. I. novis. edit. Paris. pag. 268. Hos autem puritatis inimicos postea sequuti sunt hæretici tum veteres, tum recentiores, ministri Diaboli, pudicitiæ adversarii, & luxuriæ magistri, qui ab Ecclesia Catholica variis temporibus damnationis sententia perculsi, ejecti sunt. Primi virginitatis hostes, qui post Heluidium Joviniani præcursorem venenatis suis sibilis Romanam perturbarunt Ecclesiam, fuerunt idem Jovinianus, ejusque asseclæ, quibus Evangelico vigore, & Apostolica auctoritate restitit Siricius, eosque, coacto Romano presbyterio anno circiter 389., damnavit, & parem damnationis sententiam ut a S. Mediolanensi Episcopo Ambrosio, aliarumque Ecclesiarum Episcopis pro meritis suis acciperent, curavit. *Epist. S. Siricii VII., & S. Ambrosii VIII. apud Coustant. Collect. Epist. Rom. Pontif. Tom. I.*

(4) Ita etiam de ovibus curæ suæ commissis pene contigisse, ut seducerentur a Joviniano, ejusque impiis discipulis, qui carnalium Judæorum impuros sectabantur errores, nisi præsto Pastorali vigilantia occurrisset, vehementer dolebat S. Siricius. Ad Episcopos enim per diversas provincias scribit in hunc modum: *Et nisi Dominus Sabaoth laqueum, quem paraverant, dirupisset, scena tanti mali, & hypocrisis publicata multorum simplicium corda traxerat in ruinam: quia facile ad deteriorem partem mens humana transducitur, volens per spatiosa volitare, quàm arctæ viæ iter eum labore transire*. Epist. cit. VII. §. 2;

ոչ ; նայեա՛ց ընդ երկինս , և տե՛ս . և թուեալ համարեսջիր զաստեղս , եթէ կարասցես կալ 'ի չափ բովանդակութեն համարոյ նց . և ասէ ; այսպէս եղիցի զաւակ քո . Եւ ցԻսրայէլ ասաց ; մի՛ եղիցի քեզ այր սուգ , և կին ամուլ . Եւ դարձեալ յաւել , և ասաց ; մի՛ եղիցի անձեռ , և անզաւակ յերկրի ձեր . Եւ աբրահամու օրհնութեամբ տուաւ Իսահակ . Եւ Իսահակ աղօթս մատոյց վս Ռեբեկայ ծնանելոյ . Եւ օրհնեաց զՅակոբ առ 'ի բազմանալոյ զաւակի նր . Եւ Աննա Ջերմեռանդն արտասուօք խնդրեաց զՍամուէլ . Եւ սերեցաւ բազմացաւ զաւակ ամլոյն ծննդեամբ . Եւ ընկալան ամ արդարք զծնունդ , և զօրհնութի . Եւ դուք , ասեն , առնէք զայն , որ յԱՅ ոչ է հրամայեալ . Զի ընկալայք զանէծս , և յաճախեցիք զամլութի . կարճեցիք , արգելիք զծնունդս , և զօրհնութիս արդարոց . Ոչ արք կանայս առնէք , և ոչ կանայքդ արանց լինիք . և ատեցիք զծնունդ օրհնութե որ յԱՅ տուեալ է . Վս բանիցս այսոցիկ սիրելի իմ , որչափ ունիմ զկար յանձին հաւանեցուցից քեզ .

Առաջ զԱդամն զի օրհնեաց ԱՅ , և ասաց ;՝ ծնանիցարուք , և բազմացի՛ք յերկրի . Վս այն օրհնեաց , զի լցցի աշխարհս 'ի նոցանէ . քանզի ծննդեաց նր հաստատեալ էին ամենեքեան . Եւ իբրև

nerationem. Et benedixit Abrahæ his verbis: *Suſpice Cœlum*, & *vide*, & *numerans enumera ſtellas*, *ſi poteris aſſequi enumerando numerum earum*; Et ſubjicit: *Sic erit ſemen tuum*. Et ad Iſrael ait: *Non erit tibi vir luctuoſus*, & *mulier ſterilis*. Et iterum addidit, inquiens: *Non erit in terra veſtra infœcundus*, & *carens prole*. Abrahæ quidem cum benedictione dedit Iſaac; Et Iſaac obtulit preces pro Rebecca, ut pareret. Et benedixit Jacob, ut multiplicaretur ſemen ejus. Et Anna devota cum lacrymis petiit Samuelem. Et eum concepit, & quæ erat ſterilis, per generationem ei multiplicata eſt proles; Et omnes juſti generationem prolis cum benedictione ſuſceperunt. Vos vero, inquiunt, quod non eſt juſſum a Deo, facitis, & cum ſterilitatem colatis, excludentes, & impedientes generationes, & benedictiones juſtorum, recipitis maledictionem. Nec enim vos viri ducitis uxores; nec vos mulieres nubitis, & odiſtis generationem in benedictione, quæ data eſt a Deo. De hujuſmodi eorum ſermonibus (1), Chariſſime, quantum in me eſt, te docebo.

Gen. XV. 5. **Gen. XXVI. 4. 24** **Exod. XXIII. 26.**

§. 2. Primum quidem Adæ benedixit Deus, & ait: *Creſcite*, & *multiplicamini in terra*. Ideo autem benedixit (2): ut repleretur hominibus mundus, ex generationibus enim ejus formandi erant omnes.

Homines ex benedictionibus Dei, quas generationi, & multiplicationi hominum impertivit, ob iniquitates ſuas nullam utilitatem conſequuti ſunt.

(1) Non diſſimili ratione, nec diverſis argumentis Jovinianus, ejuſque diſcipuli, ſervi ac miniſtri diaboli, quem *pudicitiæ adverſarium*, & *luxuriæ magiſtrum*, recte vocat S. Siricius „ Do„ mum orationis ingreſſi ſermonem ſerpentinæ „ diſputationis effundebant, atque a veritate Ca„ tholica avertendo ad ſuæ doctrinæ rabiem dia„ bolico more transducere, atque ovium ſimpli„ citatem defraudare conabantur. *Apud Couſtant. Rom. Pontif. Epiſt. Tom. I. epiſt. Siric. VII.* §. 3. Narrat enim de Joviniano Magnus Auguſtinus *lib. II Retract. cap. XXII. Joviniani hæreſis ſacrarum virginum meritum æquando pudicitiæ conjugali tantum valuit in Urbe Roma, ut nonnullas etiam ſanctimoniales, de quarum pudicitia ſuſpicio nulla præceſſerat, dejeciſſe in nuptias diceretur, hoc maxime argumento cum eas urgeret, dicens: Tu ergo melior, quàm Sara, melior, quàm Suſanna, ſive Anna?* & *cæteras commemorando teſtimonio Sacræ Scripturæ commendatiſſimas fœminas, quibus ſe illæ meliores, vel etiam pares cogitare non poſſent Hoc modo etiam virorum ſanctorum ſanctum cœlibatum commemoratione patrum conjugatorum*, & *comparatione frangebat*. Ideo de his peſſimis hæreticis ſcripſit idem B. Siricius in cit. epiſtola ad diverſos Epiſcopos: *Iſti non habentes veſtem nuptialem, ſauciantes Catholicos, novi, ac veteris Teſtamenti, ut dixi, continentiam pervertentes*, & *ſpiritu diabolico interpretantes, illecebroſo atque ficto ſermone aliquantos Chriſtianos cœperunt jam vaſtare, atque ſuæ dementiæ ſociare, intra ſe continentes nequitiæ ſuæ virus*.

(2) Legant hæc hæretici oſores caſtitatis, & incontinentiæ patroni, qui ad virginitatem impugnandam iiſdem Scripturæ verbis abutuntur, videant, quos ſuorum errorum auctores, & magiſtros habeant; & a Sanctis Patribus Catholicæ Eccleſiæ Magiſtris jam pridem eorum ineptias rejectas, & blaſphemias confutatas fuiſſe, conſpiciant, atque intelligant. Profecto in Eccleſia Catholica Sacræ Theologiæ Magiſtri SS. Patrum doctrinæ inhærentes Novatorum argumento, quod ad ſuadendas nuptias, & eliminandam virginitatem ex illo Geneſis loco colligunt, reſpondent primum, verba illa: *Creſcite* &c. eſſe verba Dei benedicentis, non autem præcipientis nuptias. Præterea etiamſi concedatur, verbis illis præceptum contineri, nihilominus dicendum eſſet cum S. Thoma 2. 2. quæſt. 152. art. 2. ad 1. *Quod præceptum habet rationem debiti. Dupliciter autem aliquid eſt debitum: uno modo, ut impleatur ab uno;* & *hoc debitum ſine peccato præteriri non poteſt. Aliud autem eſt debitum implendum a multitudine*, & *ad tale debitum implendum non tenetur quilibet de multitudine. Multa enim ſunt multitudini neceſſaria, ad quæ implenda unus non ſufficit, ſed implentur a multitudine, dum unus hoc, alius aliud facit* &c. Et poſt pauca: *Et ideo ſufficienter providetur humanæ multitudini, ſi quidam carnali generationi operam dent; quidam verò ab hac abſtinentes, contemplationi Divinorum vacent ad totius humani generis pulchritudinem*, & *ſalutem*.

omnes. At cum multiplicati essent, ita corrupti sunt per impietatem, & peccatis iniquitatum suarum, voluntatem Conditoris sui eo adduxerunt, ut eos fecisse ipsum pœniteret: Ideo terribili judicio delevit eos per diluvium. Dic jam mihi, Israelita adversarie, quam utilitatem habuit benedictio Adæ? Corruperunt filii ejus vias suas, & deleti sunt per diluvium; Et in ipsis germinantis naturæ initiis conjugia fœdaverunt, & contaminati sunt, & extincta est benedictio in iniquitibus peccatorum. E diverso Noe cum esset parvo numero, nec ejus proles aucta, & multiplicata fuisset, ædificavit Altare, & accepit miserationes Sancti; Et exigua paucitate sua fuit melior universo sæculo corrupto, & ex eo formatus est secundus mundus. Nam iterum benedictus est, ut cresceret, & multiplicaretur, ita ut repleret mundum, & propagarentur filii Adæ. Postquam autem multiplicati, corroborati, & per generationem propagati fuissent, obliti sunt Dei: & adoraverunt sculptilia omnes generationes, & linguæ, quæ fuerunt ex semine Noe: Et contempserunt Deum, & tamquam guttam aquæ, & veluti nullius momenti, ac pretii reputaverunt. Solum autem semina Justorum non perierunt, & convaluerunt coram Deo. Itaque quam utilitatem habuit benedictio per decem sæcula ante diluvium? vel cui utilitati fuit Sodomitis? quoniam deleti sunt, & vita eorum interempta est igne, & sulphure. Et extincta est benedictio in peccatis iniquorum. Quod bonum, & quam utilitatem reportavit benedictio sexcentorum millium, qui egressi sunt de Ægypto? Etenim perierunt in deserto, quia provocaverunt Sanctum excelsum. Et quod lucrum, & quæ utilitas ex benedictione fuit generationibus pollutarum gentium, quas Josue interfecit? Benedictio utique versa est in maledictionem. Quam utilitatem attulit Israel benedictio, cum semina generationum ejus, tamquam stellæ, multiplicata, sunt? Nam gladius cædis, & furor bellorum sæpe contrivit eos.

Coram Deo præstantior est unus justus, quàm multa peccatorum millia.

§. 3. Etenim Deo unus (1) justus magis acceptus est, & coram eo plus valet,

իբրեւ բազմացան, եւ ապականեցան ամբարշտութեամբ, մինչ զի 'ի մեղս անօրէնութեան իւրեանց զզղջացուցին զկամս արարչին իւրեանց, թէ արար զնոսա. սաստիկ դատաստանաւ ջնջեաց զնոսա ջրհեղեղաւ։ Աղէ ե՛կ ասա՛ ցիս, ո՛վ մաքառօղդ իսրայէլի. զի՞նչ ինչ օգտեցաւ օրհնութիւն ադամայ. զի ապականեցին զճանապարհս իւրեանց, եւ ջնջեցան 'ի ջրհեղեղէ։ Եւ 'ի նոյն բոյս բնութեան ամուսնութեան ապականեցին, եւ ապականեցան. եւ շիջաւ օրհնութիւն յանօրէնութիւն մեղաւորաց։ Եւ նոյ սակաւ թուովն իբր ոչ բազմացաւ, եւ սերեցաւ, շինեաց սեղան, եւ հաճեաց զողորմութիւնս սրբոյն. Եւ բարի եղեւ նոյ, նուազ սակաւութեամբ իւրով, քան զա՟մ դարն ապականիչ. եւ 'ի նմանէն հաստատեցաւ երկրորդ աշխարհս. Եւ նոյ դարձեալ օրհնեցաւ, սերանալ, բազմանալ, որ՞ զի լցցէ զաշխարհս, եւ յաճախեսցին որդիք ադամայ։ Եւ իբրեւ բազմացան, զօրացան, եւ շառաւցան ծննդեամբ, մոռացան զԱծ, եւ երկիր պագին դրօշելոց ա՟մ ազգք, եւ լեզուք, որք եղեն, 'ի զաւակէ նոյ. եւ համարեցան զԱծ իբրեւ զոչինչ. իբր շիթ մի պուտան, իբր մեռ մի կշռոցի. եւ միայն զաւակքն արդարոց կեցին, եւ արիեցան առաջի Այ. Աղէ զի՞նչ օգտեցաւ օրհնութիւն տասն դարուց յառաջ քան զջրհեղեղն. Եւ կամ զի՞նչ շահ եղեւ սոդոմացւոց. զի ջնջեցան, սատակեցան կեանք նց 'ի հրոյն, եւ 'ի ծծմբոյն. Եւ շիջաւ օրհնութիւն 'ի մեղս անօրինաց. Եւ կամ զո՞ր շահ, եւ օգուտ եցոյց օրհնութիւն վեց հարիւր հազարացն, որք ելին յեգիպտոսէ. զի սատակեցան յանապատի անդ, որք բարկացուցին զսուրբն բարձրեալ. Եւ զի՞նչ շահ, եւ օգուտ եղեւ յօրհնութենէ ծննդեանն պիղծ հեթանոսաց, զորս յէսուս կոտորեաց. Եւ եթէ ոչ. զո՞ր օգուտ եբեր 'ի մէջ օրհնութիւն իսրայէլի, թէ իբրեւ աստեղք բազմացան զաւակք ազգաց նր. զի սուրն կոտորածի սատակ սատակ պատերազմաց բնաբար արար զնոսա.

Իսկ Այ մի կամարար երեւի, եւ առաւել է առաջի նր, քան զբիւրս, եւ զհա-

(1) Ita etiam iis, qui dicebant Joanni Chrysostomo ex ejus libertate in vitiis increpandis, redarguendisque improbis hominibus, multos a Catholica Religione deficere, & ad hæreticos transire: *Frigida*, ajebat, *est hæc oratio. Melior est unus faciens voluntatem Domini, quàm mille* ini-

զհազարս ամբարշտաց, և անիրաւս, քան զորս նոյ ընտրեցաւ, և լաւացաւ առաջի ած՟ 'ի տասն ապականեալ դարուցանն, որք եղեն յառաջ քան զնա. Եւ աբրահամ համարեցաւ առաջի ած՟ լաւ, և առաւել քան զտասն դարս, որք եղեն յառաջ նա. Եւ քան զնմանէն իսահակ, և յակոբ որդիք պարգևաց լաւ, և ողջիղ էին համարեալ ած՟, քան զամ ամուրհացիսն, յորոց միջի բնակեալք էին. Եւ յովսէփ համարեցաւ առաջի ած՟ լաւ, և առաւել քան զամ ժողովուրդն փարաւոնի. Եւ մովսէս մեծ մարգարէ իսրայելի լաւ, և ընտիր համարեցաւ առաջի ած՟, քան զվեց հարիւր հազարսն, զորս եհան յեգիպտոսէ. Օր դառնացօղ ապստամբութեն իւրեանց ցասուցին զկամսն ած՟, և ոչ կարացին մտանել յերկիրն պարգևաց.

Եւ վս՟ կուսութե, և սրբութե, առդ և հաւանեցուցից զքեզ. զի 'ի ժողովրդեանն իսկ յայնմիկ մեծ սիրով յարգեցաւ առաջի ած՟, առաւել քան զբազմութի ծննդեանն, որք ոչ եղեն պիտանացուք. Մովսէս այր մեծ մարգարէ, առաջնորդ ամ՟ իսրայելի, 'ի ժամանակի իբրև խօսեցաւ տր՟ իւր ընդ նմա, սիրեաց զսրբութի, և պաշտեաց զնա. և հրաժարեցաւ 'ի կենաց աշխարհիս, և 'ի ծննդենէ նր՟. և եկաց միայն առանձին, լինել հաճոյ տն՟ իւրում. Եւ եթէ ոչ; աղէ ե՛կ ցոյց դու, զի՞նչ առնես իմաստուն վարդապետ ժողովրդեան. Տեսցուք թէ 'ի ժամանակէն երբ խօսեցաւ ած՟ ընդ մովսիսի,

let, quàm decem centena millia millium impiorum, & iniquorum, præ quibus Noe electus est, & melior æstimatus est coram Deo, quàm decem corruptissima sæcula, quæ fuerunt ante eum. Et Abraham habitus est coram Deo melior, & præstantior decem sæculorum hominibus, qui eum præcesserunt, & qui ex eo nati sunt Isaac, & Jacob filii donationis meliores, & præstantiores æstimati sunt coram Deo omnibus Amorrhæis, inter quos habitaverunt. Et Joseph coram Deo melior, & præstantior habitus est universo populo Pharaonis. Et Moyses magnus Propheta Israel melior, & præstantior reputatus est coram Deo sexcentis millibus, quos eduxit de Ægypto (1), qui pervicaci inobedientia sua irritaverunt Dei voluntatem, & in terram donorum ingredi nequiverunt.

§. 4. At de virginitate, & sanctitate insuper illud tibi demonstrabo, in numeroso illo populo eam majori in pretio, ac honore habitam fuisse coram Deo, plusquam multiplices eorum generationes, qui inutiles fuerunt. Nam Moyses magnus Propheta, Dux totius Israel, ex quo locutus est Dominus cum eo, dilexit sanctitatem (2), & coluit sanctum, & repudiavit consortium vitæ hujus mundi, & generationis ejus, & cælibem vitam duxit, & mansit solus, ut placeret Domino suo. Nihil apponas, sapiens Doctor populi, sed attende mecum, & videamus, utrum ab eo tempore, quo locutus est Deus cum Moyse, obiverit ille opera

Cultus, & præstantia virginitatis in veteri Testamento exemplo Moysis ostenditur.

Bbb con-

iniqui. Nam tu quoque, dic mihi, utrum malis, millene habere servos fugitivos & fures, an unum benevolum? Chrysost. Homil. VII in cap. III. epist. ad Colos.

(1) Non semel Israelitæ, cum pertransirent desertum, Deum sceleribus suis ad iram provocaverunt. Sed præcipue cum, diutius commorante Moyse in monte Sinai, in idololatriam, aliaque flagitia prolapsi sunt. Nam fecerunt sibi vitulum, eumque Dei sui obliti adoraverunt. Tum enim ait Dominus ad Moysen: *Cerno, quod populus iste duræ cervicis sit: dimitte me, ut irascatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciamque te in gentem magnam. Exod. XXXII v. 9., Deut. IX. 13.* Atque ita Deus ostendit, pluris apud eum esse unum virum justum Moysem, quam sexcenta millia Israelitarum, qui recedentes a via Domini in semitas impiorum declinaverant.

(2) Seu potius sanctimoniam, vel sanctificationem. Nam hoc nomine S. Jacobus intelligit, ut supra dixi, castitatem, seu continentiam ab omni carnali labe, & actu venereo. Quoniam sanctificari in sacra Scriptura inter cætera significat mundum se præstare ab omni macula, & præcipue abstinere ab opere conjugali. Sanctitatis, seu sanctimoniæ nomini respondet verbum Græcum Ἁγιασμὸς, Ἁγιότης, Ἁγιωσύνη. Quæ non uno in loco usurpantur ab Apostolo ad significandam pudicitiam, & castitatem, græcè Σωφροσύνην, χαθαρότητα, teste Joanne Chrysostomo, Theodoreto, Oecumenio, Theophylacto, aliisque Apostolicarum epistolarum Interpretibus. Profecto ut hic affirmat S. Nisibenus Episcopus, Moysem, ex quo colloquio Domini dignus habitus est, ab uxore abstinuisse, & coluisse castitatem, non obscure innuere videtur etiam S. Hieronymus contra Jovinianum *Lib. I. Tom. II. pag. 24. ed. Rom.* his verbis: *Perspicuum est de Moyse, quod periclitatus esset in diversorio, nisi Sephora, quæ interpretatur avis, filium circumcidisset, & præputium nuptiarum cultro evangelico desecasset. Iste nempe Moyses est, qui cum vidisset visionem magnam, & Angelum, sive Dominum loquentem in rubo, nequaquam valuit ad eum accedere, nisi solvisset corrigiam calceamenti sui, & abjecisset vincula nuptiarum. Nec mirum hoc de amico, & propheta, & Legifero Dei, cum omnis populus accessurus ad Montem Sina, & Dei auditurus eloquium, tribus diebus sanctificari jussus sit, & se ab uxoribus abstinere.*

conjugii. Quod si perfricta fronte affirmaveris: Ego sane non cedam obstinatæ voluntati turbidæ perversionis tuæ; quia ecce tu vis, esse pollutum Prophetam Sanctum propter lascivam turpitudinem tuam. Profecto si exercuisset ille opera conjugii, non potuisset stare in ministerio cultus supremæ majestatis magni Domini. Sicuti sane non potuit Israel suscipere sancta mandata, & audire verba vivifica, quæ loquebatur Sanctus cum Moyse in monte, priusquam Moyses sanctificaret populum tribus diebus; & deinde Sanctus cum eis loqui dignatus est.
Exod. XIX. 10. Quippe dixit Moysi: *Descende ad populum istum, & sanctifica eos tribus diebus*. Et descendit, & dixit eis Moyses:
Ibid. 15. *Cavete, ne accedat vir ad uxorem suam*. Et cum sanctificati essent, postmodum tertia die apparuit Sanctus in terrore Majestatis, & in gloria magnitudinis, & in sono vehementiæ, resonantibus subitis fragoribus, horribilemque vocem emittentibus tonitruis; & crebro celeriter discurrentibus ardentibus fulminibus, & ignitis scintillantibus fulgurationibus. Moti sunt montes; steterunt, & se continuerunt in loco suo sol, & luna, singuli a gressibus suis. Ascendit Moyses in montem Sinai; progrediens ingressus est in nubem turbine mixtam; & recepit legem præceptorum. Vidit Moyses spiritum magnificentiæ, & decorem pulchritudinis. Trepidavit, & terrefactus est, & contremuit. Nam vidit sanctitatem mysteriorum excelsi, qui descendens, & subsistens stetit supra montem cum virtute, & majestate magna: ipse autem stupore correptus est coram honorifica Sede Dei excelsi. Ministrabant ei decem centena millia Angelorum, & mille chori, atque exercitus vigilum velabant faciem suam ante lucidissimum, ac terribilem aspectum ejus, & currebant volantes velocissimis alis, & clamantes dicebant: Sanctus, Sanctus, & glorificabant Majestatem. Prompti erant, & parati, celeres, ac veloces in cursibus suis: Pulchri, gloriosi, & decori, lucidi, speciosi, & amabiles currebant, dicentes, Sanctus, & glorificabant, & implebant jussa Majestatis ejus. Ascendebant, & descendebant per aereas regiones, tamquam fulgura celera, & velocia aspectum fugientia, Moyses loquebatur, & Deus vocem ejus

նի, պաշտեաց նա զպէտս ամուսնութե. ։
Զի պա եթէ առնեալ բերցես 'ի նա զսուտ
հաւանութիւս, ես ոչ անսկանիմ 'ի կամս
կամակորս պղտորել խռովութեդ քոյ.
Օ՛ն կամիս դու աւանդել պղծել զս̅բն
մն̅ գիճալից աղտեղութե քոյ. Ել̅ն զի
եթէ զպէտս ամուսնութե պաշտէր նա,
ոչ կարէր կալ 'ի սպաս պաշտաման
մեծաշուք տէրութե մեծի տէրունին;
որպէս զի ոչ կարաց Իսրայէլ ընդունիլ
զս̅բ պատգամսն, և լսել զբանսն կեն-
դանացուս, զոր խօսէր ս̅բն ընդ մով-
սիսի 'ի լերին անդր, մինչև սրբեաց
զժողովուրդն զերիս աւուրս. և ապա
խօսել կամեցաւ ս̅բն ընդ ն̅ա։ Քանզի
ասաց ցմովսէս; է՛ջ դու առ ժողովուրդ-
անդր, և սրբեա զն̅ա զերիս աւուրս։
Եւ այսպէս մեկնեաց ասաց ցն̅ա մով-
սէս; զգոյշ կացէք. մի՛ մերձեսցի այր
'ի կին իւր։ Եւ իբրև սրբեցան, ապա
յերրորդում աւուր յայտնեցաւ ս̅բն
յահ վայելչութե, և 'ի փառս մեծութե,
և 'ի բարբառ սաստկութե երագա-
փոյթ որոտմամբքն, սաստկաձայն շե-
փորայիցն, սաէպ սաէպ երագախաղաց
շանթառանդն կայծակամբքն հատանե-
լով; և հրատախառն բոցաճաճանչ փայ-
լատակմամբքն։ Շարժեցան լերինք. կա-
ցին և զանեղի առին արեգակն, և լու-
սին յիւրաքանչիւր գնացից. Ել մով-
սէս 'ի լեառն սինէական, գիմեալ եմուտ
յամպն մրրկախառն, էառ ընկալաւ զպա-
տուիրանն հրամանի. Ետես մովսէս
զհոգին մեծաշուք, զվայելչութի գե-
ղոյն; փութացաւ, զարհուրեցաւ, և
կայաւ զնա սառուռ աստանման. զն̅
զի ետես զսրբութի սպասուցն բարձրե-
լոյ. զի իջեալ, և յեցեալ կայր 'ի վերայ
լերինն մեծայաղթ զօրութբն. յաղթա-
հարեցաւ 'ի մեծապատիւ աթոռոյն ա̅յ
բարձրելոյ. զի պաշտէին զնա բիւրա-
պատիկ գունդք դասուցն, և հազարա-
պատիկ ժողովք բանակին զուարթնոց
ծածկէին զերեսս իւրեանց, 'ի մեծա-
պայծառ ահագին գեղոյ նր̅. և ընթա-
նային, թռչէին արագաթև թևօքն.
կարդային ս̅բ ասէին. և փառաւորէին
զմեծութի. Ուրախութեանք էին, և պատ-
րաստք. փոյթք, և արագունք յըն-
թացս իւրեանց. գեղապայծք և վայե-
լուչք. պայծառագեղք, և ցանկալիք.
Ընթանային, ս̅բ ասէին, և փառաւո-
րէին. կատարէին զհրամանն փառաց նր̅.
Ելանէին, և իջանէին ընդ այերս օդե-
ղէնս, իբր փայլատակունք երագափոյթք
առանց

առանց նշմարելոյ։ Մովսէս խօսէր, և Ած լսէր նմա 'ի ձայն բարբառոյ։ Կայր յայնմ աւուր Իսրայէլ զահինհարեալ երկիւղիւ, և դողութբ, 'ի մեծ զարհուրանս, հարեալ 'ի բերանս, անկեալ կային յերեսս իւրեանց։ Եւ ոչ կարացին համբերել մեծասաստ բարբառոյ մեծի տէրութեան։ Խօսել կալան, և ասեն ցՄովսէս; դէմ քո է՛ փառաւոր; մի՛ խօսեսցի ընդ մեզ Ած, զի մի՛ ջնջեսցիմք սատակմամբք։ Ո՛վ դժխեմ, և դժուարամիտ, որ զժուարեալդ ես ընդ այս ամ, և գայթակղիս. Եթէ ընդ Իսրայելի զմի ժամ և եթ խօսեցաւ Ած. և մինչ սրբեցան զերիս աւուրս, ոչ կարացին լսել զբարբառն Այ. Թէ և ոչ ելին 'ի լեառն. և ոչ յամպն թլբայորդ սաստիկ մրրկեալ մտին; Մովսէս այր մարգարէ, ակն նշողազարդ ամ ժողովրդեանն, որ կայր յամենայն ժամ առաջի Այ իւրոյ, և խօսէր ընդ նմա բերան 'ի բերան. զիա՞րդ մարթէր իրացն վճարել, և առնուլ զհաստատութի, եթէ 'ի պէտս ամուսնութե լինէր նա։ Եւ եթէ Իսրայէլ, զի զերիս աւուրս միայն սրբեցաւ, խօսեցաւ ընդ նմա Ած. որչափ ևս առաւել ցանկալի իցեն, որք միանգամ զամ աւուրս իւրեանց սրբ են, և զուարթ. Ճշմարիտ են, և պատրաստ, և կան առաջի Այ։ Ո՞չ ապաքէն առաւել ևս սիրէ զնս Ած, և զհոգին իւր գումարեալ առ նս. այլ և ասաց, Թէ բնակեցայց 'ի նս, և գնացից ընդ նս։ Եւ Եսայի ասաց; յո՞ նայեցայց, և բնակեցայց, բայց եթէ 'ի հեզս, և 'ի խոնարհս, և որք դողան 'ի բանից իմոց։

Եւ արդ ցուցից քեզ, զի յոյժ սիրելի, և առաւել է կուսութի առաջի Այ։ Եւս հրամանն տէրն մն քահանայից որդւոցն ահարօնի, որք պաշտէին առաջի նր; զի մի՛ոք 'ի նոցանէ առցէ իւր կին զայրի, և զթողեալ, կամ որ պղծեալ իցէ 'ի պոռնկութի. այլ առցէ իւր կոյս 'ի ժողովրդեանէ անտի իւրմէ, որ ընդ այլում առն ոչ իցէ պղծեալ։ Եւ նայեա՛ց ակ՛ս, զի պիղծ-

ejus audiebat. Stabat die illa Israel correptus timore, ac tremore perculsus. Perterriti, ac pavore concussi omnes ruebant in faciem suam, nec poterant perferre terribilem metum Excelsi Dominatoris Domini. Cœperunt autem dicere ad Moysen *vultu pleno gloriæ suæ non loquatur nobiscum Deus, ne interempti pereamus*. O qui reluctaris, ac repugnas his, ac difficultates in mente tua nectens moribus nostris offenderis, audi. Si una hora tantum loquutus est Deus, & Israel sanctificatus per tres dies non potuit audire sermonem Dei, licet non ascenderit in montem, & non intraverit in nubem, gravi, ac vehementi turbine perturbatam: Moyses vir propheta, oculus, ac lumen totius populi, qui jugiter stabat coram Deo, & cum eo os ad os loquebatur; quomodo potuisset res tantas, atque hujusmodi obire, easque ad finem usque perducere; & complere, si permansisset in operibus conjugii? Et si Deus, quia Israel per tres dies solum sanctificatus est, locutus est cum eo, quanto digniores erunt, qui assiduè omnibus diebus suis sunt sancti, & vigiles, qui sunt puri, & parati, ut stent in conspectu Dei? Nonne hos amplius diliget Deus, & implebit eos spiritu suo? sicut ait, dicens: *Habitabo in eis, & ibo cum eis*. Et Isaias ait: *Ad quem respiciam, & habitabo, nisi ad mites, & humiles, & qui timent sermones meos?*

Exod. XX. 19.

Exod. XXIX. 45.

Isa. LXVI. 2.

§. 5. Neque dubitandum est, quod valde amabilis, & pretiosa sit virginitas coram Deo. Præcepit Sanctus Sacerdotibus filiis Aaron, qui ministrabant coram eo, ne quis eorum uxorem duceret viduam, vel dimissam, vel fornicatione pollutam; sed acciperet virginem ex populo illo (1), quæ non esset commixta cum alio. Profecto vides, quod polluta sit vidua præ virgine. Insuper si me-

Aliis exemplis, & testimoniis Sacræ Scripturæ idem adstruitur.

(1) Levitici *cap. XXI. vers.* 7. omnibus Sacerdotibus filiis Aaron præcipitur: *Scortum, & vile prostibulum non ducent uxorem, nec eam, quæ repudiata est a marito*: vers. 13. seorsùm & distinctè ab aliis minoribus Sacerdotibus, Pontifici, seu summo Sacerdoti inter cætera, quæ præcepta ei sunt a Domino, legitur: *Virginem ducet uxorem: Viduam autem, & repudiatam, & sordidam, atque meretricem non accipiet, sed puellam de populo suo*. Quare quæ hìc dicuntur a S. Jacobo de virgine uxore ducenda, non de omnibus Sacerdotibus, sed de solis Pontificibus, & Sacerdotibus maximis intelligenda sunt. Neque enim in sacra Scriptura, neque apud Philonem, aut Flavium Josephum vetustissimos & doctissimos Judæorum Scriptores legitur, vetitum fuisse aliis Sacerdotibus uxorem viduam ducere, sed summo Sacerdoti dumtaxat. *Philon lib. II. de Monarch., & alibi, Flav. Joseph. Antiquit. Judaic. lib. III. cap.* 12. *num.* 2.

melius est matrimonium, quàm virginitas, & sanctitas, quare opus erat præparare Israelem, & sanctificare tribus diebus, ut deinde Deus cum eo loqueretur? vel quid necesse erat Sacerdoti accipere virginem, & ad viduam, & ad repudiatam non accedere? Et quare continuit seipsum Moyses, & per quadraginta annos (1) sanctificatus est abstinendo ab uxore sua? Nam si aliter ab ipso factum esset, alios utique filios ex ea suscepisset, præter Gersam, & Eliezer. Certe scio, me haud opinione mea falli: Utinam non esset natus Zambri: nam propter ejus fornicationem una hora de Israel viginti quatuor millia ceciderunt. (Num. XXV. 9.) Utinam non esset formatus Achan in utero matris suæ, qui fuit anathema in castris Israel. (Jos. VII. 13. 25.) Et utinam stetisset, & mansisset Heli in sanctimonia sine conjugio, & non genuisset Ophni, & Phinees, qui contaminaverunt Sacerdotium, & ambulaverunt in crapula. (I. Reg. II. III. IV.) Et quæ utilitas fuit ex filiis Samuelis, qui non observaverunt legem Domini, & non ambulaverunt in semitis patris sui? (I. Reg. VII. 5.) Multi quoque sunt his similes, quibus melius fuisset, si nunquam nati, vel geniti essent. Moyses dilexit sanctitatem, & dilectus est a Deo, qui sanctus est, & ostendit ei splendorem gloriæ suæ. Et Josue filius Nave amavit virginitatem, & habitavit in tentorio Tabernaculi, ubi colebatur sanctus. Et Elias excelluit virginitate, & habitavit in deserto in montibus, & in petrarum foraminibus, & tulit eum sanctus in regionem sanctorum, ubi non est turpitudo, nec amantium incontinentia. Et Elisæus stetit, & mansit solitarius in castitate. Et signa magna, & mirabilia fecit Deus per eum. Et Jeremias ait: *In die Domini non concupivi.* (Jerem. XVI. 16.) Et Dominus præcepit ei, dicens: *Non ducas tibi uxorem, & non fiant tibi filii, & filiæ.* (Ibid. 2.) At de Jeremia respondet quidem Judæus, ideo præcepit ei Dominus, ne acciperet uxorem, & ne generaret filios, & filias, quia dixit Deus, quòd mala morte morerentur, nempe fame. (Ibid. 4.) O quantum a vero

պինդ է այրին, քան զկոյսն. ա՞րդ եԹէ ամուսնուԹիւն առաւել է քան զկուսուԹի̅, և զսրբուԹի̅. զի՞նչ վտանգ էր զգուշացուցանել զիսրայէլ, և սրբել զնա զերիս աւուրս, և ապա խօսել ընդ նմա. Եւ կամ զի՞նչ պէտք էին քահանային առնուլ զկոյս. և յայրին, և 'ի Թողեալն ոչ մերձենալ. Եւ ընդէ՞ր արգել մովսէս զանձն իւր, և զքառասուն ամ սրբեցաւ նա 'ի կնոջէ անտի իւրմէ, զի Թէպէտ և զայլս որդիս ծնեալ էր, Թող զգեԹսոմ, և զեղիազար. Բայց ինձ այսպէս Թուին ինքս; Թէ երանի՞ ոչ էր ծնեալ զամբրեայ. զի վս̅ պոռնկուԹե̅ նր̅ անկան յիսրայելէ քսան և չորք հազարք 'ի միում ժամու. Եւ երանի՞ Թէ չէր նոյն բնաւ նկարեալ աքար յորովայնի մօր իւրոյ, որ արար նզով զբանակին իսրայէլի. Եւ երանի՞ Թէ կացեալ մնացեալ էր հեղեայ 'ի սրբուԹե̅ առանց ամուսնուԹե̅. և ոչ ծնեալ էր զոփնի, և զփենեհէզ. որք անարգեցին զքահանայուԹի̅, և գնացին շուայտուԹբ̅. Եւ զի՞նչ պիտոյ եղեն որդիքն սամուէլի, որք ոչ պահեցին զօրէնս ա̅յ, և ոչ գնացին 'ի ճանապարհս նր̅. Եւ բազումք են սոցին նմանք, որոց լաւ էր, Թէ ոչ էին եղեալ, և ոչ զորդիս ծնեալ. Մովսէս սիրեաց զսրբուԹի̅. և սիրեցաւ 'ի ս̅բ ա̅յ. և եցոյց նմա զշուք փառաց իւրոց. Եւ յեսու որդի նաւեայ սիրեաց զկուսուԹի̅, և բնակեցաւ 'ի վրան ժամու, ուր ս̅բն պաշտեալ լինէր. Եւ եղիա առաւելաւ կուսուԹբ̅, և բնակեցաւ յանապատի, 'ի լերինս, և 'ի քարանձաւս. և տարաւ զնա ս̅բն 'ի գաւառն սրբոց, 'ի տեղի, ուր չիք իշխանուԹի̅ աղտեղասիրաց. Եւ եղիշա եկաց մնաց միանձնուԹբ̅ 'ի պարկեշտուԹեան. և զնշանս զօրաւորս, զարմանալիս արար ա̅ծ ստուած 'ի ձեռն նորա. Եւ երեմիա ասաց; Թէ զաւուր տ̅ն ոչ ցանկացայ. Եւ տ̅ր հրամայեաց նմա; մի՛ առնել քեզ կին. և մի՛ եղիցին քեզ ուստերք, և դստերք. Բայց վս̅ այսր միայն տայ հրէայն պատասխանի; վս̅ այսորիկ ետ հրաման երեմիայի, զի մի՛ առնիցէր զկին, և մի՛ լինի-

(1) Quibus mansit in deserto. Nam dum morabatur in terra Madian, suscepit duos liberos Gersam, & Eliezer ex Sephora, quæ, priusquam Moyses ingrederetur Ægyptum, ad Patrem revertens eum deseruit. *Exod. II. 22. IV. 26.* Redivit postea cum filiis ad eum, dum esset in deserto cum Israelitico populo, nuspiam tamen legitur in Scripturis, Sanctum Prophetam ex ea alios filios habuisse. Quinimo libro I. *Paralipomenon cap. XXIII. XXIV. XXV.*, ubi familiæ tribus Leviticæ recensentur, Moysi solum duo filii Gersam, & Eliezer assignantur.

չինեցէին ուստերք, և դստերք սորա. զի ասաց ած վն նց, Թէ զմահ չարամահ մեռցին ՚ի սովու. Ո՜վ պակասամիտ, և չգիտես, որ հաստատեալդ կաս ՚ի միտս յայս. Այն, որ ետ զեզեկիա ողորմութիւն յաչս արքային բաբելացւոց, և զորդիս նր եթէ ծնեալ էր, կարէր ապրեցուցանել ՚ի սրոյ անօթի, և ՚ի սովու. Եւ եզեկիելի արար տր իւր շնորհս երախտեաց, և եբարձ ՚ի նմանէ զցաւկութիւն աչաց նր հարուածք յանկարծուստ, և եբարձ ընկէց ՚ի նմանէ զլուծն վնասակար. Եւ եթէ ոչ. ցոյց ինձ դու, ո՞վ վարդապետ, զի՞ յեսուայ որդւոյ նաւեայ. եթէ էառ զկին, և կամ ծնաւ զորդիս. Եւ տուր ինձ զհաւանութիւն վասն եղիայի, և եղիշայի աշակերտի նորա. Մի՞թէ տուն առանձին եղև նոցա յաշխարհի աստ; զի անձ յանապատս, ՚ի լերինս, և յայրս բնակէին նոքա նեղութեամբ, և հալածանօք. և միում ՚ի նոցանէն ոչ էր կին, և աշակերտք նց տանէին նց սպաս պաշտաման. Եւ նայեա՛ց, և տե՛ս, զի մինչ խոտորեցան միտք գեհզեայ աշակերտին եղիշայի, և միտեցաւ նա ՚ի մտաւորութիւն աշխարհիս այսորիկ, և ցանկացաւ յինչս ստացուածոց, և ՚ի կին, և յորդիս, ասէ ցնա եղիշա; որովհետև զայս արարեր, զբորոտութիւն նեեմանայ զգեցցիս գեհեզի մինչև յաւիտեանս ժամանակաց. Արդ եթէ վն միոյ միոյ ՚ի սոցանէն տացես ինձ զհաւաստութիւն ՚ի գրոց, ընդունիմ ՚ի քէն; և զամ զոր ՚ի սուսայօր կամածին կամացդ քոց խօսեցես, ոչ լսեմ. Զի՞ կամիս դու պղծել սուրբ հաւատութեքդ քով զսուրբն ճշմարիտ.

Վասն ամուսնութեան, զոր եդ ած յաշխարհիս, քա՛ւ մեզ, եթէ եպերանս ինչ դնիցեմք. Վասնզի գրեալ է. Ետես ած զամ, զոր արար, և ահա բարի են. Բայց սակայս գոն իրք, որք առաւել

ro aberras, qui hæc opinaris? Ille, qui præstitit misericordiam Jeremiæ in oculis Regis Babyloniorum, filios quoque ejus, si quos genuisset, poterat eripere a gladio, & fame, & quidem Ezechieli fecit Dominus gratiam beneficentiæ suæ, & amovit ab eo tristitiam oculorum in plagis suis, & repente abstulit, & projecit ab eo jugum detrimentosum (1). Sin autem secus, quàm ego, sentis, ostende mihi tu, o Doctor, quod Josue filius Nave acceperit uxorem, & genuerit filios. Idem mihi demonstra de Elia, & de Elisæo ejus discipulo. Quænam eis domus, vel proprium habitaculum in mundo fuit? Etenim in deserto, in montibus, & in speluncis habitabant patientes angustias, & persecutiones; & nulla eis uxor, sed discipuli eorum ipsis ministrabant. Animadverte autem, quod cum Giezi discipulus Elisæi pervertisset mentem suam, & inclinasset animum suum in bona hujus terræ, & concupivisset possessiones, & uxorem, & filios, Elisæus eum punivit, dicens: *Cum hoc feceris, Giezi, lepra Naaman indueris in sempiternum*. Si quod contendis, mihi ex Scripturis probaveris, accipiam, & credam. Si vero ex animo, ac voluntate tua falsum, & inane mihi obtruseris, totum rejiciam, & reprobabo. Ad quid enim falsa suasione tua sanctum, & verum vis fuisse pollutum?

§. 6. De conjugio (2), quod Deus instituit, absit a nobis, ut male sentiamus. Nam scriptum est: *Vidit Deus omnia, quæ fecit, & erant valde bona*. Verumtamen ita res comparatæ sunt, ut ea-

Bonum est conjugium, sed præstantior est virginitas Gen. I. 31.

(1) Capta Jerusalem a Nabuchodonosore, & Sedeciæ Judæorum Regi oculis erutis, ejusque filiis, ac populi Principibus coram eo occisis, cæterisque Judæis partim vita, aut bonis, & libertate spoliatis, partim Babylonem in servitutem abductis, solus Jeremia a Rege Babylonorum carcere, quo clausus arcte tenebatur, illico eductus est, & potestas, quo vellet, libere abeundi ei facta est. *Jerem. XXXIX.* 14. Itaque in Textu Armeno pro *Ezechieli* reponendum *Jeremiæ*.

(2) Hæc est sententia Catholicæ Ecclesiæ, in quam consentiunt omnes veteres Patres, qui contra virginitatis obtrectatores arma sumpserunt: Bonum esse conjugium, sed ei præferendam esse virginitatem. Ita docuit nos S. Siricius Papa in epistola ejus Decretali ad diversos Episcopos, qua Joviniani, ejusque sociorum errores damnavit: *Nos sane*, ait, *nuptiarum vota non aspernantes accipimus, quibus velamini interfuimus, sed virgines, quas nuptiæ creant, Deo devotas majore bonorificentia muneramus*. Et S. Ambrosius, aliique Episcopi in literis, quas ad eumdem Pontificem Siricium rescripserunt: *Bonum conjugium*, inquiunt, *quo est inventa posteritas successionis humanæ, sed melior virginitas, per quam Regni Cœlestis bæreditas acquisita, & cœlestium meritorum reperta successio*. Et longe ante S. Methodius Episcopus & Martyr in convivio decem virginum scribit: *Cum ea, quæ hominibus accidunt, accurate quis consideraverit, discet omnino procreationem filiorum*

earum una alteram excellat. Formavit Deus cælum, & terram: Et melius, & excellentius est cælum, quàm terra; Creavit tenebras, & lucem; & melior, & præstantior est lux, quàm tenebræ. Et fecit diem, & noctem; & melior, & præstantior est dies, quàm nox. Et fecit solem, & lunam; & lux solis spendidior est luce lunæ. Et dispsuit stellas cæli, & locis suis aptavit: at stella una lucidior est altera in lumine suo. Et fecit Adamum, & Evam valde bonos; sed melior est Adam, quàm Eva. Et constituit conjugium ad generationes mundi, & quidem valde prodest; sed virginitas melior est conjugio. Et mundus iste, quem fecit Deus, bonus est, & excellens: sed postmodum, cum descendissent super terram pluviæ, germinavit spinas, & tribulos.

[illegible]

Ex societate, & concupiscentia mulierum plura hominibus evenerunt mala.

§. 7. Adam in cælibi vita sua erat innocens, & bonus. Et cum ex eo producta est Eva, deceptus est, & transgressus est præceptum. Et filii Seth boni, & honesti erant in generationibus suis. Cum autem fuissent commixti cum filiabus Cain, deleti sunt per diluvium. Speciosus erat Samson in Nazaræatu, & in virginitate sua: sed fornicatione sua Nazaræatum fœdavit. Decorus erat David in integritate sua: sed concupiscentia Bethsabeæ transgressus est legem, & ex decem tria præcepta violavit: *Non concupisces; non occides; non furtum facies.* Pulcher erat Ammon in virginitate sua; sed quia sororem suam vitiavit, occidit eum Absalom. Laudabilis erat Salomon in continentia sua, sed jam senex nimia concupiscentia mulierum aversus est a Deo.

[illegible]

Nimio uxoris amore homines sæpe a dilectione Dei alienantur. Gen. II. 24.

§. 8. Audivimus a lege: *Relinquet homo patrem suum, & matrem, & adhærebit uxori suæ; & erunt duo in carne una.* Profecto magna, & grandis est prophetia hæc (1), horumque verborum, *relin-*

[illegible]

liorum non detestari; laudare vero, præferreque castimoniam pag. 48. ed. Rom.. Ita etiam S. Augustinus, Tertullianus, Cyprianus, Basilius, Chrysostomus, aliique omnes, quibuscum concordat S. noster Jacobus Nisibenus.

(1) Alludere videtur ad verba Apostoli, qui in epistola ad Ephesios cap. V. 32. post superius a S. Jacobo allata Scripturæ verba, ita prosequitur: *Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in*

ղու զՀայր, և զմայր, 'ի կնոջէ ածե-
լոյ անտի։ Այս միտք են։ Ոի յորժամ
չև է մարդոյ զկին առարեալ, սիրէ, և
պատուէ զԱծ Հայր իւր. և զոգին
սրբութեն զմայր իւր. և չիք 'ի նմա սէր
օտարամնութ։ Եւ իբրև զկին ածէ,
Թողու զՀայր, և զմայր իւր զմերոզ-
ըսցեալս. և շաղի, և պատի միտք նր
զաշխարՀաւս այսու. և քակին սիրտ,
և միտք, և խորՀուրդք նր յԱծ. և
Թաթաւեալ անկանի յաշխարՀս յայս;
զնա սիրէ, զնա գրկէ, որպէս սիրեսցէ
այր զամուսին իւր։ Եւ ասաց, Թէ
եղիցին երկոքին 'ի մի մարմին։ Եւ
ճշմարիտ է այս։ Ոի իբրև այր, և կին
լինին մի մարմին, և մի միտք. և 'ի
Հօրէ, և մօրէ անտի իւրմէ ճեղքէ
զմիտս, և զխորՀուրդս։ Այնպէս և
մարդ, որոյ ցարդ ևս կին չէ առարեալ,
և կայ միանձնութբ. միով Հոգւով, և
միով մտօք լինի 'ի Հօր անդ իւրում։

Սիրելի իմ, զի գրեցի ես քեզ վն
կուսութե, և սրբութե. վն զի լուայ
ես յառնէ Հրէէ; որ նախատեաց զմիոմն
յեղբարց մանկանց եկեղեցւոյ, Թէ դուք
պիղծք էք, որ ոչ առնէք զկանայս; և
մէք

relinquet patrem, & matrem propter uxorem, forte & talis sententia est. Cum adhuc homo non duxit uxorem, diligit, & honorat Deum Patrem suum, & spiritum sanctitatis matrem suam, & non est in eo amor alienigenæ. At posteaquam duxit uxorem, relinquit patrem, & matrem suam, & depravatur, & inficitur mens ejus hoc mundo implicata. Nam sensim abalienantur cor, & mens, & cogitationes ejus a Deo, & depravatus adhæret huic mundo: Eum amat, & eum amplectitur, sicut vir diligit uxorem suam. Et ait: *Erunt duo in carne una*. Et verum est hoc; nam cum vir, & mulier fiunt una caro, & una mens, tum a patre, & a matre illa sua separat, ac dividit homo (1) mentem, & cogitationes suas. E diverso homo, qui non adhuc duxit uxorem, & manet solitarius, uno spiritu, unaque mente inhæret patri suo. *Vide Apost. I. Corinth. VII. 32.*

§. 9. Charissime, hæc scripsi tibi de virginitate, & sanctitate. Nam audivi ego a viro Judæo, qui exprobravit cuidam ex fratribus nostris, qui in Clero sunt (2), dicens: *Vos polluti estis, qui non* *Quam ob causam sermonem hunc S. Jacobus scripsit.*

in Christo, & in Ecclesia. Quibus addit Chrysostomus, Homil. XX. in epist. ad Ephes. pag. 1163. *Quid est magnum sacramentum? Hoc dicit, quod magnum quid, & admirabile significavit Beatus Moyses, imo vero Deus. Interim autem inquit, in Christo dico, quoniam & ipse, dimisso Patre, descendit, & venit ad sponsam, & factus est in spiritum unum. Qui adhæret Domino, est unus Spiritus*. Et ad eadem Apostoli verba Hieronymus in comment. ad cap. V. epist. ad Ephes pag. 258.: *Primus homo*, inquit, *& primus vates Adam, hoc de Christo, & de Ecclesia prophetavit, quod reliquerit Dominus noster, atque Salvator Patrem suum Deum, & Matrem suam cælestem Hierusalem, & venerit ad terram propter suum Corpus Ecclesiam, & de suo eam latere fabricatus sit, & propter illam, Verbum Caro factum est*. Tradit deinde, cum de hoc loco tractaret cum S. Gregorio Nazianzeno, quem in Sacris Scripturis interpretandis Magistrum habuit, solere eum dicere: *Vide, quantum istius Capituli sacramentum sit, ut Apostolus in Christo illud, & in Ecclesia interpretans, non se ita asserat, ut testimonii postulabat dignitas, expressisse; sed quodammodo dixerit, scio, quia locus iste ineffabilibus plenus sit sacramentis, & Divinum cor quærat interpretis: Ego autem pro pusillitate sensus mei in Christo interim illud, & in Ecclesia intelligendum puto*. Quare præter sensum, quo eum locum interpretatus est Apostolus, nihil obstat, quo minus sensu tropologico a S. Jacobo exponi potuerit, ad ostendendum, quantum periculi sit in nuptiis, ne homo amore mulierum irretitus ab amore Dei discedat. Notum est enim, verba Scripturæ plures veros sensus habere posse.

(1) Ita etiam Apostolus in epistola prima ad Corinth. cap. VII. vers. 33. ibi enim inquit: *Qui autem cum uxore est, sollicitus est, quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori, & divisus est*. Verba autem Apostoli ita exponit S. Hieronymus in libro primo contra Jovinianum Tom. III. pag. 21. *Intueamur curarum virginis, maritique distantias. Virgo Domino, maritus uxori placere desiderat, & ut uxori placeat, sollicitus est de iis, quæ sunt mundi, quæ cum mundo utique transitura sunt, & divisus est in multas, scilicet sollicitudinis partes, miseriarumque distractus*. Admonet præterea S. Doctor, hunc locum aliter legi in Codicibus Latinis, aliter, ut etiam nunc habetur, in Græco Textu in hunc modum, scilicet: Μεμέρισται ἡ γυνὴ, καὶ ἡ παρθένος: *divisa est mulier, & virgo*, quæ ita exponuntur apud Oecumenium: *divisa est, hoc est, non eamdem habent curam, sed studiis divisæ sunt. Siquidem virgo, inquit, curat ea, quæ sunt Domini, ut corpore & spiritu sancta sit: corpore quidem propter castitatem, spiritu verò propter familiaritatem ad Deum, & Spiritus Paracleti inhabitationem*.

(2) Hæc autem si conjungantur cum iis, quæ de voto virginitatis, & de sanctitate, seu castitate, in qua se, & amicum suum S. Jacobus, aliosque de Clero vivere profitetur, ab initio, & per totum hunc sermonem contra Judæos disseruit, validissimum subministrant argumentum ad ostendendam Scriptoris antiquitatem, qui certe floruisse videtur, ante hæreses illas, quæ, evolvente sæculo quarto, exortæ bellum virginitati indixerunt, cum non hæreticos hujus erroris assertores, sed Judæos sibi adversarios statuat, eosque strenue oppugnet. Præterea tum ex hoc sermone, tum ex altero de Ascetis, sive de iis, qui se Deo devoverunt, aliisque horum sermonum Sancti Jacobi locis, præter alia plura, duo magni momenti adversus Novatores, & maledicos Ecclesiæ Sanctæ obtrectatores nobis comperiuntur. Primum est, non solum in Occidentali, sed etiam in Orientali Ecclesia virginitatem, ac cælibatum non modo a sacris virginibus, & Dei ancillis, sed a viris quoque, qui Deo se devoventes asceticam vitam amplectebantur, & ab iis, qui in Clerum ad-

non ducitis uxores; *nos autem sancti sumus*, *quia generamus*, *& multiplicamur*, *& crescimus*, *& efficimur habitatores*, *& hæredes mundi*. Ideo scripsi tibi hunc sermonem. Verum enim de virginitate, & sanctitate etiam antea scripsi, & plura significavi tibi, in sermone, de iis, qui se Deo devoverunt, ostendens, quàm pulchra & amabilis sit virginitas, si quis eam studiose colat, & integre servet. Sicut, & Dominus noster ait: *Non unusquisque attingit illam*, *sed quibus data est*. Et Apostolus ait: *Si ex hoc mundo periculum est*, *bonum est hoc homini*, *ut sic stet*. Certe vel de hac causa valde magna retributio nobis est, qui libere, ac sponte nostra eam servamus, & non ex obligatione, & necessitate præcepti. Etenim non est ea imperata nobis per legem, sed formam ejus, & speciem invenimus in Scripturis. Siquidem conspeximus, & vidimus, eam fuisse in hominibus justis, & sanctis. Nam imago est, & similitudo vigilum cœlorum. Et hic in terris dono Dei acquiritur, semel deperdita amplius non reparatur, nulloque pretio comparari potest. Cujus non est, si quærat, non invenit illam, & qui non invenit, si currat, nequit ad eam pertingere. Ama, Charissime, donum hoc; quia non est ei simile in toto terrarum orbe. Ex his autem, quæ scripsi tibi, resiste, ac responde Judæis, qui propter concupiscentiam, ac libidinem suam ad virtutem virginitatis, & sanctitatis nequeunt pervenire.

Matth. XIX. 11.

I. Cor. VII. 26.

մեք սուրբք եմք . զի ծնանիմք , և բազմանամք , և սերմանամք , և լինիմք զաւակք , և ժառանգորդք՝ աշխարհիս ; վն այսորիկ գրեցի քեզ զհաւատութիւս զայս . Բայց վն կուսութե , և սրբութեան և ս յառաջագոյն գրեցի , և իմացուցի քեզ յորինակն ուխտաւորաց , թէ որչափ գեղեցիկ , և ցանկալի է կուսութի , եթէ ճգնութբ կատարէ զնա մարդ . Որպ և տր մեր ասաց ; Թէ ոչ ամենայն ոք հասանէ նմա , այլ որոց տուեալն է . Եւ առաքեալն ասաց ; Թէ վն աշխարհիս վտանգի լաւ է մարդոյ , թէ այսպէս կացցէ . Արդ յայսմ մասին գոյ կարի մեծ հատուցումն . վասնզի ազատութբ մերով կատարեմք զնա , և ոչ ի հնազանդութե , և ի հարկէ պատուիրանին . և չեմք մեք ապդելեալ ընդ օրինօք նովաւ . Զկերպարանս , և զնշմարանս նր գտաք 'ի գիրս . և նայեցաք տեսաք , զի առ առաքինիս գտաւ նա . Նմանութի է զուարթնոց երկնից . Եւ յերկրի աստ պարգևօք եղև ստացեալ ստացուածս այս . Մինչ կորնչի նա , այլ ոչ գտանի . Եւ գնովք ոչ կարէ ստանալ զնա մարդ . Ոչ որոյ են , և կորուսանէ , գտանէ զնա . և ոչ որոյ չէ գտեալ , և ընթանայ , կարէ հասանիլ նմա . Սիրեսջի՛ր սիրելի իմ զպարգևս զայս ; զի չի՛ք իբրև զնա ընդ ամ տիեզերս . Այսու , զոր գրեցի առ քեզ , ելջիր պատասխանատութեամբ ընդդէմ հրէից . զի գիճալից ցանկութբն իւրեանց ոչ հասանեն զօրութե կուսութե , և սրբութե .

adscripti erant, diligenter servatum, & custoditum fuisse. Alterum est, in more Catholicæ Ecclesiæ semper, & a primis suis, ut ita dicam, incunabulis fuisse, virginitatis votum sive tacitis, sive expressis conceptisque verbis nuncupare. An autem Clerici in Majoribus Ordinibus constituti aliqua Ecclesiæ lege, an potius ex voto ad castitatem servandam tenerentur, disputant etiam num Theologi, & ego eorum disputationi id relinquo, quos studiosus lector adire poterit, cum meum non sit tantas componere lites; tum etiam si vacat, consulere poterit clarissimos illos Auctores, qui cælibatum Clericorum, & antiquitatem & sanctitatem votorum præsertim virginitatis adversus novas recentiorum hæreticorum calumnias scriptis suis tutati sunt. *Eman. Schelstrate Acta Eccles. Orient. contr. Luth. in fin. Dissert. III. de Conjug. Sacerdotum. Thomass. de Eccles. Discipl. Tom. I. lib. III. cap. XLI. & XLII.. Vasquez in III. P. S. Thomæ Tom. III disput.* 247. & 248. *Natal. Alexandr. Hist. Eccles. Tom. IV. sæcul. IV. cap. V. Art. X. & Dissert. XIX. & XLIX, Card. Bellarm. de Clericis lib. I. cap. XVIII., de Monachis lib. II cap. XXII.*



SER-

ՃԱՌ ՈՒԹՆ ԵՒ ՏԱՍՆԵՐՈՐԴ.

Յանդիմանութիւն ընդդէմ հրէից, զի ասեն, թէ կայ մեզ ժողովիլ.

Բանն սբ Այ եղեւ Մովսիսի, եւ առաքեաց զնա հանել զժողովուրդ իւր յեգիպտոսէ ՚ի տանէ ծառայութեան, եւ ՚ի հնազանդութենէ փարաւոնի. եւ ասէ ցնա; ասասջի՛ր ցփարաւոն. որդի իմ անդրանիկ իսրայէլ. արձակեա՛ զդա, զի պաշտեսցէ զիս. Եւ իբրեւ եհան զնս յեգիպտոսէ ՚ի ձեռն նշանաց, եւ սքանչելեաց ձեռամբ հզօրաւ, եւ բարձու բազկաւ, եւ ՚ի տեսիլս մեծամեծս. եւ անցոյց զնս յանապատ անդր, եւ առաջնորդեաց նց զամս քառասուն. տարաւ զնս յերկիրն պարգեւաց, եւ անցոյց ընդ յորդանան գետ, եւ ժառանգեցոյց նց, ՚ի կոտորել սատակել առաջի երեսաց նոցա զբնակիչս երկրին. Եւ բնակեցան ՚ի նմա չորեք հարիւր քառասուն ամ, մինչ ՚ի ժամանակ անդր, որ շինեաց սողոմոն զտաճարն սրբութե. Եւ չորեք հարիւր ամ դարձեալ, մինչ ՚ի ժամանակն, յորում իշխեաց ՚ի նս արքայն բաբելացւոց. Եւ վն զի յաճախեցին մեղք նց, ցրուեաց, վարատեաց զնս ընդ ամ տիեզերս; վն զի ոչ լուան մարգարէիցն, զորս առաքեաց առ նս. Եւ իբրեւ եղեն ՚ի բաբելոն եօթանասուն ամ, դարձեալ յիշեաց զուխտ հարց նց, եւ քարոզեաց նց ՚ի ձեռն մարգարէից իւրոց, զի դարձցին, եւ ելցեն ՚ի բաբելոնէ. Եւ իբրեւ լցաւ կատարեցաւ եօթանասուն ամ ըստ մարգարէութե երեմիայ. յաղօթս եկաց դանիէլ, եւ մատոյց զՋերմեռանդ պաղատանս խնդրուածովք, զի դարձուսցէ զգերութի նց, եւ ողորմեսցի ՚ի վերայ նց. Եւ զարթոյց տր զոգին կիւրոս արքային, եւ անցոյց զբարբառ տէրութե ընդ-

SERMO DECIMUSOCTAVUS.

Refutatio, adversus Judæos dicentes, propediem Synagogam instaurandam esse.

Sermo Dei sanctus factus est ad Moysen, & misit eum, ut educeret populum suum de Ægypto, ex domo servitutis, ex tyrannide Pharaonis. Et ait ei: *Dices ad Pharaonem: Filius meus primogenitus Israel, dimitte eum, ut colat me*. Et cum eduxisset eos ex Ægypto signis, & portentis in manu forti, & brachio excelso, & in visionibus grandibus; & traduxisset eos in desertum, & fuisset Dux eorum quadraginta annis, duxit eos in terram donorum (1), & fecit eos transire Jordanem, & possidere terram, occisis, & deletis ante faciem eorum illius habitatoribus. Habitaverunt autem in ea quadringentis, & quadraginta annis, usque ad illud tempus, quo Salomon ædificavit templum sanctitatis. Et insuper aliis quadringentis annis, usque ad tempus, quo dominatus est in eos Rex Babyloniorum. Nam multiplicatis eorum peccatis, dispersit, & dissipavit eos per orbem terrarum; quoniam non audiverunt Prophetas, quos misit ad eos. Et cum fuissent in Babylone septuaginta annis, recordatus est iterum pacti cum patribus eorum, & prædicavit eis per Prophetas suos, ut converterentur, & exirent de Babylone. Et cum impleti essent septuaginta anni juxta prophetiam Jeremiæ, oravit Daniel, & humiliter orans preces obtulit, ut converteret Deus captivitatem eorum, & misericordiam haberet super eos. Et suscitavit Dominus spiritum Cyri Regis, qui vocem imperii sui per totum Regnum emisit, intimavitque, dicens: *Si quis est, qui stet, & valeat*

Judæi ob rerum temporalium amorem inviti quodammodo ex Ægypto, & ex captivitate Babylonica exiverunt.

Exod. III. 18. V. 1.

Esdr. I. 3.

(1) Eduxit Deus ex Ægypto Israelitas per Moysen, eos autem per Josue ministrum Moysis, qui paulo ante ex hac vita mortali migraverat, transmisso Jordane, in terram promissionis, territis, fugatis, atque occisis, qui illam incolebant, introduxit, eisque juxta promissa, quæ Deus fecerat Abraham, possidendam tradidit. Tempus autem, quod ab ingressu Israelitarum in terram repromissionis, usque ad Templi ædificationem evolutum est, scribit paulo inferius S. Jacobus, fuisse quadrigentorum, & quadraginta annorum; a Templi autem ædificatione usque ad captivitatem Babylonicam annos quadringentos elapsos esse. Initio quidem capitis sexti libri tertii Regum scriptum est: *Factum est ergo quadringentesimo, & octogesimo anno egressionis filiorum Israel de terra Ægypti in anno quarto, mense Zio (ipse est mensis secundus) Regni Salomonis super Israel ædificari cœpit Domus Domini*. Si autem ex illo annorum numero subducantur quadraginta anni, quos Israelitæ in deserto consumpserunt, supererit eadem annorum summa, quam posuit S. Jacobus. A primis autem fundamentis Templi jactis usque ad exordium captivitatis Babylonicæ quadringentos circiter annos, omnes fere chronographi enumerant.

leat ex omni populo Domini, & Deus suus sit cum eo, revertatur, & ascendat in Jerusalem, quæ est in Judæa. Illi autem, quia mixti erant cum gentibus, ædificaverant, & plantaverant, & possessiones acquisiverant in terra captivitatis suæ; noluerunt omnes exire; sed alii exierunt, & alii remanserunt. Deus vero, qui non ignorabat, quàm prave colligati, & implicati essent in terra Babylonis, nequaquam coëgit eos, ut exirent de Babylone. Et quidem sine coactione proposuit eis exitum Cyrus Rex Persarum. Quando autem ex Ægypto eduxit eos Deus per Moysen, nisi necessitas ex Tyrannide Pharaonis invaluisset in eos, noluissent exire de Ægypto. Sicuti dixerant Moysi, quando cum contemptu adeuntes, & murmurantes de eo in deserto, ajebant, *Hæc verba sunt, quæ dicebamus tibi in Ægypto: Sine nos manere in servitute Ægyptiorum. Quia bonum erat nobis in Ægypto*. Et jam vide, & attende, quod, quamvis oppressi essent, tamen de servitutis angustiis, nolebant exire ex Ægypto, donec eos graviter afflicti Ægyptii impulerunt, ut egrederentur e terra ipsorum. Nam cum vidissent, mortuos fuisse omnes primogenitos suos, cœperunt cogitare, & dicere: *Forte omnes moriemur*: Et coëgerunt Judæorum populum exire de terra ipsorum, sicut & scriptum est. A Babylone quoque, si fuisset, qui coëgisset eos, exiissent omnes usque ad unum.

Exod. XVI. 3. XVII. 3.

Ibid. 33.

ընդ ամ̃ թագաւորութիւն, և քարոզեաց նց̃, և ասէ ; եթէ իցէ ոք, որ կամիցի յառնիցէ յամենայն ժողովրդենէ ամ̃ . և Ած̃ն իւր ընդ նմա իցէ, դարձցի երթիցէ յԵ̃Մ յուդայեան. Եւ նք̃, վ̃սն զի խառնակեցան ընդ հեթանոսս, շինեցին, և տնկեցին, և ստացան յաշխարհի գերութե̃ իւրեանց, ոչ կամեցան ելանել ամենեքեան սպառ սպուռ բավանդակ. այլ ելին ոմանք, և ոմանք մնացին. Եւ վ̃ն զի գիտէր Ած̃ զչար կամս նց̃, ոչինչ նեղեաց զն̃ս յելանելն 'ի բաբելոնէ. այլ առանց ճգնութե̃ քարոզեաց նց̃ կիւրոս արքայ պարսից. Եւ զի եբր յեգիպտոսէ եհան զնոսա 'ի ձեռն մովսիսի, եթէ ոչ հարկ հաստատութե̃ փարաւոնի զօրացեալ էր 'ի վերայ նց̃, ոչ կամէին նոքա ելանել յեգիպտոսէ. Որ̃ պատմեցին զմովսէս, մինչ մատուցեալ եպերանօք բամբասէին զնա յանապատին անդ ; Թէ այս այն բանք են, զոր ասէաք ցքեզ յեգիպտոս. Թոյլ տուր մեզ, կացցուք 'ի ծառայութե̃ եգիպտացւոց. Զ̃ի լաւ էր մեզ յեգիպտոս. Եւ արդ նայեաց տե՛ս, զի Թէպէտ և տառապեալ էին 'ի հարկաց անտի ծառայութե̃, սակայն ոչ կամէին ելանել յեգիպտոսէ, մինչև ըլկեցին չարալլուկ եգիպտացիքն, զի ելանիցեն յերկրէ անտի նց̃. Քանզի իբրև տեսին թէ մեռան անդրանիկք նց̃, սկսան մտախորհել, և ասել. գուշ Թէ ամենեքեան մեռանիցիմք. և նեղեցին զժողովուրդն, զի հանցեն յերկրէ իւրեանց, որ̃ և գրեալ է. Եւ 'ի բաբելոնէ ևս, եթէ գտեալ էր նեղիչ նց̃, ելանէին ամենեքեան սպուռ բովանդակ.

Vana spe sibi blandiuntur Judæi, prope esse tempus, quo rursus e captivitate sua omnes Hierosolymis congregentur.

Jer. XXIX. 14.

§. 2. Hæc autem tibi scribo, quia inani spe efferuntur Judæi, dicentes: *Prope est tempus, quo ex nostra dispersione rursus congregabimur*; quoniam Propheta ait: *Non relinquam ex eis inter gentes*. Dicunt itaque (1), congregabit Deus

Եւ զայս գրեցի առ քեզ. վ̃սն զի յուսայն զունայն յոյժ, և ասեն, Թէ ցարդ ևս կայ մեզ ժողովել. Ո՛ւ մարգարէն այսպէս ասաց ; Թէ ոչ Թողից 'ի նոցանէն 'ի մէջ հեթանոսաց. Ասեն է Թէ, ասէ, ժողովել էր ամ̃ ժողովուրդն մեր,

(1) Quod perfidi Judæi, regente Nisibenam Ecclesiam S. Jacobo, gloriantes in vulgus disseminabant, vivente etiam S. Ephræm Jacobi discipulo, peragebant: jactabant scilicet, propediem fore, ut Hebræorum restitueretur Respublica, & Urbs Jerusalem rursus ædificata splendidior, atque illustrior, quàm antea fuisset, exurgeret. Verba Sanctissimi Monachi Syrorum Doctoris in sermone adversus Judæos Tom. III. talia sunt: *Nunc vero populus, qui omnibus actis, gestisque suis Dei indignationem huc usque provocare non cessat &c., Prophetarum scripta volutat, sensa non explicat, jamque velut de eversa Republicæ restitutione certus sibi gratulatur, & plaudit: Inde ingeminari sibi somniat, Hierosolymam fore instaurandam: idque enimverò vehementer desiderat, causam verò, ob quam illa fuerit eversa, Hebræa progenies necdum satis compertam habet: jactat ejus Urbis gloriam, mirum in modum amplificandam fore, quomodo verò id transigendum sit, explicare non potest; quin & ejusdem famam totum pervasuram Orbem sibi persuasit, cujusnam autem virtute ducis tantum honorem adeptura sit, non explicat. Salvatam nominari Hierosolymam prædicat, a quo autem ei salus paranda sit, non exprimit, subditque delirans, eamdem magnum nomen, & splendorem habituram*. Ætate autem B. Joannis Chrysostomi eadem in populo a Judæis dispergebantur, ut incautos, ac impe-

մեր, ընդ էր ցրուեալ եմք մեք այսօր
ընդ ամ հեթանոսս. Իսկ սիրելի, որ-
չափ ունիցիմ զկար յանձին, ասաց քեզ
զհաւանութիւն, թէ ոչ գոյ այլ իւիք ժո-
ղովել, մինչեւ յաւիտեանս ժամանակաց;
վն զի յայս ապաստան են, թէ ահա ամ
մարգարէք ետուն զյոյս իէլի. Լուա-
րուք, ով վարդապետք մաքառօղք
իէլի. ած ոչ եթէ զօրէնս ուրուք ան-
նու յանձն. եւ կամ թէ կայցէ ոք 'ի վեր
քան զնա, որ եկեսցէ զնա 'ի գործն
զորինչ գործէ. Քանզի ասաց 'ի ձեռն
մարգարէին; եթէ ասացից 'ի վերայ
ազգի, եւ թագաւորութեան շինել եւ
տնկել. եւ յետ այնորիկ արասցէ նա
զչարիս առաջի իմ. փոխեցից եւ ես
զբերանին զբանն իմ, եւ դարձուցից 'ի
նոցանէ զբարին զոր խոստացայ առ-
նել նմա. եւ 'ի մեղս, եւ յանօրէնութեն
իւր կորուսից զնա. Իսկ եթէ դար-
ձեալ ասացից, 'ի վերայ զօրու, եւ 'ի
վերայ թագաւորութեան, խլել եւ քա-
կել. կործանել եւ կորուսանել. եւ ա-
րասցէ զբարի առաջի իմ, եւ ես դար-
ձուցից 'ի նմանէ զչարն, զոր խորհեցայ
առնել նմա. Եւ եսայի ասաց; վայ որ
աւ-

Deus totum populum nostrum, qui hodie dispersus est per omnes gentes. Contra vero, Dilectissime, quantum erit in me, ostendam tibi, non esse amplius Israelem congregandum in sempiternum; quamvis id futurum confidant, quasi omnes Prophetæ spem hanc Israeli dederint. Audite igitur omnes Doctores, & Disputatores Israel: Deus nulli legi subjectus est; & nemo est, qui ei præsideat. Et non est aliquis, qui impediat eum in opere, quodcumque efficere velit. Nam ait per Prophetam: *Si dixerim super gentem*, *& Regnum ædificare*, *& plantare*: *Et postea fecerit ille mala in oculis meis*: *Et ego iterum mutabo verbum meum*, *quod promisi*, *ut facerem ei*: *Et in peccato*, *& in iniquitate ipsius perdam eum*. *Quod si iterum dixerim super exercitum*, *& regnum*, *ut eradicem*, *& destruam*, *evertam*, *& disperdam*: *Et fecerit bonum in oculis meis*: *Et ego avertam malum ab eo*, *quod cogitavi*, *ut facerem ei*. Et Isaias ait: *Væ qui prædatur*: *vos ergo nolite prædari*, *aut loqui mendacium*: *Quando enim vultis prædari*, *prædabuntur*

Ezech. XVIII. 7.

Isa. XXXIII. 1.

imperitos deciperent. Etenim nescio quam proximam restaurationem Judaici Regni, & Hierosolymitanæ Urbis, & Templi reædificationem somniabant, ut nobis compertum sit ex orationibus ejusdem sanctissimi Episcopi, quas adversus Judæos, ut Christianos a Judaica superstitione retraheret, habuit. Nam non uno in loco suarum orationum sanctissimus Doctor hanc Judæorum fabulam carpit; & inanem eorum jactantiam pluribus refellit, & in oratione V. nunc VII. *in novissima edit. Parisiensi pag.* 662., disertis verbis in hunc modum de Judaica isthac vanitate verba facit: *Nam si verum esset*, *quod isti semper ubique jactantes mussitant*, *futurum*, *ut Civitatem denuò recipiant*, *ne sic quidem possent a violatæ legis crimine liberari*: *attamen nos ex abundanti hoc quoque demonstravimus*, *quod nec Civitas sit instauranda*, *neque priscum Reipublicæ statum sint recepturi*. *Hoc autem demonstrato*, *reliqua omnia in confesso sunt*, *videlicet quod neque sacrificiorum ritus*, *neque holocaustorum*, *neque legis vis*, *nec alia pars ulla stetus illius consistere poterit*. Et inferius post nonnulla alia: *Supererat*, *ut demonstraretur nunquam fore*, *ut Templum instauretur*; supra enim dixerat, quod neque sacrificia, neque holocautomata, neque purificationes, nec præterea aliquid aliud politiæ Judaicæ fore, ut rediret, loco autem mox laudato demonstrat, non amplius Templum, ut ipsi jactabant, esse reædificandum, & consequenter cum Templo, in quo sacra omnia, ac festa peragi debebant, omnes ritus, & Judaica instituta, ac cæremonias in perpetuum abrogata, ac sublata penitus fuisse. Nec dissimilia sunt, quæ adversus Judæorum improbitatem, & inanem jactantiam scribit sanctissimus Doctor in Oratione V. pag. 618. *Si civitatem suam*, inquiens, *essent aliquando recepturi*, *& ad pristinum vitæ statum redituri*, *Templumque instauratum visuri*, *quanquam id nunquam est futurum*; *ne sic quidem haberent justam excusationem eorum*, *quæ faciunt*. Et inferius in eadem Oratione post multa alia ita prosequitur: *Hæc satis erant ad demonstrandum vobis*, *nunquam fore*, *ut Templum restituatur*. *Verum quando veritas multis modis exuberat*, *missis Evangeliis*, *ad Prophetas me verto*, *quibus maxime videntur fidere*: *atque ex his perspicuum faciam*, *neque Civitatem*, *neque Templum unquam posthac restituendum*. *Quanquam nihil erat mihi necesse demonstrare*, *quod non restituetur*: *Neque enim meæ*, *sed illorum partes erant docere*, *quod esset restituendum*. Subsequentibus quoque temporibus, & nostræ memoriæ proximioribus Hebræi obstinato animo in sua perfidia perseverantes frustra sibi blanditi sunt, reditum sibi fore in Judæam, & instaurationem futuram Judaici Regni, ac Synagogæ. Narrat enim Longinus in sua historia anno 1295. *In quarto mense apud Judæos*, *qui dicitur Chamiz*, *ultima die ipsius mensis* (*in qua die prædixerunt Rabbini Judæorum*, *quod Judæi debebant habere signum redemptionis suæ a Deo miraculosè factum*; *ad quorum proclamationem*) *omnes Judæi fecerunt suas pœnitentias in jejuniis multis cum satisfactionibus*, *eleemosynis*, *quasi ad Deum reversi*, *orantes*, *ut sibi prædictum signum suæ salutis ostenderet*) *in quo anno*, *mense*, *& die assignatis*, *intraverunt Synagogas suas ad adorandum Deum induti syndonibus albis lineis*, *seu sericis*, *prout est moris apud eos*, *in die expiationis*, *scilicet in die decima mensis septimi*. *Et tunc altissimo Deo cooperante*, *qui nullum tempus sine bonitatis suæ testimonio reliquit*, *in syndonibus*, *quæ servabantur*, *apparuerunt signa Crucis in omnibus*, *& ubicumque erant*, *etiam in illis syndonibus*, *quæ condebantur in suis apothecis*. *Quo signo viso*, *multi eorumdem fuere turbati*, *quorum quidam dicebant*, *quod hoc fuerat factum diabolica arte &c.*, *nonnulli dubitabant*, *non audentes loqui*, *nec aliquid circa hoc judicare*, *alii verò crediderunt*, *hoc signum fuisse veri Christi Crucifixi*, *& disposuerunt se ad ejus fidem cum baptismo recipiendam*. *Longin. histor. Polon. lib. VII.*

tur vos, quando vultis mentiri, mentientur vobis. In his omnibus non est, qui resistat voluntati Dei. Jam scripsi, & ostendi tibi, quod Deus non sibi complacuit in eis, ita nec Moyses, neque alii omnes Prophetæ. Nam Moyses ait eis:
Deut. IX. 24. *Vos exasperatores estis coram Domino a die, ex quo novi vos*. Et similiter in
Deut. XXXII. 6. 28. quit: *Populus pravæ cogitationis, & stultus*. Itidem ex persona Domini: *Ipsi*,
Ibid. 21. ait, *irritaverunt me in Diis suis, & in Idolis suis zelare me fecerunt; & & ego provocabo eos in eo, qui non est populus, & in gente stulta irritabo illos*. Et rursum ipse Moyses dixit: *Scio*,
Deut. XXXI. 29. *quod post mortem meam destructi, destruemini vos, & declinabitis a via hac, quam præcepi vobis. Et evenient vobis mala multa in fine dierum temporum*.
Ibid. 27. *Et ecce in vita mea, dum eram vobiscum, exasperastis Dominum*. Et per
Ose. VI. 5. Oseam ait Dominus: *Occidi prophetas, & interfeci eos in sermonibus oris mei, & vos filii Israel non estis conversi ab ini-*
Ibid. 7. *quitatibus vestris, a temporibus dierum Patrum vestrorum*. Et eodem loco paulo
Ibid. 4. ante: *Gratia vestra, quasi nubes matutina, & sicut ros matutinus cito præteriens*.
Jer. XI. 11. Et Jeremias: *Quia abominabiles facti sunt mihi, mala inducam super eos*. Et
Ose. IX. 10. iterum per Oseam: *Intraverunt ad Beelphegor, & posuerunt vota incurvationis confusione plenâ*. Et per eumdem Pro-
Ibid. 11. phetam: *Quasi avis avolat gloria ipsorum ab eis. Quamvis genuerint, & enutriverint filios; tamen absque liberis eos faciam in hominibus, & occidam concupiscentiam viscerum eorum*. Et Jeremias
Jer. VI. 30. ait: *Argentum vile vocabitis eos, quoniam Dominus sprevit eos*. Et per Oseam
Ose. IX. 15. ait Dominus: *A domo mea extraham eos, & non amplius adjiciam misereri super eos*. Quid autem habent illi, quod respondere possent: Nam ibidem Prophe-
Ibid. 17. ta: *Sprevit*, inquit, *eos Dominus, quia*
Ibid. *non audiverunt eum*. Et iterum: *Erunt errantes errabundi inter gentes*. Et rur-
Ose. X. 1. sus: *Juxta ubertatem terræ suæ, ita multiplicaverunt altaria, & ædificaverunt*
Ibid. 6. *Idola*. Et iterum: *Suscipiet Ephrem confusionem, & Israel confundetur in cogita-*
Ose. XI. 12. *tionibus suis*. Et iterum: *Circumdedit me Ephrem dolo, & Juda, & domus Israel mendacio*. Et paulo post: *Devastavi*
Ose. XIII. 11. *te, quis præerit tibi?* Et deinde: *Dedi tibi*

ստէ, բայց դուք մի՛ ստէք, և սուտ մի՛ ստեսցէ 'ի ձեզ. Յորժամ կամիք դուք ստել, ստեսցեն զձեզ. յորժամ կամիք դուք ստել, ստեսցի ձեզ. Եւ յայսմ ամենայնի չի՛ք ոք որ եպերէ զկամս այ. Արդ գրեցի, և ցուցի քեզ, թէ ոչ կալաւ ած շնորհ նց. ոչ Մովսէս, և ոչ ամ մարգարէքն. Քանզի Մովսէս ասէ ցնս; դառնացուցիչք էք դուք առաջի տն, յօրէ յորմէ ծանեայ զձեզ. Եւ դարձեալ ասէ; ժողովուրդ վատաբարհուրդ, և անմիտ. Դարձեալ; նոքա բարկացուցին զիս 'ի չածս իւրեանց, և 'ի կուռս իւրեանց նախանձեցուցին զիս. և ես նախանձեցուցից զնն առհմն ապատոհմս, և անմիտ ազգաւ զկծեցուցից զնն. Եւ դարձեալ ասէ; գիտեմ, զի յետ մահուան իմոյ եղծանելով եղծանիք դուք. և խոտորիք 'ի ճանապարհէ անտի, զոր պատուիրեցի ձեզ. և պատահեսցեն ձեզ չարիք բազումք 'ի վախճան աւուրց ժամանակաց. Եւ ահա իմում կենդանութե մինչ ընդ ձեզ էի, դառնացուցիք զտր. Եւ Ովսէ ասաց; հատի զմարգարէս, և սպանի զնն 'ի խօսս բերանոյ իմոյ, և դուք որդիք իսրայէլի ոչ դարձարուք յանօրէնութեանց ձերոց 'ի ժամանակաց աւուրց հարց ձերոց. Եւ դարձեալ ասաց; շնորհք ձեր իբրև ամպ առաւօտեան, և իբրև կանխաւոր, որ վաղվաղակի անցանիցէ. Եւ դարձեալ; զի գարշեցան յինէն, զչարիս ածեմ 'ի վերայ նց. Եւ դարձեալ; մտին առ բէլբէգոր, և ուխտադիրք եղեն ամօթալից կորանոց. Եւ դարձեալ; իբրև թռչուն թռչին փառք իւրեանց 'ի նոցանէն. Թէպէտ ծնցին որդիս, և սնուսցեն. սակայն սպառեցից զնոսա յորդւոց 'ի մարդկանէ. և սպանից զցանկութի աղեաց նց. Եւ Երեմիա ասաց; արծաթ անարգ կոչեսջիք զնն. զի տր անարգեաց զնն. Եւ Ովսէ ասաց; 'ի տանէ իմմէ հանից զնն, և այլ ոչ եւս յաւելից ողորմել 'ի վերայ նց. Այլ զի՞նչ ունիցին նոքա ասել. Եւ դարձեալ ասաց; անարգեաց զնն տր. զի ոչ լուան նմա. Եւ դարձեալ; եղիցին մոլորեալք, թափառաւոր 'ի մէջ հեթանոսաց. Եւ դարձեալ; եթէ երանութե երկրի նոցա. սոյնպէս յաճախեցին սեղանս, և շինեցին մեհեանս. Եւ դարձեալ; զամօթ ընկալցի եփրեմ, և իսրայէլ ամաչեսցէ 'ի խորհուրդս իւր. Եւ դարձեալ; պաշարեաց զիս սուտ-

թեամբ

Թեամբ իմովմ. և յուղա, և առումն խարայելն ստուԹէ. Եւ դարձեալ ; ապականեսցի զքեզ. ո՞վ իցէ վերականգնուցէ քեզ. Եւ դարձեալ ; ետու քեզ Թագաւոր բարկուԹէ իմով. և առի զնա սրտմտուԹէ իմով. Եւ միքէ ասաց ; մի՛ համբարձջիք զգլուխս ձեր ՚ի վեր, և մի՛ գնասջիք ուղղաբերձ հասակաւ ; արի՛ք գնացէ՛ք. վ̄ս զի այս ոչ է հանգիստ իմ. Եւ դարձեալ ; ամօԹ լիցին, որք տեսանեն, և ամաչեսցեն հարցուկք վհկահարցուք. և զգեսցին ամենեքեան ՚ի շրԹունս իւրեանց. վ̄ս զի ոչ լսէ նոցա Աճ̄. Եւ ընդէ՞ր ասաց գիտահարցիցն, և վ̄ս երազատեսացն, Թէ ամաչեսցեն, և զգեսցին ՚ի վերայ շրԹանց իւրեանց. ւՃ̄րդ այս հարուածս առանց բժշկուԹէ.

Քանզի գրեալ է յօրէնս, Թէ յորժամ լիցի բորոտ յիսրայէլ, զգեսցի ՚ի վերայ շրԹանց իւրոց. և զգեստ կարճագգեստ զգեցցի, և զգլուխն իւր դալարահեր կալցի. և արտաքս բան զբանակն եղիցի նորա բնակուԹի իւրոյ. և պիղծ կոչեսցէ զանձն իւր զամենայն աւուրս, որչափ ունիցի յինքն զբորոտուԹի. Ա̄յս այսորիկ մարգարէն, որ բարոզէ զստուԹի շրԹամբք իւրովք, ընդունի զհարուածս բորոտուԹէ, և զա̄մ աւուրս նստի կորացեալ ամօԹալից, իբրև ոզիայ արքայ տանն յուդայ. վ̄ս զի կամեցաւ յափշտակել զքահանայուԹի. դիպեցաւ նմ բորոտուԹի ՚ի սրբուԹէ անտի սրբոյ. և եհար զնա ՚ի մէջ աչաց իւրոց. և նստաւ ՚ի տան կորացեալ ամօԹալից զամենայն աւուրս կենաց իւրոց. Եւ եղև շարժումն յամենայն ժողովրդեանն. Որպէս և ասաց զաքարիա ; փախիջիք, զոր օրինակ փախերուք դուք ՚ի շարժման, որ եղև յաւուրս ոզիայ արքային տանն յուդայ. Եւ արդ նայեաց և տե՛ս. զի ՚ի սկզբանէ անտի իւրեանց յորմէ հետէ եղեն, ոչ ընդունեին զխրատ յանդիմանուԹէ. Քանզի ասաց ; հարի զձեզ խորշակաւ, և կարկամբ. և զբազմուԹի դրախտաց ձերոց եկեր ԹրԹուր. և սակայն ոչ դարձարուք առ իս. Եւ դարձեալ ասաց; տապալեցի զձեզ, որպէս տապալեաց Աճ̄ զսոդոմ, և զգոմոր. Եւ եցոյց յայտ արար, Թէ չիք նց այլ եւս յոյս. Քանզի ասաց; անկաւ գլորեցաւ, և այլ մի՛ եւս յաւելցի կանգնել կուսանն իսրայէլի. Եւ դարձեալ ասաց; անկեալ Թողաւ ՚ի վերայ

tibi Regem in ira mea, & abstuli eum in furore meo: Et Michæas ait: *Non elevabitis capita vestra sursum, & non ambulabitis recta statura: surgite, & ambulate, quia hic non est requies mea*. Et iterum: *Confundentur qui vident, & confundentur sciscitatores, consulentes pythones, & operient omnes labia sua, quoniam non exaudit eos Deus*. Et quare ait de consulentibus, & de videntibus visiones, quòd confundentur, & cooperient labia sua? Quia hæc plaga est absque sanatione.

Mich. 6. *Mich. II. 3. 10.* *Mich. III. 3.*

§. 3. Nam scriptum est in lege; quod cum fuerit leprosus in Israel, veste conteget labia sua, & induetur curto indumento, & in capite suo habebit capillos albescentes; & extra castra erit locus habitationis ejus, & pollutum vocabit seipsum omnibus diebus, in quibus habuerit lepram. Propterea Propheta, qui prædicat mendacium labiis suis, recipit plagam lepræ, & omnibus diebus sedet curvatus, confusione repletus, tamquam Ozias Rex de domo Juda; quia voluit rapere sacerdotium, exiit in eum lepra a Sanctuario, & percussit eum intra oculos ejus, & sedit in domo curvatus, & confusione repletus omnibus diebus vitæ suæ. Et fuit commotio in omni populo; sicut ait Zacharias: *Fugietis, sicut fugistis in motu, qui fuit in diebus Oziæ Regis Juda*. Sed enim observa, & vide, quod ab ipso initio, ex quo fuerunt reprehensi, se non correxerunt. Nam per Prophetam Deus ait: *Percussi vos æstu, & grandine, & multitudinem hortorum vestrorum comedit ærugo; & tamen non estis conversi ad Dominum*. Et iterum: *Everti eos, sicut evertit Deus Sodomam, & Gomorrham*. Et ostendit, & manifestum fecit, quod eis nulla amplius spes superest: *Cecidit, & devoluta est, & non addet amplius surgere virgo ista Israel*. Et insuper addit: *Decidens derelicta est in terra, & non est, qui erigat eam*. Et rursus: *Per omnem plateam ululatus, & fletus, & per omnes agros dicent: Va*. Nam sprevit, & projecit eos a facie sua, propterea ait: *Odi, & sprevi vestras annuas festivi-*

Exemplo Leprosi, & Prophetarum testimonii, ostenditur, non amplius habitaturos eos Hierosolymis, nec ultra eis veniam Deum daturum esse.

Levit. XIII. 45. *II. Paralip. XXVI. 19. 20. 21.* *Zach. XIV. 5.* *Amos IV. 9.* *Ibid. 11.* *Amos V. 2.* *Ibid. 2.* *Amos V. 16.* *Ibid. 21.*

րայ

stivitates, *& non accepto odorem thurium*
Ibid. 22. *vestrorum*. *Non placuerunt mihi sacrificia vestra*, *neque respexi species eorum*.
Ibid. 25. Et iterum: *Nam quadraginta annis in deserto holocausta, & sacrificia obtulistis mihi, filii Israel?* Et, quia relicturus erat eos,
Jer. XII. 7. dixit Jeremias: *Reliqui domum meam*, *& hæreditatem meam*. Et iterum: *Dedi*
Jer. III. 8. *filiæ hæreditatis meæ libellum repudii*. Et quia superbientes gloriantur, dicentes: Nos sumus populus Dei; locutus est
Jer. XXIII. 14. ad eos Propheta, inquiens: *Ecce quasi filii Indorum putati estis mihi filii Israel*. *Ecce eduxi Israel ex terra Ægypti*, *& alienigenas ex Cappadocibus*, *& Sodomam de Ce-*
Ibid. 39. 40. *thim*, *& oculi Domini Dominorum super iniquum Regnum*, *& disperdam illud a facie terræ*. Intellige autem, & agnosce, quod quasi alienigenas reputaverit eos. Et
Jer. II. 21. Jeremias ait de illis: *Ego plantavi te vineam ad semen prolis veritatis*, *& tu conversa es*, *& rebellasti contra me*, *tamquam vitis aliena*, *& ab extraneis plan-*
Deut. XXXII. 32. *tata*. Et Moyses: *Vinea eorum de vinea Sodomæ*, *& de vite Gomorrhæ*: *Uva eorum uva acerbitatis*, *& botrus eorum plenus amaritudine fellis*. David autem,
Psal. LXXIX. 9. *Vineam*, inquit, *quam transtulisti de Ægypto*, *inspexisti eam*, *& plantasti radicem ejus*. *Et perdidisti gentes*, *& plantasti eam*. Et cum peccavissent, & ini-
Ibid. 14. quitatem fecissent, ait: *Exterminavit eam aper de silva*, *& singularis ferus depastus est eam*. Et Ezechiel: *Duos ramos*
Ezech. XV. 4. *ejus comedit ignis*, *& medium ejus destructum est*. Et addit: *quod dum omnino*
Ibid. 5. *intacta erat vinea*, *non erat utilis ad opus*, *nunc vero*, *quoniam comedit ignis*; *& destructa est*, *quomodo erit utilis ad opus?*
Isa. V. 4. Et de vinea hac dixit Isaias: *Benedicam dilecto meo*, *vineæ meæ dilectæ*. *Plantavi vineam in loco dilecto*, *in loco ubertatis*, *in loco pretioso*: *Sepivi*, *munivi*, *mundavi*, *putavi*, *mollivi*, *palis excelsis ornavi*, *plantavi vineam electam*, *turrim erexi*, *torcular extruxi*: *Expectavi*, *ut faceret mihi uvas*, *& fecit mihi labruscas*. Cum autem fecisset labruscas, destruxit munitionem sepis, & fuit illa in rapinam: Subvertit murum, & fuit in conculcationem: dimisit, & reliquit incultam, & desertam: mandavit nubibus, ne pluerent super eam imbrem. Et pro-
Habac. II. 12. pterea dixit Prophetis: *Væ illis*, *qui extruunt Sion sanguine*, *& Jerusalem ini-*

րայ երկրի. և չիք, որ յարուցանէ զնա։ Եւ դարձեալ; ընդ ամ հրապարակս կոծ, և աշխարուածն, և ընդ ամ անդաստանս ասասցեն. հովայ։ Եւ անարգեաց ընկեց զնա յերեսաց իւրոց։ Քասզի ասաց, թէ ատեցի անարգեցի զտօնս տարեկանաց ձերոց, և ոչ ընդունիմ զհոտ խնկոց ձերոց։ Եւ դարձեալ; 'ի պատարագս ձեր ոչ հաճեցայ, և 'ի գեղեցկութիւն նց ոչ հայեցայ։ Եւ դարձեալ; զուցէ զքառասուն ամ յանապատի զողջակէզս, և զպատարագս մատուցիք ինձ որդիքդ իսրայէլի։ Եւ զի թողլոց էր զնոսա, երեմիա եսկ ասաց; թողի զտուն իմ, և զժառանգութի իմ։ Եւ դարձեալ; ետու դստեր ժառանգութե իմոյ զթուղթ ապահարզանի։ Եւ վասնզի պերճացեալ էք պարծիւ, թէ մեք եմք ժողովուրդ այ. քարոզատեաց մարգարէն, և ասէ ցնս; ահա իբրև զորդիս հնդկաց համարեալ էք դուք ինձ որդիքդ իսրայէլի։ Ահաւադիկ զիսրայէլ հանի յերկրէն եգիպտոսի, և զայլազգիսն 'ի կապադովկացւոց, և զսոդոմ 'ի կեթայ. և աչք տն տերանց 'ի վերայ անօրէն թագաւորութե, և կորուսից զնա յերեսաց երկրի։ Եւ գիտասջիր, և ծանի՛ր, զի իբրև զայլազգիս համարեաց զնս։ Եւ երեմիաս ասաց վասն նց; ես տնկեցի զքեզ այգի առ 'ի սերմն զաւակի ճշմարտութե. և դու դարձար, և ապստամբեցար յինէն, իբրև որթ օտարացեալ, և օտարատունկ։ Եւ մովսէս ասաց; այգի նց յայգւոյն սոդոմայ, և յորթոյն գոմորայ։ Խաղող նց խաղող դառնութե, և ողկոյզ նց դառնութե լեղւոյ։ Եւ դաւիթ ասաց; յայգին, զոր փոխեցեր յեգիպտոսէ, նայեցար 'ի նա, և տնկեցեր զարմատս նր։ Եւ կորուսեր զհեթանոսս, և տնկեցեր զնա։ Եւ իբրև մեղան, և անօրինեցան, ասաց; ապականեաց զնա խոզ անտառի, և կինճ վայրի արածեցաւ 'ի նմա։ Եւ եզեկիէլ ասաց; զերկուս ոստս նր եկեր հուր, և մէջ նորա աւերեցաւ։ Եւ ասաց, թէ մինչ քնաւ անարատ էր այգին, ոչ էր պիտանացու գործոյն; արդ այժմ զի եկեր հուր, և աւերեցաւ, զիա՞րդ լինեցի առ 'ի պէտս գործոյն։ Եւ վն ամ այգւոյն եսայի ասաց; օրհնեցից զսիրեցեալն այգւոյ իմոյ սիրելւոյ։ Զայգի տնկեցի 'ի տեղի սիրելի, 'ի տեղի պարարտութե, 'ի տեղի պատուականի;

նի. ցանկով փականցի, անմրութիւն պարա-
պեցի, մաքրեցի, կատուեցի, կանգնեցի,
ձողաբարձ զարդարեցի ; անկեցի սրբ-
ութեկ, աշտարակ կանգնեցի, գուբ
հնձան շինեցի. կացի մնացի, թէ բեր_
ցէ ինձ խաղող, և նա եբեր ինձ զփուշ,
և զատատասուկ. Իբրև եբեր զփուշ, և
զատատասուկ քանկեաց զամրութիւն ցանկոյն,
և եղև նա յափշտակութիւն. կործանեաց
զպարիսպն, և եղև կոխան ; եկեք, եթող
զայգին անգործ, և անդարման ; պա_
տուէր եա ամպոց, զի մի՛ անձրևեսցեն 'ի
վերայ նորայ. Եւ վն սուա մարգա_
րէիցն ասաց ; վայ որք շինեն զսիօն ա_
րեամբք, և զերուսաղէմ անօրէնութբ.
Եւ դարձեալ. թէ 'ի մարգարէից երու_
սաղէմի ել կատարածութիւն ընդ ամ
երկիր. Եւ վն հեթանոսաց ասաց ե_
սայի ; եղիցի յաւուրս յետինս լեառն
տն, և տուն այ 'ի վերայ գլխոց բար-
ձանց լերանց, և ժողովեսցին առ նա
ազգք, և երթիցեն ժողովուրդք բա_
զումք, և ասասցեն ; եկայք ելցուք 'ի
լեառն տն, և 'ի տուն այ յակոբայ,
և ուսուսցէ մեզ զճանապարհս իւր, և
գնասցուք 'ի շաւիղս նր ; վն զի 'ի սիօ_
նէ ելցեն օրէնք, և բան տն յերուսա_
ղէմէ. Եւ երբև ելին օրէնք 'ի սիօնէ,
յո՛ արդեօք չոգան. ասաց ; դատես_
ցէ 'ի մէջ ազգաց, և յանդիմանեսցէ
զազգս բազումս հեռաւորս. Եւ վն
նց ասաց եսայի ; մեկնեցէ՛ք 'ի նոցանէ,
և պիղծ կոչեսջիք զնս. վն զի անար_
գեաց զնս տր. Եւ դարձեալ ; անար_
գեցին զբարիս իւրեանց, իբրև զկա_
պերտ ցեցակեր. Եւ դարձեալ ; բար_
կացեալք սորտիցեն 'ի շաւղաց անտի
իւրեանց. և 'ի տէ այ մերմէ դողա_
ցեն, և երկիցեն. Եւ դարձեալ ; հեղ_
ձուցից ծխով զժողովուրդ քո, և զման-
կունս քո սուր կոտորեսցէ. Եւ դար_
ձեալ ; վայ քաղաքի արեան, լի ստութբ,
լի ամ անօրէնութբ. զի ոչ խափանե_
ցաւ 'ի նմանէ բռնկբռնկութն. Եւ միքէ
ասաց ; ստեաց յուդա. և պղծութիւն
գործեցաւ յիսրայէլ, և յերուսաղէմ.
Վն զի պղծեաց յուդա զսրբութի տն.
և ասաց, թէ խոտորեցայք 'ի ճանա_
պարհէն ; և ուրացուցէք զբազումս
յօրինաց. խափանեցէք զուխտն ղևեայ. և ես համարեցայ զձեզ անարգս, և
արհամարհեալ ընդ ազգս. Վն զի ոչ պահեցէք դուք զճանապարհս իմ. Եւ վն
հեթանոսաց ասաց ; դարձուցից 'ի նս զշրթունս հաւատարիմս. Եւ վն նոցա
ասաց մաղաքի ; ձանձրացուցէք դուք զնր պատարագօք ձերովք. Եւ դարձեալ ;
դուք որդիք յակոբայ, ոչ դադարեցայք 'ի չարեաց ձերոց, յաւուրց հարց ձե_
րոց, և ոչ պահեցիք զպատուիրանս իմ.

iniquitate. Itidem scriptum est: *A Prophetis Jerusalem egressa est Idololatria per omnem terram*. At verò de gentibus Isaias: *Erit*, inquit, *in novissimis diebus mons Domini, & domus Dei in vertice montium excelsorum, & fluent ad eum gentes, & ibunt populi multi, & dicent: Venite, & ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Jacob, & docebit nos vias suas, & ambulavimus in semitis ejus: quia de Sion exibit lex, & verbum Domini de Jerusalem*. Et cum exivisset lex de Sion, & ad eum, ad quem debebat, profecta est, ait: *Judicabit inter gentes, & arguet nationes multas remotas*. Judæis autem idem Isaias Propheta: *Separamini*, inquit, *ab eis, & pollutos vocabitis eos, quia sprevit eos Dominus*. Et iterum: *Spreverunt bona sua, tamquam pannum comestum a tinea*. Et rursus: *Irati discedent a semitis suis, & a Domino Deo nostro contremiscent, & timebunt*. Et similiter: *Suffocabo fumo populum tuum, & pueros tuos occidet gladius*. Et demum: *Væ Civitati sanguinis, plenæ mendacio, & plenæ omni iniquitate, quia non est impedita ab ea factio magna*: Michæas quoque ait: *Mentitus est Juda, & patrata est pollutio in Israel, & in Jerusalem, quia polluit Juda Sanctuarium Domini*. Et insuper inquit: *Declinavistis a via: & fecistis multos apostatare a lege, & impedivistis pactum Levi: & ego æstimavi vos abjectos, & contemptos cum gentibus; quia non servavistis viam meam*. Et de gentibus ait: *Convertam ad eas labia fidelia*. Similiter Judæis Malachias: *Tædio*, inquit, *affecistis Dominum sacrificiis vestris*. Et iterum: *Vos filii Jacob non destitistis a malis, a diebus Patrum vestrorum, & non servastis præcepta mea*.

Jer. XXIII. 15.
Isa. II. 2.
Ibid. 4.
Isa. LII. 11.
Naum. III. 1.
Malach. II. 11.
Ibid. 8.
Malach. I. 11. II. 6. 7.
Ibid. II. 13.
Ibid. III. 7.

§. 4 Præ-

այյու_

Deus Israelitas e captivitate Pharaonis, tum etiam ex altera sub Rege Babylonis exemit, postea autem haud amplius eos liberaturus est.

§. 4. Praeterea adverte, Chariſſime, bis dumtaxat (1) Deum è captivitate liberaſſe Iſraelem, ſemel ab Ægypto per Moyſen, iterum a Babylone per Eſdram, juxta prophetiam Aggæi, & Zachariæ. Nam ait Aggæus: *Ædificate domum hanc, & acceptabilis erit mihi, & glorificabor in ea, dicit Dominus*. Et iterum: *Ego vobiſcum ſum, & Spiritus meus habitat in medio veſtri, nolite timere. Namque ſic ait: Dominus fortis*. Et rurſus: *Iterum ego moveo cælum & terram, mare, & aridam. Et movebo omnes gentes: & venient, & ferent deſideria cunctarum gentium: Et implebo domum iſtam gloria. Et erit gloria noviſſima domus iſtius magna pluſquam prima*. Hoc totum locutus eſt Aggæus in diebus Zorobabel, & cum Zacharia inſtan-

Agg. I. 8. — *Ibid. 13.* — *Agg. II. 7.* — *I. Eſdr. V. 1. & ſeqq.*

Աւ յաւելեալ լուր սիրելի իմ. զի երկիցս անգամ միայն փրկեաց զիս-րայէլ. միանգամ յեգիպտոսէ, և երկ-րորդում ՚ի բաբելոնէ. Յեգիպտոսէ ՚ի ձեռն մովսիսի, և ՚ի բաբելոնէ ՚ի ձեռն եզրայ, մարգարէութեն անգեայ, և զաքարիայ. Քանզի ասաց անգէ; շինեցի՛ք զտունս զայս, և հաճեցայ ՚ի դմա, և փառաւորեցայ, ասէ տր. Եւ դարձեալ; ես ընդ ձեզ եմ. և հոգի իմ բնակեալ է ՚ի մէջ ձեր. մի՛ երկնչիք. Վնզի այսպէս ասէ; տր հզօր. Դարձեալ; միւս անգամ շարժեմ ես զեր-կինս, և զերկիր, զծով, և զցամաք. Եւ շարժեցից զամ հեթանոսս. և ե-կեսցեն բերցեն զցանկութիւն ամ ազ-գաց, և լցից զտունս զայս փառօք. և եղիցին փառք վերջինք տանս այսորիկ մեծ, քան զառաջինն. Զայս ամ յաւ-ուրս

(1) Non diſſimili argumento, aliis pluribus rationibus additis, inanem Judæorum ſpem, & vanam fiduciam de reſtauratione Templi, & reparatione Judaicæ Reipublicæ redarguit S. Joannes Chryſoſtomus in Oratione III. *vet edit. Pariſ.* adverſus Judæos. Si autem ſummatim ex iis pluribus, quæ a Sancto Doctore afferuntur, aliqua hic referam, haud ingratam rem me lectori facturum exiſtimo. Hinc enim probe intelliget, quàm bene in re tanti momenti conſentiant veteres Patres, & quàm merito opera, quæ in lucem damus, S. Jacobo Niſibeno, cujus nomen præſeferunt, abſque ullo dubio adſcribenda ſint. Sed ad ea, quæ ſcribit Chryſoſtomus, veniam, quæque ipſe elegantiſſime diſſerit, quoad melius per imbecillam ingenii mei facultatem potero, paucis ita exponam. Dei immortalis ſemper mos iſte fuit, donec Reſpublica Hebræorum ſtetit, ut quæcumque mala vel bona eis eventura eſſent, antea per Prophetas prædicerentur, ne, cum accidernt, Diis gentium, ut ſolebant, tribuerent. Id vero non clanculum, ſed palam & in hominum luce Prophetæ faciebant, adhibitis etiam teſtibus, perpetuiſque, quæ prædicta fuerant, monumentis mandabant, ne poſtea Judæi pro ingenita perfidia impudenter, ac pertinaciter ſibi nunciata antea fuiſſe, inficiarentur. Quatuor autem fuerunt graviſſimæ, & celeberrimæ, ut eas recenſet Chryſoſtomus, Judæorum captivitates: prima fuit in Ægypto; altera in Babylone; tertia ſub Antiocho cognomento Illuſtri, ſeu Epiphane; quarta ſub Romanis. Ex his verò de tribus illis, quas primo loco enumeravi, & locus, & tempus, & ſpecies, & conditio, & reditus, & captivitatis finis, cæteraque omnia accuratiſſime a Prophetis præmonſtrata ſunt; de quarta autem non modo nullus finis, aut exitus prædictus eſt, quinimo a Propheta Daniele hæc ultima deſolatio in perpetuum futura prænunciatur. Ad hæc acceſſerat ex factis ipſis, rerumque eventu confirmatio, & deſolationis perpetuo manſuræ demonſtratio. Nam per totum illud longiſſimum temporis ſpatium, quod a captivitatis die ad diem illam, qua talia dicebat Chryſoſtomus, effluxerat, nulla adhuc libertatis lux miſeris Judæis, qui jam pridem finem captivitatis ſibi de die in diem pollicebantur, affulſerat, ſed vana ſua ſpe fruſtrati per totum Orbem ſine Templo, ſine lege, ſine Sacerdote, ab omni publico munere, & honore excluſi in duriſſima ſervitute miſerrime permanſerant. Præterea addebatur, quod ſemel atque iterum, ac tertio Templum reædificare, & Judaicam reſtaurare Rempublicam aggreſſi fuerant; ſed superna vi prohibiti nunquam, quod moliebantur, perficere potuerunt. Primo quidem ſub Adriano Imperatore, qui tumultuantes Judæos, deficienteſque a Romano Imperio armis devicit, eoſque quaquaverſus per Orbem diſperſit; &, deleta iterum Urbe, ſtatuam ibi ſuam collocavit, & ex veterum ædificiorum ruderibus, ac cœmentis, novis extructis ædificiis, veteri nomine ſublato, è ſuo nomine Æliam Urbem nuncupavit. Rebellantes iterum Hebræi ſub Conſtantino Magno compreſſi ſunt, & amputatis auriculis, perpetua eis, infamiqve captivitatis nota tanquam ſervis fugitivis inuſta, graviter multati ſunt. Romanum autem Imperium poſtquam adeptus eſt impius Julianus, cum Chriſtianam Religionem funditus conaretur evertere, & collapſum Idolorum cultum reſtituere, Judæos, qui Idolis ſacrificare ſibi non licere, Imperatori id poſtulanti reſponderant, ad veteris legis ſacrificia inſtauranda, & ad Divinum cultum patrio more obeundum hortatus eſt. Sed quoniam illi aſſerebant, extra Hieroſolymitanum Templum in aliena terra ſacra facere patria lege ſibi vetitum fuiſſe, ſacrilegus Imperator poteſtatem eis fecit, ut, quod vehementiſſimè cupiebant, Templum è fundamentis rurſus ædificare poſſent. Magnis animis, magnaque contentione opus aggreſſi ſunt, ſed vix egeſta terra pro Templi fundamentis jaciendis, ſubitus ex imo terræ ſinu ignis exortus plures homines exuſſit, lapides, ac cœmenta injecta diſiecit, Judæos incœptis deſiſtere coegit, atque ita Divinis portentis territi inchoatum opus perfidiæ ſuæ monumentum reliquerunt. His demum adjungit eloquentiſſimus Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Epiſcopus plura Prophetarum teſtimonia, qui Divino afflati ſpiritu prædixerunt, Judaicas res penitus collapſuras, & Moſaicam Religionem, & Judaicum cultum, univerſamque Rempublicam finem habituram: E diverſò fore, ut exoriretur Chriſtiana Religio, quæ per totum terrarum Orbem cito propagata ſummum in modum floreret, novuſque ejus cultus ubique terrarum diffunderetur. Quod etiam ſanctiſſimus Doctor noſter Epiſcopus Niſibenus è ſacris Scripturis tum in hoc ſermone, tum aliis in locis clariſſime demonſtrat.

ուրս զօրաբաբէլի խօսեցաւ , և ըստ
զաքարիայի փութացուցանէր սահիմն
վն շինուեն տանն ։ Զի զաքարիա ասաց ;
դարձայց յերուսաղէմ ողորմութբ , և
շինեցից զտուն իմ ՚ի մէջ նր ։ Եւ շի-
նեսցէ տր զսիոն . և ընտրեսցէ դար_
ձեալ զերուսաղէմ ։ Եւ նախանձեցայց
յերուսաղէմ , և ՚ի սիոն նախանձ մեծ .
և մեծաւ բարկութբ բարկացայց ՚ի
վերայ հեթանոսաց , որք խաղացեալն
դայցեն ։ Եւ ՚ի հրապարակս նստցի
երուսաղէմ ՚ի բազմութի մարդկան ,
և անասնոց , որք իցեն ՚ի մէջ նր ։ Եւս
եղէց ՚ի նմա , ասէ տր , իբրև զպարիսպ
պղնձի . և ՚ի փառս եղէց ՚ի նմա ։ Եւ
դարձեալ ասաց ; ո՛ , ո՛ փախիջիք
յերկրէդ այսմ հիւսիսոյ , ասէ տր . վն
զի ըստ չորս հողմս երկնի ցրուեցի
զձեզ ։ արդ դարձարուք ՚ի սիոն ապ_
րեալք բնակիչք դստեր բաբելացւոց ։
Եւ թէ ; ժառանգեսցէ տր զյուդա
զբաժին իւր յերկրին սրբութե իւրոյ ։
և հաճեսցի դարձեալ երուսաղէմ ։ Եւ
թէ ; Ձեռք զօրաբաբէլի արկին զհի_
մունս տանս այսորիկ . և ձեռք նորա
կատարեսցեն զդա ։ Զայս ամ մարգա-
րէացաւ զաքարիա ։ Եւ ՚ի ժողովել
նոցա ՚ի բաբելոնէ լցաւ , և կատարե_
ցաւ . և ոչ որպէս նոքա ասեն , թէ
ցարդ ևս կայ հաւաքելի ժողովել ։ Եւ
արդ երկիցս փրկեաց այ զիսրայէլ ։
Եւ զի ասէ եսայի , թէ յաւելցէ տր
զերկրորդել ձեռն իւրոյ , զի ստասցի
զմնացորդս ժողովրդեան իւրոյ , որ մնա-
ցեալ իցէ յասորեստանեաց , և յեգիպ-
տոսէ , և ՚ի ծուրայ ; և ՚ի ծագաստանայ ;
և ՚ի համարայ ; և ՚ի հեռաւոր կղզեաց
անտի ։ Արդ թէ կայ նոցա ժողովել ։
ընդէր ապա ասաց եսայի ; թէ յաւելցէ տր
զերկրորդել ձեռն իւրոյ ; զի ստասցէ
զմնացորդ ժողովրդեան իւրոյ ; որ մնա-
ցեալն իցէ ։ Արդ եթէ ցարդ ևս կայ
նց փրկութի ։ որէն էր ասել եսայեայ ;
թէ յաւելցէ տր զերրորդել ձեռն
իւրոյ , զի ստասցէ զմնացորդ ժողովր_
դեան իւրոյ . և ոչ ՚ի ցրւն ասացել
զերկրորդել ։ Լուր դարձեալ ցուցից
քեզ վն աղօթիցն ; զի յաղօթս եկաց դա-
նիէլ առաջի այ իւրոյ , և խնդրեաց
ջերմեռանդն պաղատանօք վն մանկանց
ժողովրդեան իւրոյ , զի դարձցին , և
ելցեն ՚ի բաբելոնէ ։ վն զի մարգարէ էր ,
և ՚ի վերայ բանից մարգարէից շինէր
նա ։ Արդ իբրև գերեցաւ ժողովուրդն
իւր ՚ի բաբելոն , կացին ՚ի մէջ նց մար_

instanter accelerabat ædificationem domus. Quia ait Zacharias: *Revertar ad* Zach. I. 16. 17.
Jerusalem in misericordiis, & ædificabo Ibid.
domum meam in medio ejus. Et ædificabit Dominus Sion, & eliget Jerusalem.
Et zelatus sum Jerusalem, & Sion zelo Ibid. 14.
magno. Et ira magna irascar super gentes, quæ mota venient. Et in plateis se- Zach. II. 4. 5.
debit Jerusalem in multitudine hominum, & animalium, quæ erunt in medio ejus. Ego ero in ea, dicit Dominus, tamquam murus æneus, & in gloria ero in ea. Et
iterum ait: *Eja fugite de terra ista Aqui-* Ibid. 6.
lonis, dicit Dominus: quoniam in quatuor ventos Cæli dispersi vos. Porro revertimini in Sion erepti habitatores filiæ Babyloniorum. Et iterum: *Hæreditabit Domi-* Zach. VIII. 3.
nus Judam portionem suam in terra sanctitatis suæ, & acceptabit iterum Jerusalem. Et: *Manus Zorobabel fundave-* Zach. IV. 9.
runt domum istam, & manus ejus perficient eam. Hoc prædixit Zacharias. Et cum congregati essent ex Babylone, impleta, & consummata sunt omnia, & non est, sicut ipsi dicunt; quod adhuc congregabuntur. Quoniam secundò liberavit Deus
Israelem. Nam dicit Isaias, quòd adjiciet Isa. XI. 11.
Dominus secundo manum suam ad possidendum residuum populi sui, quod relictum est ab Assyriis, & ab Ægypto, & ab Æthiopia, & ab Elam, & a Sennar, & ab Emath; & ab illis remotis Insulis. Porro si credendum est, eos esse congregandos, quare dixit Isaias, quòd adjiciet Dominus secundò manum suam ad possidendum residuum populi sui, quod relictum est? Etenim si adhuc eis salus è captivitate constituta, & reservata est, licebat Isaiæ dicere, quod adjiciet Dominus tertiò manum suam ad possidendum residuum populi sui, non autem dicere, ex dispersione ad possidendum secundò: Audi insuper, quod dicam tibi de oratione Danielis. Oravit Daniel coram Deo suo, & de votis supplicationibus postulavit pro filiis populi sui, ut reverterentur, & exirent ex Babylone. Quippe erat ipse Propheta, & super verba Prophetarum ædificabat. Etenim cum populus ductus fuisset captivus in Babylonem, extiterunt inter illos Prophetæ falsi, qui prophetabant eum mendacio, & iniquitate, & dicebant:
Sic dicit Dominus: *Post duos annos ego* Jer. XXVIII. 11.
frangam jugum Nabuchodonosor Regis Babyloniorum ex collo omnium nationum.

Tunc cum audiisset Jeremias Prophetiam Pseudoprophetarum, misit epistolam Babylonem, dicens: *Nolite audire pseudoprophetas istos, quia sic dicit Dominus: Ædificate domus, & habitate: plantate hortos, & comedite fructus eorum: ducite uxores filiis vestris, & date viris filias vestras. Nam mansuri estis isthic septuaginta annis, deinde isthinc revertemini?*

Jer. XXIX. 5. 8.

դարէք սուտք, մարգարէանայքն սուտու-
թեամբ, և անօրէնութ͞ե. և ասէին;
այսպէս ասէ տ͞ր; յետ երկուց ամաց
բեկանեմ ես զլուծ նաբուքոդոնոսո-
րայ արքային բաբելացւոց 'ի պարանոցէ
ձ͞եր ազգաց. Յայնժամ երեմ. լու-
եալ միա զմարգարէութիւն սուտ մարգա-
րէից, գրեաց զթուղթ առ բաբելօն,
թէ մի՛ լսէք սուտ մարգարէիցդ; զի
այսպէս ասէ տ͞ր. Շինեցէ՛ք զտունս, և
բնակեցէ՛ք. տնկեցէ՛ք զդրախտս, և կե-
րէ՛ք զպտուղս նոցա. ածէ՛ք զկանայս
որդւոց ձերոց, և զդստերս ձեր տուք՛ք
արանց. զի լինելոց էք այդր զեօթա-
նասուն ամ. ապա դառնայք դուք այտի.

De visione Danielis.

§. 5. At vero Daniel, quoniam plenus erat spiritu, certo persuasus, vera esse, quæ prædixerat Jeremias, cum impleti essent septuaginta anni, obtulit preces pro eis, anno primo Darii Regis filii Artaxerxis ex genere Parthorum (1), qui regnavit in Regno Chaldæorum: *Ego Daniel*, inquit, *cum complerentur septuaginta anni desolationis Jerusalem, elevavi oculos meos sursum ante Dominum Deum, & oravi, & confessus sum peccata mea, & peccata populi mei Israel, faciebamque obsecrationes cum supplicationibus ante Dominum Deum meum pro monte sancto; & dum adhuc ego in oratione hac perseverarem, venit Gabriel, quem vidi in visione prius. Venit de Cælo, & tetigit me in tempore sacrificii vespertini. Locutus est mihi, & ait: Daniel, nunc veni, ut docerem te. Ab exordio precum tuarum egressus est sermo, & decretum. Ego autem veni, ut indicarem tibi, quia amabilis es. Percipe sermonem hunc, & intellige. Septuaginta hebdomades abbreviatæ sunt super populum tuum, & super urbem sanctam tuam, ut consummetur prævaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur justitia sempiterna, & impleatur visio, & prophetia, & ungatur Sanctus Sanctorum. Scito ergo, & animadverte; Ab exitu sermonis, ut*

Dan. IX. 1.

Dal. IX. 2.

Եւ դանիէլ վ͞ս զի լցեալ էր հոգ-
ւով, հաւատացեալ գիտէր, թէ ճշմա-
րիտ է մարգարէութիւն երեմիայ. 'Ի կա-
տարել եօթանասուն ամին, ապա մա-
տոյց զաղօթս վ͞ս ն͞ց. որ ամ մի էր դա-
րեհ արքային, որդւոյ արտաշիսի, յազ-
գէ աստի պարթեւաց, որ թագաւորեաց
'ի թագաւորութ͞ե անդ քաղդէացւոց.
Ես դանիէլ, ասէ, կատարեցաւ եօ-
թանասուն ամ աւերածոյն երուսաղէ-
մի, համբարձի զաչս իմ 'ի վեր առաջի
տ͞ն ա͞ՅԾ. և կացի յաղօթս, և խոստո-
վան եղէ զմեղս իմ, և զմեղս ժողովր-
դեան իսրայելի. և արկանէի զպաղա-
տանս խնդրուածովք առաջի տ͞ն ա͞ՅԾ
իմոյ վ͞ս ս͞բ լերին; և մինչդեռ ես յա-
ղօթս անդ խօսէի, գայր գաբրիէլ, զոր
տեսի 'ի տեսլեան յառաջագոյն. Եկն
յերկնից, և մերձեցաւ առ իս 'ի ժամ
երեկոյին պատարագին; խօսեցաւ ընդ
իս, և ասէ; դանիէլ, այժմ իսկ եկի, զի
ուսուցից քեզ. Ա͞Ծ նորէն 'ի սկզբանն ա-
ղօթից քոց ել պատգամ, և եկի.
Եւ ես եկի ցուցանել քեզ. վ͞ս զի ցան-
կալի ես. 'Ի մի՛տ առ 'ի պատգամի-
տս, և իմացի՛ր. Եօթանասուն եօթ-
նեկորդք համառօտեցան 'ի վերայ ժողովր-
դեան քոյ. և 'ի վերայ քաղաքի սրբու-
թեան քոյ. լնուլ զպարտիսն, և կա-
տարել զմեղսն, առ 'ի թողութ͞ի մե-
ղաց. առ 'ի բերել զարժանն 'ի սկզբա-
նէ.

(1) Danielis cap. IX. v. 1. ita legitur: *In anno primo Darii filii Assueri de semine Medorum, qui imperavit super Regnum Chaldæorum*. Cum versione Latina concordat non solum Textus Hebraicus, sed etiam versiones Græca, Syriaca, & Arabica. Ideoque videtur mendum irrepsisse, & legendum *ex semine Medorum*, non autem *Parthorum*. Verumtamen id haud omnino certum est. Nam fieri potuit, ut Darius ex altero genere, vel paterno, vel materno, esset natione Parthus. Etenim ut in commentariis ad hunc locum animadvertit Theodoretus: *Non enim Darium simpliciter Medum appellavit, sed* DE SEMINE MEDORUM: *ut planum fieret, non utrimque paterno scilicet, & materno genere Medum illum fuisse*. Quod autem eum vocat filium Artaxerxis, parum refert. Nam Assuerus, cujus a Daniele dicitur filius esse Darius, fieri potuit, ut etiam Artaxerxes appellaretur duplici nomine vocatus, sicut de Cyro Rege Xerxis filio scribit Josephus *Antiquit. lib. IX. cap. VI.*

նէ . և առ 'ի կատարել զանսելս , և զմարգարէս . Եւ 'ի Քն սրբն սրբց . Եւ գիտասցես , և իմասցես յելից բանի սոսա . դառնալ , և յիշել զերուսաղէմ , և դալ առաջայի Քի եօթն եօթներորդք . Եւ վաթսուն , և երկու եօթներորդք , դարձցի , և շինեսցէ զերուսաղէմ , զփողոցս , և զհրապարակս նր , մինչև 'ի վախճան ժամանակի . Եւ յետ վաթսուն և երկու եօթներորդաց սպանցի Քն . և նա ոչ եղէ , և քաղաքն սրբութեան ապականեսցի ընդ առաջային , որ եկն . Եւ վախճանեն զերփութն զերութեան մինչ 'ի վախճան պատերազմի , համառօտեցն ապականութեան . Եւ հզօրացուսցեն կտակարանք զբազումս եօթներորդի մի , և կէս եօթներորդի . Եւ խափանեսցէ զողջակէզս , և զպատարագս , և 'ի վերայ թե ոց պղծութեն ապականութի . Եւ ասէ ցիս , եօթանասուն եօթներորդք համփեցեն 'ի վերայ ժողովրդեան քոյ . և 'ի վերայ քաղաքի սրբութե քոյ .

ut iterum ædificetur *Jerusalem*, *usque ad Christum ducem*, *hebdomades septem*, & *hebdomades sexaginta duæ erunt* : *Et rursum ædificabitur platea*, & *muri in angustia temporum*. *Et post hebdomadas sexaginta duas occidetur Christus*; *Et non erit ejus populus*, *qui eum negaturus est*. *Et Civitatem*, & *Sanctuarium dissipabit populus cum Duce venturo*: *Et finis ejus vastitas*, & *post finem belli statuta desolatio*. *Confirmabit autem pactum multis hebdomada una*: *Et in dimidio hebdomadis deficiet hostia*, & *sacrificium*: *Et erit in Templo abhominatio desolationis*. Dixit ergo ei Angelus: *Septuaginta hebdomades abbreviatæ sunt super populum tuum*, & *super urbem sanctam tuam*.

Եօթանասուն եօթներորդքն չորեք հարիւր , և իննսուն ամ . 'Ի ժամանակէն որ մատոյց դանիէլ զաղօթս , մինչև աւերեցաւ երուսաղէմ զվերջին աւերածն , և այլ ոչ շինի . Եւ ասաց . եօթն եօթներորդք , դարձցի , և շինեսցէ զերուսաղէմ . վասն եւր էր զերութն 'ի ձեռն եզրայ . Եւ սկսաւ շինել զտաճարն . 'Ի ժամանակացն պարթև դարեհ արքայի արկին զհիմունս տաճարին , և խափանեցին զնա թշնամիք նորա յաւուրս դարեհի , և արտաշիրի , և այլոց թագաւորաց պարսից . ոչ թողին զնա շինել , և կատարել . Եւ ցուցից քեզ զականարկել բանիւ . այսպէս գրեալ է 'ի զաքարիայ մարգարէէ ; տեսի ես աշտանակ , և եօթն ճրագ 'ի վերայ նր . և եօթն եօթն բերան ճրագացն . քառասուն և ինն . զի են եօթն եօթներորդք . Եւ ասաց 'ի մարգարէութե անդ , թէ այս է պատգամ տն 'ի վերայ զօրաբաբէլի ; ոչ

§. 6. Septuaginta hebdomades sunt quadringenti nonaginta anni, qui elapsi sunt ex tempore, quo Daniel obtulit preces usque ad ultimam desolationem Jerusalem, quæ non amplius ædificabitur. At vero ibidem dicitur. *Hebdomades septem*, & *iterum ædificabitur Jerusalem*. Illæ autem septem hebdomades complectuntur tempus illud captivitatis, quo per Esdram sub Dario Rege Partho jacta sunt fundamenta Templi, & ejus ædificatio impedita est a Judæorum inimicis in diebus Darii, & Artaxerxis, & aliorum Regum, Persarum, & permissum non est illud ædificari, & perfici. Id autem ostendam tibi ex sacri eloquii verbis, sic enim scriptum est a Zacharia Propheta : *Ego* (1) *vidi candelabrum*, & *septem lucernæ super illud*, & *septena ora lucernarum*, hoc est, quadraginta novem, quot anni sunt septem hebdomades. Et in eadem prophetia : *Hoc est verbum Domini super Zoro-*

De 70 hebdomadis, earumque annorum numero &c.

Zach. IV. 2.

Ibid. 6.

(1) Capite IV. Zachariæ Prophetæ in versione Latina vulgata v. 2. hæc habentur : *Vidi*, & *ecce Candelabrum aureum totum*, & *Lampas ejus super caput ipsius*, & *septem lucernæ ejus super illud*, & *septem infusoria lucernis*, *quæ erant super caput ejus*. In Textu autem Hebraico ultima verba ita leguntur : *Septem lucernæ ejus super illud*, *septem* & *septem infusoria lucernis*, *quæ super caput ejus*. Cum Textu Hebraico, & versione Armena convenit versio Syriaca, quæ ita se habet : *Vidi Candelabrum aureum*, & *lancem super summitatem ejus*, & *super hanc septem lucernas*, & *ora septena singulis lucernis*. Neque discordat Paraphrasis Chaldaica. Hujus autem loci Zachariæ diversæ sunt Interpretum expositiones; singularis autem est illa S. Jacobi Nisibeni, quæ plurimi etiam est facienda, cum apprime cum historia, & rebus gestis illius temporis conveniat. Et quod ad verba Textus Hebraici attinet, ubi legitur : *Septem* & *septem*, infusoria, talia notat Munsterus : *Et quando dicitur septem* & *septem fuisse infusoria*, *Kimhi exponit pro singulis lucernis unum fuisse infusorium* ; *R. Salomon autem putat singulas lucernas septem habuisse infundibula*. Idem Clarius testatur.

Zorobabel, non in exercitu, nec in robore, sed in spiritu meo. Et paulo inferius
Ibid. 9. legitur: *Manus Zorobabel fundaverunt domum istam, & manus ejus perficient eam.* Omnes autem dies, ex quo posita sunt fundamenta domus Domini, usque ad diem consummationis ædificii, prorsus quadraginta novem annos faciunt, & hæ septem hebdomades ex illis septuaginta sunt. Et hæc (1) est visio septem lucernarum candelabri, quarum quadraginta novem ora fuerunt, quæ sunt quadraginta novem anni: Et hoc est verbum Domini, quod fuit ad Zorobabel. Et post has septem hebdomadas ædificationis domus in diebus Zorobabel, tunc ædificatur Jerusalem (2): Deinde sexaginta duæ hebdomades, donec veniat Christus, & moriatur. Nam sexaginta duæ hebdomades sunt quadringenti triginta quatuor anni. Et quare supra in Prophetia Danielis
Dan. IX. 24. ait: *Septuaginta hebdomades abbreviatæ sunt super populum tuum, & super Ur-*
Ibid. 25. *bem sanctam tuam?* Et infra: *Erunt illæ septem; & sexaginta duæ*, quia detrahendi sunt anni illi quadraginta no-
Ibid. 27. vem. Inferius autem inquit: *Hebdomas una*

ոչ զօրութբ, և ոչ սաստկութբ, բայց եթէ հոգւով իմով։ Եւ վերագոյն ասաց; Թէ ձեռք Զօրաբաբելի արկին զհիմունս տանս այսորիկ. և ձեռք նր կատարեն զդա։ Արդ այսուհետև ամ աւուրք, յորմէհետէ եդան հիմունք տանն, մինչև ցօր կատարման շինուածոյն, լի բովանդակ քառասուն և ինն ամ։ Այսորիկ եօթն եօթներորդք յեօթանասնից անտի։ Եւ այս տեսիլ եօթն ճրագեան աշտանակին, և քառասուն և ինն բերանք ճրագացն։ Եւ այս պատգամ տն, որ եղև ՚ի վերայ Զօրաբաբելի. այսորիկ են քառասուն և ինն ամ։ Եւ յետ այսորիկ եօթն եօթներորդաց շինուածոյ տանն յաւուրս Զօրաբաբելի յայնժամ շինի երուսաղէմ. վաթսուն և երկու եօթներորդքս, մինչև գայ Քս, և մեռանի։ Զի են վաթսուն և երկու եօթներորդք չորք հարիւր երեսուն և չորք ամք։ Եւ ընդէ՞ր ասաց ՚ի վերոյ, եօթանասուն եօթներորդք հատանեցան ՚ի վերայ ժողովրդեան քոյ. և ՚ի վերայ քաղաքի սրբութե քոյ։ Եւ ՚ի ներքոյ, եղեն նոքա եօթն և վաթսուն և երկու. զի լինին ամք վաթսուն, և ինն։ Այլ

՚ի ներ_

(1) In hac sententia cum S. Jacobo Nisibeno consentit Eusebius Pamphili, cujus expositionem Prophetiæ Danielis de septuaginta hebdomadis affert S. Hieronymus in Commentariis in Cap. IX. Danielis. Existimat enim Eusebius, non frustra septuaginta hebdomadum factam fuisse divisionem, ut primum diceretur: *Hebdomades septem*, & deinde: *hebdomades sexaginta duæ erunt*: & demum post plura, quæ narrantur in medio, ut adderetur hebdomada una, quæ & ipsa in partes divisa est. Nam post Danielis prophetiam reversus est populus de Babylone, & Jesu filio Josadech Sacerdote Magno, & Zorobabel filio Salathiel Duce, jacta sunt Templi fundamenta, impeditoque opere a Samaritis, & aliis in circuitu Nationibus, septem hebdomades annorum completæ sunt, in quibus imperfectum perstitit opus, & ædificatio Templi in fine earum completa est. *Quare & Judæi* (verba sunt ipsius Eusebii) *ad Salvatorem nostrum dicebant*, QUADRAGINTA ET SEX ANNIS ÆDIFICATUM EST TEMPLUM HOC, ET TU IN TRIBUS DIEBUS EXCITABIS ILLUD? *At illi quidem quadraginta & sex annis ædificatum esse Templum dixere. Tot enim a Regno Cyri prioris, qui primus, Judæorum quibusque volentibus concessit de Babylone in patriam terram reverti, ad sextum Darii Regni annum colliguntur; sub quo omnis ædificatio finem accepit. Sed Josephus auctor Hebræus alios tres annos adjungit ad ea, quæ Templo extrinsecus accedunt ornamenta absolvenda, ut propterea meritò septem primas hebdomadas, quæ summam quadraginta novem annorum conficiunt, a cæteris oraculum propheticum separaverit. Euseb. demon. Evang. lib. VIII. pag. 392.*

(2) Initium recensendi sexaginta duas hebdomadas juxta sententiam S. Jacobi sumendum est ab ædificatione Hierusalem, cujus muri extructi sunt anno vigesimo primo Regni Artaxerxis Longimani; eorum autem, ac totius Urbis dedicatio, sacris adhibitis ritibus, solemniter facta est nonnullos post annos, ut aliqui recte putant, posteaquam scilicet reliquæ etiam munitiones, & propugnacula, & turres, ac publica fora, & palatia, &, ut paucis dicam, tota Urbs reædificata est. Annus autem, quo hæc solemnis dedicatio peracta est, fuisse videtur vigesimus octavus Regni Artaxerxis Longimani, quem memoria forte lapsus Xerxem fuisse putat Flavius Josephus; scribit enim lib. XI. Antiquit. Judaic. cap. V. *Mœnibus tandem cincta erat Hierosolyma anno Imperii Xerxis vigesimo & octavo mense nono, cumque absoluti essent muri, Nehemias, populusque Deo sacra fecerunt pro illorum ædificatione, & octo dies festum celebrarunt.* Si quis autem hæc acta fuisse existimat non anno vigesimo octavo, sed anno vigesimo quarto, vel quinto Regis Artaxerxis, ut aliqui putant, sententiam, quam velit, teneat, parum enim ad id, de quo agitur, refert. De solemni hujus dedicationis festo mentio ac memoria habetur lib. I. Nehemiæ, seu II. Esdræ cap. XII. & Machab. lib. II. cap. I. Si autem ex vigesimo octavo, aut vigesimo quarto, aut quinto Regni Artaxerxis Longimani usque ad annum, quo Christus Dominus è Virgine nasci dignatus est, ut humanum genus è diaboli captivitate redimeret, anni, qui interfluxerunt, colligantur, numerus habebitur plus minus quadringentorum triginta quatuor annorum, ut ex supputatione Theodoreti in commentariis ad Danielem pag. 661., ex Annalibus Spondani, Jacobi Usserii, aliorumque Chronographorum lector per se videre poterit. Cæterum de ratione, ac modo enumerandi septuaginta hebdomadas varie disputatum est, non solum inter antiquos, sed etiam inter recentiores Scriptores, qui in diversas abierunt sententias. Qua de re ex antiquis videri potest S. Hieronymus in commentariis in cap. IX. Danielis, ex recentioribus Daniel Huetius demonstr. Evang., Cornelius a Lapide, Calmet, aliique plurimi.

՚ի ներքոյ աւուց, թէ եօթներորդ. և կէս եօթներորդին խափանեսցէ զուխտս, և զպատարագս. Ահա մի եօթներորդ յեօթանասնից անտի. զի խափանեցաւ նուէր ուխտ, և պատարագք. Այսուպէս համարեցաւ Հ ամ, իբրև զեօթանասուն ամ, զի նստէին նոքա ՚ի բաբէլ. Ուր հանգեաւ երկիրն ՚ի շաբաթս զամ աւուրս անմարդութե. Այսուհետև ՚ի մի՛տ առ, և իմացի՛ր. զի յետ եօթներորդացս այսոցիկ եկն Ք̅ս, և մեռաւ ՚ի կատարումն տեսլեանց, և մարգարէից. Նախ յակոբ հայր մեր ասաց յօրհնելն զյուդա; մի՛ պակասեսցէ գաւազան ՚ի յուդայէ, պետ, և իշխան յերանաց նր, մինչև եկեսցէ այն, որոյ իւր է թագաւորութի. Արդ իմացեալ գիտասջի՛ր սիրելի իմ, և ՚ի մի՛տ առջի՛ր. զի լցան կատարեցան եօթներորդքն, և հատան տեսիլք, և մարգարէք. և մերժեցաւ հրաժարեցաւ ՚ի յուդայէ, և ահա աւերեցաւ երուսաղէմ, և ցրուեցաւ վարանեցաւ ժողովուրդ նր ընդ ամ ազգս. և նստան որդիքն իսրայէլի առանց պատարագաց, և առանց սեղանոյ. Եւ մինչև ՚ի սպառուածս համառօտից աւերեցաւ, և հանգեաւ երուսաղէմ ՚ի վերայ ապականութե. Այգին աւերեցաւ, և եբեր նա զփուշ, և զտատասկ. և զերկու ոստս այգւոյն եկեր հուր. խրամատեցաւ ցանկն աշտարակաձև այգւոյն. կործանեցաւ աշտարակն ամրապարսպ. աւերեցաւ յատակեցաւ գուբն, և հնձանն աւազանաձև. Արծաթն անարգեցաւ, և չեղև պիտանացու. և ոչ անկաւ ՚ի կեր գործոյ.

una, & in dimidio hebdomadis deficiet hostia, & sacrificium. Ecce hebdomada una (1) ex illis septuaginta, in qua defecit votum, & sacrificium. Itaque numerati sunt septuaginta anni, pro tempore, quo Judæi manserunt in Babylone. Quievit deinde eorum terra omnibus septuaginta hebdomadum diebus, in quibus non amplius abducti sunt in captivitatem. Post hæc attende, & intellige, quòd post has hebdomadas venit Christus, & mortuus est complendo visiones, (2) & prophetias: Siquidem primò Jacob Pater noster cum benedixit Juda: *Non deficiet*, inquit, *sceptrum de Juda, Dux, & Princeps de femore ejus, donec veniat ille, cujus est Regnum*. Jam igitur certo agnoscis, Charissime, & percipis, quod impletæ, & consummatæ sunt hebdomades, & habuerunt finem visiones, & prophetiæ, & facta est abscissio, & abrenuntiatio de Juda, & ecce destructa est Jerusalem, & dispersus, & dissipatus est populus ejus per omnes nationes, & sedent Filii Israel sine sacrificio, & sine altari. Et usque ad consummationem (3) abbreviationum destructa erit, & sedebit Jerusalem super desolationem. Destructa est vinea, & fecit spinas, & tribulos, & duos ramos vineæ comedit ignis; sepes vineæ, quæ turris instar erat, corruit; turris habens murum firmum eversa est; funditus destructus est puteus, & torcular ad formam lavacri. Spretum est argentum, & factum est inutile, & non est adhibitum ad opus. Libellus repudii scriptus, & datus est Hierosolymis. Hunc brevem sermo-

Gen. XLIX. 10.

Jer. VI. 29. 30.

(1) De hac hebdomada, quæ seorsim ab aliis septem & sexaginta duobus in Oraculo Prophetico ponitur, & in cujus dimidio, ut prædicit Propheta, deficiet hostia & sacrificium, apposite ad explicandam sententiam S. Jacobi ita scribit Eusebius, Demonst. Evang. lib VIII. p.400 *Ordine deinceps novi per Salvatorem nostrum denunciandi Testamenti significatio prænunciatur; Ergo ubi tam multa in medio inter septem & sexagintaduas hebdomadas dicta sunt, tum adjungitur*, ET CONFIRMABIT PACTUM MULTIS HEBDOMADA UNA &c. *Dan. IX.* 27. Deinde post prophetiæ verba ita prosequitur: *Sed jam hæc quonam pacto completa sint, exploremus. Sane proditum est memoriæ omne doctrinæ, eruditionisque miraculorum Salvatoris nostri tempus trium annorum, & semis fuisse, quod quidem est hebdomadis unius dimidium*.

(2) *Adimplens*, inquit Tertullianus adversus Judæos cap. VIII. pag. 165., *omnia, quæ retro de eo Prophetæ nunciaverant: Post enim adventum Christi, & passionem ipsius, jam non visio, neque Prophetes est, qui Christum nuncient venturum. Denique hoc si non ita est, exhibeant Judæi Prophetarum post Christum aliqua volumina, angelorum aliquorum visibilia miracula, quæ retro Patriarchæ viderunt usque ad adventum Christi, qui jam venit, ex quo signata est visio, & prophetia, id est, statuta*.

(3) In fine capitis noni Danielis juxta versionem latinam ita habetur: *Et erit in Templo abominatio desolationis, & usque ad consummationem, & finem perseverabit desolatio*. In versione autem Syriaca: *Usque ad consummationem sententiæ manebit in vastitate*. Et in Græca: *Et usque ad consummationem temporis consummatio dabitur super desolationem*. Sed S. Jacobus sensum, non verba Scripturæ hoc loco attulit: & ad indicandum juxta prophetiam Danielis, quod Jerusalem perseverabit in desolatione sua usque ad Mundi finem, usus est verbis illis: *usque ad consummationem abbrevationum*: respiciens fortasse ad verba illa Evangelii, ubi a Christo Domino prædicitur, & Hierosolymorum eversio, & mundi finis, & secundus ejus adventus, sicut primus a Daniele prædictus fuerat. *Et nisi breviati fuissent dies illi, non fieret salva omnis caro: sed propter electos breviabuntur dies illi*. Matth. XXIV. 22.

monem misi ad te, ut resistas, ac respondeas, quando necesse fuerit, & ita corrobores mentes eorum, qui audiunt, ne assentiantur verbis eorum, qui turbas excitant. Nam illi persuaderi nolunt, ut
Isa. VI. 9. 10. dicit Scriptura: *Conclusit, & coarctavit eos, ne audiant, & ne intelligant, ut super omnem hominem misereatur Deus.*
Matth. XV. 8. Nam ait de illis: *Populus hic labiis me honorat: Cor autem eorum longe est a me.*
Jer. VI. 17. Et dicunt ad Jeremiam: *Verba hæc, quæ tu dixisti in nomine Domini, non audiemus nos.* De visionibus Danielis, quantum ego assequutus sum, Charissime, tibi scripsi. Id autem observes, velim, quod erat annus tertius Cyri Regis, quando Danieli Gabriel exposuit, quidquid eventurum erat ejus populo. Et ipsi verbum revela-
Dan. X. 1. tum est, & inquit: *Verum est verbum, & magnum est virtute.* Et intelligens, quæ prædicebantur in visione illa: *Sedi, ait, in luctu trium hebdomadarum diebus, panem desiderabilem non comedi, & caro, & vinum non introierunt in os*
Ibid. 2. *meum.* Insuper attende, & vide, quòd quando tertio anno Regni Cyri, vidit Daniel visionem hanc, erat vigesimus quartus dies primi mensis Mareri (1), nempe post duos annos ex tempore, quo promulgatum est in ejus Regno edictum jussionis, ut reverterentur captivi in Je-
Ibid. IX. 1. rusalem. Erat autem prima dies Darii filii Artaxerxis, cum ille obtulit preces coram Deo suo, & impleti sunt septuaginta anni juxta prædictionem verborum Jeremiæ. Quod, sicut rerum historia manifestum facit, contigit primo anno Darii Medi. Nam cum occidisset Baltassarem, ejus loco regnavit. Sed exiguo tempore Regnum retinuit ille. Nam ab eo abstulit Cyrus Persa. Et quare primus Darius habuit Regnum? Ideo sicut nobis videtur, ut impleretur visio, quam expo-
Dan. V. 26. suit Daniel Baltassari: *Hæc est interpretatio sermonis istius, & lectio scripturæ istius. Numeravit, æstimavit, ponderavit, & exposuit. Numerando numeravit Deus Regnum tuum, & abstulit illud. Appensus est in statera, & inventus est minus habens. Divisum est Regnum tuum,*

ծոյ։ Գրեալ առաքեալ է երուսաղեմի Թուղթ ապահարզանի։ Զայս առակահաւատութեան գրեցի առ քեզ, զի կալցես ընդդէմ պատասխանատուութեան, յորժամ հարկ լինիցի. եւ որպէս զի քաջալերեսցես զմիտս այնոցիկ, որք լսեն. եւ մի՛ գտանէ յանձնեսցուցես զխռովարարս հաւատութեան նոցա. Քանզի նոքա զհաւատալն ոչ կամին. Վասնզի փակեաց աչօք, զնա գիր յաւելու իւրում Թէ մի՛ լուիցեն, եւ մի՛ իմասցեն, զի 'ի վերայ ամ մարդոյ ողորմեսցի ած. Քանզի ասաց նոյն վն նց, Թէ ժողովուրդս այս շրթամբք պատուէ զիս, եւ սիրտք իւրեանց հեռի են յինէն. Եւ ցԵրեմիայ ասեն; պատգամքդ զոր դու ասացեր յանուն տն, ոչ լուիցուք մեք. Եւ վն տեսլեանցն դանիէլի, որչափ եւ հասու եղէ, սիրելի, գրեցի առ քեզ. Բայց զայս դիտասցես, զի երեք ամինեայ դանիէլի գաբրիէլ, որինչ պատահելոց էր ժողովրդեանն նր, յայտնեաց որ ամ երեք էր կիւրոս արքային, պատգամ յայտնեցաւ դանիէլի, եւ ասաց; Թէ ճշմարիտ է պատգամն, եւ մեծ է զօրութեամբ. Իմանայր 'ի տեսլեանն անդ, եւ ասաց, եթէ նստայ 'ի սուգ զերիս եօթնեկօրեայս աւուրց. Հաց ցանկութե ոչ կերայ. եւ միս, եւ գինի ոչ եմուտ 'ի բերան իմ. Եւ նայեաց, եւ տե՛ս. զի որ ամ երեք էին կիւրոսի, ետես դանիէլ զտեսիլս զայս, որ օր քսան եւ չորք էին առաջին ամսոյն մարերի. յետ երկուց ամաց իբր անցոյց զբարբառն քարոզութե 'ի Թագաւորութե անդ իւրում. որպէս զի դարձցի գերութիւն անդրէն յերուսաղեմ. Մի օր մի էր դարեհի որդւոյ արտաշիսի. մատոյց նա զաղօթս առաջի այ իւրոյ, իբրեւ լցաւ եօթանասուն ամն, 'ի կատարումն պատգամացն երեմիայի. Եւ որպէս իրքն յայտ առնեն, մի ամ էր պարթեւ դարեհի. Վասնզի երբ սպան նա զբաղտասար, Թագաւորեաց փոխանակ նր, սակաւ ինչ պաշտեաց նա 'ի Թագաւորութե անդ իւրում. Եւ եհան 'ի նմանէ կիւրոս պարսիկ. Եւ ընդէ՞ր յառաջին ժամանակին դարեհ կալաւ զԹագաւորութի. այլ որպէս իբրեւ երեւի մեզ; Վասնզի կատարեսցի տեսիլն, զոր մեկ-

(1) In textu Hebraico, & versione Latina versiculi 4. cap. X. Dan. legitur: *Die autem vigesima & quarta mensis primi.* Primus autem mensis apud Hebræos tempore Danielis vocabatur *Nisan*: ut omnibus notissimum est. Is autem mensis respondet mensi Martio nostri anni solaris, sed ob diversas lunæ, ac solis orbitas, & annuas circumvolutiones quandoque Februarium, aut Aprilem modo plus, modo minus attingit.

մեկնեաց գտանել բաղդատատութ. յաւել անդ յիւրում; եթէ այս է մեկնութիւն բանից, և կարդացումն գրոյդ. Թուեաց, համարեաց, կշռեաց, և մեկնեաց. Համարելով համարեաց զԹագաւորութիւն քո, և եառ զնա ՚ի բաց. Մտեալ ես դու ՚ի կշիռս, և գտեալ ես պակաս. Խայտառակեալ ծանակեալ է թագաւորութիւն քո, և տուեալ մարաց, և պարսից. Վա՛ն այսորիկ եկաց դարեհ յառաջին թագաւորութեան անդ, որպէս զի կատարեսցի տեսիլն.

tuum, & *datum est Medis*, & *Persis*. Propterea Darius primus Regnum obtinuit, & deinde Cyrus Persa, ut impleretur visio.



MONI-

MONITUM
In sequentem Sermonem.

SErmonem, seu potius Epistolam, quæ sequitur, esse S. Jacobi, maxime dubito: Primum, quia nulla de ea mentio est apud Gennadium, qui solus ex antiquis Operum S. Doctoris Nisibeni Catalogum nobis exhibuit: Secundo, quia ipse Librarius, qui codicem scripsit, de ea dubius, quantum ex ipsius verbis, quæ inferius adscribam, conjectura assequi possum, fuisse videtur: Tertio, quia stylus, modus, ac ratio scribendi dissimilis est, minimeque cum superioribus sermonibus, seu epistolis consentiens: Demum quia hæc Epistola Synodica est, & multorum nomine scripta, non autem S. Jacobi Episcopi, cujus neque nomen, neque Episcopalis dignitas, & auctoritas, nullaque alia, quæ aliqua ex parte eum auctorem fuisse obscure saltem indicent, ullibi apparent. Itaque a scribendis ad eam notis, atque observationibus abstinui, eo libentius, quia cum per decem, & amplius menses gravi ægritudine laboraverim, & præterea infirmæ adhuc valetudini occupationes munerum, quibus apud Sedem Apostolicam Dei benignitate fungor, accedant, vix animum, & cogitationem ipsam ad hæc studia appellere possum. Verumtamen, ne studiosus Lector hoc vetustissimo opusculo, quodcumque illud sit, fraudetur, cum versione, quæ tamen pluribus in locis nedum parum latina, sed adeo obscura est, ut difficile intelligatur, spectabilis viri Cacciaturi Arachiel Sacerdotis, & Doctoris Armeni, & Missionarii Apostolici, hic in publicam lucem dabo. Sed priusquam id faciam, haud mihi silentio prætereundum esse censeo judicium cl. Viri, mihique veteri amicitia juncti Præsulis Josephi Simonii Assemani, quod de hoc opusculo novissime protulit. Nam in addendis, & corrigendis ad calcem Tomi I. suæ Bibliothecæ Orientalis, ubi de operibus S. Jacobi Nisibeni agit, eorum Catalogum, quem ex Codice Armeno Venetiis descriptum a Petro Melchitar Abbate Monachorum Armenorum acceperat, exhibet his verbis: *Hac eo* (scilicet Codice Armeno) *continentur*: S. GREGORII ILLUMINATORIS EPISTOLA AD S. JACOBUM NISIBIS EPISCOPUM. *Rogat, ut tractatum sibi perscribat de iis, quæ mox recensebo*. S. JACOBI RESPONSIO AD S. GREGORIUM. *Transmittit ei sequentem Tractatum in Cap. XVIII. divisum*: *videlicet I.* DE FIDE. *II.* DE CARITATE. *III.* DE JEJUNIO. *IV.* DE ORATIONE. *V.* DE PUGNA SPIRITUALI. *VI.* DE PIETATE. *VII.* DE POENITENTIA. *VIII.* DE RESURRECTIONE MORTUORUM. *IX.* DE HUMILITATE. *X.* DE PASTORUM OFFICIIS. *XI.* DE CIRCUMCISIONE ADVERSUS JUDÆOS. *XII.* DE SABBATO ADVERSUS EOSDEM. *XIII.* DE DELECTU CIBORUM. *XIV.* DE PASCHATE. *XV.* DE GENTIUM ELECTIONE, ET JUDÆORUM REPROBATIONE. *XVI.* CHRISTUM ESSE FILIUM DEI. *XVII.* DE VIRGINITATE, ET CASTITATE ADVERSUS JUDÆOS. *XVIII.* ADVERSUS JUDÆOS, QUI MESSIAM EXPECTANT, UT EORUM DISPERSIONEM COLLIGAT. *Demum* EPISTOLA EJUSDEM S. JACOBI AD EPISCOPOS, PRESBYTEROS, ET DIACONOS SELEUCIÆ, ET CTESIPHONTIS DE DISSENSIONIBUS, ET CONTRADICTIONIBUS, QUÆ EX SUPERBIA ORIUNTUR, DEQUE AMBITIONE. *Ubi tangit Schisma, quod in Assyria propter Papam Aghæi filium Seleuciæ, & Ctesiphontis Episcopum obortum est, de quo supra in Vita S. Millesii dixi pag.186. Et hæc quidem Jacobi opera genuina esse, facile mihi persuadeo, tum quia quæstiones eorum dumtaxat temporum proprias continent;*

tum etiam quia eorum pleraque a Gennadio indicantur ; tum demum , quia illud Schisma , de quo Jacobus in Epistola ad Clerum Seleuciæ , & Ctesiphontis loquitur , sub ejusdem Jacobi ævum contigit , uti ex laudata S. Millesii vita colligitur , in qua Millesius dicitur Jacobum Nostrum Nisibi prius consuluisse , quàm ad Synodum illam in causa Papæ Seleuciensis habitam se conferret . Ita Ill. Præsul Assemanus , qui pag. 86. ejusdem Tomi mox cit. ex actis Syriacis S. Millesii fragmentum affert , in quo mentio fit de Schismate illo Seleuciensi . Postmodum acta hujus S.Martyris integra edidit anno 1748. Reverendissimus Archiepiscopus Apamensis Stephanus Evodius Assemanus Fratris ejus filius , ubi de prædicto Schismate talia habentur : *Paulo post ad Arameos profectus , Seleuciæ , & Ctesiphontis Ecclesiam teterrimo schismate vexatam comperit . Luctuosæ adeo discordiæ potissima causa ferebatur Papas Aghæi filius , ejusdem Ecclesiæ Episcopus ; homo intemperanti omnino insolentia , atque adrogantia plane singulari , adeo ut Antistites , qui ex diversis locis ejus causam cogniturі ad Synodum convenerant , superbe , crudeliterque aspernaretur ; Presbyteros verò , & Ecclesiæ suæ Diaconos immanissime exagitaret .* In notis autem ad hunc locum idem Illustrissimus Præsul de Papa Seleuciæ , & Ctesiphontis Episcopo hæc affert ex Chronico Ecclesiastico Gregorii Bar-Hebræi ; *Novem post habitam Nicænam Synodum annis congregati Episcopi Orientales , plura reprehensionum capita Papæ objecerunt , cum ob Ecclesiasticarum rerum confusionem , quæ ipsius incuria obrepserat , tum ob alia gravia crimina , quibus eum insimulabant . Unde cum se purgare nequiret , Sacrum Evangeliorum Codicem , se coram positum , manu percutiens ; Loquere , ait , si in te sermo est , quandoquidem me verba deficiunt . Atque eodem momento dextera ejus obriguit . Quidam tradunt , Episcopos prodigium hocce spectantes , quasi verò suas adcusationes hujusmodi pœna confirmaret , in ipsum depositionis sententiam tulisse . Ex aliis verò , nequaquam Episcopi Papam deposuerunt , judicantes ei sat esse correptionem divinitus inflictam . Ad hunc autem Papam extant epistolæ consolatoriæ de ejus dextera contractione a SS. Jacobo Nisibeno , & Ephræmo Syro conscriptæ , quibus & Episcopi reprehenduntur , quod in eum temerario ausu insurrexissent . Verum has epistolas commentitias esse , & a Josepho Catholico , quum ab Episcopis damnatus esset , compositas , perplures opinantur .* In nostro autem Codice Armeno , post superiores Epistolas , seu Tractatus S. Jacobi , a Librario , seu Scriptore Armeno ante epistolam , de qua paulo ante actum est , talia adnotantur :

Act. Mart. Orien. & Occid. part. I. pag. 72.

Finitæ sunt Epistolæ responsivæ Sancti Jacobi Nisibeni ad Sanctum Gregorium Illuminatorem .

Աւարտեցան պատասխանականքն Թուղթք սրբոյն Յակոբայ Մծբնայ առ սրբն Գրիգոր Լուսաւորիչ։

PRUDENS LECTOR.

QUamvis hic Sermo , qui sequitur , non sit scriptus ad Illuminatorem nostrum ; tamen quia est sermo Magni Viri , non æstimo esse inutile , si subjungatur post Epistolas , quas ad interrogationes Sancti Illuminatoris nostri rescripsit , cum multa ad ædificationem nostram in se contineat .

ՈՒՇԻՄ ԸՆԹԵՐՑՈՂ։

Թէպէտ այս ճառ , որ հետեւի ոչ իցէ գրեցեալ առ լուսաւորիչն մեր . սակայն զի մեծի առն վէպ է , ոչ համարիմ անօգուտ լինել , թէ առ բայարիցի զկնի Թղթոց նորին պատասխանատուականաց , հարցմանց սրբոյ լուսաւորչին մերոյ ; որովհետեւ զբազում ինչ յինքեան պարփակէ ՚ի շինութին մեր .

ՃԱՌ ՄԻ.

Վասն հակառակութեան, և հերձուածոց, որք լինին ընդ գաւառս ուրեք ուրեք. Եւ վասն հպարտութեան, և ամբարտաւանութեան; և վասն մարտի մաքառման բարձրամտութեան գլխաւոր իշխանութեան.

